B-12.515 (11

# S. HIERONYMI LVCVBRATIONES OMNES VNA CVM PSEVdepigraphis, & alienis admixtis, in nouem digeſtæ tomos, ſed multò quàm ante uigilantius per DES. ERASMVM ROTERODAMVM emendatæ, locis non paucis feliciter correctis, quibuſdam etiam locupletatis, duntaxat in ſcholijs.

Autore [illegible] ... [illegible] prohibitum, nisi expurgatione permissum.

ADIECTVS & index ſententiarum nouus & elaboratus. Cura lector, ut mihi ſit fauſtum ac felix tantum laborum & impendiorum ſuſcepiſſe. Erit autem, ſi theſaurum magno uſui futurum libenter emeris.

Biblioteca [illegible]
Estante a
Tabla 38
Número 69

VIRTVTE DVCE,

Dux Virtus, Fortuna comes, quocunq; feraris,



Si fuerint: felix astra ferere ſuper.

COMITE FORTVNA.

Expurgado conforme al expurgatorio del a[illegible]
D. D.r P.o de Alar[illegible]

SEBASTIANVS GRYPHIVS GERMANVS EXCVDEBAT LVGDVNI ANNO M. D. XXX.

expurgado por el nuevo expurgatorio del S.to Off.o [illegible] a 22 de marzo de [illegible]
D. D.r P.o de Alar[illegible]
[illegible]
[illegible] Antonio de Padua de G.da

[illegible]

[illegible]

[illegible]

# INDEX OMNIVM OPERVM HIERONYMI CVM CENSVRIS IN quinq; digeſtus ordines per D. Eraſmum Roterod.

QVO magis perſpicuū fiat, quantū Chriſtianus orbis debeat Hieronymo, uiſum eſt indicem omnium quæ ſcripſit attexere, quē in quinq; digeſſimus ordines. Primus habebit τὰ γνήσια, de quibus nulla dubitatio ſit, qn ab Hieronymo ſint ædita. Secundus habebit τὰ ἀμφιβόλως νόθα, de quibus iure quis addubitet illius ſint nec ne. Tertius, τὰ ψευδεπίγραφα, quæ falſo titulo Hieronymū autorē mentiuntur: atq; huius ordinis tres erunt claſſes. Prima indicabit erudita nec indigna lectu. Secunda impudentiſſime tributa Hieronymo aut alijs autoribus. Tertia docta, ſed ſuis titulis autorem teſtantia, quæ tamen Hieronymianis lucubrationibus fuerant admixta. Quartus ordo oſtendet ex Hieronymianis & alienis cōmixta, ſeu ut uerius dicam confuſa. Quintus indicabit ea quæ aut culpa temporum interciderūt, aut certe nondum prodierunt in lucem, ut hinc ad ueſtigandum incitentur ſtudioſi.

## PRIMVS ΤΩΝ ΓΝΗΣΙΩΝ, ID EST EORVM quæ uere ſunt Hieronymi.


Ad Heliodorū exhortatio de laude uitæ ſolitariæ. Quanto amore. Tomo primo Fo. 1.
De uita clericorum ad Nepotianum. Petis à me to. 1 fo. 11
Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum auunculum. Grandes materias. to. 1 fo. 21
Inſtitutio monachi ad Ruſticum Gallum. Nihil Chriſtiano. to. 1 fo. 43
Ad Florentium monachum familiaris. Quantus beatitudinis. to. 1 fo. 53
Ad eundem familiaris. In ea mihi parte. to. 1 fo. 53
Inſtitutio filiæ infantulæ ad Lætam. Apoſtolus Paulus. to. 1 fo. 54
De cuſtodia uirginitatis ad Demetriadem. Inter omnes materias. to. 1 fo. 63
De ſeruanda uiduitate ad Saluinam. Vereor ne officium. to. 1 fo. 74
De uiduitate ſeruanda ad Furiam. Obſecras literis. to. 1 fo. 80
De monogamia ad Gerontiam. In uetere uia. to. 1 fo. 88
Inſtitutio infantulæ, ad Gaudentium. Cauſa difficilis. to. 1 fo. 100
Inſtitutio monachi ad Paulinum. Bonus homo. to. 1 fo. 102
De laudibus Aſellæ ad Marcellam. Nemo reprehendat. to. 1 fo. 117
Marcellæ uiduæ epitaphium ad Principiam. Sæpe & multum. to. 1 fo. 119
Inuitatio ad ſeceſſū bethlehemiticū ſub noīe Paulæ & Euſtochiū. Mēſurā charitas. t. 1. f. 124
Eadem de re ad eandem ſuo nomine. Ambroſius quo. to. 1 fo. 131
De xeniolis miſſis ad Euſtochium. Parua ſpecie. to. 1 fo. 132
Eadem de re ad Marcellam. Vt abſentiam corporum. to. 1 fo. 134
Laus integræ ſenectutis ad Paulum Concordienſem. Humanæ uitæ. to. 1 fo. 134
De cuſtodia uirginitatis ad Euſtochium. Audi filia. to. 1 fo. 136
De conuerſione Bleſillæ ad Marcellam. Abraham tentatur. to. 1 fo. 155
De exitu Leæ ad Marcellam. Cum hora fermè. to. 1 fo. 157
Epitaphium Bleſillæ filiæ ad Paulam. Quis dabit capiti. to. 1 fo. 158
Conſolatio ſuper obitu uxoris ad Pammachium. Sanato uulneri. to. 1 fo. 164
Epitaphium Paulæ ad Euſtochium filiam. Si cuncta corporis. to. 1 fo. 171
Exhortatio ad perfectam uitam ad Lucinum Beticum. Nec opinanti. to. 1 fo. 194
Epitaphium Lucini Betici ad Theodoram uxorem. Lugubri nuncio. to. 1 fo. 197
Epitaphium Fabiolæ ad Oceanum. Plures anni ſunt. to. 1 fo. 199
Familiaris epiſtola ad Theophilum. Ex eo tempore. to. 1 fo. 205
Conſolatio cæcitatis ad Abigaum presbyterum. Quamuis mihi multorū. to. 1 fo. 205
Eadem de re ad Caſtrutium. Sanctus filius meus. to. 1 fo. 106

Conſolatio in rebus aduerſis ad Iulianum. Filius meus frater. to.1 fo. 208
De relinquendo ſeculo ad Exuperantium. Inter omnia quæ. to.1 fo. 212
Reconciliatio materteræ Caſtorinæ. Ioannes idem apoſtolus. to.1 fo. 213
Familiaris ad Iulianum diaconum. Antiquus ſermo. to.1 fo. 213
Familiaris ad anachoritas Syriæ ad Theodoſium. Quàm uellem. to.1 fo. 214
Familiaris ad uirgines Hermonenſes. Chartæ exiguitas. to.1 fo. 214
Gratulatio de aduentu Ruffini & laus Bonoſi. Plus deum tribuere. to.1 fo. 215
Familiaris ad Nitiam amicum. Turpilius comicus. to.1 fo. 218
Laus Bonoſi ad Chromatium. Non debet charta. to.1 fo. 218
Familiaris ad Chryſogonum. Qui circa te affectus. to.1 fo. 220
De humilitate ad Antonium. Dominus noſter. to.1 fo. 221
De nõ diuellẽdo matrimonio abſq; mutuo cõſenſu ad Ruſticũ. Qđ ignotus to.1 fo. 221
De uitando ſuſpecto contubernio. Retulit mihi quidam. to.1 fo. 226
Contra Sabinum uirginis ſacræ ſollicitatorem. Samuel quondam. to.1 fo. 231
De miraculo mulieris ſæpius ictæ, ad Innocentium amicum. Sæpe à me. to.1 fo. 236
Vita Pauli Eremitæ. Inter multos ſæpe. to.1 fo. 239
Vita Hilarionis monachi. Scripturus uitam. to.1 fo. 244
Vita Malchi captiui monachi. Qui nauali prælio. to.1 fo. 258
Catalogus ſcriptorum illuſtrium ad Dextrum. Hortaris Dexter. to.1 fo. 265
Idem opus Græce uerſum à Sophronio. to.1 fo. 265
De perpetua uirginitate Mariæ aduerſus Heluidium. Nuper rogatus. to.2 fo. 5
Defenſio uirginitatis aduerſus Iouinianum. Pauci admodum. to.2 fo. 17
Aduerſus eundem liber ſecundus. Secunda propoſitio. to.2 fo. 69
Aduerſus eundem ad Pammachium apologia. Quod ad te hucuſq;. to.2 fo. 102
Aduerſus defenſorem Iouiniani ad Domnionem. Literæ tuæ & amorem. to.2 fo. 114
Exhortatio ad ſtudiũ diuinæ ſcripturæ ad Pãmachiũ. Chriſtiani interdũ. to.2 fo. 118
Velitatio in errores Vigilantij Galli ad Riparium. Acceptis primũ literis. to.2 fo. 119
Aduerſus Vigilantium de uigilijs ad ſepulchra martyrum. Multa in orbe. to.2 fo. 122
Aduerſus errores Montani ad Marcellam. Teſtimonia de Ioannis. to.2 fo. 129
Ad Riparium de hæreſibus expugnandis. Chriſti te aduerſum. to.2 fo. 131
Aduerſus Arianorum hypoſtaſes, ad Damaſum. Quoniam uetuſto. to.2 fo. 132
Eadem de re ad eundem. Importuna in euangelio. to.2 fo. 135
De pœnitentia lapſi epiſcopi & rebaptizandis dialogi. Proxime accidit. to.2 fo. 136
De erroribus Origenis ad Auitum. Ante annos circiter. to.2 fo. 151
Aduerſus Ioãnẽ Hieroſolymitanũ epiſcopũ ad Pãmachiũ. Si iuxta Paulũ. to.2 fo. 163
Aduerſus eundem ad Theophilum. Epiſtola tua. to.2 fo. 185
Aduerſus Origeniſtas ad Pammachium. Schedulæ quas. to.2 fo. 191
Expoſtulatio cum Ruffino de figuratis laudibus. Diu te Romæ. to.2 fo. 198
Aduerſus Ruffinum apologia ad Pammachium & Marcellam. Et ueſtris. to.2 fo. 198
Aduerſus eundem liber ſecundus. Hucuſq; de criminibus. to.2 fo. 215
Reſponſio ad duas inuectiuas Ruffini. Lectis literis. to.2 fo. 234
Aduerſus Pelagianos ad Cteſiphontem. Non audacter. to.2 fo. 254
Aduerſus eoſdem dialogus primus. Scripta iam. to.2 fo. 263
Aduerſus eoſdem dialogus ſecundus. Multa quidem. to.2 fo. 283
Aduerſus eoſdem dialogus tertius. Delectatus ſum. to.2 fo. 300
Familiaris ad Marcellam. Vt tam paruam. to.2 fo. 316
Aduerſus Vigilantij conuicia. Iuſtum quidem fuerat. to.2 fo. 316
Quatenus legendus Origenes ad Tranquillum. Maiora ſpiritus. to.2 fo. 318
Aduerſus Arianos de ſua fide, ad Marcum. Decreueram quidem. to.2 fo. 319

De oppreſſiõe Origeniſtarũ ꝑ Theophilũ ad Pãmachiũ. Rurſũ oriẽtalibus to.2 fo. 320
De Pelagianis oppreſſis, ad Auguſtinũ & Alipium. Sanctus Innocentius to.2 fo. 321
Ad eundem de re ſimili. Omni quidem. to.2 fo. 322
Rurſum ad eundem. Multi utroqꝫ. to.2 fo. 322
Qui ſcripſerunt de origine animæ ad Marcellinum. Tandem ex Africa. to.2 fo. 322
De matrimonio poſt baptiſmum imputato ad Oceanum. Nunqꝫ fili. to.2 fo. 323
Quatenus adhibẽdæ literæ gentiliũ ad oratorẽ Magnũ. Sebeſiũ noſtrum. to.2 fo. 331
De gradibus presbyteri & diaconi ad Euagrium. Legimus in Eſaia. to.2 fo. 333
De diſſidio Petri & Pauli ac de mendacio ad Auguſtinum. Treis ſimul. to.2 fo. 341
Inuitatio ad mutuum amorem ad Auguſtinum. In ipſo profectionis. to.2 fo. 351
Simili de re ad eundem. Crebras ad me. to.2 fo. 352
Familiaris ad eundem. Virum honorabilem. to.2 fo. 356
De cucurbita in Iona ad eundem. Cum à ſancto. to.2 fo. 357
Aduerſus calumnias æmulorum ad Aſellam. Si tibi putem. to.2 fo. 368
Aduerſus Onaſum obtrectatorem librorum ſuorum. Medici quos. to.2 fo. 370
De optimo genere interpretandi ad Pammachium. Paulus apoſtolus. to.2 fo. 271
Aduerſus calũniatores emẽdatę ſcripturæ ſacræ ad Marcellã. Poſt priorẽ. to.2 fo. 378
De ſtudio diuinæ ſcripturæ ad Paulinum. Frater Ambroſius. to.3 fo. 5
In Pentateuchum uerſum præfatio. Deſiderij mei. to.3 fo. 14
In Ioſue præfatio. Tandem finito Pentateucho. to.3 fo. 16
In libros Regum præfatio. Viginti & duas literas. to.3 fo. 17
In Paralipomena præfatio. Si Septuaginta interpretum. to.3 fo. 19
Altera in idem opus præfatio ad Domnionem. Quomodo Græcorum. to.3 fo. 20
In Eſdrã & Neemiã p̃fatio ad Domnionẽ & Rogatianũ. Vtrũ difficilius ſit. to.3 fo. 21
In Tobiam præfatio ad Chromatiũ & Heliodorum. Mirari non deſino. to.3 fo. 23
In Iudith præfatio. Apud Hebræos liber Iudith. to.3 fo. 23
In Heſter præfatio. Librum Heſter uarijs. to.3 fo. 23
In Iob præfatio. Cogor per ſingulos. to.3 fo. 24
In Iob è Septuaginta uerſum, ſed additis notulis. Si aut fiſcellam. to.3 fo. 25
In Prouerbia Solomonis. Iungat epiſtola. to.3 fo. 25
In Eccleſiaſten uerſum præfatio. Memini me ante. to.3 fo. 26
In Eſaiã ex Hebręo uerſũ p̃fatio ad Paulã & Euſtochiũ. Nemo cũ ꝓphetas. to.3 fo. 26
In Hieremiam uerſum præfatio. Hieremias propheta. to.3 fo. 27
In Ezechielem præfatio. Ezechiel propheta. to.3 fo. 27
In Danielem præfatio. Danielem prophetam. to.3 fo. 28
In duodecim prophetas uerſos præfatio. Non eſt idem ordo. to.3 fo. 29
In Iohelem præfatio. Sanctus Iohel. to.3 fo. 30
In quatuor euangelia caſtigata ad Damaſum. Nouum opus. to.3 fo. eodẽ
De tribus quæſtionibus ad Damaſum. Poſtquam epiſtolam. to.3 fo. 33
De Melchiſedek ad Euagrium. Miſiſti uolumen. to.3 fo. 39
De quadraginta duabus mãſionibus ad Fabiolã. In ſeptuageſimo ſeptimo. to.3 fo. 41
De ueſtibus ſacerdotalibus ad Fabiolam. Vſqꝫ hodie in lectione. to.3 fo. 57
De terra promiſſionis ad Dardanum. Quæris Dardane. to.3 fo. 67
De Ephod bad ad Marcellam. Epiſtolare officium eſt. to.3 fo. 71
De iudicio pueri Solomonis ad Ruffinum. Multum in utranqꝫ. to.3 fo. 75
De Solomone & Achaz ante tẽpus patribus ad Vitalẽ. Zenon nauclerus. to.3 fo. 77
De Tharſis in ueteri teſtamento ad Marcellam. Nuper cum Rheticij. to.3 fo. 79
De ordine ac titulis pſalmorũ ad Sophronium. Scio quoſdam putare. to.3 fo. 80
Emendatio pſalterij in certis locis ad Suniam & Fretelam. Vere in uobis. to.3 fo. 81

De decem myſticis nominibus dei ad Marcellam. Nonageſimũ pſalmũ. to.3 fo. 96

Quid ſint Alleluia,Amẽ,Maranatha,ad eandẽ. Nuper cũ pariter eſſemus. to.3 fo. 96

Quid ſit ſela,hoc eſt diapſalma ad eandem. Quæ acceperis. to.3 fo. 97

Explanatio pſalmi octogeſiminoni ad Cyprianum. Prius te Cypriane. to.3 fo. 98

Explanatio pſalmi quadrageſimiq̃rti ad Principiã uirginẽ.Scio me Princip. to.3 fo. 105

Expoſitio pſalmi centeſimi uiceſimiſexti ad Marcellã. Beatus Pamphilus. to.3 fo. 115

Expoſitio primæ uiſionis Eſaiæ ad Damaſum. Et factum eſt. to.3 fo. 116

De Seraphim & calculo ardenti ad eundem. Septuaginta. to.3 fo. 123

Quid ſonet Hebræis oſanna ad Damaſum. Multi ſuper hoc. to.3 fo. 125

De prodigo filio apud euangeliſtam ad Damaſum. Beatitudinis tuæ. to.3 fo. 128

De tribus quæſtionibus ad Amandum. Breuis epiſtola. to.3 fo. 136

De quatuor quæſtiõibus ad Marcellã. Magnis nos ꝓuocas quæſtiõibus. to.3 fo. 139

De blaſphemia in ſpiritum ſanctũ ad eandem. Breuis eſt quæſtiuncula. to.3 fo. 141

Ad duodecim quæſtiones Hedibiæ. Ignota uultu. to.3 fo. 142

Ad undecim quæſtiones Algaſiæ. Filius meus. to.3 fo. 158

In Canticũcãticorũ homiliæ duæ ex Origene uerſæ. Origenes cũ in cæteris. to.3 fo. 178

Expoſitio loci apud Paulum,omnes quidem dormiemus ſed non omnes &c. In ipſo iam profectionis articulo. Ad Minerium & Alexandrum. to.3 fo. 192

De duabus quæſtiunculis ad Paulinum. Voce me prouocas. to.3 fo. 200

Epiſtola familiaris ad Deſiderium. Lecto ſermone. to.3 fo. 201

Interpretatio alphabeti Hebraici ad Paulam Vrbicam. Nudiuſtertius cũ. to.3 fo. 202

Quæſtiones ſeu traditiones Hebraicæ in Geneſim. Qui in principijs. to.3 fo. 203

Nonnihil ſuſpicor hoc opus à ſtudioſo quopiam abbreuiatum fuiſſe.Nam id pleriſq; ſtudio eſt,omnia ad compendiũ redigere,propterea quod Hieronymus in locis Hebraicis ſubinde relegans nos huc,teſtatur ſe copioſius quædam in hoc libro tractaſſe,cum ea aut prorſus non inueniantur,aut pauciſſimis attacta.

Eſaias propheta iuxta trãſlationem Septuaginta,& iuxta ueritatem Hebraicam unà cum commentarijs Hieronymi in octodecim uolumina digeſtis;quorũ initium eſt. Expletis longo uix tempore. Ad Euſtochium. to.5 fo. 5

In Hieremiam iuxta utranq; æditionem commẽtariorũ libri ſex ad Euſebium. Initium. Poſt explanationes duodecim. to.5 fo. 317

In Ezechielem iuxta utranq; æditionem libri quatuordecim,Initium. Finitis in Eſaiam decem & octo.Ad Euſtochium. to.5 fo. 458

In Danielẽ cõmẽtarij ad Pammachiũ & Marcellã. Cõtra ꝓphetã Danielẽ. to.5 fo. 693

In Oſee libri cõmentariolũ tres ad Pãmachiũ. Initiũ.Si in explanationibus. to.6 fo. 3

In Iohel liber unus ad Pammachium. Non idem eſt ordo. to.6 fo. 64

In Amos libri tres ad eundem. Amos propheta qui ſequitur. to.6 fo. 84

In Abdiam liber unus ad eundem. Cum eſſem paruulus. to.6 fo. 135

In Ionam liber unus ad Chromatium. Triennium circiter fluxit. to.6 fo. 144

In Micheam libri duo ad Paulam & Euſtochium. Micheas in quem nunc. to.6 fo. 160

In Nahum liber unus ad eaſdem. Iuxta Septuaginta interpretes. to.6 fo. 198

In Habacuc libri duo ad Chromatium. Primum Chromati. to.6 fo. 217

In Sophoniã liber unus ad Paulã & Euſtochiũ. Anteq; Sophoniã aggrediar. to.6 fo. 249

In Aggeum liber unus ad eaſdem. Secundo anno Darij. to.6 fo. 272

In Zachariam libri tres. Vltimo iam autumni. to.6 fo. 286

In Malachiam liber unus. Vltimum duodecim prophetarum. to.6 fo. 349

In Eccleſiaſten cõmẽtariorũ liber unus ad Paulã & Euſtochiũ. Memini me. to.7 fo. 39

In euangelium Matthæi ad Euſebium. Plures fuiſſe qui. to.9 fo. 6

In epiſtolã Pauli ad Galatas libri tres ad Paulã & Euſtoch. Pauci admodũ. to.9 fo. 93


In epiſtolam

In epiſtolã ad Epheſios libri tres ad Paulã & Euſtochiũ. Si quicq̃ eſt Paula. to.9 fo.122

In epiſtolam ad Titum liber unus ad eaſdem. Licet non ſint digni. to.9 fo.151

In epiſtolam ad Philemonem liber unus. Qui nolunt inter epiſtolas Pauli. to.9 fo.161

De ſpiritu ſancto liber unus Didymi, interprete Hieronymo. Initium, Cum in Babylone. Opus ipſum. Omnibus quidem quæ. to.9 fo.245

Loca Hebraica uerſa ex Euſebio. Euſebius qui à beato: Et

Nomina Hebraica ſecundũ ordinẽ literarũ ex Philone, ſed omiſſis quibuſdam, nonnullis immutatis, demũ additis nõnullis à Hieronymo, ut ipſe teſtatur in præfatione. Citatur ab eo locis aliquot, liber Hebraicorũ nominũ, et quædã interpretationes reprehẽdũtur, quas tamen inuenimus in hoc opere. Initium operis eſt: Philo, uir diſertiſſimus. *Hæc ſunt inter indices. CCC4 ſo.31.*

Chronica Euſebij Hieronymo interprete, unà cum his quæ ipſe adiecit Hieronymus, & poſt hunc Proſper & alij nonnulli, per quos mihi uidetur operis confuſa ratio, nihilum obſtante adiuratione quam operi præmiſerat. Initium. Vetus ille diſertorũ. Operis initium, Moyſen gentis Hebraicæ.

In Hieremiã homiliæ quatuordecim. In Ezechielẽ tredecim ab Hieronymo uerſæ. Quãq̃ haud ſcio quo factũ ſit conſilio, ut homilijs in Hieremiam adempta ſit Hieronymi præfatio, cũ alteris adſit ſua. Certe ſtilus nõ reclamat eſſe Hieronymi: & ipſe in Catalogo ſcriptorum teſtatur ſe uertiſſe uigintiſeptẽ homilias in Hieremiam & in Ezechielem: porrò quatuordecim & tredecim, uigintiſeptem conficiunt: unde de his nihil addubitandum.

Homiliæ in Lucã trigintanouem ab Hieronymo translatæ, in præfatione Hieronymi numerus erat omiſſus. Sic aũt refertur hic locus à Ruffino inuectiuæ ſuæ libro ſecũdo. Saltẽ triginta nouẽ, Adamãtij noſtri in Lucã homilias, ſicut in Græco habent, interpretor.

In epiſtolam Pauli ad Romanos, commentariorum Origenis libri decem, Hieronymo interprete. Initium. Volentem me paruo.

Vetus teſtamentum omne Hebraicæ reddidit ueritati. Tametſi ea qua nunc utimur æditio non uidetur eruditis uſq̃quaq̃ incorrupta, quod quædam illic deprehendantur addita, quæ Hieronymus negat apud Hebræos haberi: quædam ſecus uerſa q̃ Hieronymus ſcripſit fuiſſe uertenda, ut ſemel atq̃ iterum ſubindicauimus in ſcholijs, quæ traditionibus Hebraicis addidimus. Quanq̃ ex libris Eſdræ uidetur unum dũtaxat uertiſſe iuxta Hebræos, Neemiam & Eſdram unico uolumine cõplectẽs. Sic enim ſcribit in præfatione: Nec quẽq̃ moueat quod unus à nobis liber eſt æditus, nec apocryphorum tertij et quarti libri ſomnijs delectetur. Tobiam quem inter hagiographa recenſet, ex Chaldæo uertiſſe uidetur, quemadmodum & Iudith.

Pſalterium bis correxit ex æditione Septuaginta, obelo ſignatis quę ſupereſſent, aſteriſco quæ ex Hebraicis uoluminibus addidiſſet. Teſtis eſt præfatio cuius initium: Pſalterium Romæ, dudum poſitus.

Prouerbia Solomonis & Eccleſiaſten ex Hebraica ueritate tranſtulit.

## ΤΑ ΑΜΦΙΒΟΛΩΣ ΝΟΘΑ. SECVNDVS ORDO.

QVæ poſthac dicentur, eiuſmodi ſunt, ut ambigi poſſit, Hieronymi ſint nec ne.

Cũ in urbe leges. Stilus nullo modo reſipit Hieronymũ, ſimilior Auguſtiniano, nec clauſula quidẽ epiſtolæ cõcordat cũ Hieronymi cõſuetudine: Ad qđ nos perducat, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. to.1 fo. 215

Anno præterito. In hac Alipium cum Papam appellet, eundem tamen fratrem nominat, quum Hieronymus presbyter dumtaxat fuerit non epiſcopus. Alioqui ſtilus nõ admodum diſſonat ab Hieronymiano. to.2 fo. 368

Neſcio qua tẽtatione. Apparet ab aliquo familiariũ Hieronymi ſcriptã fuiſſe, fortaſſe nomine Hieronymi. Nã character nõnihil diſſidet. Hãc tamẽ ſuo reliquimus loco. to.2 fo.131

Meminit beatitudo tua. In his aliquot epiſtolis Theophili ad Hieronymũ, Hieronymi ad Teophilũ, annotãda eſt æqualitas ac ſĩlitudo ſtili. Cũ Theophilus ni fallor Græce ſcri-

p̃ſcrit: apparet hæc ex actis ſynodicis, aut certe actorũ uice fuiſſe deſcripta. Verũ liberũ eſto ſuum cuiq; iudicium: nos nihil immutauimus. to. 2 fo. 314. & proximo.

Liber iſte. Præfatiuncula in Baruch. Non opinor eſſe Hieronymi, nec eſt in tomis, ſed in Biblijs apponuntur ſingulis prophetis minoribus uariæ præfationes, quæ partim ambiguæ ſunt, quod ad autorem attinet, partim ex prima illa præfatione cuius initiũ, Frater Ambroſius, decerptæ: eo quod eſſent minutula, nõ curauimus ſigillatim recenſere.

In Machabæorum libros præfationes duæ eodem initio: Macchabæorũ libri: mihi non uidentur eſſe Hieronymi.

Traditiões Hebraicæ in libros Regũ & Paralipomenõ, quãq; Hieronymus in præfatiõe quã p̃fixit traditiõibus Hebraicis in Geneſim, polliceri uidet̃ ſe ſimilia traditurũ in omñes ſacræ ſcripturæ libros: tamẽ mihi nõ uidet̃ hoc opus eſſe Hieronymi, q̃uis eruditũ et ad cognitionẽ ſacræ ſcripturę uehemẽter cõducibile. Primũ nulla pręfatio teſtatur autorẽ: deinde ſtilus dilutior eſt ac facilior Hieronymiano. Ad hæc, Hieronymus diligẽtius docet, & plus inculcat Græcarũ & Hebraicarũ uocũ. Poſtremo hic qſqs fuit alicubi propemodũ fatet̃ ſe neſciſſe ſermonẽ Hebraicũ. Proinde an hæc è Græco fortaſſis Euſebij, doctus aliqs uerterit, an ex Hieronymianis & aliorꝫ cõmẽtarijs collecta ſint, omiſſis his q̃ lectorẽ Latine tantũ ſermonis gnarũ torquere poterãt, alijs cõiectãdũ relinquo. to. 3 f. 234.

Loca ex Actis apoſtolorũ. Hoc opus ob eruditionẽ mihi planè Hieronymi uideretur, niſi quodam in loco citaret Hieronymũ: uerũ hoc ipſum haud ſcio an è marginali ſpacio an notatũ in contextũ traductũ ſit, quemadmodũ ſæpenumero factum deprehendimus.

*Hoc opus indici adiunctũ eſt, ita tamen, ut cuiq; liberũ ſit ponere ad quẽcũq; tomũ libitum fuerit. Vide. CCc2. fo. 27.*

Symbolum fidei ad Damaſum. Credimus in deum. to. 4 fo. 124

Symbolum fidei ad Cyrillum. Credimus in unum deum. to. 4 fo. 125

In Geneſim homiliæ ſemptẽdecim ex Origene uerſæ, incertũ ꝑ quẽ, Gennadius in Ruffino indicat tres fuiſſe operũ Origenis interpretes, Ruffinũ & Hieronymũ, quorũ uterq; præfatione addita, ſua ſibi uindicarit. Tertiũ neſcio quẽ qui prologos addere noluerit. Quod ſi uerũ eſt, nimirũ liquet has homilias nõ eſſe uerſas ab Hieronymo, cum careant præfatione, etiã ſi Aldina æditio teſtetur nonnihil prologorum in nonnullis repertũ exemplaribus, ſed adeo elegantiũ ut puditum ſit apponere. Mirum autẽ cũ Hieronymus teſtetur alicubi ſe iuuenẽ aliquot Origenis homilias tranſtuliſſe, nullã huius rei ab eo fieri mentionẽ in Catalogo ſcriptorũ illuſtrium, quẽ ſcripſit nõ admodũ iuuenis, niſi forte maluit ea ſupprimi quemadmodum ſuppreſſit priores in Abdiam commentarios.

In Exodum homiliæ tredecim, & hæ carẽtes præfatiõe, neq; ſtilo pre ſe ferentes interpretem Hieronymum.

In Leuiticum homiliæ ſedecim, & hæ ſine prologo.

In Numeros homiliæ uigintiocto ſine prologo, quas omnes Merlinus interpreti Hieronymo tribuit impudentius quàm eruditius.

In Ieſũ Naue homiliæ uigintiſex. Addita eſt his p̃fatio, ſed q̃ magis Ruffinũ referat q̃ Hieronymũ. Et haud ſcio an in uetuſtis exẽplaribus Ruffini nomẽ ſcriptũ habeat̃, quorũ dũ hęc nobis ſcriberet̃ nõ erat copia. Certe Merlini iudicio nõ admodũ fido hac ſanè ĩ p̃te.

In libros Iudicũ homiliæ nouẽ, ſine præfatione, nec uidentur eſſe Hieronymi interpretis.

Commentariorum in Iob libri tres, nullo interpretis titulo. Cæterum præfatio ſatis indicat non eſſe Hieronymi.

In Matthæũ homiliæ triginta ſex Origenis, etiãſi in æditiõe Badiana ſint trigintaquinq;, poſtremis duabus uti cõijcio in unã confuſis, adeo prolixa eſt. Hieronymus in præfatione quã præfixit Origenicis homilijs in Lucam à ſe uerſis, indicat ſe fuiſſe rogatũ à Bleſilla ut eas Latinas faceret, tomos appellans nõ homilias. Eſt eñ plus eruditionis in tomis Origenis q̃ in homilijs. An poſtea uerterit, incertũ: nã in Catalogo nõ meminit, & quoniam hic nulla additur præfatio, uero propius eſt, aliũ huius operis fuiſſe interpretem.

Duæ præfationes in Pſalterium, quarum alterius initium, Dauid filius Ieſſe: alterius, liber pſalmorum, mihi non uidentur eſſe Hieronymi.

Duæ præfationes

Duæ præfationes in Prouerbia Solomonis, alterius initium, Tribus nominibus; alterius, tres libros, mihi non uidentur eſſe Hieronymi.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ DOCTA.

IN hoc ordine quæ falſò fuerant inſcripta Hieronymo, ſic digeſſimus, ut erudita paulatim deſinant in ea quæ magis ad proximũ ordinem pertinebant: ſed maluimus in hanc peccare partem. In ſecundo tomo cenſuras noſtras adiecimus ſingulis: quæ ſi cui nõ ſatisfaciant, ſuo quiſq; iudicio fruatur.

Vetus ſcripturæ celebrata. To.1. fo.108. Character palàm arguit nõ eſſe Hieronymi, cuiuſuis autorem præ ſe fert eruditum & eloquentem. Dicerem eſſe Paulini, ſed huius ad diuum Auguſtinum epiſtolæ non habent eundem ſermonis nitorem. Vehementer conuenit phraſis, cum ea quæ in quarto Tomo, primum habet locum.

In terra quidem habitaſſe Iob. Præfatio in Iob, uerum falſò tributa Hieronymo, in Tomis non habetur, ſed in uulgatis codicibus, quos uulgus Biblia uocat.

Marcus euãgeliſta. Præfatio in Marcũ, nõ eſt Hieronymi, licet ſit erudita. Apparet è Græco uerſã. Et in uetuſtiſſimis codicibus manu ſcriptis nõ erat aſſcriptũ Hieronymi nomẽ.

Lucas Syrus. Præfatio in Lucæ euãgelium, ipſa ſatis arguit ab interprete nõ optimo uerſam eſſe è Græco, ſicuti docuimus plenius Tomo tertio. fo.31.

Hic eſt Iohannes. Præfatio in Ioannis euãgelium, falſò inſcribitur Hieronymo, cuius nomen non erat aſſcriptum in uetuſtiſſimis codicibus, quemadmodum nec in ſuperiore. Additur & altera nomine Auguſtini, ſed hoc quoq; falſò, ni fallor.

In lamẽtationes Hieremiæ libri tres, quos priore æditione recẽſueramus inter gneſia, credentes totũ comentariorũ opus unius eſſe autoris, quẽadmodũ & in cæteris prophetis. Doctus quidã admonuit ſibi uideri Bedæ, cuius hoc præcipuũ fuit ſtudium, ut ex ueterum libris contexeret ſuorũ commentariorũ ueluti centones. Et in his quædã reperias ex Gregorij libris ad uerbũ deſcripta. Initium: Habes in lamentationes. to.5 fo.427.

In Prouerbia Solomonis, libri tres: quos uel hinc apparet nõ eſſe Hieronymi, qđ in his citetur Gregorius, quanq; & alioq omnia lõge lateq; diſſident ab Hieronymianis. Is qui adornauit Venetã æditionẽ, graue putat argumentum, quod hinc quædam citantur in epiſtolis Decretalibus Hieronymi nomine. Suſpicatur autẽ à Beda è diuerſis collectum opus: cui coniecturæ non admodum reclamo. Initiũ: Parabolæ Solomonis. to.7 fo.3

In euangeliũ Marci, commentarius: in quo nihil inuenies quod iure tribuas Hieronymo. Quod ni quædam admixta fuiſſent nõ indigna cognitu, in proximum ordinem eram reiecturus. Initium: Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum. to.9 fo.54

De uirginitate ad Demetriadem, cui cenſuram noſtram appoſuimus. Si ſummo ingenio pariq;. to.4 fo. 12

Ad Geruntij filias de contemnenda hæreditate. Cuncti mei ſenſus. to.4 fo. 34

Conſolatio in aduerſis ad Marcellam. Magnam humilitati noſtræ. to.4 fo. 38

Conſolatio exilij. Si deus ac dominus noſter. to.4 fo. 40

Conſolatio ægrotantis. Quanq; certiſſime nouerim. to.4 fo. 44

De uiro perfecto. Ecce iterum ad te. to.4 fo. 53

De cognitione diuinæ legis. Præſumptionem meam. to.4 fo. 73

De tribus uirtutibus. Treis quodammodo uirtutes. to.4 fo. 80

De aſſumptione deiparæ uirginis. Cogitis me. to.4 fo. 84

Eadem de re, ſermo. Scientes fratres. to.4 fo. 97

De honorandis parentibus. Parentum meritis. to.4 fo. 99

De ſeptem gradibus eccleſiæ. Sufficere quidem. to.4 fo. 100

De laude uirginitatis. Quantam in cœleſtibus. to.4 fo. 110

De membris dei. Omnipotens deus. to.4 fo. 118

De cereo

De cereo paſchali. Nulla res uetus. Vide cenſuram noſtram. to.4 fo.148
De uera circunciſione. Superiore epiſtola. to.4 fo.152
De celebratione paſchæ, quæ eadē extat inter ep̄las Auguſtini. Lectis literis tuis to.4 f.166
In Suſannam lapſam. Puto leuius eſſe. to.4 fo.177
Ad Euagrium obiurgatio. Niſi uererer beatiſſime. to.4 fo.185
Et ſi ignotus tibi ſim facie. De militando Chriſto. to.4 fo.185
De decem tentationibus Iſraëlitarum. Hæc ſunt uerba. to.4 fo.187
Expoſitio pſalmi quadrageſimiprimi. Omne pſalterium. to.4 fo.189
Expoſitio pſalmi cēteſimi decimiſeptimi. In omni pſalmo. to.4 fo.190
De muſicis organis. Cogor à te. to.4 fo.192
De reſurrectione domini. Exulta cœlum. to.4 fo.193
De natiuitate Chriſti. Hodie uerus ſol. to.4 fo.196
De epiphania domini ſermo. Dies epiphaniorum. to.4 fo.197
De quadrageſima. Quomodo miles ſemper. to.4 fo.198
De eſu agni. Hodie fratres. to.4 fo.199
De reſurrectione domini. Non queo. to.4 fo.201
De uinculis Petri. Sæpiſſimo rogatu. to.4 fo.202
De obſeruatione uigiliarum. Dignum eſt fratres. to.4 fo.206
Ex hac homilia bonam partem tranſſcripſit in regulam monachorum lupus quiſpiā, alba, quod aiunt, amuſſi, quiduis congerens, quo longius redderet uolumen.
Qui Aetiopem. Exhortatio. to.4 fo.209
De pœnitentia. Ad te ſurgo. to.4 fo.211
De generibus leprarum. Admirabile diuinæ. to.4 fo.213
De filio prodigo. Omnium quidem. to.4 fo.215
In Canticacanticorum homiliæ quatuor, abſq; præfatione, in nōnullis exēplaribus Hieronymum autorem præferebāt, quemadmodum teſtatur & Merlinus autor æditionis apud Lutetiam Parrhiſiorum, operum Origenis. Verum Hieronymi nō eſſe, primum ipſe ſtilus palàm arguit: deinde quod nulla ſit addita præfatio, quod modo in duas homilias non neglexit, Neq; uero Hieronymus in Catalogo teſtatur ſe ſcripſiſſe quatuor homilias in Cantica, ſed duas duntaxat: nimirum ex Origene uerſas, Præterea an Origenis ſit hoc opus, addubitari poteſt, quod Hieronymus in præfatione quam præfixit duabus illis à ſe translatis teſtatur Origenem bis ſcripſiſſe in Canticūcanticorum, adoleſcentem homilias duas: deinde copioſiſſimum cōmentarium, decem explicitum uoluminibus. Hoc autem quatuor abſolutum eſt homilijs, niſi fortè præfationi tribuuntur duo uolumina, & ſingulæ homiliæ, bina uolumina complectuntur.
Cōmentarij in epiſtolas Pauli, collecti à ſtudioſo quopiam nō indocto, ſed admixtis quibuſdam alterius parū eruditi: ſed præfationē addiderat neſcio quis, ad Heliodorū Hieronymi nomine, uehemēter inſulſam & infantē, cuius initium eſt: Literis tuis. to.9 fo.166
Commentarij in Iob itidem à ſtudioſo quopiam è uarijs collecti, fortaſſis à Beda: nā liber caret præfatione, cuius initium: Iob qui dolens uel magnus interpretatur. to.7 fo.100
Reperiuntur & alij commentarij in Marcum Hieronymi titulo, ſed in his deprehenduntur quædam è Gregorio decerpta.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ INDOCTA.

IN his quæ proximus habebat ordo, quædā inerant lectu digna, quædam utcunq; ferenda: nonnulla in hunc magis ordinē reijcienda. Cæterū in hoc catalogo nihil reperies, quod nō ſit ex æquo indoctū, infans, & impudēs. Proinde mea quidē ſententia, nullum omnino lectionis operæprecium. Sed inuicta eſt imperitorū hominum pertinacia, cui plus ſatis datū eſt à nobis, in huius operis æditione,

magnoq;

magnoq́; nobis conſtat aliena ſtulticia. Adiecimus Cenſuras: quæ ſi cui non probabuntur, non ſcripſimus illi.

De morte filiæ conſolatio. Benedicto & dilectiſſimo. to.4 fo. 414

De ferendis opprobrijs. Diuerſorum opprobria. to.4 fo. 416

De uita clericorum. Sophronius Euſebius. to.4 fo. 420

Damaſus Hieronymo, & Hieronymus Damaſo, falſiſſimo utrunq; titulo. to.4 fo. 423

De ſcriptoribus aliquot eccleſiaſticis. Vis nunc acriter. to.4 fo. 424

De uirtute pſalmorum. Quia me dulciſſimæ. to.4 fo. 425

De oblatione altaris. Nouerit ſancta autoritas. to.4 fo. 426

Regula monacharum. Tepeſcens in membris. to.4 fo. 427

Impudentiſſimus impoſtor, quiſquis is fuit, fingit hanc regulam ab Hieronymo centenario ſcriptam, cum Proſper tradat eum unum et nonaginta natum annos, uita deceſſiſſe, niſi forte reuixit, ut hanc etiam tam bellam ſcriberet regulam.

De natiuitate uirginis Mariæ, cum duabus ficticijs epiſtolis. Petitis à me. to.4 fo. 429

De morte Hieronymi, nomine Euſebij. Patri reuerendiſſimo. to.4 fo. 452

De tranſitu & laudibus Hieronymi, nomine Auguſtini. Glorioſiſſimi Chriſtianæ fidei athletæ. to.4 fo. 470

De miraculis Hieronymi, nomine Cyrilli. Venerabili uiro. to.4 fo. 484

Vita diui Hieronymi incerto autore. Pleroſq; nimirum. to.4 fo. 508

Reperimus & alia quædam inſcripta Hieronymo, prorſus indigna quouis Hieronymi diſcipulo. Quandoquidem apparet hoc ſolenne fuiſſe librarijs, ut huius unius titulo quemlibet librum emptori commēdarent, uerum ea quoniam ante hac nunq; fuerāt excuſa formulis, addenda non putauimus. Nihil à nobis prætermiſſum eſt eorum quę priores habebāt æditiones. Nimis multa ſunt addita huius ſanè generis. Inuiti dedimus, hoc illorū iudicio, qui nullo ſunt iudicio. Sed quorſum attinet aduerſus torrentem niti? Spero fore ut aliquando ſeculum expergiſcatur, id ſi fiat, bona pars laborum ſtudioſis adimetur, non niſi in optimis autoribus bonas horas bene poſituris.

Comperimus martyrologium, præfixa Hieronymi præfatione, Longobardicis ſcriptum literis: ſed alia quadam lingua quàm Latina, Hiſpania opinor, pleriſq; uocibus in aliam formam deflexis ac deprauatis.

## ALIENA.

POſt hoc ſuccedunt quæ fuerant intermixta lucubrationibus Hieronymianis, ſed ſuis tamen titulis, quæ nec à nobis ſunt amputata, ſed in ſuum ſemota locum.

Dño dilectiſſimo. Epiſtola Epiphanij, Salaminæ Cypri epiſcopi to.2 fo. 158

Scio q̄plurimos. Præfatio Ruffini in libros Origenis περὶ ἀρχῶν, quam adiunximus, quo facilius intelligerentur apologiæ ſancti Hieronymi. to.2 fo. 190

Sanctus aliquis. Epiſtola Pammachij & Oceani ad Hieronymum. to.2 fo. 191

Dñs qui locutus eſt. Epiſtola Theophili Alexandrini epiſcopi ad Epiphaniū. to.2 fo. 313

Nunq; æque quiſquam. Epiſtola Auguſtini ad Hieronymum. to.2 fo. 335

Habeo gratiam. Eiuſdem ad eundem. to.2 fo. 337

Ex quo cœpi ad te. Eiuſdem ad eundem. to.2 fo. 340

Audiui perueniſſe. Eiuſdem ad eundem. to.2 fo. 350

Quamuis exiſtimem. Eiuſdem ad eundem. to.2 fo. 353

Sicut præſens. Eiuſdem ad eundem. to.2 fo. 357

Iampridem charitati tuæ. Eiuſdem ad eundem. to.2 fo. 358

Dormientem te. Damaſus Hieronymo. to.3 fo. 33

Commentaria cum legerem. Idem ad eundem. to.3 fo. 124

Euangelium Lucæ ſine commentarijs, ſed ex uetuſtis exemplaribus aliquāto emendatius, in hoc additum

hoc additum,ut reſpondeat Canoni quatuor euangelijs communi. to.9 fo. 71
Euangelium Ioannis,eodem adiectum conſilio,ſine commentarijs. to.9 fo. 83
Domine debitis. Epiſtola Auguſtini ad Iulianam Demetriadis matrem. to.4 fo. 31
Damaſi ſymbolum. to.4 fo. 123
Ruffini ſymbolum. to.4 fo. 129
Epiſtola Paulini ad Sebaſtianum eremitam. Sancto & merito. to.4 fo. 219
Apologia Pamphili pro Origene. Cognoſcendæ ueritatis. to.4 fo. 220
De adulteratis Origenis libris Ruffinus. In his quæ in ſuperiori libro. to.4 fo. 248
Eadem de re,ex Origenis epiſtolis. Verba Origenis. to.4 fo. 250
Libri περὶ ἀρχῶν Origenis,Ruffino interprete. Scio quàmplurimos. to.4 fo. 253
Ruffini epiſtola ad Anaſtaſium pro fide ſua. Audiui quoſdam. to.4 fo. 258
Anaſtaſij epiſtola de Ruffino. Probatæ quidem affectionis. to.4 fo. 259
Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum libri duo. Perlegi ſcripta. to.4 fo. 260
Auguſtini quæſtio ex epiſtola Iacobi. Quod ad te ſcripſi. to.4 fo. 300
Eiuſdem de ratione animæ. Deum noſtrum qui. to.4 fo. 305
Eiuſdem de origine animarum. Quamuis tuæ ſanctitatis. to.4 fo. 313
Eiuſdem de paſtoribus. Spes tota noſtra. to.4 fo. 319
De ducenda uxore,titulo Valerij. Loqui prohibeor. to.4 fo. 334
Catalogus ſcriptorum illuſtrium per Gennadium. Iacobus presbyter. to.4 fo. 338
Regula monachorum ex Hieronymi ſcriptis conſarcinata, per Lupum quendam Oliuetanum,cum approbatione Martini pontificis. Fratres chariſſimi. to.4 fo. 353
Dialogus Hieronymi & Auguſtini per quendã ineptum,ex ipſorum ſcriptis collectus. Cũ apud uos cœleſtis. to.4 fo. 392
Homilia de corpore & ſanguine Chriſti,incerto autore. Magnitudo cœleſtiũ. to.4 fo. 399
Homilia ſuper euangelium Matthæi,incerto autore. Sanctus euangeliſta. to.4 fo. 401
Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium. Sanctiſſimum doctorem. to.4 fo.403

## MIXTA.

### SEQVVNTVR EA QVAE FALSO TITVLO NON VNIVS SVNT AVTORIS.

INter mixta recenſeri poterat regula monachorum, non ex Hieronymianis tantum collecta ſcriptis,uerum eam alio loco poſuimus.

Commẽtarij quos habemus in omne pſalteriũ Hieronymi titulo,palàm ipſi præ ſe ferũt,quod nõ ſint unius autoris.Si quis autem meum requirat iudicium, nihil illic eſſe arbitror Hieronymi,uerum una pars eſt hominis quiſquis fuit planè docti,& ſermonis expoliti,longe tamẽ diſcrepantis ab Hieronymiano.Nam hic minus habet nitoris ac lenitatis,plus neruorum,deinde ubiq; copioſior,ac diligentior,ac magis oſtẽtans ſuas opes. Altera pars eſt locutulei cuiuſpiam,ac penè dixerim rabulæ,& niſi me fallit naſus,eiuſdem qui ſermones ſuos Auguſtini nomine nobis dedit,præter alia multa bella.Cuius rei ſi quis guſtũ cupiat ſumere,in ipſa ſtatim præfatione,conferat initia cum fine,& uidebit ſubito nouũ ſcriptorem.Quanq; & ea cõiectura arguebat nõ eſſe Hieronymianũ opus,quod nec titulus,nec epiſtola cuiuſq; habeat nomen.Vnde ſuſpicor,illum ſua nullo ędidiſſe titulo,& librarios Hieronymi nomen addidiſſe.Et fortaſſis hic eſt ille cuius meminit Gennadius,quẽ ait nõnulla uertiſſe Origenis,ſed data opera titulis ademptis:cuius eſſe ſuſpicor & annotationes in libros Regum ac Paralipomenõ.Sed ut quod cœperam,abſoluam:qui uoluerit impoſturã deprehẽdere,legat attente commentariũ in pſalmum ſeptuageſimumſeptimũ. Rem quidẽ ille ſumpſit ex commentarijs in Matthæũ,cæterum eam ſuis ornauit floſculis.Ineptit ſuis dialogiſmis,delirat exclamatiõibus,balbutit acyrologijs,ſupfluit periſſologijs;legat in pſalmũ octogeſimũ,

in pſalmum

in pſalmum nonageſimum,ubi docte ſcilicet exponit,quid ſit σύμπτωμα, cũ plures cadunt. Verum ut in genere dicam,ipſa battologia & dictionis character hominẽ ubiq; arguit.

## EORVM QVAE PERIERVNT, INDEX.

POſtremo loco recenſebimus,quæ uel temporum iniuria, uel hominũ incuria, uel æmulorum inuidia interciderunt.

Libri Clementis apoſtolorum comitis in Latinum uerſi ſermonem,efflagitãte Gaudentio:cuius operis meminit in peroratione commentariorum Origenis,in epiſtolam ad Romanos.

Interpretatio in prophetam Abdiam prior,quam ſcripſit adoleſcens:& nondum ſatis in diuinis exercitatus literis.Meminit huius operis in præfatione quam præmiſit poſterioribus in eundem prophetam commentarijs.

Libri quatuor περὶ ἀρχῶν Origenis,quos teſtatur à ſe uerſos:deinde corruptos librariorum uitio,ad Pammachij preces denuo tranſtulit:quos opinor ob inuidiam Origeniani nominis ſuppreſſos:nam quos hodie legimus,Ruffini ſunt interpretis.

Epiſtola quædam ad Paulam,cui annexuerat indicem,ſiue elenchon omnium operũ Origenis,conferens ea cum operibus Marci Varronis πολυγραφωτάτου:cuius & alibi meminit. Ex eo Ruffinus hæc recenſet ſecundo Inuectiuæ ſuo libro:Quæritis uidelicet:ut ad Adamantium noſtrumq; chalceterum ueniamus:qui tanto in ſanctarum ſcripturarum labore ſudauit,ut iuſte Adamantij nomen acceperit:Vultis noſſe quanta ingenij ſui reliquerit monumenta:ſequens titulus indicat:Scripſit in Geneſim libros,& cætera. Nam extat liber in Tomo huius operis ſecundo inter aliena.

Euangelium Hebraicum,Nazarenorum,ſiue Ebionitarum, quod ſibi exhibitum ex Bibliotheca Cæſarienſi,tranſtulit in linguam Græcam ac Latinam, & ex eo,locis compluribus quædam adducit.

In libro Heſter quem uertit ex Hebræis,alphabetum addiderat ex minio uſq; ad theta literam,diuerſis in locis,ad eum modum,ordinem Septuaginta notans ſtudioſo lectori: cum ipſe Hebraicum ordinem ſequi mallet.Atq; hæc laboris pars nobis perijt.

Librum Iob bis uertit:Primum ex æditione Septuaginta,obelis iugulans,quæ apud Hebræos non haberentur,& aſteriſcis illuſtrans,quæ ex Hebræorum uoluminibus eſſent addita.Atq; huius laboris,qui nobis perijt,extat tamen teſtis præfatio, cuius initium: Si aut fiſcellam iunco texerem. Rurſus ex ipſis fontibus, hoc eſt, Hebræo,Arabico, Syroq; ſermone,quod is liber mixta quadam lingua conſcriptus ſit. Huius laboris extat præfatio teſtis,cuius initium:Cogor per ſingulos. Hoc obiter admonere uiſum eſt, quod in uulgatis codicibus inuerterint has præfationes.Cæterum hæc æditio qua nũc utimur,utra ſit,mihi parum liquet.

Pſalterium bis correxit,primum Romæ agens:rurſum in Bethlehemitico rure, obelis & aſteriſcis notãs,quæ ſupereſſent in æditione Septuaginta:aut quæ ipſe ex Hebræorum fontibus addidiſſet.Quanq; ſunt qui dicant,hunc laborem extare.

Prouerbia Solomonis & Eccleſiaſten prius ex æditiõe Septuaginta caſtigarat per obelos & aſteriſcos.Qui labor nobis perijt.Teſtatur in præfatiõe:cuius initiũ:Iungat epiſtola.

Danielem Hebraicis ſcriptũ literis,ſed ſermone Chaldæo,ex ipſo fonte trãſtulit:ſed obelo iugulatis hiſtoria Suſãnæ,hymno triũ puerorũ,& fabula Draconis. Notas abiecimus.

Nouum teſtamentũ Græcæ fidei reddidit:qui labor ſi extaret,aut nõ fuiſſet nobis eadem in re laborandum:aut certe illius ſtudio plurimum fuiſſemus adiuti.Cõdidit & canonẽ quatuor euangeliorum,quid inter illos conueniret,aut diſſonaret,quid cui deeſſet.

In Catalogo ſcriptorum illuſtriũ teſtatur ſe ſcripſiſſe tractatus ſex à pſalmo decimo,uſq; ad decimumſextũ,hoc eſt,in ſingulis illius ordinis tractatus ſingulos. Sic enim legitur

in uetuſtiſſimis exemplaribus, aſſentiente & interprete Græco Sophronio. Id operis apparet interiſſe. Nec enim has breues quas habemus annotatiunculas in pſalmos, uero conſentaneum eſt ab eo tractatus uocari: maxime cum habeamus aliquot eiuſdem tractatus, uelut ad Cyprianum, in pſalmum octogeſimumnonum. Ad Principiam, in quadrageſimum. Ad Marcellam, in centeſimum uigeſimumſextum. Atq; huius fuiſſe generis probabile eſt, quos ibi dixit tractatus.

Scripturam diuinam ſuæ linguæ hominibus tradidit, hoc eſt, Dalmatice uertit. At hodie piaculum exiſtimant, ſacras literas uulgata legi lingua.

Theophili liber paſchalis eruditus & eloquens ab Hieronymo uerſus, ut indicat in epiſtola, cuius initium, Ex eo tempore.

Canon Hebraicæ ueritatis, cuius meminit in epiſtola ad Lucinum.

Emendauit æditionem Septuaginta, ut teſtatur in eadem.

Bis ſcripſit in Matthæum, ut indicat in epiſtola: cuius initium, Satis miror.

Sæpius mihi monendus eſt lector, ne protinus ſtomachetur & reclamet, ſicubi à noſtro diſſentit iudicio. Sunt enim quidam indoctiores, quàm ut hiſce de rebus iudicare poſſint: & tamen nulli omnium iudicant præfractius. Sunt quidam adeò præcipites, ut pronuncient, antequam rem expendant. Legant prius noſtras in quartum tomum præfationes, legant Cenſuras: mox loca conferant, idq; integro animo, ſemota contentione, ſtudio, aut odio, quibus rebus omne iudicium exoculatur, atq; ita demum aut nobiſcum ſentiant, aut à nobis diſſentiant. Nos quod nobis uiſum eſt, in commune propoſuimus, nec omnino ſupine, ni fallor, nec arroganter. Si quis ſic noſtra reijciet ut adducat meliora, uolentes ac libentes amplectemur. Tantum abeſt, ut errorem obſtinate tueri uelimus. Sedulo bonaq; fide laboratum eſt à nobis, et optimis fratribus Amorbachijs, ut diuus Hieronymus quamminime deprauatus, aut contaminatus exiret in manus ſtudioſorum, nõ auſim affirmare nos aſſecutos omnia. Illud nõ uerebor dicere, intra triginta annos nullum opus excuſum typis, pari fide, pari cura, pari impendio. Proinde æquum, ut quam nos adhibuimus diligentiam in reſtituendo, eandem cæteri quoq; præſtent in tuendo, quod reſtitutũ eſt. Alioqui ſi licebit impune deprauare, miſcere, cõfundere principum eccleſiæ libros, nulla certa fuerit ullius autoritas in libris excudendis: quoniam protinus unicum exemplar in duo milia propagatur, ut ſingula errata, bis mille fiant. Maxime cõueniebat Irenæi obteſtationem præfigere, quam chronicis Euſebij præmiſit Hieronymus. Ea eſt huiuſmodi.

ADIVRO TE QVICVNQVE HOS DESCRIPSERIS libros, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſum aduentum eius, in quo ueniet iudicare uiuos & mortuos, ut conferas quod ſcripſeris, & emendes ad exemplaria, ea de quibus ſcripſeris diligenter, & hoc adiurationis genus tranſſcribas, & transferas in eum codicem quem deſcripſeris.

# INDEX IVXTA ORDINEM

TOMORVM COMPLECTENS SIMVL ET INITIVM OPEris, et Argumenti ſummam, & nomen eius ad quem ſcribitur.

## INDEX PRIMI TOMI.


QVanto amore & ſtudio. De laude uitæ ſolitariæ. Ad Heliodorũ ſodalẽ fo. 1
Petis à me Nepotiane. Inſtitutio clerici. Ad nepotianum. fo. 11
Grandes materias. Epitaphium Nepotiani. Ad Heliodorum. fo. 21
Nihil Chriſtiano felicius. Inſtitutio monachi. Ad Ruſticũ Gallũ. fo. 43
Quantus beatitudinis tuæ. Familiaris epiſtola. Ad Florentium. fo. 53
In ea mihi parte. Familiaris & hæc. Ad Florentium. fo. eodẽ
Apoſtolus Paulus ſcribens. Inſtitutio infantulæ. Ad Lætam. fo. 54
Inter omnes materias. De ſeruanda uirginitate. Ad Demetriadem. fo. 63
Vereor ne officium. De ſeruanda uiduitate. Ad Saluinam. fo. 74
Obſecras literis. De uiduitate ſeruanda. Ad Furiam. fo. 80
In uetere uia. De monogamia. Ad Gerontiam. fo. 88
Cauſa difficilis. De educatione infantulæ. Ad Gaudentium. fo. 100
Bonus homo. Inſtitutio monachi. Ad Paulinum. fo. 102
Vetus ſcripturæ. Inſtitutio matrisfamilias, incerto autore. Ad Celantiam. fo. 108
Nemo reprehendat. Laudes Aſellæ. Ad Marcellam. fo. 117
Sæpe & multũ flagitas. Marcellæ uiduæ epitaphium. Ad Principiã uirginẽ. fo. 119
Menſuram charitas. Sub nomine Paulæ & Euſtochij. Ad Marcellam. fo. 124
Ambroſius quo chartas. De fugiendo ſeculum. Ad Marcellam. fo. 131
Parua ſpecie. De xeniolis. Ad Euſtochium. fo. 132
Vt abſentiam corporum. Eadem de re. Ad Marcellam. fo. 134
Humanæ uitæ breuitas. Laus familiaris ſenis. Ad Paulum Cõcordienſem. fo. eodẽ
Audi filia. Inſtitutio uirginis ſacræ. Ad Euſtochium. fo. 136
Abraham tentatur. De conuerſatione Bleſillæ. Ad Marcellam. fo. 155
Cum hora ferme. De morte Leæ. Ad Marcellam. fo. 157
Quis dabit capiti meo. Conſolatio ſuper morte filiæ. Ad Paulam. fo. 158
Sanato uulneri. Conſolatio ſuper morte uxoris. Ad Pammachium. fo. 164
Si cuncta corporis mei. Epitaphium Paulæ. Ad Euſtochium. fo. 171
Nec opinanti mihi. Exhortatio ad piam uitam. Ad Lucinum. fo. 194
Lugubri nuncio. Epitaphium Lucini Betici. Ad Theodoram. fo. 197
Plures anni ſunt. Epitaphium Fabiolæ. Ad Oceanum. fo. 199
Ex eo tempore. Familiaris epiſtola. Ad Theophilum. fo. 205
Quamuis mihi multorum. Conſolatio cæcitatis. Ad Abigaum. fo. eodem
Sanctus filius meus. Conſolatio cæcitatis. Ad Caſtrutium. fo. 206
Filius meus, frater tuus. Conſolatio in aduerſis. Ad Iulianum. fo. 208
Inter omnia quæ mihi. Exhortatio ad Chriſti militiam. Ad Exuperãtium. fo. 212
Ioannes idem apoſtolus. Reconciliatio offenſarum. Ad Caſtorinam. fo. 213
Antiquus ſermo eſt. Familiaris & iocoſa. Ad Iulianum. fo. eodem
Quàm uellem. Familiaris & pia. Ad Theodoſium. fo. 214
Chartæ exiguitas. De obtrectatione. Ad uirgines Hermonenſes fo. eodem
Cum in urbe leges. Familiaris eſt. Ad Auguſtinum. fo. 215
Plus deum tribuere. Laus Bonoſi. Ad Ruffinum. fo. eodem
Turpilius comicus. Familiaris. Ad Nitiam. fo. 218

| | | |
|---|---|---|
| Non debet charta. Exhortatio exemplo Bonoſi. Ad Chromatium. | fo. | 218 |
| Qui circa te affectus meus. Familiaris. Ad Chryſogonum. | fo. | 220 |
| Dominus noſter. De modeſtia. Ad Antonium. | fo. | 221 |
| Quod ignotus. Caſtigatio relapſi. Ad Ruſticum. | fo. | eodem |
| Retulit mihi quidam. Vitandum uirgini ſuſpectum contubernium. | fo. | 226 |
| Samuel quondam. Obiurgatio Diaconi impudici. Ad Sabinianum. | fo. | 231 |
| Sæpe à me. De muliere ſepties icta. Ad Innocentium. | fo. | 236 |
| Inter multos ſæpe. Vita Pauli eremitæ. | fo. | 239 |
| Scripturus uitam. Vita Hilarionis | fo. | 244 |
| Qui nauali prælio. Vita Malchi captiui monachi. | fo. | 258 |
| Hortaris Dexter. Catalogus ſcriptorum illuſtrium. Ad Dextrum. | fo. | 265 |
| Idem uerſus à Sophronio Græce. | fo. | eodem |


INDEX SECVNDI TOMI.


| | | |
|---|---|---|
| NVper rogatus. De perpetua uirginitate Mariæ. Aduerſus Heluidiū. | fo. | 5 |
| Pauci admodū. De excellētia uirginitatis. Aduerſus Iouinianū. | fo. | 17 |
| Secunda propoſitio. Aduerſus Iouinianum, liber ſecundus. | fo. | 69 |
| Qđ ad te huc uſq;. Apologia ſuperiorū uoluminū. Ad Pāmachiū. | fo. | 102 |
| Literæ tuæ & amorem. Aduerſus calumniatores. Ad Domnionem. | fo. | 114 |
| Chriſtiani interdum. Aduerſus eoſdem. Ad Pammachium. | fo. | 118 |
| Acceptis primum literis. Aduerſus Vigilantiū uelitatio. Ad Riparium. | fo. | 119 |
| Multa in orbe. Aduerſus Vigilantiū. De colendis martyrū reliquijs. | fo. | 122 |
| Teſtimonia de Ioannis. De Montani erroribus. Ad Marcellam. | fo. | 129 |
| Chriſti te aduerſum. Exhortatio aduerſus hæreticos. Ad Riparium. | fo. | 131 |
| Neſcio qua tentatione. Simile argumentum. Ad Apronium. | fo. | eodem |
| Quoniam uetuſto. De hypoſtaſibus Arianorum. Ad Damaſum. | fo. | 132 |
| Importuna in euangelio. Eadem de re. Ad eundem. | fo. | 135 |
| Proxime accidit. Aduerſus Luciferianos. Dialogus. | fo. | 136 |
| Ante annos circiter. De Origenis erroribus. Ad Auitum. | fo. | 151 |
| Domino dilectiſſimo fratri. Aduerſus Origeniſtas. Ad Ioannē Hieroſoly. | fo. | 158 |
| Si iuxta Paulum. Aduerſus Ioannē epiſcopū Hieroſoly. ſuſpectū Arianū. | fo. | 163 |
| Epiſtola tua hæreditatis. Aduerſus eundem. Ad Theophilum. | fo. | 185 |
| Scio quàm plurimos. Præfatio Ruffini in libros περὶ ἀρχῶν. | fo. | 190 |
| Sanctus aliquis. Excitatio ad defenſionem ſui. Ad Hieronymum. | fo. | 191 |
| Schedulæ quas. Aduerſus Origeniſtas. Ad Pāmachium & Oceanum. | fo. | eodem |
| Diu te Romæ. Expoſtulatio de figurata laude. Ad Ruffinum. | fo. | 198 |
| Et ueſtis & multorū. Aduerſus Ruffini calūnias, liber primus. Ad Pāmachiū. | fo. | eodē |
| Hucuſq; de criminibus. Aduerſus Ruffini calūnias, liber ſecundus. | fo. | 215 |
| Lectis literis. Eadem de re. Ad ipſum Ruffinum. | fo. | 234 |
| Non audacter. Aduerſus Pelagianos. Ad Cteſiphontem. | fo. | 254 |
| Scripta iam ad Cteſiphontē. Aduerſus eoſdem, Dialogorū liber primus. | fo. | 263 |
| Multa quidē de ſcripturis. Aduerſus eoſdem, liber Dialogorū ſecundus. | fo. | 283 |
| Delectatus ſum tuorum. Aduerſus eoſdem, liber Dialogorum tertius. | fo. | 300 |
| Dominus qui locutus. De damnandis Origeniſtis. Theophilus. | fo. | 313 |
| Meminit beatitudo. Eadem de re. Hieronymus. | fo. | 314 |
| Sanctus epiſcopus Agatho. De dānatis Origeniſtis. Ad Hieronymum. | fo. | eodem |
| Nuper tuæ beatitudinis. Eadem de re. Ad Theophilum. | fo. | eodem |
| Duplicem mihi gratiam. Eadem de re. Ad Theophilum. | fo. | 315 |
| Didici quod & ſanctitas. Eadem de re. Ad Hieronymum. | fo. | eodem |

Generalis epiſtola. Eadem de re. Epiphanius Hieronymo. fo. 315
Vt tam paruam. Familiaris. Ad Marcellam. fo. 316
Iuſtum quidem fuerat. Hortatur ut reſipiſcat. Ad uigilantium. fo. 316
Maiora ſpiritus uincula. Quatenus legendus Origenes. Ad Tranquillinum. fo. 318
Decreueram quidem. Fidei ſuæ declaratio. Ad Marcum. fo. 319
Rurſum orientalibus. De opprimendis Origeniſtis Ad Pammachium. fo. 320
Sanctus Innocentius. De extincta Celeſtiana hæreſi. Ad Auguſtinum. fo. 321
Omni quidem tempore. Extimulat aduerſus hæreticos. Ad Auguſtinum. fo. 322
Multi utroq;. Eadem de re. Ad eundem. fo. 322
Tandem ex Aphrica. Familiaris epiſtola. Ad Marcellinum. fo. 322
Nunquam fili Oceane. An qui alteram uxorem à baptiſmo duxerit, poſſit fieri ſacerdos. Ad Oceanum. fo. 323
Sebeſium noſtrum. Quatenus utendum literis prophanis. Ad Magnum. fo. 331
Legimus In Eſaia. De gradu presbyteri & diaconi. Ad Euagrium. fo. 333
Nuſquam æque quiſquam. De mendacio & translatione ex Hebraica ueritate. Auguſtinus. fo. 335
Habeo gratiam. Eadem de re. Auguſtinus. fo. 337
Ex quo cœpi. Eadem de re. Auguſtinus. fo. 340
Treis ſimul. De mendacio in literis ſacris. Ad Auguſtinum. fo. 341
Audiui perueniſſe. Excuſatio. Auguſtinus Hieronymo. fo. 350
In ipſo profectionis. Satisfactio. Hieronymus Auguſtino. fo. 351
Crebras ad me. Familiaris epiſtola. Hieronymus Auguſtino. fo. 352
Quamuis exiſtimem. Adhortatio ad concordiam. Auguſtinus. fo. 353
Virum honorabilem. Familiaris & hæc. Ad Auguſtinum. fo. 356
Sicut præſens. Familiaris. Auguſtinus Præſidio. fo. 357
Cum à ſancto fratre. Adhortatio ad concordiam. Hieronymus Auguſtino. fo. 357
Iampridem charitati. Rurſum de mendacio. Auguſtinus Hieronymo. fo. 358
Anno præterito. Commendatio amici. Ad Auguſtinum. fo. 368
Si tibi putem. Deprecatur crimen amoris in Paulam. Ad Aſellam. fo. 368
Medici quos uocant. In Onaſum obtrectatorem. Hieronymus. fo. 370
Paulus apoſtolus. De optimo genere interpretandi. Ad Pammachium. fo. 371
Poſt priorem epiſtolam. Defenſio interpretationum. Ad Marcellam. fo. 378

INDEX TERTII TOMI.

FRater Ambroſius. De ſtudio diuinæ ſcripturæ. Ad Paulinum. fo. 5
Deſyderij mei. Præfatio in Pentateuchum uerſum. fo. 14
Tandem finito. In Ioſue uerſum præfatio. fo. 16
Viginti & duas. In libros Regum uerſos præfatio. fo. 17
Si Septuaginta. In Paralipomena uerſa præfatio. fo. 19
Quomodo Græcorum. Altera in idem opus præfatio. Ad Domnionem & Roga. fo. 20
Vtrum difficilius. In Eſdram & Neemiam præfatio. Ad eoſdem. fo. 21
Mirari non deſino. In Tobiam præfatio. Ad Chromatium & Heliodorum. fo. 23
Apud Hebræos. In Iudith præfatio. fo. 23
Librum Heſter. In Heſter uerſum præfatio. fo. 23
Cogor per ſingulos. In Iob præfatio ex Hebræo uerſum. fo. 24
Si aut fiſcellam. In Iob è Septuaginta uerſum præfatio. fo. 25
Iungat epiſtola. In Prouerbia Solomonis præfatio. fo. 25

Memini me. In Eccleſiaſten uerſum præfatio. fo. 26
Nemo cum. In Eſaiam ex Hebræo uerſum præfatio. Ad Paulã & Euſtochiũ. fo. 26
Hieremias propheta. In Hieremiam uerſum præfatio. fo. 27
Ezechiel propheta. In Ezechielem uerſum præfatio. fo. 27
Danielem prophetam. In Danielem uerſum præfatio. fo. 28
Non eſt idem. In duodecim prophetas uerſos præfatio. fo. 29
Sanctus Ioel. In Ioelem præfatio. fo. 30
Nouum opus. In quatuor euangelia caſtigata præfatio. Ad Damaſum. fo. 30
Dormientem. Quæſtiones tres ueteris legis. Damaſi. fo. 33
Poſtq̃ epiſtolam. Ad ſuperiores quæſtiones reſponſio. Ad Damaſum. fo. 33
Miſiſti uolumen. De Melchiſedek. Ad Euagrium. fo. 39
In ſeptuageſimo. De quadraginta manſionibus Iſraëlitarum. Ad Fabiolam. fo. 41
Vſq; hodie. De ueſtibus ſacerdotalibus. Ad eandem. fo. 57
Quæris Dardane. De terra promiſſionis. Ad Dardanum. fo. 67
Epiſtolare officium. De Ephod Bad. Ad Marcellam. fo. 71
Multum in utramq;. De iudicio Solomonis pueri. Ad Ruffinum. fo. 75
Zenon Nauclerus. De Solomone & Achaz ante tẽpus patribus. Ad Vitalẽ. fo. 77
Nuper cum Rheticij. De Tharſis. Ad Marcellam. fo. 79
Scio quoſdam. De ordine & titulis pſalmorum. Ad Sophronium. fo. 80
Vere in uobis. Emendatio pſalterij in certis locis. Ad Suniam & Fretelam. fo. 81
Nonageſimum pſalmum. De decem myſticis nominibus dei. Ad Marcellam. fo. 96
Nuper cum pariter. Quid Hebræis ſit alleluia. Ad eandem. fo. 96
Quæ acceperis. Quid ſit Sela. Ad eandem. fo. 97
Prius te Cypriane. Expoſitio pſalmi octogeſiminoni. Ad Cyprianum. fo. 98
Scio me Principia. Expoſitio pſalmi quadrageſimiquarti. Ad Principiam. fo. 105
Beatus Pãphilus. Expoſitio pſalmi centeſimi uigeſimiſexti. Ad Marcellam. fo. 115
Et factum eſt. Expoſitio primæ uiſionis Eſaiæ. Ad Damaſum. fo. 116
Septuaginta. De Seraphim & calculo ardenti. Ad eundem. fo. 123
Commentaria. Quæſtio de Oſanna. Damaſi. fo. 124
Multi ſuper hoc. Super eadem quæſtione reſponſio. Ad Damaſum. fo. 125
Beatitudinis. De frugi & luxurioſo filio. Ad eundem. fo. 128
Breuis epiſtola. De tribus quæſtionibus. Ad Amandum. fo. 136
Magnis nos. De quatuor quæſtionibus. Ad Marcellam. fo. 139
Breuis eſt. De blaſphemia in ſpiritum ſanctum. Ad eandem. fo. 141
Ignota uultu. De duodecim quæſtionibus. Ad Hedibiam. fo. 142
Filius meus. De undecim quæſtionibus. Ad Algaſiam. fo. 158
Origenes cum. Homiliæ quæ Origenis à Hieronymo uerſæ. Ad Damaſum. fo. 178
In ipſo iam profectionis articulo. Expoſitio loci apud Paulum in epiſtolam ad Galatas. Ad Minerium & Alexãdrum. fo. 192
Voce me prouocas. De duabus quæſtiunculis. Ad Paulinum. fo. 200
Lecto ſermone. Epiſtola familiaris. Ad Deſyderium. fo. 201
Nudiuſtertius. Imterpretatio alphabeti Hebraici. Ad Paulam Vrbicam. fo. 202
Qui in principijs. Traditiones ſeu quæſtiones Hebraicæ in Geneſim. fo. 203
Fuit uir unus. Traditiones ſeu quæſtiones Hebraicæ in libros Regum. fo. 234
Eber nati ſunt. Traditiones ſeu quæſtiones Hebraicæ in Paralipomenon. fo. 254
Euſebius qui. Loca Hebraica. fo. 1
Acheldemach. Loca actorum. fo. 27
Philo uir. Nomina Hebraica. fo. 30

*Hos libellos ſeparatim excudimus.*

Index

SI ſummo ingenio. De uirginitate. Ad Demetriadem. fo. 12
Dominæ debitis. Superioris epiſtolæ caſtigatio. Ad Iulianam. fo. 31
Cuncti mei ſenſus. De cõtemnenda hæreditate. Ad Geruntij filias. fo. 34
Magnã humilitati noſtræ. Conſolatio in aduerſis. Ad Marcellam. fo. 38
Si deus ac dominus noſter. Conſolatio exilij. Ad uirginem quandam. fo. 40
Quanquam certiſſime nouerim. Conſolatio. Ad amicum ægrotum. fo. 44
Ecce iterum ad te ſcribo. De uiro perfecto. Ad amicum ægrotum. fo. 53
Præſumptionem meam. De cognitione diuinæ legis. Ad amicum quendam. fo. 73
Treis quodammodo uirtutes. De tribus uirtutibus. fo. 70
Cogitis me ô Paula. De aſſũptiõe beatę Mariæ ſermo. Ad Paulã & Euſtochiũ. fo. 84
Scientes fratres. Eadem de re ſermo. fo. 97
Parentum meritis ſubiugans. De honorandis parentibus. fo. 99
Sufficere quidem. De ſeptem gradibus eccleſiæ. fo. 100
Quantam in cœleſtibus. De laude uirginitatis. fo. 116
Omnipotens deus. De membris dei. fo. 118
Credimus in unum. Symboli explanatio. Ad Damaſum. fo. 123
Credimus in deum. Symboli explanatio. Ad Damaſum. fo. 124
Credimus in unum deum. Explanatio fidei. Ad Cyrillum. fo. 125
Mihi quidem. Symbolum Ruffini. fo. 129
Nulla res uetus. De cereo paſchali. Ad Præſidium. fo. 148
Superiore epiſtola. De uera circumciſione. fo. 152
Lectis literis tuis. De celebratione Paſchæ. fo. 166
Puto leuius eſſe. In Suſannam lapſam. fo. 177
Niſi uererer beatiſſime. Obiurgatio. Ad Euagrium. fo. 185
Hæc ſunt uerba. De decem tentationibus Iſraëlitarum. fo. 187
Omne pſalterium. Expoſitio pſalmi quadrageſimiprimi. fo. 189
In omni pſalmo. Expoſitio pſalmi centeſimi decimiſeptimi. fo. 190
Cogor à te. De muſicis organis. Ad Dardanum. fo. 192
Exulta cœlum. De reſurrectione domini ſermo. fo. 193
Hodie uerus ſol. De natiuitate domini ſermo. fo. 196
Dies Epiphaniorum. De Epiphania domini ſermo. fo. 197
Quomodo miles ſemper. De Quadrageſima ſermo. fo. 198
Hodie fratres chariſſimi. De eſu agni. fo. 199
Non queo fratres chariſſimi. De reſurrectione domini. fo. 201
Sæpiſſimo rogatu. De uinculis Petri. Ad Euſtochium. fo. 202
Dignum eſt fratres. De obſeruatione uigiliarum. fo. 206
Et ſi ignotus tibi ſim. De militando Chriſto. fo. 185
Qui Aethiopem inuitat. Exhortatio. Ad Pammachium & Oceanum. fo. 209
Ad te ſurgo hominem. De pœnitentia. fo. 211
Admirabile diuinæ diſpoſitionis. De generibus leprarum. fo. 213
Omnium quidem. De filio prodigo. fo. 215
Sancto & merito. Paulini ad Sebaſtianum eremitam epiſtola. fo. 219
Cognoſcendæ ueritatis. Apologia Pamphili pro Origene. fo. 220
In his q̃ in ſupiori libro. Ruffinus de adulteratiõe librorum Origenis. Ad Macariũ. fo. 248
Verba Origenis. Eadem de re ex Origenis epiſtolis. fo. 250
Scio quod plurimos. Libri περὶ ἀρχῶν Origenis, Ruffino *interprete*. Ad Macarium. fo. 253
Audiui quoſdam. Ruffini epiſtola pro fide ſua. Ad Anaſtaſium. fo. 258
Probatę q̃dẽ affectiõis. Anaſtaſij epĩa de Ruffino. Ad Hieroſolymorũ epiſcopũ. fo. 259

ß 4 Perlegi

Perlegi ſcripta tua. Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum, liber primus. fo. 260
Superiore quidem libello. Inuectiuarum Ruffini in Hieronymũ, liber ſecũdus. fo. 281
Quod ad te ſcripſi. Auguſtini quæſtio ex epiſtola Iacobi. Ad Hieronymum. fo. 300
Deum noſtrum qui. Eiuſdem de ratione animæ. Ad Hieronymum. fo. 305
Quàmuis tuæ ſanctitatis. Eiuſdem de origene animæ. Ad Optatum. fo. 313
Spes tota noſtra. Eiuſdem de paſtoribus homilia. fo. 319
Loqui prohibeor. Valerius de non ducenda uxore. Ad Ruffinum. fo. 334
Iacobus presbyter cognomẽto. Catalogus ſcriptorũ illuſtriũ per Gennadium. fo. 338
Martinus epiſcopus. Regula monachorum ex Hieronymi ſcriptis conſarcinata, per Lupum quendam Oliuetanum, cum approbatione Martini pontificis. fo. 353
Cum apud uos cœleſtis. Dialogus Hieronymi & Auguſtini per quendam ineptum ex ipſorum ſcriptis collectus. fo. 392
Magnitudo cœleſtium beneficiorum. Homilia de corpore & ſanguine Chriſti, incerto autore. fo. 399
Sanctus euangeliſta. Homilia ſuper euangelium Matthæi, incerto autore. fo. 401
Sanctiſſimum doctorem. Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium. fo. 403
Benedicto & dilectiſſimo. Conſolatio ſuper morte filiæ. Ad Tyraſium. fo. 414
Diuerſorum opprobria. De ferendis opprobrijs. Ad Occanum. fo. 416
Sophronius Euſebius. De uita clericorum. Ad Occanum. fo. 420
Damaſus epiſcopus. Ad Hieronymum, titulo Damaſi. fo. 423
Beatiſſimo Papæ. Ad Damaſum, titulo Hieronymi. fo. 423
Vis nunc acriter. Catalogus ſcriptorum eccleſiaſticorum. Ad Deſiderium. fo. 424
Quia me dulciſſimæ filiæ. De uirtute pſalmorũ. Ad Paulam & Euſtochium. fo. 425
Nouerit ſancta autoritas. De oblationibus altaris. Ad Damaſum. fo. 426
Tepeſcens in membris. Regula monacharum. fo. 427
Dilectiſſimo fratri. De natiuitate beatæ Mariæ Heliodori & Chromatij quæſtio. Ad Hieronymum. fo. 448
Dominis ſanctis. Super eadem quæſtione reſponſio. Ad Heliodorum. fo. 448
Petitis à me. De natiuitate uirginis Mariæ. fo. 449
Patri reuerendiſſimo. De morte Hieronymi. Ad Damaſum. fo. 452
Glorioſiſſimi Chriſtianæ. De tranſitu & laudibus Hieronymi. Ad Cyrillum. fo. 470
Venerabili uiro. De miraculis Hieronymi. Ad Auguſtinum. fo. 484
Pleroſq; nimirum. Vita diui Hieronymi, incerto autore. fo. 508

INDEX QVINTI TOMI.

EXpletis longo. In Eſaiam commentariorum, liber primus: iuxta utrãq; trãſlationem. Ad Euſtochium. fo. 5
Finito in Eſaiam. In eundem cõmentariorum, liber ſecundus. fo. 18
Sufficit mihi. In eundem commentariorum, liber tertius. fo. 34
Inæquales dictamus. In eundem commentariorum, liber quartus. fo. 51
Plures anni ſunt. In eundem commentariorum, liber quintus. fo. 63
Quod in præcedenti. In eundem commentariorum, liber ſextus. fo. 87
Septimus liber. In eundem commentariorum, liber ſeptimus. fo. 104
Sextus & ſeptimus. In eundem commentariorum, liber octauus. fo. 123
Varijs moleſtijs. In eundem commentariorum, liber nonus. fo. 140
Decimus liber. In eundem commentariorum, liber decimus. fo. 158
Difficile imò. In eundem commentariorum, liber undecimus. fo. 171
Nullus tam imperitus. In eundem commentariorum, liber duodecimus. fo. 187
Multi caſus. In eundem commentariorum, liber tertiuſdecimus. fo. 204

Dominus. In eundem commentariorum, liber quartuſdecimus. fo. 221
Crebro Euſtochium. In eundem commentariorum, quintuſdecimus. fo. 239
Egregia. In eundem commentariorum, liber decimusſextus. fo. 254
Quanta myſteria. In eundem commentariorum, liber decimusſeptimus. fo. 273
Duodeuiceſimus. In eundem commentariorum, liber decimusoctauus. fo. 293
Poſt explanationes. In Hieremiã cõmẽtariorũ, liber primus. Ad Euſebiũ. fo. 317
Secundum frater. In eundem commentariorum, liber ſecundus. fo. 335
Lernæum anguem. In eundem commentariorum, liber tertius. fo. 355
Semper diabolus. In eundem commentariorum, liber quartus. fo. 373
Quintus commentariorum. In eundem cõmentariorum, liber quintus. fo. 392
Prolixitas. In eundem commentariorum, liber ſextus. fo. 409
Habes. Primus commentariorum in lamentationes Hieremiæ. fo. 427
Primam partem. Secundus cõmentariorum in lamentationes Hieremiæ. fo. 440
Extremus liber. Tertius commentariorum in lamentationes Hieremiæ. fo. 449
Poſt lamentationem. Præfatio commentariorum in orationem Hieremiæ. fo. 455
Finitis in Eſaiam. In Ezechielẽ cõmentariorũ, liber primus. Ad Euſtochiũ. fo. 458
Secundi explanationum. In eundem commentariorum, liber ſecundus. fo. 475
Nihil longum. In eundem commentariorum, liber tertius. fo. 487
Vellem ſi fieri. In eundem commentariorum, liber quartus. fo. 503
Ne librorum numerus. In eundem commentariorum, liber quintus. fo. 519
Putabam quod. In eundem commentariorum, liber ſextus. fo. 533
Olim pueri. In eundem commentariorum, liber ſeptimus. fo. 548
Quid alijs proſit. In eundem commentariorum, liber octauus. fo. 566
Conſequens erat. In eundem commentariorum, liber nonus. fo. 582
Vellem ut. In eundem commentariorum, liber decimus. fo. 598
Vndecimus. In eundem commentariorum, liber undecimus. fo. 612
Trepidationem. In eundem commentariorum, liber duodecimus. fo. 634
Tertiusdecimus. In eundem commentariorum, liber tertiusdecimus. fo. 651
Quod in principio. In eundem commentariorum, liber quartusdecimus. fo. 673
Contra prophetam Danielem. Commẽtarij in Danielem. Ad Pammachium & Marcellam. fo. 693

INDEX SEXTI TOMI.

SI in explanationibus. Liber primus commentariorum in Oſee. Ad Pammachium. fo. 3
Qui ſæpe nauigat. Liber ſecundus cõmentariorum in Oſee. fo. 23
Non ignoro Pammachi. Liber tertius cõmentariorum in Oſee. fo. 44
Non idem ordo eſt. Commentarij in Ioelem. Ad Pammachium. fo. 64
Amos propheta. Liber primus commentariorum in Amos. Ad eundem. fo. 84
Legi in quadam. Liber ſecundus commentariorum in Amos. fo. 100
Præpoſtero ordine. Liber tertius commentariorum in Amos. fo. 116
Cum eſſem paruulus. Commentarij in Abdiam. Ad eundem. fo. 135
Triennium. Commentarij in Ionam. Ad Chromatium. fo. 144
Micheas. Liber primus cõmentariorũ in Micheã. Ad Paulã & Euſtochiũ. fo. 160
Semper inuidis. Liber ſecundus commentariorum in Micheam. fo. 178
Iuxta Septuaginta. In Nahum commentarij. Ad eaſdem. fo. 198
Primũ Chromati. Primus liber cõmẽtariorũ in Habacuc. Ad Chromatiũ. fo. 217
Alterum mi. Secundus liber commentariorum in Habacuc. fo. 233
Quæſtiones in Habacuc, incerto autore. fo. 247

Anteq̃

Anteq̃ Sophoniam. Cõmentarij in Sophoniã. Ad Paulam & Euſtochiũ. fo. 249
Secundo anno. Commentarij in Aggæum. Ad eaſdem. fo. 272
Vltimo iam. Liber primus cõmentariorũ in Zachariam. Ad Exuperium. fo. 286
Ab obſcuris. Liber ſecundus commentariorum, in eundem. fo. 305
Vrget me frater. Liber tertius, commentariorum in eundem. fo. 327
Vltimũ duodecim. Cõmentarij in Malachiã. Ad Mineriũ & Alexãdrum. fo. 349

INDEX SEPTIMI TOMI.

PArabolæ Solomonis. Cõmentarij in parabolas Solomonis. fo. 3
Memini me. Cõmẽtarij in Eccleſiaſten. Ad Paulã & Euſtochiũ. fo. 39
Epithalamiũ libellus. Quatuor homiliæ in Cãtica, nomine Origenis. fo. 63
Iob qui doles. Cõmentarij in Iob. Ad Vecteriũ incerto autore. fo. 100

INDEX OCTAVI TOMI.

PRoxime cum Origenis. Commentarij in Pſalterium. fo. 2
Scio quoſdam. Pſalterium iuxta Hebraicam ueritatem. In Appendice.

INDEX NONI TOMI.

CAnones euangeliorum Euſebij. fo. 3
Plures fuiſſe. Commentarij in Matthæum. Ad Euſebium. fo. 6
Omnis ſcriba. Commentarij in Marcum. fo. 54
Quoniamquidem. Euangelium iuxta Lucam. fo. 71
In principio. Euangelium iuxta Ioannem. fo. 83
Pauci admodum. Liber primus commentariorum in epiſtolam ad Galatas. Ad Paulam & Euſtochium. fo. 93
Quod in primo. Commentariorum ſecundus, in eandem. fo. 101
Tertium ad Galatas. Commentariorum tertius, in eandem. fo. 113
Si quicquam. Liber primus commentariorum in epiſtolam ad Epheſios. Ad Paulam & Euſtochium. fo. 122
Secundum orationibus. Secundus commentariorum, in eandem. fo. 134
Satis abundeq̃. Tertius commentariorum, in eandem. fo. 142
Licet nõ ſint. Cõmentarij in epiſtolã ad Titũ. Ad Paulam & Euſtochium. fo. 151
Qui nolunt. Commentarij in epiſtolam ad Philemonem. Ad eaſdem. fo. 161
Literis tuis. Commentarij in omnes Paulinas epiſtolas, incerto autore. fo. 166
Cum in Babylone. Didymi de ſpiritu ſancto, liber à Hieronymo uerſus. fo. 245

Indicis iuxta ordinem Tomorum finis.

# OPVS EPISTOLARVM

DIVI HIERONYMI STRIDONENSIS,
unà cum ſcholijs Deſiderij ERASMI Roteroda
mi, denuo per illum non uulgari cura reco
gnitum, correctum, ac locu
pletatum.

tautoris damnati hoc
Sachery prohibitum nunc
expurgat. permittitur

[redacted]

VIRTVTE DVCE,

[redacted]




COMITE FORTVNA.

[redacted]

SEBASTIANVS GRYPHIVS
GERMANVS EXCVDE
BAT LVGDVNI
ANNO
M. D. XXX.

[redacted]

[redacted]

[redacted]

# EXIMII DOCTORIS

## HIERONYMI STRIDONENSIS

uita, ex ipſius potiſſimum ſcriptis contexta per DES. ERASMVM ROTERODAMVM.

EQVIDEM haud ſum neſcius, ueterum permultos in hac fuiſſe ſentẽtia, ut pium & officioſum eſſe ducerent, in commodum publicum apte confictis narrationibus abuti: nempe uel ad uitam recte pieq́; inſtituendam, uel ad erigendos & inflammandos ad honeſti ſtudium animos, uel ad fulciendam quorundam imbecillitatem, uel ad territandos impios: quos neque ratio corrigit, neque mouet charitas; uel ad illuſtrandam miraculis ſanctorum hominum gloriam. Atque hoc fuci genus nec Platoni diſplicuit, nec Origeni, nec horum dogma ſequutis. Certe obijcit hoc HIERONYMVS Ruffino, atque uiciſſim in HIERONYMVM regerit, malens alterum eodem conſpurcare luto, quàm in ſe coniectum lutum abſtergere. Eſt quidem mira quædam uulgi credulitas, imò neſcio quid penitus inſitum animis mortalium, ut ficta lubentius audiant quàm geſta: & commenticijs ſupraq́; ueri fidem fabulis libentius aſſentiantur quàm ueris: adeo ut olim uiri prudentes quicquid uehementer commendatum eſſe uellent multitudini, id fabuloſis miraculis celebrarent: uelut numinum religionem, origenes urbium aut gentium, exordia nobilium familiarum, exempla clariſſimorum principum. Hoc igitur imperitorum affectu, ad ipſorum abuti commodum, permittebant illi, ſed non niſi ſapienti uiro, propterea quod huius rei fructus omnis pereat, ſi ſemel ſuboleat artificium mentiendi. Verum hac quidem in parte haud grauatim in Auguſtini ſententiam pedibus eo: non ſolum ob eam cauſam, quam ille ſanè grauem adducit, ne ſi ſemel in Chriſtianorum literis ſuborta fuerit mendacij ſuſpicio, fiat ut nec his habeatur fides, quorum autoritatem modis omnibus indubitatam & inconuulſam eſſe oportet: ſed multo magis, quod meo iudicio, ne poſſit quidẽ uir probus ac ſapiens eſſe, qui tam male ſentiat tum de ſanctis uiris, tum de lectoribus. De ſanctis quidem, quos aut uſqueadeo iudicarint propriæ domeſticæq́; laudis inopes, ut alienis mendacijs putarint illuſtrandos: aut adeo κενοδόξους ſtultéque glorioſos, ut Aeſopicæ corniculæ ritu uelut in proſcenio gaudeant oſtentari, ficticijs laudibus ceu plumis alienis adornati. De lectoribus autem, quos omnes aut ita ſtupidos ac muccoſis naribus arbitrati ſint: ut cum ueritas ſemper habeat ſuam faciem, nullis imitabilem fucis, non queant excogitatam artificio fabulam à uero dignoſcere: aut certe adeo gratis etiam nequam ac peruerſos, ut ſcientes ac uolentes faueant uanitati. Quod ſi uitari non poteſt, quo minus iſtiuſmodi fabulamenta miſceantur noſtris uoluminibus, certe quod proximum eſt, optarim. Quid iſtud inquies? Nimirum plaſten eximium ac prudentem, catumq́; mentiendi artificem. Quandoquidem iuxta Socratis ſententiam, nemo ſit ad mentiendum accõmodatior, quàm qui ad uera dicendum eſt appoſitiſſimus: quod eiuſdem artificis parteis eſſe ducat, certiſſime ueridicum eſſe, & nihil omnino ueri dicere. Hoc quidem conſilio ſuam hiſtoriam contexuit Herodotus, hac ratione Xenophon Cyri deſcripſit inſtitutionem, non ad hiſtoriæ fidem, ſed ad exemplum probi principis. Nec aliò ſpectaſſe uidetur Homerus ille, quem iure fabularũ Oceanum poſſis dicere. Verũ hi quemadmodũ ingenij quidẽ & eloquẽtiæ laudẽ fingẽdo promeriti ſunt: ita dum malũ uirtutis exẽplar effingunt, ac proponunt, nõ mediocriter offecerunt uitæ mortalium. Siquidẽ Herodotus ſtultos pleroſq́; facit principes. Xenophon uafrum quempiam & ἀγκυλομήτιν expreſſit, potius quàm uere

*Mendacium officioſum.*

*Auguſtinus hoſtis mendacij.*

*Si fingendum eſt, probum exemplar eſt fingendum.*

prudentem ac ſalutarem principem. Homerus eiuſmodi facit deos, cuiuſmodi nolit magiſtratus bene morata ciuitas. Deinde tales depinxit uxores deorum, qualem nemo probus ciuis coniugem aut optet domi ſuæ, aut ferat. Denique tales finxit deorum filios, ut nemo ſanus paterfamiliâs ſimiles ſibi liberos uelit obtingere, ut non abs re Plato locum illi negarit in ſua Republica. Neque uel tantillum erat cauſæ cur Alexander ille Magnus inuideret Achilli, talem laudum præconem, ſi penitus intellexiſſet, quid ſit uere magnum ac ſalutarem agere principem. Ego nihil arbitror eſſe rectius, quàm eiuſmodi deſcribere ſanctos, cuiuſmodi fuerunt ipſi, in quorum uita ſi quid etiam errati deprehenditur, hoc ipſum nobis uertitur in exemplum pietatis. Cæterum ſi quis omnino figmentis delectet, is ſi prudenter effingat pij uiri ſimulacrum, quocunq; nomine, non ſacco, cilicio, flagris, prodigioſis ieiunijs, uigilijs non credendis, ſed ex ipſis Chriſti decretis, ſic ut primũ Chriſtianæ pietatis uim penitus habeat cognitam ac perſpectã: deinde ſcite illius exprimat imaginem, is mihi fortaſſe tolerabitur. Etiamſi quantumuis gemmæ nitorem ac lucem effingat artifex, certe natiuam gemmæ uim nunquam aſſequitur imitatio. Habet ſuam ἐνέργειαν ueritas, quam nullum æquat artificium. At iſtos quis ferat, qui pluſquàm anilibus deliramentis, infantibus, indoctis, ineptis diuos nobis non celebrant, ſed contaminant? At diuus Hieronymus, niſi quod abunde iuxta Græcorum prouerbium, αὐτὸς αὑτὸν ηὔλησεν, hac parte parum erat felix: propterea quod quum unus præcipue dignus eſſet, ut pari doctrina pariq; facundia poſteris cõmendaretur, qui tam erudito tamq; mellito ore Chriſti ſanctorumq; præconia cecinifſet: haud ſcio quonam fato, in rabulam quendã incidit, ſic undiq; ſui ſimilem, & Hieronymi diſſimilem, ut neſcias quid in eo potiſſimum admireris, linguæ ne prodigioſam infantiam ac balbutiem, an inſignem literarum inſcitiam, an miram mentiendi impudentiam. Hominem profecto dignum, quem ſi uiuat, publicitus omnes omnium mortalium manus ſaxis impetant: qui mortales uniuerſos pro ſaxis, nõ pro hominibus habuerit. Quis enim illius legens nænias, ni planè truncus ſit, non protinus ſentiat perſonatum hiſtrionem: qui Vertumnum quendã aut Proteum nobis referens, nunc Euſebius eſt Cremonenſis, nunc Cyrillus, nunc Auguſtinus, nunc Ambroſius: nõnunq; ſi libeat Damaſus, aliquoties ipſe, ſi ſuperis placet, Hieronymus. Sed quibuſcunq; plumis nobis opertus prodit, uox ubiq; ſui ſimilem coccycem arguit. Idem ubiq; dicendi lepos, eadem ſermonis Venus. Cuius ſtuporem, ut nihil accedat, hinc certe palàm cernere eſt, quod Hieronymum pauloante mortem facit Damaſo commendantem ſuos commentarios: quem ipſe Hieronymus nõ uno in loco teſtatur ante ſe deceſſiſſe uita. Sed hic de quo plura dicentur aliâs, tam indoctus & elinguis, ut rebus quamlibet claris ingenij ſui culpa tenebras poſſit offundere: tam ſtupidus, ut ne ueriſſima quidẽ uerisſimiliter queat efferre: ridicula miraculorum portenta, & impudentiſſimæ uanitatis fabulas confert in Hieronymum, nec has tamen ab ſe repertas: in quo nõnulla laus fuiſſet ingenij, ſed è uulgatiſſimis hiſtorijs huc non minus ridicule, quàm improbe detortas. O fortunatũ tam inſigni præcone Hieronymum. Neque uero defuit dignum patellæ operculum. Reperit hic ſcriptor ſuos lectores, reperit à quibus citetur: & quo magis mireris, eruditos, Platinam & Volaterranum, quos equidem uel hinc ſuſpicor ea nunquam legiſſe, ſed aut audiſſe in concionibus, aut hinc excerpta fragmenta modo uidiſſe. Imitati ſunt impudentiſſimum ſcriptorem unus & item alter: ſed adeo præclare, ut eius hominis uideri poſſint omnia. In quibus nihil agnoſcas, nec eruditionis, nec eloquentiæ, nec prudentiæ, nec diligentiæ: ſuper hæc omnia nihil minus quàm id quod in primis exigitur in hiſtoriagrapho, nempe fidẽ. Vtrum quæſo iſtud eſt, diuorum uitas deſcribere, an contaminare potius? Nos igitur, licet impares argumento, tum nullis adiuti commentarijs, quibus fidi poterat, tamen bona fide, quaque licuit diligentia, uitam ſanctiſſimi uiri ex Proſpero, Seuero, Oroſio, Ruffino, tametſi

*Stultè conficta uita Hieronymi.*

no,tametſi calumniatore:& ſi qui ſunt alij nõ omnino cõtemnendæ fidei autores collegi-
mus,ſed potiſſimum ex ipſius Hieronymi libris,Hieronymũ ueſtigauimus. Quis enim
rectius nouerit Hieronymum,quàm ipſe Hieronymus? Aut quis eum fidelius expreſſerit? Si
rerum à ſe geſtarum certiſſimus autor eſt Iulius Cæſar,quanto iuſtius eſt Hieronymo,ſua
narranti fidem habere? Ex huius igitur libris omnibus luſtratis, quod ſparſim annotare
licuit,in narrationis ordinẽ redegimus,nihil admentientes, quod arbitremur abunde ma
gnum eſſe miraculum,ipſum Hieronymum tot egregijs uoluminum monumẽtis ſeſe no
bis exprimentem. Quod ſi cui nihil abſque miraculorum portentis placere poteſt, is legat
Hieronymianos libros:in quibus tot penè miracula ſunt,quot ſententiæ. Natus eſt igit̃
uir eximius Hieronymus,anno ab orbe redempto,trecenteſimo trigeſimoprimo,ſub im-
peratore Cõſtantino in oppido Stridonis, quod iam tum à Gotthis omnia populãtibus *Patria ſancti*
euerſum fuiſſe,teſtis eſt ipſe in catalogo ſcriptorũ illuſtrium, olim Dalmatiæ Pãnoniæque *Hieronymi.*
confinium. Id hodie nũnulli,quorum de numero Blondus eſt, idem eſſe uolunt cum eo,
quod hac tẽpeſtate uulgus Sdrignam appellat,oppidulũ in Hiſtria,Italiæ regione, ſitum
inter Petrã piloſam,Portulam & Primontem,ut horũ temporũ utamur uocabulis. Ad-
dunt in huius rei fidẽ,ibidem oſtendi monumentum Euſebij patris,cũ epitaphio laminis
inſculpto,nimirũ id agentes,ut Hieronymũ Italiæ ſuæ uindicẽt. Mihi ſtudium & affectus
iſtiuſmodi parum dignus uidet̃ grauibus uiris,imò in totũ Chriſtianis. Qui in libris Hie-
ronymianis erit diligentiſſime uerſatus,qui uitã Hieronymianã proxime exprimet, is ſibi
iure uindicet Hieronymum,etiã ſi porrò ultra Britannos natus fuerit. Erat illi frater natu
minor,nomine Paulinianus;nam ſororis nomẽ tacuit. Matertera Caſtorina,cũ qua diſſi-
dij neſcio quid interceſſerat,ob rem (ni fallor) familiarem:quam tamen humaniſſimis lite
ris ad cõcordiam inuitat. Patri nomen fuiſſe Euſebio,declarat ipſe,quod Græcis à pietate *Pater qui.*
dictum eſt,nõ abſque præſagio:quod pulchre conueniat,ut ex pio naſcatur ille ſacri nomi
nis heros. Nam id ſonat ἱερώνυμος. Atque ea demum eſt digna Chriſtiano nominis gloria,
quæ nõ ex ſtemmatis aut imaginibus,nõ ex oppidis euerſis,aut cõciſis copijs,ſed ex uita
pie ſancteque acta naſcit̃. Cæterum nihil addit,plebeius ne fuerit an patricius,tenuis an lo-
cuples,priuatus an magiſtratus,cũ hoc quidam affingant,illum nobiliſſimis ortum parẽ-
tibus,ſed ut eadem opera potuerint illum urbis præfectum facere. Conſentaneum eſt au-
tem,ante dirutam patriam,mediocri loco fortunaque fuiſſe. Matris nomen nuſque ædidit:
non tacens tamen ſe parẽte utroque Chriſtiano genitum. Ab his domi diligẽter inſtitutus,
unà cum Bonoſo inter ipſos ſtatim parentum amplexus,& nutricũ blanditias,Chriſtum
imbibit:ac mox Chriſtianæ pietatis rudimentis imbutus, ſimulque bonis literis: quarũ ea
tum ætas capax eſſe poterat,puer adhuc Romam miſſus eſt, uelut ad primariã eo ſeculo, *Romæ do-*
tum religionis,tũ eruditionis magiſtrã,liberalibus ſtudijs erudiendus,quod ipſe declarat *ctus.*
enarrans Ezechielis caput undecimũ. Quãuis enim illis temporibus & apud Gallos, Hi-
ſpanos,& Afros,florerent literarum ſtudia,tamen in prouincijs pro gentis ingenio, nõ-
nihil degenerantes,Romæ uelut in ſuo fonte puriores adhuc erãt & incorruptiores. Atque
hoc nomine Ruſtici monachi matrem collaudat ipſe,quod poſt Galliarum licet florẽtiſſi-
ma ſtudia,filium Romam miſerit,quo Gallicanæ dictiõis nitorẽ ac luxum,Romana gra-
uitas temperaret. Intellexiſſe uidentur prudentiſſimi parentes, plurimum referre, inter
quos primum & à quibus inſtituaris. Quæ ſunt optima, nunque diſcuntur felicius, quàm
rudibus illis annis,& non minus tenacibus,quicquid inſculpſeris, quàm in omnẽ ſequa-
cibus habitum. Itaque perinde quaſi iam tum intelligerent ſeſe puerum eum orbi commu-
niter genuiſſe,non ſibi:ita publicis utilitatibus,non ſuis priuatis affectibus educandũ cu-
rarunt. Græcas ac Latinas literas,ab ipſis ſtatim incunabulis didicit, quemadmodũ ipſe
teſtatur:& hoc didicit felicius,quo maturius. Sentias enim neſcio quid duriuſculũ,& ſub-
acerbũ in his qui ſerius ſe cõtulerunt ad diſcẽdas literas. Proinde nõ abs re ſibi gratulatur
Hiero

Hieronymus,quod à puero inter grammaticos & rhetores fuerit penè detritus:quorum alteri docuerunt emẽdate pureq́; loqui:alteri,ſplendide,grauiter & ſapienter.Horũ inſtitutioni debemus incomparabilem eccleſiæ doctorẽ,non loquacium ſophiſtarum ſcholis. Quis non iam nunc in ſummam erectus ſpem,nouum quiddã de hoc præſagiat puero? Primum reputans talẽ parentũ animum,deinde feliciſſimã indolem,ingenium fœcundũ ac facile,pectus ardens & infatigabile,Præterea Romam educatricẽ, id temporis opinor

*Præceptores Hieronymi.* aliquanto ꝙ nunc incorruptiorem,Deniq́; præceptores eximios,Donatum in grammaticis,Victorinum in rhetoricis.Etiamſi uideo quoſdam ambigere, num hic fuerit Donatus ille,cuius extant in Terentium ac Maronem eruditiſſimi cõmentarij.Tum an Victorino præceptore ſit uſus,nõ ſatis liquet ex Hieronymi uerbis,quibus utriuſq́; meminit in appendice annalium Euſebij hunc in modũ. Victorinus rhetor & Donatus grãmaticus, præceptor meus,Romæ inſignes habentur:è quibus Victorinus etiã ſtatuã in foro Traiani meruit.Hactenus Hieronymus,magis exprimens alterũ,nempe Donatũ ſibi præceptorem fuiſſe ꝙ utrunq́;,dicturus alioqui præceptores mei.Ad eandem coniecturam facit,quod idem nec in catalogo ſcriptorum illuſtrium,nec uſquam alibi quantum commemini,Victorini faciens mentiõe, præceptorem appellet.Quin totã Victorini dictionẽ, parũ approbaſſe uidetur Hieronymus:id quod haud quaq́; obſcure declarat in epiſtola, quam ſcripſit ad Paulinum monachũ,cum ait:Inclytus Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit,eloqui non poteſt.Et rurſum in catalogo ſcriptorũ illuſtrium.Victorinus inquit,natione Afer,Romæ ſub Conſtantio principe rhetoricã docuit:& in extrema ſenectute,Chriſti ſe tradens fidei,ſcripſit aduerſus Arium libros more dialectico, ualde obſcuros,qui & ab eruditis non intelliguntur.Verum de Victorino quidem lectoris facio iudicium,Cæterum ipſe de Donato dubitationẽ omnẽ ademit in Apologia priore aduerſus Ruffinum,hiſce uerbis:Puto quod puer legeris Aſpri in Vergilium & Saluſtium cõmentarios,Vulcatij in orationes Ciceronis,Victorini in dialogos eius, & in Terentij comœdias,præceptoris mei Donati,æque in Vergiliũ,& aliorũ in alios.Citat eundẽ enarrãs caput Eccleſiaſtæ primũ.Sub huiuſmodi præceptoribus,iam adultior in bonis literis,nullũ

*Philoſophiæ ſtudium.* doctrinæ genus intactũ reliquit.Porphyrij εἰσαγωγὴν, Ariſtotelicam, Platonicã, Stoicam, ac cæterorum omniũ philoſophiam attigit.Verum hæc delibauit,non his ſemet addixit, nec in his uelut ad ſcopulos Sireneos cõſenuit:quibus hodie pleriq́; immoriuntur.In rhetorica tamẽ ſeſe ſtudioſius exercuit,deguſtatis omnibus , ſed his præcipue quæ propius ad eã cõferant facultatem,hiſtoria,coſmographia,& antiquitatis noticia:partim quod intelligeret apud Latinos ad id uſq́; temporis penè infantẽ eſſe theologiam, & ob hanc cauſam permultos à diuinorum uoluminum abhorrere lectione,ſperans futurũ:ut plures ſacris literis delectarent,ſi quis theologiæ maieſtatem,dignitate ſermonis æquaſſet: partim ut eſſet aliquando quod ethnicis obijci poſſet,Chriſtianos ut infantes & elingues deſpicientibus.Teſtatur id multis in locis:& ſi nõ teſtaretur,libri clamitant,illũ in declamatoria palæſtra diligentiſſime uerſatũ fuiſſe,puerum in fictis cõtrouerſijs, & obliquis rhetorum ſtrophis luſiſſe.Studiorum ſodales inter cæteros, hos præcipuos habuit, Pammachium ſummo natum loco,poſtea Paulæ generum,Paulinæ maritum:qui defuncta uxore,monachi ſumpſit inſtitutũ,tandem ad epiſcopi munus aſcitus.Bonoſum,& hunc ſummo genere,poſtea monachum.Heliodorum,quẽ deinde ſua uirtus ad epiſcopi functionem pertraxit.Hic interim apparet Hieronymũ Chriſto renatũ,in illius iuraſſe uerba,ut hoc certe

*Romæ baptizatus.* nomine Roma,iure ſibi poſſet hunc uirum aſſerere: quandoquidem à baptiſmo denique cenſemur Chriſtiani.Id ſatis indicat in epiſtola quadam ad Damaſum papam,teſtificans, ſeſe eius urbis fidem uelle ſequi,in qua Chriſti ueſtem accepiſſet.Nec enim de presbyterio ſentit opinor,ſed in baptiſmo ueſtis candida dabatur,ſymbolum innocentiæ,& lotis mãdabatur, ut candorem ueſtium ſuarum illibatam ſeruarent. Igitur in prophanis literis,

quas

quas quidam ſeculares uocāt, ad plenū eruditus, ad grauiora ſtudia iam adijciens animū, hac etiam parte laudatiſſimos uiros eſt imitatus, uelut Pythagorā, Platonē, Apollonium, ut luſtrandis regionibus ſapientiæ ſupellectilem redderet auctiorē. Gallias omneis ſic undiq; luſtrauit, ut nonnullis locis habitaſſe uideatur: adeo & locorum ſitum ac nomina tenet, & multorū ſibi conciliauit amicitiam. Atq; in epiſtola quadam ad Florentium, teſtatē ſe Treueris ingens Hilarij uolumen de ſynodis ſuapte manu deſcripſiſſe: quod aliquanto poſt iubet ſibi remitti, iam in eremo quæ Syriam à Saracenis dirimit agens. Atq; huius peregrinationis comitem habuit Bonoſum, ut alicubi declarat ipſe. Ad hunc itaq; modū ſtudioſe luſtratis bibliothecis omnibus, & cōgreſſus cū his, quos uel eruditio, uel integritas morum reddiderat inſignes: & undiquaq; nōnihil decerpens, quod ad Chriſtianum inſtitutum facere uidebatur: tandem uelut induſtrius & auidus negociator, nō auro ditior, ſed uſu rerum, literis, ac pietatis ardore locupletior, utrāq; reuiſit patriā: & eam in qua natus fuerat, & eā in qua renatus. Sub hæc cœpit de deligendo uitæ genere, deq; loco cōmodo cogitare: quod haud neſciret hinc præcipuā hominis pendere felicitatem, ſi inſtitutū ingenio accōmodum, iudicio, nō caſu ſumeret. Sunt enim qui ſe præcipites dant in uitæ rationem, priuſq; ſibi noti ſint ipſi. Et ſunt è diuerſo, quos cunctātes ac deliberātes mors occupat. Reputabat animo, Romam adhuc ueterem ſapere paganiſmū: & inter eius urbis delicias parum eſſe tutam adoleſcentiam, ut quam alicubi Babylonem appellet: deinde ſuam quoq; patriam barbaricis uoluptatibus eſſe corruptam: quod ipſe nō diſſimulans in epiſtola quadam: In mea, inquit, patria ruſticitatis uernacula, deus uenter eſt, & in diem uiuitur: & ſanctior eſt ille, qui ditior eſt. Proinde cōmunicato cum ſodalibus cōſilio, de ſeceſſu cogitauit, quo liberius & expeditius, ſe totū ſacris ſtudijs & Chriſto dedicaret. Iam tū piū adoleſcentis animum offendebat mūdus, qui ea tempeſtate Chriſtianos ethnicis habebat admixtos. Vnde fieri neceſſum erat, ut qui Chriſtum profitebātur, pleriq; titulo magis q̄ uita eſſent Chriſtiani: & uere probis mentibus, pie uiuendi uotum adeſſet uerius q̄ facultas. In matrimonio, ut nihil aliud accideret, certe libertatis naufragiū perſpiciebat: ad hæc clericorum & epiſcoporū ſtatum, quod hos quoq; uolentes, nolentes, honos, opes, & negocia mundi inuoluerent, ac tranſuerſos raperet, grauiſſimis periculis obnoxium eſſe. Et multorum uita diſplicebat, iam tum priſca illa pietate ſacerdotum ad tyrannidem ac faſtū degenerante. Penſitatis igitur omnibus ac circūſpectis, monachi placuit inſtitutum: [redacted]. Cuius rei ſi quis fidē requirat, legat Hilarionis uitam: legat inſtitutionē monachi ad Ruſticum, & itē ad Paulinum: legat in epiſtola, cuius initium: Audi filia: deſcriptum triplex apud Aegyptios monachorū genus. Quin inter alia præſtabat & hæc cōmoda illud uitæ genus. Huius prætextu honeſtius licebat ab affiniū & cognatorū uinculis temet excutere, graui nimirū onere, ei cui nihil dulcius ocio ſtudiorū. Etenim qui monachum erāt profeſſi, à publicis functiōibus, à munijs & officijs imperialis aulæ prorſus habebant excuſati. [redacted]

*Peregrinatio Hieronymi.*

*Vitæ genus.*

[redacted] Conatus eſt ad eandem uitæ rationē capeſſendam ſodales aliquot pellicere. Verū Pammachius in ſtudiorum cōtubernio ſemper unanimis, in uitæ genere deligendo plurimū diſſentiebat. Hieronymo placuit ſumma libertas, Pammachius cōiugij uinculis innecti maluit. Bonoſus cōpoſitis rebus, relicta patria, parentibus & amicis, ſolis libris comitatus, in deſertam inſulam, & undiq; circunfrementibus undis horridā ſeceſſit: ac præuolauit quidem Hieronymum: & prior mundi laqueis extricatus, in libertatē ſe recepit Chriſti, ſed ab Hieronymo primū inflammatus. De quo cum aliâs meminit: tum in epiſtola, cuius initiū: Plus deum: Bonoſus, inquiens, tuus, imò meus: & ut uerius dicā, noſter, ſcalam præſagiatā ſomniante Iacob, iam ſcandit. Portat crucem ſuā, nec de craſtino cogitat, nec poſt tergum reſpicit. Seminat in lachrymis, ut in gaudio metat: & ſacramēto Moyſi, ſerpentem in eremo ſuſpendit. Cedāt huic ueritati, tam Græco q; Romano ſtilo mendacijs ficta miracula. Ecce puer honeſtis ſeculi nobiſcū artibus inſtitutus: cui opes affatim, dignitas apprime inter æquales erat: cōtempta matre & ſororibus, & chariſſimo ſibi germano, inſulā pelago circūſonante naufragā, cuius aſperæ cautes, & nuda ſaxa, & ſolitudo terrori eſt: quaſi nouus quidā paradiſi colonus inſedit. Nullus ibi agricolarū, nullus monachorū, ne paruulus quidem quē noſti Oneſimus, quo uelut fratre in oſculo fruebat, in tāta uaſtitate adhæret lateri comes. Et aliquāto poſt: Vt ego & ille pariter à tenera infantia, ad florentē uſq; adoleuerimus ætatē: ut ijdem nos nutricum ſinus, ijdē amplexus fouerint baiulorū: & dū poſt Romana ſtudia adirē ſemibarbaras ripas, eodē cibo, pari frueremur hoſpitio: ut ego primus cœperim uelle te colere. Memēto quæſo hūc bellatorē tuū, mecū quondā fuiſſe tyronē. Et hactenus quidē Hieronymi uerba recēſuimus, qui & in alia itē epiſtola, Bonoſum laudibus uehit, ſuā ſolitudinem cū illius uita cōferens. At nō multo poſt Bonoſi ſeceſſum & ipſe Hieronymus, ordinatis domi rebus, cōflato uiatico: cū primis autem locupletiſſima bibliotheca, ſummo ſtudio comparata, Syriam adijt, Heliodoro tum itineris comite, tum propoſiti cōſorte. Quē aliquādiu cū eo cōmoratū in Syria, quibus de cauſis incertū, cœpit eius uitæ pœnitudo: nō quod damnaret, ſed quod pro uarietate ingeniorū, alijs alia magis cōgruunt. Nec magni refert, quo tramite curras, modo ad Chriſtū properes. Heliodorus itaq; mutato cōſi- [redacted] uerſus eſt ad ſuos: ad quē paulo poſt elegantiſſimā illā ſcripſit epiſtolā de laudibus [redacted] moleſtia grauiter affligeret, monachorū quorundā humanitate refocillatus eſt, [redacted] Euagrij: cuius etiā hoſpitio aliquādiu eſt uſus. Reſtitutus priſtinæ ualetudini, toto pectoris ardore ad ſuſceptā Chriſti militiā accinctus, procul in horridā ſolitudinē abdidit ſeſe: quæ inter Syros & Agarenos, nūc corrupto uocabulo Saracenos dictos, uaſtum limitem ducit: in qua præter feras & ſerpentes & ſparſim habitantiū monachorum greges, nullus incolebat. Quāq; huc quoq; ſemotū, crebro ſolitus eſt inuiſere Euagrius. Inter hæc Ruffinus, [redacted] Aegypti [redacted]

*Prima in Syriam migratio.*

*Solitudo, nō ſine amicis.*

riter

riter cum oculis mens amittat. Et paulò inferius: Amicitia quæ deſinere potuit, nunquam uera fuit: ceu iam tum præſagiens futurum, ut ab amicitia deſciſceret Ruffinus. Sub idem fermè temporis, Hieronymi ſoror, uirginis inſtitutum arripuit, inſtigante Iuliano quodã: [redacted]. Eius rei meminit in epiſtola, cuius initium: Non debet charitas diuidere: ſignificans illam à Iuliano conuerſam, cui uehementer illam commendat, ætati lubricæ omnia etiam tuta timens. Quin innuit eam nõnihil etiam fuiſſe lapſam primis annis adoleſcentiæ, ſcribens in hæc uerba: Hanc mihi Ieſus pro eo uulnere, quod diabolus inflixerat, præſtitit, uiuam reddẽdo pro mortua. Neque uero ſatis compertum eſt, quo tempore Paulinianus, HIERONYMI frater natu minor, huic propoſito acceſſerit, quem teſtatur ſibi chariſſimum fuiſſe, & Syriam adeunti fuiſſe comitem, etiamnum aduleſcentem: & in Bethlehemitico monaſterio pariter ſeruiſſe CHRISTO. Mihi probabilius uidetur, id ſecundo in Syriam reditu factum, quod HIERONYMVS affirmet epiſtolam ad Heliodorum, cuius initium: Quanto amore: ſibi adoleſcenti ac penè puero ſcriptam fuiſſe, niſi forte iam admodum ſeni, grandior etiã ætas pueritia uidebatur. Verum is Paulinianus iuuenis adhuc, hoc eſt, uix triginta natus annos, presbyterij meruit honorem, quo nomine poſtea calumniam HIERONYMO ſtruxit Ioannes epiſcopus Hieroſolymitanus, quod infra legitimam ætatem ad hoc honoris eſſet euectus: uerum illius calumnijs abunde reſpondit HIERONYMVS. Porrò fratris mentionem facit & in epiſtola, cuius initium: Sanato uulneri. Compulſi ſumus, inquit, fratrem Paulinianum ad patriam mittere, ut ſemirutas uillulas, quæ Barbarorum effugerunt manus, ac parentum communium habent cineres, uenderet. Rurſus in epiſtola, cuius exordium: Diu te Romæ. Paulinianus, inquit, necdum è patria reuerſus eſt: puto quod eum Aquilegiæ apud ſanctum Chromatium papam uideris. Sed plura ſuper hoc in epiſtola, cuius initium: Epiſtola tua hæreditatis. Cæterum quanquam in procliui non eſt, quo quicque tempore acciderit ad liquidum perſequi, tamen ex uarijs HIERONYMI ſcriptis coniectare licet, illum ubi primum in Syriam demigrarat, non ſtatim uno ſediſſe loco, ſed aliunde alio uertiſſe ſedem: quo tandem circunſpectis omnibus, habitaculum ſuis accommodum uotis deligeret: & primum aliquandiu uixiſſe Hieroſolymis, nonnihil temporis Antiochiæ: ſed hinc demigraſſe, partim offenſum celebritate loci, partim quod Antiochena eccleſia à tribus epiſcopis, Miletio, Vitale, atque Paulino diſtraheretur. Nec in Chalcidis ſolitudine, nam in hac ſedere conatum, indicat in Abdiæ commentarios præfatio, dabatur tranquilla ſedes ob uiciniam Campenſium, qui cum Tharſenſibus Arianis ſentiebant. Horum improbitate uir ſanctiſſimus mire diuexabatur, dum quotidie citatus examinatur de fidei ratione: exiguntur tres hypoſtaſes, nondum audita Latinis uocabula: quod ſatis indicat in duabus ad Damaſum epiſtolis, quarum alteri principium eſt: Quoniam uetuſta: alteri: Importuna in Euangelio: obteſtans illum & obſecrans ut ſibi præſcribat, cui debeat in Syria communicare, cum uix uſquam conſpiceret Romanæ fidei ſynceritatem. Denique ſic agitatus eſt his turbis, ut non ſemel pœnituerit aditæ Syriæ. Tandem uelut in ſemotiſſimam eremum abdidit ſeſe, quæ Syriam, ut dictum eſt, à Saracenis diſterminat: ſatius eſſe ducens, cum feris ac prædonibus barbaris habere commercium, quàm cum eiuſmodi Chriſtianis. Hic annos quatuor ab hominum frequẽtia ſemotus, cum ſolo CHRISTO, cumq; libris habebat commercium: ac ſero iam & totis, ut aiunt, neruis quod deſtinarat, agebat: ut nobis egregium illud Chriſtianæ pietatis exemplar abſolueret. Primum erat ſtudium, adoleſcentiæ

*Soror Hieronymi lapſa.*

*Olim ante trigeſimũ annũ nullus erat maturus honori presbyterij.*

*In ſolitudinibus Syriæ quatuor egit annos.*

adoleſcentiæ lapſus lachrymarum imbre diluere: & laborum aſperitate, ueluti nitri acrimonia, contractas per ætatis incogitantiam ſordes detergere. Inedia, uigilijs: & incredibili totius auſteritate uitæ rebellantem carnem, & ſubinde repullulantē ætatis laſciuiam coercebat, corpus ſpiritui ſeruire docens: ne quid obſtreperent affectus cœleſtem molienti uitam, ipſe ſibi rigidus exactor ſupplicij, & inſtantiſſimus penſorum efflagitator atque ἐργοδιώκτης, ut uocat alicubi: prorſusq́ꝫ iuxta Paulum, rationalem uictimam immolabat, deo cultum longe gratiſſimum. Tempus omne ſtudijs & orationibus partiebatur, bonā etiam noctium partem his operis addens: minima portio dabatur ſomno, minor cibo, nulla ocio. Studij laſſitudinem recreabat deprecatio, aut hymnus: mox uelut integer ad intermiſſam lectionem redibat. Relegebat uniuerſam bibliothecam ſuam, ueterum ſtudiorum memoriam ſibi renouans, ſacras literas ad uerbum ediſcebat. Meditabatur in prophetis, in eruendis oraculorum myſterijs uigilantiſſimus. Ex euangelicis & apoſtolicis literis, ue-

*Omnia legenda, ſed primū optima.*

lut ex puriſſimis fontibus, Chriſti philoſophiam hauriebat. Primus enim ad pietatem gradus eſt, ſcire autoris tui dogmata. Cæteros interpretes adhibito delectu iudicioq́ꝫ legebat, nullum omnino ſcriptorem prætermittens, unde non aliquid decerperet, non ethnicos, non hæreticos. Nouerat enim uir prudentiſſimus ex ſterquilinio legere aurum: nouerat ē fruticibus melleum deſumere ſuccum, araneæ ſua relinquēs uenena: & iam tum ab Aegyptijs quicquid poterat conuaſabat, hoſtium opibus domini templum locupletaturus. Quóq́ꝫ certior eſſet memoria & paratior uſus: quicquid legerat, id in locos digerebat: cōpoſitis ſingulis, ut affinitatis aut pugnantiæ ratio poſtulabat. Felicibus ingenijs, dictu mirum, quantopere fauerit, præſertim quæ facundiæ quoq́ꝫ dos commendabat, adeò ut hæreticos etiam laudibus ornaret, libenter, ſi licuiſſet, fidei uitium eruditioni condonaturus: cum primis autem Origenis, quem ſuum appellat, & cuius homilias aliquot adoleſcens adhuc Latinitate donauit. Lectioni miſcebat ſcribendi ſtudium, ceu iam tum uelitans ac

*Progymnaſmata Hieronymi qualia.*

præludens tractandis literis diuinis. Quàm feliciter autem præluſerit, indicat uel unus ille libellus, quo ſodalem Heliodorum deſiderat; in quo ſic licet agnoſcere tyronem, ut tamen appareat, qualis ſit futurus imperator. Hoc tempore (ni fallor) allegorice interpretatus eſt prophetam Abdiam, cum hiſtoriam nondum intelligeret: quemadmodum palàm ipſe teſtatur in præfatione poſterioris interpretationis, qua iuuenilem illam præcipitationem ſarcit ac penſat: idq́ꝫ magnorum uirorum exemplum ſequutus. Quo quidem in loco, cum alia multa præclare, tum illud feſtiuiſſime ſcripſit: Fateor, miratus ſum, quod quamtumuis aliquis male ſcripſerit, inuenit ſimilem lectorem ſui. Ille prædicabat, ego erubeſcebam. Ille quaſi myſticos intellectus ferebat ad cœlum: ego demiſſo capite confiteri meum pudorem prohibebar. Quid multis? Nihil omnino prætermiſſum eſt, quod ad inclytum eccleſiæ doctorem, ac uere magnum theologum inſtituendum pertinebat: ne quid uſquam deeſſet eruditioni: aut necubi uita parum emendata, doctrinæ minu-

*Hebraicæ linguæ peritia.*

eret & eleuaret autoritatem. Proinde cum ipſa re compertum haberet, literas arcanas nec intelligi poſſe, nec tractari, quemadmodum oportet: niſi cognitis his linguis, quibus primum nobis proditæ ſunt, ſermonis Hebraici difficultatem improbo ſtudio peruicit: & barbaræ peregrinæq́ꝫ linguæ non ſolum intelligentiam, ſed & peculiarem ſonum ac uernaculum ſtridorem eſt aſſequutus, uſus ad eam rem doctiſſimis Hebræorum, quos ingenti mercede conducebat, marſupium exhauriens, ut pectus eruditione locupletaret. Horum neminem nominatim deſignat, præter unum Bar hanina, quem tamen poſt iam natu grandis adhibuit, qui illi Nicodemum quendam exhibebat, ut ipſe ſcribit: quod nocturna hominis opera ſoleat uti: non tam ob eam cauſam, quod puderet Chriſtianū à Iudæo diſcere (tantus enim erat ardor diſcendi, ut undecunq́ꝫ diſcere: magnificum & glorioſum exiſtimaret) q̄ꝫ quod homo Iudæus inuidiam ſuæ gentis declinaret, ſi rē Chriſtianam adiuuare uideretur. Id ſtudiū, quod plurimū haberet ſudoris ac tædij: in præfatione

quadam

quadam ipſe piſtrinum appellat. Nec his cõtentus, Chaldaicam item linguam Hebrææ finitimam aggreſſus eſt: quod Daniel & Iob, cumq; his alij nonnulli ueteris inſtrumenti libri, literis quidem Hebraicis, ſed tamen Chaldæo ſermone deſcripti ſint. Cæterũ hanc, quod intelligeret eius uſum non perinde late patere, hactenus modo ſecutus eſt: ut intelligere poſſet uerius quàm ſonare. Quin & peculiarem Syrorum linguam attigit ob gentis commercia, non nihil & hanc Hebræo ſermoni confinem: cuius teſtimonium aliquoties adducit in enarratione nominum, uelut in mammona. Inter hæc uero dum immodico quodam & iuuenili calore, & puerilium amore ſtudiorum, plus ſatis indulget, exprimendis M. Tullij, Platoniſq; dialogis, nam id tum (ni fallor) agebat, & hos magis nititur effingere, quàm ſermonem apoſtolicum, ſomnio diuinitus immiſſo, raptus ad tribunal dei, accuſatus quod Ciceronianus eſſet, non Chriſtianus: deniq; plagis emendatus, ſibi redditus eſt, ut ipſe refert in epiſtola, cuius initium: Audi filia. Qua de re quid ſentiã, fortaſſe nonnihil dicturi ſumus, cum ad eum locum erit uentum. In his ſanctiſſimis laboribus, in hoc uitæ rigore, cum annos aliquot duraret, tamen fatetur nullum uitæ genus ſibi fuiſſe iucundius. Paulatim enim (ut fit) quod initio durum & aſperum uidebatur, dulceſcebat: & quod per ſe erat optimum, reddebatur aſſuetudine iucundiſſimũ: & adeo non deſiderabat Romanas delicias, ut ſibi frequẽter uideretur, non in eremo uerſari, ſed intereſſe choris angelorum. Nam ſtulte quidam triſtem quandam fingunt uitæ ſolitudinem, quæ ferarum potius eſt quàm hominum: & inſanum reddat citius, quàm pium. Viſebatur nonnunquàm ab amiculis, uicinos monachos inuiſebat aliquoties: & literarũ uiciſſitudine fruebatur amicis abſentibus. Porrò quanquàm hoc ocium ille perpetuum optabat, ut felicius ac tranquillius: tamen è re Chriſtianorum omnium erat, tam inſignẽ athletam Chriſti aliquando produci in arenam: neq; committi, ut tam eximium orbis lumen diutius ſub modio conderetur. Itaq; licet inuitus ac renitens, diuino conſilio rebus humanis proſpiciente è Syria Romam retractus eſt, idq; per Epiphanium Salaminæ Cypri, & Paulinum Antiochenæ urbis epiſcopum: quos ob certas eccleſiæ neceſſitates imperator Romam exciuerat.

*Reditus ad Romam.*

Hic iam indies augeſcente, tum eruditionis, tum ſanctimoniæ fama, presbyterum ordinatum arbitror. Sunt qui tradant eum uiginti natũ annos ad hoc honoris uocatum ab Liberio tum Romanæ urbis epiſcopo: quod quando mihi parum compertum eſt, neq; refellere, neq; probare eſt conſilium. Cæterum quod addunt presbyterum cardinalem ordinatum: haud ſcio an illis temporibus cardinalis titulus fuerit repertus.

*Hieron. presbyter.*

Ipſe Hieronymus presbyteri cognomen multis locis agnoſcit, cardinalis nuſquam. Cæterum in epiſtola, cuius initium eſt: In uetere materia: teſtatur ſeſe iuuenem etiamnum Damaſo pontifici Romano à libellis ſynodicis fuiſſe. Ante annos, inquit, plurimos, cum in chartis eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ urbis epiſcopum, & Orientis atq; Occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem. Proinde deplorat alibi, quod eremo relicta, denuo mundo ſeruiſſet. Interea nobilium matronarũ familiaritatem eſt nactus, in primis Marcellæ, quæ prima fœminarum auſa eſt Romæ monachæ inſtitutum profiteri: cum id uocabuli uehementer inuiſum eſſet Romanis auribus.

*Nobiliũ fœminarmm noticia.*

Conceperat autem mulier hunc ardorem potiſſimum ex Athanaſio, ac cæteris Aegypti ſacerdotibus, qui tum Arianæ factionis perſecutionem declinãtes, Romam uelut ad tutiſſimum communionis ſuæ portum confugerant. His enim referentibus Antonij uitam (cuius etiamnum uiuentis mira fuit nominis celebritas) ac monachorũ in Thebaide uerſantium, uirginum item ac uiduarum didicerat inſtitutum. Eadem autem ad æmulationem propoſiti ſui complureis allexit, tum matronas, tum uirgines, cum primis autem Sophroniam, Principiam, Paulam & Euſtochium: ac breui tãtus accreuit numerus, mundi contemptum profitentium fœminarum, ut quod prius ob nouitatem inuidioſum erat, poſtea cœperit eſſe glorioſum. Has omneis Hieronymus ad diuinæ ſcri-

pturæ ſtudium inflammauit, inflãmatas ſua doctrina prouexit, quo fœdius eſſet ab epiſcopis ſacros libros negligi, quos ſexus infirmior amplecteretur. Marcellæ ſtudium teſtatur in ipſius epitaphio, hiſce fermè uerbis: Et quia tunc alicuius nominis eſſe exiſtimabar, ſuper ſtudio ſcripturarum nunquam me conuenit, quin de ſcripturis aliquid interrogaret. Ac paulo inferius. Hoc ſolum dicam, quod quicquid in nobis longo fuit ſtudio congregatum, & meditatione diuturna, quaſi in naturam uerſum, hoc illa libauit, didicit atq; poſſedit: ita ut poſt profectionem noſtram, ſi in aliquo teſtimonio ſcripturarũ eſſet oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur. Hiſce rebus ſic inclaruit apud uniuerſos Hieronymiani gloria nominis, ut omniũ ſuffragijs dignus acclamaretur, qui Damaſo ſuccederet. Verum ut umbra nuſquam eſt, niſi cum adeſt lumen: ita celebritas ſanctiſſimi uiri non caruit inuidia. Vrit enim ſplendore ſuo qui prægrauat artes infra ſe poſitas. Non deerant qui primum illum in Syriam ſeceſſum calumniarentur, & abſentem, uirulentæ linguæ telis peterent. Cæterum Romæ Damaſo pontifici præter cæteros charus & in precio habitus, ad hæc Melaniæ & Paulæ primariæ nobilitatis fœminis triennium arctiſſima familiaritate coniunctus, maiores inuidiæ faces excitauit, & tot iam exantlatis laboribus, Herculis ritu, comperit excetram ſupremo fine domãdam, ut inquit Oratius, quæ primum tecte uirus ſuum afflabat, donec ſimulata beneuolentia in magnum erumperet incendium. Irrepſerant clanculum in urbem Arianæ factionis quidã ſed mutato iam nomine Origeniſtæ, ut diuerſus eſſet titulus, error idem. Ii quo ſuas parteis communirent, in nobilium matronarum familiaritatem & amicitiam inſinuare ſeſe, & dogmatis ſuis uenenum ſpargere: Hieronymũ, quod is Origenis ingenio præter cæteros delectatus, laudibus extuliſſet hominem, in ſuæ factionis conſortium pertrahere: hoc nocentiores inimici, quod ſub amicitiæ prætextu pluſcq; hoſtilia molirentur, adeo ut deſerendæ Romæ conſilium cœperit. Nam quod à nonnullis literis proditũ uideo, de ſuppoſita ueſte muliebri: quam cum imprudens pro ſua induiſſet Hieronymus, atq; ad eum ornatus modum, in cœtum eccleſiaſticum noctu prodiſſet, & riſum ac ſtupri ſuſpicionem ſibi conflauerit, mihi non fit uériſimile. Neq; enim uſq; adeo ſuis aduerſarijs parcere ſolitus eſt Hieronymus, ut hac de re tam inſignite contumelioſa, nullam omnino facturus fuerit mentionem: præſertim cum id ad tuendam innocentiæ famam tantopere pertineret, ut diſſimulare tacitum, hominis fuerit parum bene ſibi conſcij. In epiſtola, cui principium: Si tibi putem, multa querens de uarijs inuidorum in ſe calumnijs, ſuper hac re nullum uerbum facit. Verum inter alia multa hæc commemorat: Ego probroſus, ego uerſipellis & lubricus, ego mendax & ſatanæ arte decipiens. Quid enim eſt tutius, hæc uel crediſiſſe uel finxiſſe de inſontibus, an etiam de noxijs credere noluiſſe? Oſculabantur mihi manus quidam, & ore uipereo detrahebant, & dolebant labijs, corde gaudebant. Ac mox: Alius inceſſum meum calumniabatur, & riſum: ille uultui detrahebat, hic in ſimplicitate aliud ſuſpicabatur. Ego, ut de Roma relinquẽda cogitaret, multas cauſas fuiſſe crediderim. Primum ocij priſtini deſiderium, & guſtatæ ſemel tranquillitatis memoriam, deinde moleſtam urbis celebritatem, moleſtiores delicias, luxum, ac faſtum, harum rerum comitem. Iam tum enim paulatim creſcentibus opibus eccleſiæ, decreſcebat Chriſtiana ſimplicitas. Tum indies magis ac magis gliſcentium Origeniſtarũ aduerſum ſe inuidiam: præſertim cum id temporis Ruffinus ageret in urbe, nunquã ille quidem ſyncerus amicus, ut ego ſentio, tum inſidiator peſtilẽtiſſimus. Neq; mediocrem inuidiam conflauerat Hieronymo liber ad Euſtochium de uirginitate, quod in eo falſiſſime taxet clericos & monachos ac uirgines ſuo indignas nomine. Demum eò ueſaniæ proceſſit res, ut illi crimen impingerẽt, quod in Paulam Euſtochij matrem deperiret, ob intimam cum illa uitæ conſuetudinem, ſed eam pietatis & ſanctiſſimorum ſtudiorũ cõmercio cõciliatam, nõ turpi uoluptatis conſortio. Qua de re ſic ipſe meminit in ea, quam modo

*Liuor ex gloria.*

*Crimina Hieron. intenta.*

modo citauimus epiſtola: Penè certe triennium cum eis uixi. Multa me uirginum crebro turba circũdedit: diuinos libros ut potui, nõnullis ſæpe diſſerui. Lectio aſſiduitatẽ, aſſiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicãt quid unquam aliter in me ſenſerint, quàm Chriſtianum decebat? Pecuniam cuiuſquàm accepi? Munera uel parua uel magna nõ ſpreui? in manu mea æs alicuius inſonuit? Obliquus ſermo, oculus petulans fuit? Nihil mihi aliud obijcitur, niſi ſexus meus. Hactenus ille. Exacerbabat odium huius rumoris monachorum nomen, tum apud plurimos inuiſum, quibus haud ferendum uidebatur tot primarias eius urbis fœminas, religionis prætextu ſubduci familiæ, ſubduci affinibus. Id propemodum indicauit Hieronymus cum addit, eodem quẽ modo retuli loco: Et hoc nunquàm obijcitur, niſi cum Hieroſolymam Paula & Melania proficiſcuntur. Indicat ibidem, ſubornatum ab æmulis aliquẽ, ut opinor, ex Paulæ ſeruis, qui Hieronymum inſimularet ſtupri: & fœdum rumorẽ in uulgus ebuccinaret. At idem ad quæſtionem uocatus, inter tormenta negauit: ſubijcit enim in hũc modum. Iſti crediderunt mentienti, cur non credunt neganti? Idem eſt homo ipſe qui fuerat: fatetur inſontem, qui dudum noxium loquebatur. Et certe ueritatem magis exprimunt tormẽta quàm riſus, niſi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, ut fingatur impellitur. Antequàm domum ſanctæ Paulæ noſſem, totius in me urbis ſtudia conſonabant, omnium penè iudicio dignus ſummo ſacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damaſus meus ſermo erat, dicebar ſanctus, dicebar humilis & diſertus. Nunquid domum alicuius laſciuioris ingreſſus ſum? Nunquid me ueſtes ſericæ, nitentes gemmæ, picta facies, aut auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarũ, quæ meam poſſet edomare mentem, niſi lugens atq; ieiunans, ſqualens ſordibus, fletu penè cæcata, quam continuis noctibus miſericordiam domini deprecãtem, ſol ſæpe deprehendit? cuius canticum, pſalmi: ſermo, euangelium: deliciæ, continentia: uita, ieiuniũ? Nulla me potuit delectare niſi illa, quam manducantem nũquàm uidi: ſed poſteaquàm eam pro ſuæ merito caſtitatis uenerari, colere, ſuſpicere cœpi, omnes me ilico deſeruere uirtutes? O inuidia primum mordax tui. O ſatanæ calliditas ſemper ſancta perſequẽs. Nullæ aliæ urbi Romæ fabulam præbuerunt niſi Paula & Melania, quæ cõtemptis facultatibus, pignoribusq; deſertis, crucem domini, quaſi quoddam pietatis leuauere uexillum. Et in hanc ſententiam illic plura, quæ ne longior æquo ſim, prætermitto. Hiſce de cauſis Hieronymum tandem urbis odium cœpit indignæ tam eximij uiri conſortio. Itaq; relicta Roma, Syriam repetijt, an unà cum Melania & Paula, parum mihi liquet: niſi quod conijcio matronas priores illuc ſe cõtuliſſe, & aut mox ſecutum Hieronymũ, [redacted] eodem perueniſſe. Reditum ſuum quãdoquidem & hunc calumnia[redacted] Mẽſe Auguſto, flantibus Eteſijs, cum ſancto Vincentio presbytero & adoleſcente fratre, & alijs monachis qui nunc Romæ [redacted] nauim in Romano portu ſecurus aſcendi, maxima ſanctorum frequentia proſequente. Veni Regium, in Scylleo littore paulum ſteti, ubi ueteres didici fabulas, & præcipitẽ fallacis Vlyſſis curſum, & Sirenarum cãtica, & inſatiabilem Charybdis uoraginẽ. Cumq; mihi accolæ illius loci multa narrarent, darentq; conſilium, ut nõ ad Protei columnas, ſed ad Ionæ portum nauigarem: hunc enim fugientium & turbatorum, illum ſecuri hominis eſſe curſum: malui per Maleas & Cycladas Cyprum pergere. Vbi ſuſceptus à uenerabili epiſcopo Epiphanio, cuius tu teſtimonio gloriaris, ueni Antiochiam, ubi fruitus ſum communione pontificis confeſſoriſq; Paulini, & deductus ab eo media hyeme & frigore grauiſſimo, intraui Hieroſolymam: uidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobaui. Inde contendi in Aegyptum, luſtraui monaſteria Nitriæ: & inter ſanctorum choros, aſpides latẽre perſpexi. Protinus concito

Reditus in Syriam.

 gradu,

gradu, Bethlehem meam reuerſus ſum, ubi adoraui præſepe, & incunabula ſaluatoris. Vidi quoqꝫ famoſiſſimum lacum: nec me inerti tradidi ocio, ſed multa didici quæ ante neſciebam. Hactenus ille. Verum erit fortaſſis, qui putet hæc ad primam illam Hieronymi in Syriam profectionem pertinere: mihi probabilius uidentur ad poſteriorem referri: tum ob id quod cum Hieronymus penè puer, ut ipſe ſcribit, adierit Syriam, non admodum conſentaneum eſt, illum & ignotum & id ætatis, tanto honore fuiſſe exceptum ab epiſcopis eius regionis celeberrimis: tum quod huius profectionis & luſtratæ Syriæ atqꝫ Aegypti deſcriptio mire congruat cum itinere Paulæ, quod in illius deſcribit epitaphio: cui tum Hieronymum fuiſſe comitem, ex ipſa narratione licet deprehendere. Nec enim animi cauſa ſuſcipiebat hunc peragrandi regiones laborem, ſed partim, ut ex pluribus arriperet exempla pietatis, partim ut inſpectis locis, quorũ in diuinis literis fit mẽtio, penitius intelligeret quod eſſet ſcriptum, quod ipſe teſtatur in præfatione quadam. Nec pietatis, nec ſacræ ſcientiæ ſibi magiſter eſſe uoluit: diuqꝫ diſcendum putauit, quod doceret: à multis diſcere curauit, ſed à ſummis. At rurſum ſic horum doctrinam eſt amplexus, ut quorundam contentioſum dogma non ſequeretur. Quandoquidem illo factioſiſſimo ſeculo uix quiſquam eximie doctus hæreſeos ſuſpicione carebat.

*Hieronymi in theologia præceptores*

Gregoriũ Nazianzenum præceptorem ſuum appellat, & hoc interpretante, ſe ſacras didiciſſe literas, teſtatur. Verum ubi nam audierit hominem, aut quanto tempore, parum mihi compertum eſt. Nam is uitæ mutauit inſtitutum, & ſponte cedens epiſcopi locum, ruri abditus, monachi uitam exegit, autore Hieronymo in Catalogo uirorum illuſtrium. Apollinarium, Antiochenæ apud Syros eccleſiæ epiſcopum, frequenter audiuit Antiochiæ, & domeſticam cum illo conſuetudinem egit, adhortante Paula, & ſumptuum, ut coniicio, partem ſuppeditante, uerum id iam ætate prouectior. Poſtremo eiuſdem impulſu, Alexandriam ſeſe contulit, iam ſemicanus, quo uidelicet ex Didymi conſuetudine, quem, quod à puero captus eſſet oculis, uidentem appellat, ſummam imponeret manum ſtudio ſacrarum literarum. Etiam ſi Ruffinus calumniatur Hieronymum non plus menſe, Didymi conſuetudine uſum fuiſſe, ſed ridicule tamen, ut iam uere. Nec enim refert quãto tempore uerſeris apud præceptorem, ſed quantum proficias. Ruffinus ſex illis annis quos iactat, & tot egregijs præceptoribus, quos Hieronymus ne de facie quidẽ noſſet, ſuperior, ipſa tamen eruditione multo eſt inferior. Demum aſcito Bar hanina Iudæo, quod in literis Hebraicis aut diminutum erat aut exciderat, ſuppleuit & inſtaurauit. Iam itaqꝫ longo rerum uſu comparata prudentia, multorumqꝫ doctiſſimorum hominũ congreſſu, iuſta eruditione collecta, ad tractandas diuinas literas accinxit ſeſe. His inſtructus præſidijs uir prudentiſſimus, Theologi munus aggreſſus eſt: [redacted]

*Sedes ſenectuti delecta Bethlehem.*

Bethlehem iuxta domini ſui præſepe uenturæ ſenectuti ſedẽ delegit. Quẽ locum iam religione celebrem orbi, ſcriptis & uirtutibus ſuis longe celeberrimum reddidit. Is abeſt ab Hieroſolymis ſex paſſuum milibus contra meridianam plagam iuxta uiam quæ ducit Chebron, eſtqꝫ ciuitas Dauid in tribu Iuda. Iuxta hanc Paula quatuor condidit monaſteria: tria mulierum, quibus ipſa præfuit, quartum uirorum, in quo diuus Hieronymus cum pijs ac doctis amiculis & ſtudiorum adiutoribus non minus iucundam quàm ſanctam uitã multis egit annis, ut ipſe teſtatur in epitaphio Paulæ: quæ uiginti annis pie peractis Bethlehem, mortem immortalitate commutauit. Melania quę ſe eódem contulerat, incertum quibus de cauſis, mutata ſentẽtia, Romam repetijt. Ruffinus calumniatur, illi parum conueniſſe cum Hieronymo. Et conſentaneum eſt, opera Ruffini diſſidium incidiſſe, ad quem mulier deſciſcens, poſtea parteis æmulorum adiuuit: & haud ſcio an hæc ſit in quam Hieronymus locis aliquot oblique ſtomachatur, no

men ni

men nigredinis notans. Marcella tametſi & ipſa Bethlehemitico rure relicto, Romam
ſe recepit metu barbarorum, omnia paſſim uaſtantium ac populantium, tamen in ami-
citia fideliſſime perſtitit, Hieronymianas parteis acerrime defendens. Cuius opera, Ori-
geniſtarum factio ſenſim inſinuans ſeſe, Romæ primum & prodita eſt, & oppreſſa. Hic
omne uitæ tempus aut ſacris dabatur pſalmis, aut uertendis ſacris uoluminibus, aut
ediſſerendis diuinis literis, quas fratribus ac mulieribus aſſidue prælegebat. Ruffinus
obijcit, illum & nobilium pueros ſibi commiſſos, in Poëtarum ac Rhetorum literis inſti
tuiſſe. Et id crimen adeo non timet Hieronymus, ut nec refellere dignetur. Etenim cum
Paulus glorietur ſe omnia factum omnibus, ut omneis Chriſto lucrifaceret: quod flagi
tium, ſi diuus Hieronymus omnibus prodeſſe cupiens, omnibus nationibus, omni ſe-
xui, omni ætati ſemet accommodauit? Confluebat huc ex toto undiq; terrarū orbe fre-
quens hominum multitudo, quos omneis pro ſuis facultatibus uir ſanctiſſimus Chri-
ſtiana accepit benignitate, neminem arcens à ſuo contubernio, præter palàm hæreſeos
inuſtos cauterio. Prorſus exoptanda uita, ni felix ocium tot hæreticorum & calumnia-
torum inſultus labefactaſſent. Quoniam aduerſum multorum errores acerrime ſcripſe
rat: nullus erat hæreſiarcha, qui non Hieronymum pro hoſte duceret: quem quiſq; ſibi
male conſcius, etiam intactus, ut ait Oratius, horrebat & oderat, aliorum exemplo terri
tus. Nullum fuit unquam ſeculum ſeditioſius, neq; confuſius: & ſic omnia contamina-
rant hæreticorum errores ac diſſidia, ut magnæ cuiuſdam artis fuerit orthodoxum eſſe.
Verum in primis Arianorum factio, literis, armis, & imperatorum præſidijs, totū Ori-
entem, imò totum orbem in diſſidium pertraxerat. Id mali utcunq; ſopitum, poſtea mu
tato cognomine, per Origeniſtas renatum eſt, ut ante dixi, & in ipſam uſq; Romanam
urbem mire irrepſerat: non palàm, ſed cuniculis quibuſdam ſeſe furtim inſinuans: cuius
rei dux ac ſignifer Ruffinus Aquileienſis, cum quo puer puero Hieronymus arctiſſimā *Ruffini inimicitia.*
habuerat conſuetudinem, & mirus quidam amor interceſſerat: id quod facile liquet ex
epiſtola, cuius initium: In ea mihi eremi parte. Verum euenit iuxta prouerbium Ariſto-
telicum: ut qui ſeſe impenſiſſime dilexerant, acerrimis item odijs proſequerentur. Poſt
primam ſimultatem, utcunq; reditum eſt in gratiam, Hieronymo quidem modis omni-
bus adnitente, ne uel caſus aliquis maleuolentiæ ſuſpicionem præberet, & diſſimulante
interim clancularias illius machinas & uirulentas obtrectationes. Cæterum ubi iam fi-
dei quoq; labem hæreſeos aſpergere niteretur Ruffinus, & Hieronymum in ſuæ infa-
miæ conſortiū inuoluere, reclamante uiro ſancto, & figuratas, ut ipſe uocat, laudes ſum-
ma libertate reijciente, reſciſſa eſt male ſarta gratia: & inſyncera neceſſitudo in apertam
erupit ſimultatem: ac diruptis omnibus pudoris ac modeſtiæ uinculis, uterq; in alterū
ſic debacchatus eſt: ut in Hieronymo propemodum fateare uerum eſſe, quod Publius
ille mimographus ſcripſerat: Furor fit læſa ſæpius patientia. Primum, ipſa ſcripta clami
tant, Hieronymo uehemens & ardens fuiſſe ingenium, humaniſſimum quidem, ſed li-
berum: hoc impatientius contumeliæ, quod nulli malum moliretur. Deinde hæreſeos
ea eſt inſimulatio, in qua tolerantem eſſe, impietas ſit, non uirtus. Accedebāt ad hæc tot
faces, quæ uel leniſſimum ingenium ualeant irritare. Sunt qui Ruffino nonnihil tribuāt.
Mihi nec eruditio ſatisfacit, & mores olfacere uideor uirulentos ac uafros minimeq; li-
berales. Certe cum Hieronymus illum talibus pinxerit coloribus, infantiam, imperitiā,
ac ſtuporem hominis ubiq; ridens & inſectans, aut talem Ruffinum fateamur oporteat,
aut Hieronymum Sycophantam faciamus. Quo magis admiror, quid Gennadio uene-
rit in mentem, qui non contentus Ruffinum immodicis uexiſſe laudibus, huiuſmodi co
ronidem adiecit, ni fallor, in Hieronymum. Sed & obtrectatori opuſculorum ſuorum re
ſpondit duobus uoluminibus, arguens & conuincens ſe dei intuitu & eccleſiæ utilitate,
auxiliante domino, ingenium agitauiſſe: illum uero æmulationis ſtimulo incitatum, ad

obloquium ſtilum uertiſſe. Conſtat Ruffinum duobus libris inuectum in Hieronymū:
nec dubium eſt quin de his ſenſerit Gennadius: qui cum Ruffinum inter præcipuos ec-
cleſiæ doctores ponat, Hieronymum obtrectatorem facit, & Ruffiniani nominis inui-
dentem gloriæ. Dolebat, opinor, homini Gallo, Vigilantius ab Hieronymo parū ſua-
uiter acceptus, & Palladius locis aliquot arreptus mordicus, quorum uicem hac ratio-
ne uoluit ulciſci. Sed ut ad id quod inſtitueram recurrat oratio: nihil non machinatus eſt
in Hieronymum Ruffinus. Subornarat permultos, qui uirum excellentiſſimum conui-
cijs laceſſerent, Vigilantium Gallum, Palladium Galatam, tum Magnum oratorem ur
bis Romæ. Deniq; Domnionem & Pammachium, qui libros Hieronymi ſuppreſſerūt
ne uenirent in manus hominum: & admonuerunt literis, ut quædam emendaret in ædi
tis uoluminibus: præſertim in quibus propenſior uideretur in laudē uirginitatis: & hu-
ius ſtudio nuptijs iniquior, quàm uellent pleriq;. Quibus ita reſpōdet, ut ipſis parcens,
acriter inſectetur eos, à quibus ſentiebat illos ſubornatos & impulſos. Ac tātum ualuit
*Auguſtinus dubius amicus.* æmulorum malicioſa calliditas, ut nec ipſe diuus Auguſtinus, Hipponenſis epiſcopus,
optime ſenſiſſe uideatur de fide Hieronymi, priuſquàm propius & interius noſſet homi
nis & uitam & eruditionem. Hinc illa de mendacio cauillatio, hinc liber de animarū ori-
gine, hinc interpretationis ex Hebræo ſuggillatio, hinc ſimultatis cum Ruffino deplora
tio: quibus aduerſus Hieronymū ceu uelitabatur, euocare cupiens ad dogmatis ſui pro-
feſſionem. Id ſubodoratus uir minime ſtupidus, diu grauatus ad ea reſpondere, tandem
reſpondet acerbius, parumq; blande. Verum ſimul atq; uterq; alteri penitus cœpit eſſe
cognitus, iunctis animis ac ſtudijs, communi opera fidem catholicam aduerſus hære-
ſiarcharum inſultus tuebantur: & minus ſibi placuit Auguſtinus, ubi Hieronymi ma-
gnitudinem pernouerat, ex exploratore factus diſcipulus. Ita ex initio qualicunq;, ſum-
ma inter illos conflata eſt neceſſitudo. Cæterum cum Ruffinianis plane, quod aiunt,
ἄσπονδος πόλεμος erat, quorum ueſania eò progreſſa eſt, ut fictam epiſtolam, uelut ab Hie-
ronymo ſcriptam, in uulgus ſpargerent: in qua deploraret uitæ ſuperioris errores, ac
damnaret operam olim inſumptam uertēdis ex Hebræo ſacris uoluminibus: uelut huc
inductus à Iudæis nonnullis impoſtoribus. Sed actum eſſet de rebus humanis, ſi mali-
ciæ par animo ſuppeteret nocendi facultas. Stilum Hieronymianum hiſtriones illi aſſe-
qui non poterant, illo ſeculo nulli, ſicut opinor, imitabilem, nedum Ruffini ſodalibus.
Quod ſi potuiſſent, prorſus Hieronymiana fuiſſet epiſtola. Iam quantum uirulentiæ ſit
in libris Ruffini, quos in ſanctiſſimum uirum ſcripſit, quiſquis legerit, facile perſpicit.
His addiderat epiſtolam, præter indigniſſima cōuicia, diras minas, iudicia, exilium, mor
tem deniq; denunciantem, ni taceret. Ea quanquàm intercidit, tamen ex apologia Hie-
*Lucta Hieronymi.* ronymi quàm atrox fuerit, licet conijcere. Eodem è fonte profectum eſt diſſidium illud
acerbiſſimum, quod illi fuit cum Ioanne epiſcopo Hieroſolymitano, ad cuius dioceſim
attinebat Bethlehem: adeo ut ipſe cum ſuis abſtineret ab epiſcopi communione, quod is
in manifeſtam ueniſſet ſuſpicionem Arianæ factionis, homo ſycophanta, uafer, ac lubri-
cus, & tyrannicæ cuiuſdam inſolentiæ. Ad hæc hulcera accedebant, qui frigidam quo-
que (quemadmodum dici ſolet) ſuffunderent: & exaſperatum tot iniurijs animum, lite-
ris inſuper ſuis inſtigarent: hinc Riparius, illinc Marcella, aliunde Paula, Pammachius,
Domnio, Oceanus, Auguſtinus, & præter hos alij complures: Purga famam, compeſce
hæreſim, ſuccurre fidei. Sic uiſum eſt Chriſto: ut inclyti militis uirtus tot exagitata pro-
cellis, clarius eniteſceret: ac uelut aurum igni probatum, perpetuis exercitus malis, per
infamiam & bonam famam graſſaretur ad immortalitatis brauium. Aderat luctāti, qui
periculis obijciebat: & idem uires dabat, qui daturus erat præmium. Hinc ille uelut an-
noſa ualido cum robore quercus, undiq; propellentibus calumniatorū uentis, aut Mar
peſia cautes, quæ fluctibus undiq; tunditur, pectore inuicto infractoq; ſtabat: & adeò
non di

non dimouebatur ab honeſto:ut quo magis oblatrabant æmuli, quo moleſtius obſtre⸗
pebant inuidi, hoc acrius extimularetur ad ſtudium pietatis. Aduerſus hæreticorũ uim
& inſidias nonnihil adiutus eſt in Syria ab Epiphanio, ac Theophilo Alexandrinæ ur⸗
bis epiſcopo: Romæ, Marcella, Pammachio, Chromatioq́ꝫ, quos ſibi uel ob Paulæ affi *Fautores*
nitatem habebat admodum fauentes. Horum etiam benignitate ſubleuabatur. Quis in *Hieronymi.*
huiuſmodi uita martyrium requirat: quæ quid aliud fuit, quàm diutinum ac perpetuũ
martyrium? Et reperias, qui mortem poſſint contemnere, contumeliam nõ poſſint. Tri
ginta totos annos in diuinarum literarum meditatione ſudauit, ut ipſe teſtatur alicubi:
& ad extremam uſqꝫ ſenectam, docendi ſcribendiq́ꝫ laborem, iuuenili robore ſuſtinuit.
Nõ uno in loco declarat, ſe corpuſculo imbecilli fuiſſe, crebriſq́ꝫ morbis, ac diutinis ob⸗
noxium, etiam antequàm ueniret ſenectus. Nec dubitandum, quin pleraqꝫ ualetudinis
incommoda ſibi conflarit auſteritate uitæ perpetua, ſed præcipue nocturno ſtudio, ſu⸗
per omnia uero ſcribendorum uoluminũ indefeſſo labore: quas ob res frequenter coa⸗
ctus eſt uti notariorum opera, & quemadmodum ipſe loquitur, auribus tantum linguá
que ſtudere. Paulam diſcipulam & patronam ſuam, præmiſit in cœlum: qui quamdiu
fuerit ſuperſtes, non ſatis liquet. In illius obitu permulta ſcripſit ad Euſtochium, ut ma⸗
ternæ pietatis ſtudijq́ꝫ, ita & in Hieronymum beneuolentiæ hæredẽ. Tandem uitæ cur⸗
ſu feliciſſime peracto, ad immortalitatis lauream eſt euocatus, anno ætatis ſuæ nonage⸗ *Mors Hiero*
ſimoprimo: anno uero ſalutis humanæ, quadringenteſimo uigeſimoſecundo, ſub Ho⸗ *nymi.*
norio, & Conſtantio iam in imperij conſortium aſſumpto. Ferunt oſſa poſtea Romam
translata fuiſſe. Siquidem & hodie monumentum illius monſtratur in Exquilijs apud
ædem uirgini matri ſacram, iuxta præſepe Chriſti. Is qui uitam illius conſcripſit, Cyrilli
nomine, non infacete commentus eſt, eum iam morti uicinum prædixiſſe, fore ut Romã
aliquando rediret. De miraculis nõ libet quicquàm attingere, iam uulgatiſſimis, ſi quis
eiuſmodi fabulis delectetur. Ad hoc, quod referunt de digeſto per Hieronymum officio
diuino, deq́ꝫ duobus uerſiculis in calce ſingulorum pſalmorum adiectis, an uerum ſit
nec ne, non magni refert: unum illud palàm eſt, epiſtolam quæ teſtatur id factum, à ne⸗
bulone confictam alieno titulo. Tantum illi famæ & autoritatis pepererat uitæ integri⸗ *Celebritas*
tas, ſed præcipue libri, doctrinam inimitabilem præ ſe ferentes, & doctrinæ parem elo⸗ *nominis Hie*
quentiam: ut erudita quoqꝫ Græcia, quæ conſueuit omneis omnium gentium literas fa *ronymiani.*
ſtidire, unius Hieronymi commentarios in ſuam linguam transferendos curarit: nec pu
duerit totius orbis ſemper magiſtram, poſt tot eximios ſcriptores ab homine Dalmata
diſcere: iamq́ꝫ ad antrum Bethlehemiticum non ſecus atqꝫ ad publicum totius Chriſtia⸗
ni orbis oraculum undiqꝫ curreretur, ſi quid quem torqueret in diuinis literis. Crebræ
epiſtolæ, crebri nuncij huc commeabant, ex Italia, ex Hiſpanijs, è Gallijs, ex ultima Ger
mania, ex Africa. Conſulebatur ab epiſcopis, à nobilibus matronis, à primatibus. Quiſ⸗
quis Chriſtianam uitam animo deſtinaſſet, prius ab hoc uitæ inſtituendæ rationẽ effla⸗
gitabat. Multos non tam loci religio, quàm Hieronymi uidendi ſitis in Syriam attrahe⸗
bat. Libebat nimirum ſacri illius ac cœleſtis animi, quem in libris conſpectũ adorabant,
thecam ac domicilium intueri. Viſit hunc præter innumeros alios, Alipius, mittente Au
guſtino, ut ſaltem per intimum amicum, Hieronymum complecteretur: quãdoquidem
ipſi licet cupienti, non erat integrum tantum itineris emetiri. Viſit Paulus Oroſius hi⸗
ſtoriographus, ab eodem, ut opinor, miſſus: ut indicat in calce ſuæ hiſtoriæ, nonnulla re
ferens, quæ ex illius colloquio didiciſſet. Viſit Sulpicius Seuerus, qui magnificis præ⸗
conijs effert hominem, ſed tamen illius non aſſequitur merita. Viſit Apodemius ex Gal
lia, cumq́ꝫ his complures alij, quorum in literis ſuis meminit. Equidem uideo quoſdã *An uirgo fue*
magnopere cõtendere, Hieronymũ uirginitatis illibatę fuiſſe, quod affirmare, quorſum *rit Hierony.*

attineat, non uideo: cum ipſe duobus in locis palàm ac ingenue fateatur ſeſe lapſum in adoleſcentia, & hac laudis parte caruiſſe. Primum in epiſtola, cuius initium: Quod ad te hucuſq; non ſcripſi: teſtatur in hunc modum: Virginitatem autem in cœlum fero: non quia habeam, ſed quia magis mirer quod non habeo. Ingenua & uerecunda confeſſio eſt, quo ipſe careas in alijs prædicare. Nunquid quia graui corpore terræ onerofus hæreo, auium non miror uolatus? neq; columbam prædico, quod radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas? Hactenus quidem ille. Neq; uero me clam eſt, quoſdam hūc ſic interpretari locum, quaſi Hieronymus ſibi uirginitatis laudem adimens, modeſtiæ cauſa ſeſe deiecerit. Quemadmodum Paulus, cum plus omnibus laboraſſet, ſeipſum tamen minimum apoſtolorum uocat, & indignum apoſtoli uocabulo. Atque is color alibi fortaſſe locum habeat: cæterum hic ſtulticiæ fuerat id dicere, cum officeret ei quod agebatur. Cum enim ad inuidiam uſque laudibus uexiſſet uirginitatem, occurrere ſtuduit quorundam calumniæ, qui ſic dictitabant: Quiſque laudat, quod ipſe eſt. Coniugati gaudent laudari matrimonium: & ſi liceat, ſacramentorum omnium primum cupiant efficere. Monachi ſuum efferunt inſtitutum. Sacerdotes & epiſcopi de muneris huius excellentia libenter audiunt. Qui uirginitatem ſequitur, gaudet eam cum angelorū æquari puritate. Nec iſtud eſt fauere uirtuti, ſed ſuis quenq; laudibus applaudere: & honeſto prætextu ſeipſum iactare. Proinde ne quid ea calumnia uirginitatem prædicantis fidem eleuaret, ingenue fatetur ſe non eſſe quod laudat: nec ſuum agere negocium, ſed ueritati patrocinari. Rurſus in epiſtola, cuius initium: Non debet charta: declarat idem hiſce uerbis: Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ iter, in quo & ego lapſus ſum: & uos non ſine timore tranſiſtis. Quod ſi non poſſumus niſi uirginē amare, nec apoſtolos quoſdā, nec patriarchas amabimus. Eſt autem iſtud quibuſdam ſtudium, in ſpeciem quidem pium, ſed tamen ineptum, ſanctorum laudes in immenſum attollere, dum illis tribuūt: non quantum adfuit, ſed quantum illis optent adfuiſſe. Hi Chriſtum, ſi queant, maiorem quàm eſt, cupiant reddere: deinde huic penè parem Mariam: & factioſe ſuū quiſq; diuum attollit. Minoritis nunquàm ſatis laudatus Franciſcus, alijs Benedictus, alijs Auguſtinus. At expedit etiam ſæpenumero, commiſſum aliquod ceu cicatricem in ſanctis agnoſcere. Fit enim, neſcio quo pacto, ut efficacius nos eorū exempla permoueant, quibus ex uitioſa uita contigit ad pietatem reſipiſcere. Quanto plureis pellexit ad bonam frugem peccatrix illa Magdalene, Chriſti deliciæ, quàm Teclæ perpetua innocētia, quę ex tot hominum milibus uix ulli contingit? Magis profuit uitæ mortalium, Dauid deplorans quod admiſerat: noſq; poſt errata docēs reſipiſcere, quàm aliorum ſemper inculpata uita. Lapſus eſt Hieronymus, ſed primis illis annis, & ut arbitror, antequàm baptiſmo renatus eſſet in Chriſto (ſolent enim tum ferè adulti baptiſmum ſuſcipere, niſi ſi quem uitæ periculum huc adegiſſet) & lapſus eſt eo uitio, quo ferè ſolet inuolui pueritia, priuſquàm uitium eſſe nouerit. At quot annis, quas pœnas, ob puerile erratū à ſeſe exegit? Quibus ſupplicijs eam pueritiæ uoluptatulam eſt ultus? Hieronymi præconiū amplectantur, quibus uirginitas cordi eſt. Exemplum Hieronymi ſequantur, qui baptiſmi ueſtem nonnihil commaculatam, pœnitentiæ nitro cupiunt candidare: multoq; magis iſti, qui maximam uitæ partē turpibus uoluptatibus dedicarunt. Ad hæc ſunt, quos nonnihil offendit ſermonis acerbitas: quod in ſcriptis ſuis acrius nonnunquàm uideatur incandeſcere, quàm pro Chriſtiana manſuetudine: planeq; ueteris comœdiæ quiddam referre, multos mordicus arripiens. In hac ſententia fuit olim Auguſtinus, & noſtra memoria, ſi ſuperis placet, Franciſcus Philelphus, uir ille quidem eruditus, ſed nonnunquàm plus ſatis φίλαυτος. At hi mihi parum expendere uidentur negocij circumſtantias, patriam, ingenium, ſui fiduciam, æmulorum improbitatem, cōtumeliæ genus nulli

ferendū,

[redacted] Quomodo caſus ad tribunal dei. [redacted]
quos A[redacted]ntibarbaros inſcripſimus, unum illud hoc adiiciam loco: ubi deter[redacted]
lam ab immodico ſtudio librorum prophanorum, negat fuiſſe ſomniū ſed experrectū
reperiſſe ſcapulas liuentes. At idem Ruffino reſpondens ſalſiſſime ridet hominis curio-
ſitatem, cui nō ſatis eſſet obſeruare quid uigilans diceret aut ageret: uerumetiā quid dor
miens ſomniaret: & adeò fatetur fuiſſe ſomnium, ut illud conferat cum prodigioſis illis
noctium ludibrijs, quibus aliquoties ſibi uideretur alatus uolare cū Dædalo per maria,
nonnunq; comatulus eſſe, cū eſſet caluaſter: interdum ſumpta toga, cauſam dicere pro
[redacted]is. Expediant igitur iſti, quî ſimul utrunq; uerum eſſe poſſit, aut eligant utro in lo-
[redacted]
ſibi fuiſſe libros ſeculares? Aut ſi negaſſet, quis ſanus illi fuerat crediturus[redacted]
ſentaneum uero putemus, cum in libro de optimo genere interpretādi plurimos [redacted]
ad uerbum ex Cicerone referat: eum hos omneis ex adoleſcentiæ memoria deſcripſiſſe,
non de codice.[redacted]

*Quod quidã Hierony. negant Theologum.*

[redacted] At ille tot linguis excelluit. Vt omittam tam multa diſciplinarũ adminicula: ſine quibus in diuinis uoluminibus neceſſe ſit paſſim hallucinari, quis unquam ſacras literas ſic ex ipſis hauſit fontibus? Quis altius imbibit? Quis ſimili cura edidicit? Quis ſic in promptu & in procinctu, quod aiunt, habuit? Quis citauit aut denſius, aut appoſitius? Quis ediſſeruit doctius? Quis tractauit ſanctius, aut felicius? Quis eruditiſſimos illos interpretes euoluit diligentius? Quis hæreticorum dogmata refellit efficacius? Quis Chriſti philoſophiam penitius cognitam habuit? Quis eam uiuidius, aut literis expreſſit, aut uita? [redacted]

*E quatuor doctoribus Hiero. tribui ſenſum Hiſtoricũ.*

[redacted] Operæprecium eſt audire cenſuram iſtorum, qui cuncta ad certum numerum redegerunt. Doctores eccleſiæ quatuor eſſe libuit: & quatuor itẽ ſcripturæ diuinæ ſenſus: nimirũ ut reſpondeant quatuor euangeliſtis. Gregorio tribuunt tropologiã, Ambroſio [redacted] relinquunt literã, & ſenſum grammaticũ. [redacted] ſumat [redacted]

runt,

[illegible]unt,idq́; candore quodam magis quàm ex animo,ne nullos ueterum recipere uiderentur:quanq́; nec hos admodum legunt,niſi uelut apocryphos iamq́; antiquatos. Largiũtur his aliquid,ueritates interim ſibi ſeruantes. Geſtit animus paucis iſtos,qui ſic de Hieronymo ſentiunt,cum Hieronymo conferre:ſed reprimam me, ne quod in nebulones dixero,probi theologi in ſe dictum exiſtiment. Vnum illud tacere nõ poſſum,tot æditis uoluminibus quid ualuerit,declarauit Hieronymus. Si quiſquam iſtorum,unicum Hieronymi uolumen ſuo marte poſſit intelligere,ſi quadraginta iſtius factionis theologi,cõmuni opera,conflatisq́; ſtudijs,poſſint unicum excudere libellum,qui ſit ullo modo cũ Hieronymianis conferendus:imò cum his quos dictauit Hieronymus,non ſcripſit:fatebimur Hieronymum non eſſe theologum. Sed iſtorum iudicium minus demiror, cũ magis mirum foret,ſi probarent quod nec didicerunt,nec intelligunt. Iuſtius in hos ſtomachor,qui cum bonas profiteantur literas,parum candide (ne dicam arrogãter) de tanto uiro pronunciant. Franciſcus Philelphus arrepta uelut cenſoria uirgula,Auguſtino tribuit dialecticæ palmam, eloquentiæ Hieronymo. Non eſt meum Auguſtini laudibus quicq́; decerpere:uerum illud ipſa res clamitat,Hieronymum Auguſtino nõ minus antecelluiſſe dialectica,q̃ præceſſit eloquentia:nec minus eruditione ſuperiorem fuiſſe,q̃ dicendi laude. Siquidem Hieronymus,Græci ſermonis callentiſſimus:nõ modo totum Ariſtotelem,ſed cæteros itẽ philoſophos omneis euoluerat. Auguſtinus,id quod & ipſe fatetur,& indicant libri, duos dũtaxat Ariſtotelis libellos,tum forte in Latinum uerſos ſermonem,de prædicamentis,ac de enunciatione. Et ut ingenue dicã, argumentatur aliquanto perplexius ac moleſtius Auguſtinus:at quãto ſolidius,quãto alijs neruis Hieronymus? Mihi uidetur uterq́; utraq́; facultate mirabilis,ſed eloquentiam magis oſtẽtauit Hieronymus,dialecticen Auguſtinus. Quanq́; ego nec de uitæ genere prorſus accedo Philelphi iudicio. In ſe quidẽ rigidior Hieronymus,quàm Auguſtinus,at in alios lenior nec unquam Hieronymus à ſuis exegit fratribus, quod à ſuis clericis Auguſtinus. Sed præſtat omittere collationẽ inter duos eccleſiæ Latinæ proceres,pro quorũ eximijs uirtutibus magis decet agere gratias deo,q̃ cõcitare cõtentionem inter ſtudioſos. Iam uero dictu mirum quantopere celebretur inter quoſdam nimis ethnice doctos, dictum Theodori Gazæ,Hieronymum præter meritum uapulaſſe,ueluti Ciceronianum. Nec deſunt Critici,quorum palatum in huius libris deſideret Romani ſermonis puritatẽ. Quæ nã iſta Romana puritas? Num eodem more dicere quo dixit Cæſar, aut Marcus Tullius? At qui fieri potuit,ut Hieronymus de rebus longè diuerſis loquens,iiſdem tamẽ uerbis uteretur? Alia religio,alius cultus, diuerſi autores, nouata omnia:& tu me negabis eloquentem,niſi perinde loquar,quaſi Ciceronis ætate uiuã:cum præcipua dicẽdi laus ſit, apte dicere? Niſi forte parum Romanus uidebor,ſi pro eo quod olim dicebãt,faxit Iuppiter optimus,maximus:dixero,faxit Chriſtus Ieſus,quod ad hunc modum nõ ſit locutus M. Varro,aut C. Cæſar,aut M. Tullius. Iam quid eſt hoc,quod ait quidam,imputãdum Hieronymi ſeculo? Num ſeculum hoc putat illo facundius? Aut quæ nam eſt iſta profeſſio,cui condonari uult infantiam? Nec enim adeo ſtultus eſt opinor, ut exiſtimet Hieronymum fuiſſe monachum huius generis,quod hodie receptum eſt. An Chriſti profeſſio pugnat cum eloquentia? Quid autem uetat,ſi Cicero de ſuis dæmonibus dixit eloquenter:quo minus Chriſtianus item de pietate ueraq́; religione dicat eloquenter? Sed dicam inuitus,quod tamen ueriſſimum eſſe comperi,eſſe permultos ſic prophanis addictos literis:ut ineruditum,ut infans,ut ſordidum uideatur, ubicunque Chriſtianæ profeſſionis uocabula uiderint:Romuli,Camilli, Fabricij, Iulij nominibus delectantur:ad Chriſti,ad Pauli,ad Petri uocabula nauſeant. Hos nihil aliud offendit in Hieronymo, niſi quod ingenue Chriſtianus eſt. At nos ſi quando uideri uolumus eloquentes, de

Cenſura Philelphi de Aug. & Hieronymo.

rebus ſacris, deum immortalem quàm prophane dicimus? Necq; uero probem in homi-
ne Chriſtiano, anxiam eloquentiæ affectationem, quæ nec philoſophis, nec Senecæ, nec
ulli graui uiro uncq; probata eſt. Atq; adeò ne fieri quidem poteſt, quin de religione uer-
ba faciens, ſacrorum uoluminum teſtimonijs utare: quorum phraſim innouare ridicu-
lum ſit, faſtidire impium. Ad hæc interdum eos cites oportet, quibus defuit elegantia
ſermonis, quales nobis Bonauentura, Thomas, Scotus: Hieronymo, Iouinianus, Vigi-
lantius, Ruffinus. Aiunt Pomponium Lætum, in omnem uſq; uitam à Græcis abſtinuiſ-
*Eloquentia* ſe literis, ne qua peregrinitas, Romani ſermonis caſtimoniam uitiaret. At diuus Hierony-
*Hieronymi.* mus in tot linguas cognoſcendas partitus operam & oleum, tum in huiuſmodi uerſans
argumentis: quæ non facile ſplendeſcunt, nec recipiunt orationis nitorẽ: deniq; permul-
ta dictans, tamen eloquentiæ tãtum præſtitit, ut nemo fuerit noſtra memoria, quem hac
in parte cum eo cõferre poſſimus. Et tamẽ eximios uiros, noſtra uidit ætas: & qui ne Ci-
ceronis quidem ſeculo inter elingues habiti fuiſſent, quorum præcipui ſunt, Laurentius
Valla, Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Ioannes Picus, & noſter Rodolphus
Agricola. Sunt & alij, quos haud quaquam contemno, ſed ex his quoniã inſignes ſunt,
res æſtimabitur. Hieronymus ex parte contempſit eloquẽtiam, tam multis diſtractus eſt
ſtudijs, quæ dicendi politiem rubigine ſolent obducere. Hi per omnem ætatem in his
modo uerſati ſunt literis, quæ ad dicendi faciunt ornamenta: & tamen detur idem argu-
mentum, ſit eadem Chriſtiane loquendi lex: uidebimus nec horum quempiam Hiero-
nymianam eloquentiam aſſequi. Primum enim cũ præcipua pars eloquẽtiæ ſit & fons,
ut inquit Horatius, res de quibus dicturus ſis, penitus habere cognitas: quis non ſtatim
intelligit, quàm multis partibus hic potior ſit Hieronymus? Ad hæc quis exorditur
dexterius? Quis proponit abſolutius? Quis narrat euidẽtius? Quis expatiatur uel amœ-
nius uel appoſitius? Quis colligit neruoſius? Quis telũ in aduerſariũ torquet acrius, aut
exceptum retorquet mirabilius? Quis illigat tenacius? Quis in tractãdis affectibus quos
ἤθη uocant, iucundior? Quis in ijs quos πάθη nominãt, concitandis grauior? Quis in ſche-
matiſmis florulentior, aut picturatior? Quis ſententias interſerit aptius? Quis epiphone-
matibus pungit argutius? Quis hypotypoſes effingit rectius? Quis aut attollit magnifi-
centius, aut deijcit humilius? Quanta ordinis ratio? Quod conſilium? Quæ trãſitionum
delitiæ, quos ſæpenumero per ſententiã contexit? Quàm parata Latini ſermonis copia?
Quæ uocum emphaſis, qui delectus? Quanta rerum ſupellex? Quæ autorum agmina?
Quàm ubicq; denſus & inſtans ſibi? Quàm felici mixtura contexit, concinnat, ac ſtruit
omnia? Præterea qui nerui, qui lacerti, qui uigor, qui actus orationis, ac uita? Vt nuſ-
quam ceſſat, nuſquam dormitat, nuſquam iacet, nuſquam reſiſtit: ut ubicq; properans,
auditorem ſecum rapit? Vt ſemper aliud ex alio pẽdet: & gemma gemmam trahit? Quã
modulata, quàm numeroſa totius orationis compoſitio, quàm mire commatis & colis
rotatur ac uoluitur oratio? Quid dicam de feſtiuitate, qua res triſtiſſimas etiam ille miri-
fice condijt? Poſtremo quod pectus, quãta cauſæ fiducia? Quis docet apertius? Quis de-
lectat urbanius? Quis mouet efficacius? Quis laudat candidius? Quis ſuadet grauius?
Quis hortatur ardentius? Quis recenſet ſublimius? Quis inſtituit ſanctius? Quis cum
amicis fabulatur humanius? Nullum eſt enim argumenti genus, in quo ille non luſerit:
nuſquam ſui diſſimilis. Hæc non admodum mirẽtur, qui in hanc palæſtram nunquam
deſcenderint, Cæterum magnarum uirium eſt, tractare ſacra tam ſplẽdide, ſimplicia tam
erudite, inculta tam polite, retruſa tam dilucide, à ſenſu communi abhorrentia tam po-
pulariter, periculoſa tam libere, ſeuera tam plauſibiliter. Aliud eſt epiſtolam ſcribere ad
Ciceronis exemplar: & decem ſelectis uoculis, Ciceronis ſimiũ agere: aliud in grauiſſimis
argumentis, tot excudere uolumina. Aliud eſt in ficta controuerſiola declamare: aliud in

ſerijs

ſcrijs fidei negocijs utriſq; ſatisfacere:& his qui nihil requirunt præter ſcripturæ diuinæ ſcientiam:& his qui tantum ingenij uires expectant. Atq; hæc qui præſtat, parum Ciceronianus eſt? Siquidem quid aliud eſt eſſe Ciceronianum, quàm optime dicere, etiam ſi diuerſe dicat? Quandoquidem ipſi Ciceroni ſecus dicendum foret, ſi Hieronymus eſſet. Alias dicẽdi uirtutes mireris in alijs: in uno Hieronymo tot pariter dotes cumulatæ ſunt ut in eo reperire liceat, quod & in Marco Tullio deſideres. Loquitur Cicero, tonat ac fulminat Hieronymus: illius linguam miramur, huius etiam pectus. Quid quod noſtro ſeculo quanquam ſat feliciter repullularunt bonæ literæ: tamen declamandi prorſus extincta eſt exercitatio: ut hoc ipſum quid ſit eloquenter dicere, non queat niſi à pauciſſimis iudicari: cum ea res magis uſu conſtet, quàm præceptis. Vt iuxta Græcorum prouerbium: Non una hirundo uer efficit: ita non una quæpiam dos, facit eloquentẽ. Inter tot egregios autores: quorum ingenio defenſa eſt, & illuſtrata Chriſti religio: alij deſunt ſeculares literæ, alijs ſacræ ſcripturæ cognitio. In hoc ingenium deſiderat Hieronymus, in alio lucem orationis: in hoc neruos, in illo ſplendorem. Multis defuit linguarum peritia, nõnullis fidei ſynceritas, quibuſdam uitæ integritas. Hieronymus, & unus Hieronymus, ſic omnia præſtitit: ut ſi non ad unam aliquam uirtutem, ſed ad omnium concentum & ſummam reſpicias: dicam audacter, ſed uere, nihil habet uel ipſa Græcia, quod noſtro opponat Hieronymo. Proferat ſi poſſit, & meæ ſententiæ, non pigebit palinodiam canere. Et tamen hunc uirum, quem ne ſummi quidem queant aſſequi, non uerentur calumniari & mediocres. Notatur à Laurentio, quod in libris aduerſus Iouinianum, ſic Iouis Statoris fecerit mentionem, uelut à ſtando dictus ſit, & non potius à ſiſtẽdo. Quaſi uero illic hoc agat Hieronymus, unde dictus ſit Iupiter Stator, ac non magis ridẽdi Iouiniani quæſiuerit anſam. Niſi forte cum ſcribit Martialis: Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci: Dicemus ficos Ceciliane tuos: uere ſenſit hanc eſſe uocum differẽtiam. Et tamen ſiue à ſiſtendo deducitur ſtator, ſiue à ſtando, nihil eſt in quo reprehẽdas Hieronymum. Quid enim eſt aliud ſiſtere, quàm facere ut ſtet aliquid? Quod enim Græcis unica uox declarat, ἱςάναι, id Latini duabus explicant, ſed inter ſe cognatis. Proinde cũ Iupiter ſit Stator, hunc offendere uidetur qui ſedere gaudeat. Atq; hæc qualiſcunq; uocum ac rerum affinitas ſatis erat captãti riſum. Alius inſectatur, quod alicubi Ruffinum taxat, qui comparãdi uerbo abuſus ſit pro emere. Hodie quidem uulgus Italorum comparare dicit emere, eumq; uerbi abuſum iam tum Hieronymi ſeculo natum fuiſſe, declarat non ſolum hic apud Ruffinum locus: uerum etiam quod Sophronius in catalogo ſcriptorum illuſtrium, comparauit ab Hieronymo poſitum, uerterit ὠνήσατο. Cæterũ quæ taxator ille citat ex Catone, ne tantulum quidem faciunt aduerſus Hieronymum. Neq; enim ſi prædium recte cõparari dicitur quod emitur, continuo nihil intereſt inter emere & comparare. Comparãdi enim uerbum latius patet, nimirum ad omnia quæ quocũq; modo parãtur, ſiue dono, ſiue opera, ſiue ære, ſiue bello, ſiue corpore, ſiue furto deniq;. At Ruffinus ſic uſus fuerat ea uoce, ut nihil aliud eſſe poſſet ꝙ emere. Sed demus inueniri comparare pro emere, quid opus erat hoc cum conuicio ingerere, quaſi non & Cicero quædam irrideat in Antonio, quæ reperiuntur apud probatiſſimos autores: aut quaſi Ruffinus uno tantũ loco faciat ſolœciſmũ. Sed hoc fortaſſe cõdonari poterat ætatis calori, quod cõmentarios in Suetonium iuuenis opinor ſcripſerit. At idẽ in his cõmentarijs, quos ſenex ædidit in aſinũ Apulei, rurſus cædit Hieronymũ, quod pexã ueſtẽ poſuerit, pro detrita, uiliq;, cũ Horatius ſit uſus pro noua & eleganti. Ne nimium operæ ponã in huiuſmodi nugis: primum Hieronymus hoc loco nõ interpretatur quid ſenſerit Horatius, ne alludẽs quidẽ apertius ad illius uerba. Neq; ſtatim illi cõceſſerim, pexam ueſtem eſſe nitidam & elegãtem: quin uero propius eſt, genus fuiſſe ueſtis, quod uillos haberet,

*Taxatores Hieronymi Valla.*

quod

quod genus ſunt laneæ non attonſæ. At ſubucula iam uilis attritis parum cōgruit cum tunica pexa. Neq; Hieronymus pexam tunicam, & nigram ſubuculam oppoſuit nouæ & eleganti, ſed lineis, ſericis, ac candidis, quæ tum in delicijs erant: adeo ut ætate Plinij à Barbaris importata, nō ſatis digna uiris Romanis haberentur: & notati ſunt imperatores aliquot quod holoſericis uterentur. Id ita eſſe, ipſa Hieronymi uerba declarant: Tunc pexa tunica & nigra ſubucula ueſtiebaris, ſordidatus & pallidus, & calloſam opere geſtitans manum: nunc lineis & ſericis ueſtibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumētis ornatus incedis. Proinde pexa ueſtis, ſiue noua ſit, ſiue uetus, ſiue uilis, ſiue precioſa, certe lanea eſt. At ſerica lineaq; lanea non ſunt, & candore potiſſimum cōmendantur. Et quāquàm nunc linearum ueſtium uſus uilis ſit ac plebeius, tamen is olim nobilium erat: & honoris cauſa primum datus eſt ſacerdotibus, ac proinde nulli monachorum cōceſſus, niſi inter obeunda ſacra. Iam illa quæ notauit alius quidam in pſalmo primo pro במוץ, uertendum fuiſſe acum aut ſtipulam, non puluerem: & in Hieremia pro למקוננות nō lamentatrices, ſed præficas: prorſus indigna duco quæ refellantur, tantum abeſt ut exiſtimem non poſſe defendi. Atq; ad hæc ipſa diluenda, uix eloqui poſſim, quàm inuitus deſcenderim. Poteram illud è triuio reſpondere, ab aquila non cerni muſcas: uerum paucis oſtendere uolui, nec in his minutiſſimis ceſſaſſe uirum undecunq; doctiſſimum. Illud hactenus offecit Hieronymo, quod ut à pleriſq; nō legitur: ita à pauciſſimis intelligitur. Alioqui uerum eſſe fateremur illud egregij pictoris elogium, μωμήσεταί τις θᾶσσον ἢ μιμήσεται. At poſthac quando per uniuerſum orbem Chriſtianum reuixerunt bonæ literæ, & nō pauca bonæ ſpei ingenia ad ueterem illam ac germanam theologiam expergiſci cœperunt, Hieronymum ueluti renatum communibus ſtudijs complectamur omnes: hunc ſinguli ſibi ceu peculiarem uindicent. Olim Homerum ſeptem urbes ſibi certatim aſſerebant. At Hieronymum uicinitatis iure rapiat, hinc Dalmatia, hinc Pannonia, hinc Italia. Stridon ſibi gratuletur, quæ tam eximium orbi lumen produxerit. Triplici nomine ſibi gratuletur Italia, primum quod erudierit, deinde quod per baptiſmū genuerit Chriſto, poſtremo quod ſanctiſſimi corpuſculi pignus apud ſe ſeruet. Hunc ut ſuum agnoſcant Galliæ, quas omneis ſic peragrauit, quasq; tot libris nominatim dedicatis inſtituit. Hūc ſibi uindicent Hiſpani, quos aliquot epiſtolis ad illos ſcriptis illuſtrauit. Hunc exoſculetur Germania, quam unico licet uolumine ſatis & docuit & nobilitauit. Hunc gemino nomine complectatur Græcia: primum ob linguæ commercium: deinde quod orbis magiſtra, huius uiri literis uiciſſim adiuta ſit. Complectatur Aegyptus, quam toties inuiſit, quæq; ex doctiſſimo nobis reddiderit doctiorem. Amplectantur Arabes & Saraceni, quos ſua uicinitate reddidit claros. Hunc colant Hebræi, quorum ſermonem & literas tantis ſudoribus pararit. Hunc omnis quidem rapiat Syria, in qua magnam uitæ ſuæ partem exegit: ſed præcipue Bethlehem bis feliciſſima, & quod in hac Chriſtus natus ſit mundo, & quod in eadem Hieronymus natus ſit cœlo. Hunc omnis ſexus, omnis ætas diſcat, euoluat, imbibat. Nullū doctrinæ genus eſt, quod hinc nō queat adiuuari, nullum uitæ inſtitutum, quod huius præceptis non formetur. Soli Hæretici Hieronymum horreant & oderint, quos ille ſolos ſemper acerrimos hoſtes habuit.

HIERONYMI VITAE PER ERASMVM ROTERODAMVM + FINIS. + autores damnatus hoc eius opus hactenus prohibitum nisi cum [illegible] purgatum fuerit [illegible]

Adiecimus indicem ſingulorum librorum aut epiſtolarum initijs iuxta literarum ordinē digeſtis: ut ſi quid occurrerit ex Hieronymo citatum ad hūc modum, Hieronymus in epiſtola: Si tibi putem: mox per hunc indicem in promptu fuerit locus. Atq; hæc citādi ratio mihi ſanè uiſa eſt tum breuior, tum expeditior, quàm illa per tot numeros partium, tractatuū epiſtolarū, & paginarum: ut pro unica, triplici ſit opus memoria.


A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Abraham tentatur. De conuerſione Bleſillæ. Ad Marcellam. | to.1 | fo. | 155 |
| Acceptis primum literis. Velitatio in errores Vigilantij. Ad Ripariū. | to.2 | fo. | 119 |
| Ambroſius quo. Inuitatio ad ſeceſſum Bethlehemiticum. | to.1 | fo. | 131 |
| Antiquus ſermo eſt. Familiaris ad Iulianum diaconum. | to.1 | fo. | 213 |
| Ante annos circiter. De erroribus Origenis. Ad Auitum. | to.2 | fo. | 131 |
| Anno præterito. Commendatio amici. Ad Auguſtinum. | to.2 | fo. | 368 |
| Apoſtolus Paulus ſcribens. Inſtitutio infantulæ. Ad Lætam. | to.1 | fo. | 54 |
| Apud Hebræos. Præfatio in librum Iudith. | to.3 | fo. | 23 |
| Audi filia. De cuſtodia uirginitatis. Ad Euſtochium. | to.1 | fo. | 136 |
| Audiui perueniſſe. Excuſatio. Auguſtinus Hieronymo. | to.2 | fo. | 350 |

B

| | | | |
|---|---|---|---|
| Beatus Pamphilus. Expoſitio Pſalmi centeſimi uigeſimiſexti. | to.3 | fo. | 115 |
| Beatitudinis tuæ. De filio prodigo. Ad Damaſum. | to.3 | fo. | 128 |
| Bonus homo. Inſtitutio monachi. Ad Paulinum. | to.1 | fo. | 102 |
| Breuis epiſtola. De tribus quæſtionibus. | to.3 | fo. | 126 |
| Breuis eſt quæſtiuncula. De blaſphemia in ſpiritum ſanctum. | to.3 | fo. | 141 |

C

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cauſa difficilis. Inſtitutio infantulæ. Ad Gaudentium. | to.1 | fo. | 100 |
| Cogor per ſingulos. Præfatio in Iob. | to.3 | fo. | 24 |
| Cōmentaria cum legerem. Quæſtio de Oſanna. Ad Hieronymum. | to.3 | fo. | 124 |
| Chartæ exiguitas. Familiaris ad uirgines Hermonenſes. | to.1 | fo. | 214 |
| Chriſtiani interdum. Aduerſus calumniatores ad Pammachium. | to.2 | fo. | 118 |
| Chriſti te. Exhortatio aduerſus hæreticos ad Riparium. | to.2 | fo. | 131 |
| Crebras ad me. Familiaris epiſtola ad Auguſtinum. | to.2 | fo. | 352 |
| Cum hora fermè. De morte Leæ ad Marcellam. | to.1 | fo. | 157 |
| Cum in urbe. Epiſtola familiaris ad Auguſtinum. | to.1 | fo. | 215 |
| Cum à ſancto. Adhortatio ad concordiam. Ad Auguſtinum. | to.2 | fo. | 357 |

D

| | | | |
|---|---|---|---|
| Danielem prophetam. Præfatio in Danielem. | to.3 | fo. | 28 |
| Delectatus ſum tuorum. Tertius liber contra Pelagianos. | to.2 | fo. | 300 |
| Decreueram quidem. Aduerſus Arianos de fide ſua. Ad Marcum. | to.2 | fo. | 319 |
| Deſiderij mei. Præfatio in Pentateuchum Moyſi. | to.3 | fo. | 14 |
| Diu te Rhomæ. Expoſtulatio de figurata laude. | to.2 | fo. | 198 |
| Dic mihi Critobule. Liber primus contra Pelagianos. | to.2 | fo. | 264 |
| Didici quod &. De damnatis Origeniſtis. | to.2 | fo. | 315 |
| Dominus noſter. De modeſtia ad Antonium. | to.1 | fo. | 221 |
| Domino dilectiſſimo. Aduerſus Origeniſtas. | to.2 | fo. | 58 |
| Dominus qui locutus. De damnandis Origeniſtis. | to.2 | fo. | 313 |
| Dormientem te. Tres quæſtiones ueteris legis. | to.3 | fo. | 33 |


Duplicem

Duplicem mihi gratiam. De damnandis Origeniſtis. to.2 fo. 313

E

Eber nati ſunt. Traditiones Hebraicæ in libros Paralipomenon. to.3 fo. 254
Epiſtola tua. Aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum. to.2 fo. 183
Epiſtolare officium. De ephod bad ad Marcellam. to.3 fo. 71
Et ueſtris & multorum. Aduerſus Ruffini calumnias. to.2 fo. 198
Et factum eſt. Expoſitio primæ uiſionis Eſaiæ. to.3 fo. 116
Ex eo tempore. Familiaris epiſtola ad Theophilum. to.1 fo. 205
Ex quo cœpi. De mendacio ad Hieronymum, Auguſtini. to.2 fo. 340
Ezechiel propheta. Præfatio in Ezechielem. to.3 fo. 27

F

Filius meus frater tuus. Conſolatio in aduerſis. to.1 fo. 208
Filius meus Apodemius. Ad undecim quæſtiones Algaſiæ. to.3 fo. 158
Frater Ambroſius. De ſtudio diuinæ ſcripturæ. to.3 fo. 5
Fuit uir unus. Quæſtiones Hebraicæ in libros Regum. to.3 fo. 234

G

Generalis epiſtola. De damnatis Origeniſtis. to.2 fo. 315
Grandes materias. Epitaphium Nepotiani. to.1 fo. 21

H

Habeo gratiam. De mendacio & translatione ex Hebraica ueritate. to.2 fo. 337
Hieremias propheta. Præfatio in Hieremiam prophetam. to.3 fo. 27
Hortaris Dexter. Catalogus uirorum illuſtrium. to.1 fo. 265
Hucuſque de criminibus. Apologiæ Hieronymi aduerſus Ruffinum liber ſecun-
dus. to.2 fo. 215
Humanæ uitæ. Laus integræ ſenectutis. to.1 fo. 134

I

Iam pridem charitati. De mendacio. to.2 fo. 358
Ignota uultu. De duodecim quæſtionibus. to.3 fo. 142
Ioannes idem. Reconciliatio offenſarum. to.1 fo. 213
Importuna in euangelio. De Hypoſtaſibus Arianorum. to.2 fo. 135
In ea mihi. Familiaris ad Florentium. to.1 fo. 53
Inter omnes materias. De ſeruanda uirginitate. to.1 fo. 63
Inter omnia. Exhortatio ad Chriſti militiam. to.1 fo. 212
In ipſo profectionis articulo. Satisfactio. to.2 fo. 351
In ipſo iam profectionis. Expoſitio loci ad Galatas. to.3 fo. 192
Inter multos ſæpe. Vita Pauli eremitæ. to.1 fo. 239
In ſeptuageſimoſeptimo. De quadraginta manſionibus. to.3 fo. 41
In uetere uia. De monogamia. to.1 fo. 88
Iuſtum quidem fuerat. Hortatur ut reſipiſcat. to.2 fo. 316
Iungat epiſtola. Præfatio in Prouerbia Solomonis. to.3 fo. 25

L

Lectis literis. Aduerſus Ruffini calumnias. to.2 fo. 234
Lecto ſermone. Epiſtola familiaris ad Deſiderium. to 3 fo. 201
Legimus in Eſaia. De gradu presbyteri & diaconi. to.2 fo. 333
Librum Heſter. Præfatio in Heſter. to.3 fo. 23
Literæ tuæ. Aduerſus calumniatores. to.3 fo. 114

Lugubri

Lugubri nuncio. Epitaphium Lucini Betici. to.1 fo. 197

M

Maiora ſpiritus. Quatenus legendus Origenes. to.2 fo. 318
Magnis nos. De quatuor quæſtionibus. to.3 fo. 131
Medici quos uocant. In Onaſum obtrectatorem. to.2 fo. 370
Meminit beatitudo tua. De damnandis Origeniſtis. to.2 fo. 314
Memini me. Præfatio in Eccleſiaſten. to.3 fo. 26
Menſuram charitas. Inuitatio ad ſeceſſum Bethlehemiticum nomine Paulæ & Euſto-chij. to.1 fo. 124
Mirari non deſino. Præfatio in Tobiam. to.3 fo. 21
Miſiſti uolumen. De Melchiſedek. to.3 fo. 39
Multa in orbe. De colendis martyrum reliquijs. to.2 fo. 122
Multa quidem. De ſcripturis aduerſus Pelagianos liber ſecundus. to.2 fo. 283
Multi utroq; claudicant. Extimulat aduerſus hæreticos. to.2 fo. 322
Multum in utranq; partem. De iudicio Solomonis pueri. to.3 fo. 75
Multi ſuper. De Oſanna. to.3 fo. 125

N

Nec opinanti. Exhortatio ad piam uitam. to.1 fo. 194
Nemo reprehendat. Laudes Aſellæ. to.1 fo. 117
Nemo cum prophetas. Præfatio in Eſaiam uerſum. to.3 fo. 26
Neſcio qua tentatione. Exhortatio aduerſus hæreticos. to.2 fo. 131
Nihil Chriſtiano. Inſtitutio monachi. to.1 fo. 43
Non debet charta. Exhortatio exemplo Bonoſi. to.1 fo. 218
Non audacter. Aduerſus Pelagianos to.2 fo. 254
Nonageſimum pſalmum. De decem nominibus dei. to.3 fo. 96
Non eſt idem ordo. Præfatio in duodecim prophetas. to.3 fo. 29
Nouum opus. In quatuor euangelia caſtigata præfatio. to.3 fo. 30
Nudiuſtertius cum. Interpretatio alphabeti Hebraici. to.3 fo. 202
Nunquam fili Oceane. De imputato matrimonio à baptiſmo. to.2 fo. 323
Nunc q; æque. De mendacio & translatione ex Hebraica ueritate. to.2 fo. 335
Nuper rogatus. De perpetua uirginitate Mariæ. to.2 fo. 5
Nuper tuæ. De damnatis Origeniſtis. to.2 fo. 314
Nuper cum rheticij. De Tharſis in ueteri teſtamento. to.3 fo. 79
Nuper cum pariter. Quid Hebræis ſit Alleluia. to.3 fo. 96

O

Obſecras literis. De uiduitate ſeruanda. to.1 fo. 80
Omni quidem tempore. Extimulat contra hæreticos. to.2 fo. 322
Origenes cũ in cæteris. Homiliæ duæ Origenis à Hieronymo uerſæ. to.3 fo. 176

P

Parua ſpecie. De xeniolis miſſis ad Euſtochium. to.1 fo. 132
Pauci admodum. De excellentia uirginitatis aduerſus Iouinianum. to.2 fo. 17
Paulus apoſtolus. De optimo genere interpretandi. to.2 fo. 371
Petis à me Nepotiane. Inſtitutio clerici. to.1 fo. 11
Plures anni ſunt. Epitaphium Fabiolæ. to.1 fo. 199
Plus deum tribuere. Laus Bonoſi. to.1 fo. 215
Poſt priorem. Defenſio interpretationum. to.2 fo. 378
Poſtquam epiſtolam. Ad tres quæſtiones ueteris legis. to.3 fo. 33

Prius

Prius te Cypriane. Expoſitio pſalmi octogeſiminoni. to.3 fo. 98
Proxime accidit. Aduerſus Luciferianos dialogus. to.2 fo. 136

Q

Quamuis mihi multorum. Conſolatio cæcitatis. to.1 fo. 205
Quam uellem. Familiaris ad Theodoſium. to.1 fo. 214
Quamuis exiſtimem. Adhortatio ad concordiam. to.2 fo. 353
Quanto amore. De laude uitæ ſolitariæ. to.1 fo. 1
Quantus beatitudinis. Familiaris epiſtola ad Florentium. to.1 fo. 53
Quæ acceperis. Quid ſit Sela. to.3 fo. 97
Quæris Dardane. De terra promiſſionis. to.3 fo. 67
Quis dabit capiti. Conſolatio ſuper morte filiæ. to.1 fo. 158
Qui circa te. Familiaris ad Chryſogonum. to.1 fo. 220
Qui nauali prælio. Vita Malchi. to.1 fo. 258
Qui in principijs. Quæſtiones Hebraicæ in Geneſim to.3 fo. 203
Quod ignotus. Caſtigatio relapſi. to.1 fo. 221
Quod ad te hucuſq;. Apologia ad Pammachium. to.2 fo. 102
Quomodo Græcorum. In Paralipomena caſtigata præfatio. to.3 fo. 20
Quoniam uetuſto. De hypoſtaſibus Arianorum. to.2 fo. 132

R

Retulit mihi quidam. Vitandum uirginis contubernium. to.1 fo. 226
Rurſum Orientalibus. De opprimendis Origeniſtis. to.2 fo. 320

S

Samuel quondam. Obiurgatio diaconi impudici. to.1 fo. 231
Sanato uulneri. Conſolatio ſuper morte uxoris. to.1 fo 164
Sanctus filius. Conſolatio in aduerſis. to.1 fo. 206
Sanctus aliquis. Excitatio ad defenſionem ſui. to.2 fo. 191
Sanctus epiſcopus. De damnatis Origeniſtis. to.2 fo. 314
Sanctus Innocentius. De extincta Celeſtiana hæreſi. to.2 fo. 321
Sanctus Iohel. In Iohelem præfatio. to.3 fo. 30
Sebeſium noſtrum. Quatenns utendum literis prophanis. to.2 fo. 331
Secunda propoſitio eſt. Aduerſus Iouinianum liber ſecundus to.2 fo. 69
Sæpe & multum. Marcellæ epitaphium. to.1 fo. 119
Sæpe à me. De muliere ſepties icta. to.1 fo. 236
Septuaginta &. De ſeraphim. to.3 fo. 123
Schedulæ quas miſiſti. Aduerſus Origeniſtas. to.2 fo. 291
Si aut fiſcellam. Præfatio in Iob. to.3 fo. 25
Si cuncta corporis. Epitaphium Paulæ. to.1 fo. 171
Si iuxta Paulum. Aduerſus Ioannem epiſcopū Hieroſolymitanum. to.2 fo. 163
Sicut præſens rogaui. Familiaris Auguſtini ad Præſidium. to.2 fo. 357
Si tibi putem. Deprecatur crimen amoris in Paulam. to.2 fo. 368
Si Septuaginta. Præfatio in Paralipomena to.3 fo. 19
Scio me principia. Expoſitio pſalmi quadrageſimiprimi to.3 fo. 105
Scio ꝙ plurimos fratrum. Præfatio Ruffini in libros περὶ ἀρχῶν. to.2 fo. 190
Scio quoſdam putare. De ordine & titulis pſalmorum. to.3 fo. 80
Scripturus uitam. Vita Hilarionis. to.1 fo. 244
Scripta iam. Aduerſus Pelagianos: to.2 fo. 263


Tandem

T

Tandem ex Africa. Familiaris ad Marcellinam. to.2 ſo. 322
Tandem finito. Præfatio in Ioſue. to.3 ſo. 16
Teſtimonia. De Montani erroribus. to.2 ſo. 129
Tres ſimul. De mendacio in literis ſacris to.2 ſo. 341
Turpilius Comicus. Familiaris ad Nitiam. to.1 ſo. 218

V

Vercor ne officium. De ſeruanda uiduitate. to.1 ſo. 74
Vere in uobis. Emendatio pſalterij in certis locis. to.3 ſo. 81
Vetus ſcripturæ. Inſtitutio matriſfamilias. to.1 ſo. 108
Viginti & duas literas. Præfatio in libros Regum. to.3 ſo. 17
Virum honorabilem. Familiaris ad Auguſtinum. to.2 ſo. 356
Voce me prouocas. De duabus quæſtiunculis. to.3 ſo. 200
Vſq; hodie. De ueſtitu ſacerdotum. to.3 ſo. 57
Vt abſentiam corporum. De Xeniolis ad Marcellam. to.1 ſo. 134
Vt tam paruam. Familiaris ad eandem. to.2 ſo. 316
Vtrum difficilius. Præfatio in Eſdram & Neemiam. to.3 ſo. 21

Z

Zenon nauclerus. De Solomone & Achaz ante tempus patribus. To.3 ſo. 77

FINIS.

# A EPISTOLAE SIVE LIBRI EPISTOLARES DIVI EVSEBII HIERONYMI STRIDOnenſis, uetuſtiſſimorum codicum collatione [redacted] recogniti ab Eraſmo Roterodamo [redacted], & eiuſdem argumentis ac Scholijs illuſtrati.

## ARGVMENTVM DES. ERASMI ROTERODAMI [redacted] in epiſtolam ſequentem.

Cum diuus Hieronymus eremum adiſſet, Heliodorum ſodalem chariſſimum, qui ipſum officij cauſa fuerat proſequutus, ut alibi teſtatur, conatus eſt apud ſe retinere: quod cum nō potuiſſet efficere, literis ad illum datis, hortatur ad ſolitariæ uitæ ſocietatem. Refellens ſingula, quæ eū uel ab eremo deterrere, uel in urbibus remorari poſſent, oſtendensq́ quàm non ſit tutum epiſcopi munus ſuſcipere, & quàm non facile tueri ſuſceptum. Deinde uelut in peroratione, eremiticæ uitæ felicitatem decantat, ac ſupremi iudicij terrorem ob oculos ponit. Huius epiſtolæ nominatim mentionem facit in Catalogo operum ſuorum, & exhortatoriam uocat. Scripſit autem admodū adoleſcens ac penè puer, quemadmodum in proxima teſtatur epiſtola, illud addens, ſeſe in hac calentibus adhuc rhetorum ſtudijs, pro illius ætatis ratione, ſcholaſtico flore luſiſſe. Proinde ſcatet metaphoris, allegorijs etiam fabuloſis, epiphonematis, dilemmatis, ac reliquis id genus orationis ornamentis. Conatus artis eiuſmodi eſt, ut tyronem, ſed ſummæ ſpei tyronem poſſis agnoſcere. Cæterum argumenti genus προτρεπτικὸν eſt, de quo paulò poſt dicemus.

## AD HELIODORVM DE LAVDE VITAE SOLITARIAE.

1 QVANTO amore & ſtudio cōtenderim, ut pariter in ere-
mo moraremur, cōſcium mutuæ charitatis pectus agno-
B ſcit. Quibus lamētis, quo dolore, quo gemitu, te abeuntē
proſequutus ſim, iſtæ quoq; literæ teſtes ſunt, quas la-
chrymis cernis interlitas. Verū tu quaſi paruulus delica-
tus, cōtemptum rogantis per blandimenta fouiſti: & ego
incautus, quid tūc agerē, neſciebam. Tacerem? Sed quod
ardenter uolebā, moderate diſſimulare nō poteram. Im-
penſius obſecrarē? Sed audire nolebas, quia ſimiliter nō
amabas. Quod unū potuit, ſpreta charitas fecit. Quē præ-
ſentem retinere nō ualuit, quærit abſentē. Quoniā igitur
& tu ipſe abiens poſtularas, ut poſtea q̃ ad deſerta migraſſem, inuitatoria ad te ſcripta
tranſmitterem, & ego me facturū promiſeram: Inuito. Iam propera. Nolo priſtinarū ne-
ceſſitudinum recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te lōginquæ peregrinationis terreat
difficultas. Qui in Chriſtū credis, & eius crede ſermonibus. Quærite primū regnū dei, &
hæc omnia apponētur uobis. Non pera tibi ſumēda, non uirga eſt. Affatim diues eſt, qui
cum Chriſto pauper eſt. Sed quid ago? Rurſus improuidus obſecro? Abeant preces, blā-
dimenta diſcedāt. Debet amor læſus iraſci. Qui rogantē cōtempſeras, forſitan audies ob-
iurgantē. Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi uallū? ubi foſſa? ubi hyems acta *Militia, uita Chriſtiani.*
ſub pellibus? Ecce de cœlo tuba canit: Ecce cū nubibus debellaturus orbē, imperator ar-
matus egreditur: Ecce bis acutus gladius ex regis ore ꝓcedēs, obuia quæq; metit: & tu mi-
hi de cubiculo ad aciem, tu de umbra egrederis ad ſolem? Corpus aſſuetū tunicis, loricæ
onus nō fert. Caput opertū linteo, galeā recuſat. Mollem ocio manū, durus exaſperat ca-
pulus. Audi edictū regis tui: Qui nō eſt mecū, contra me eſt: & qui mecū nō colligit, ſpar-
3. 2 git. Recordare tyrocinij tui diē, quo Chriſto in baptiſmate cōſepultus, in ſacramēti uerba *In baptiſmo*
iuraſti: pro nomine eius nō te patri parciturum eſſe, nō matri. Ecce aduerſarius in pectore *datur nomē.*
tuo, Chriſtū conatur occidere. Ecce donatiuū quod militaturus acceperas, hoſtilia caſtra
ſuſpirant. Licet paruulus ex collo pēdeat nepos: licet ſparſo crine & ſciſſis ueſtibus, ubera

C quibus te nutrierat mater oſtẽdat:licet in limine pater iaceat,per calcatũ perge patrẽ,ſiccis
4 oculis ad uexillũ crucis euola.Solũ pietatis genus eſt,in hac re eſſe crudelẽ. Veniet, ueniet
*Victoria.* poſtea dies:quo uictor reuertaris in patriã:quo Hieroſolymam cœleſtẽ uir fortis corona-
tus incedas. Tunc municipatum cũ Paulo capies. Tunc & parẽtibus tuis, eiuſdẽ ciuitatis
5 ius petes. Tũc & pro me rogabis, qui te ut uinceres incitaui. Neq; uero neſcio,qua te di
cas nunc compede præpediri. Non eſt nobis ferreũ pectus,nec dura præcordia. Non ex
ſilice natos Hyrcanæ nutriere tigrides.Et nos per iſta trãſiuimus.Nunc tibi blãdis uidua
ſoror hæret lacertis,nũc illi cũ quibus adoleuiſti uernulæ aiunt: Cui nos ſeruituros relin
quis?Nunc & gerula quondã,iam anus,& nutricius ſecundus poſt naturalẽ pietatẽ pater,
clamitat:Morituros expecta pauliſper, & ſepeli. Forſitan & laxis uberũ pellibus mater
6 arata rugis fronte,antiquũ referẽs mammæ lallare,cõgeminet.Dicant ſi uolũt & grãma-
tici:In te omnis domus inclinata recũbit.Facile rumpit hæc uincula amor dei, & gehẽnæ
timor. At cõtra ſcriptura præcipit parẽtibus obſequendũ,ſed quicunq; eos ſupra Chri
ſtum amat,perdit animã ſuam.Gladiũ tenet hoſtis ut me perimat,& ego de matris lachry
mis cogitabo?Propter patrẽ militiam Chriſti deſeram,cui ſepulturã Chriſti cauſa nõ de-
beo,quã etiã omnibus eius cauſa debeo?Domino paſſuro timide Petrus cõſulens ſcanda
lum fuit.Paulus retinẽtibus ſe fratribus,ne Hieroſolymã pergeret,reſpõdit: Quid facitis
plorantes & cõturbantes cor meũ?Ego enim nõ ſolũ ligari,ſed & mori in Hieruſalẽ para
tus ſum pro nomine domini Ieſu Chriſti.Aries iſte pietatis,quo fides quatitur:euãgelij re
tundendus eſt muro.Mater mea & fratres mei hi ſunt,quicunq; faciunt uoluntatẽ patris
mei,qui in cœlis eſt.Si credũt in Chriſtũ,faueant mihi pro eius nomine pugnaturo.Si nõ
*Inſidiæ.* credunt,mortui ſepeliãt mortuos ſuos. Sed hoc ais in martyrio.Erras frater,erras,ſi pu
D tas unq̃ Chriſtianum perſecutionẽ non pati.Tunc maxime oppugnaris,ſi te oppugnari
neſcis.Aduerſarius noſter tanq̃ leo rugiens,aliquẽ deuorare quærẽs circuit, & tu pacẽ
putas?Sedet in inſidijs cũ diuitibus,ut in occultis interficiat innocentẽ.Oculi eius in pau
perem reſpiciũt.Inſidiatur in occulto ſicut leo in ſpelũca ſua,inſidiatur ut rapiat pauperẽ,
*Hoſtes uarij.* & tu frondoſæ arboris tectus umbraculo molles ſomnos futurus prẽda,carpis?Inde me
perſequit̃ luxuria:Inde auaritia conat̃ irrumpere:Inde uẽter meus uult mihi deus eſſe pro
Chriſto:Cõpellit libido ut habitantẽ in me ſpiritũ ſanctũ fugem, ut templũ eius uiolem.
Perſequitur,inquã,me hoſtis,cui nomina mille, mille nocẽdi artes: & ego infelix uictorẽ
me putabo,dũ capior?Nolo frater chariſſime examinato pondere delictorũ, minora cre-
das idololatriæ crimine eſſe,quæ diximus. Imò Apoſtoli diſce ſententiã, qui ait: Hoc enĩ
ſcitote intelligẽtes,quia omnis fornicator,aut immũdus,aut auarus,aut fraudator,quod
eſt idolorũ ſeruitus:nõ habet hęreditatẽ in regno Chriſti & dei.Et quanq̃ generaliter ad-
uerſum deũ ſapiat,quicquid diaboli eſt,& quod diaboli eſt,idololatria ſit,cui om̃ia idola
mancipantur:tamẽ & in alio loco ſpeciatim,nominatimq; determinat, dicẽs: Mortificate
membra ueſtra quæ ſunt ſuper terrã,deponẽtes fornicationẽ,immundiciã,& cõcupiſcen
tiam malã,& cupiditatẽ,quæ ſunt idolorũ ſeruitus,ꝓpter quæ uenit ira dei.Nõ eſt tantũ
in eo ſeruitus idoli, ſi quis duobus digitulis, thura in buſtũ aræ iaciat, aut hauſtũ pateræ
poculo fundat merũ.Neget auaritiã eſſe idololatriã,qui poteſt triginta argenteis dominũ
uenditum,appellare iuſticiã.Neget ſacrilegiũ in libidine,ſed is,qui membra Chriſti & ho
ſtiam uiuam placentẽ deo,cũ publicarũ libidinũ uictimis,nefaria colluuione uiolauit.Nõ
fateatur fraudẽ idololatriã eſſe,ſed ſimilis eorũ,qui in Actibus apoſtolorũ ex patrimonio
ſuo partẽ precij reſeruantes,præſenti periere uindicta.Animaduerte frater,nõ tibi licet de
tuis quicq̃ habere rebus.Omnis,inquit dominus,qui nõ renũciauerit cunctis quæ poſſi-
det,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Cur timido animo Chriſtianus es?Reſpice Petro reli
7 ctum rhete:Reſpice ſurgentem de teloneo publicanum ſtatim apoſtolũ. Filius hominis
non habet,ubi caput reclinet:& tu amplas porticus,& ingẽtia tectorũ ſpatia metiris?Hæ-
reditatẽ

A reditatem expectans ſeculi, cohæres Chriſti eſſe non poteris. Interpretare uocabulũ monachi, hoc eſt nomen tuũ. Quid facis in turba qui ſolus es? Et hoc ego, non integris rate uel mercibus, nec quaſi ignarus fluctuũ præmoneo, ſed quaſi nuper naufragio eiectus in littus, timida nauigaturis uoce denuncio. In illo æſtu Charybdis luxuriæ, ſalutẽ uorat. Ibi ore uirgineo, ad pudicitiæ perpetrãda naufragia: Scyllæum renidens, libido blãditur. Hic barbarum littus, hic diabolus pyrata, cũ ſocijs portat uincula capiẽdis. Nolite credere, nolite eſſe ſecuri. Licet in modũ ſtagni fuſum æquor arrideat: licet uix ſumma iacentis clemẽti ſpiritu terga criſpẽtur, magnos hic campus montes habet. Intus incluſum eſt periculũ, intus eſt hoſtis. Expedite rudẽtes, uela ſuſpẽdite: Crux antennæ figatur in frontibus. Trãquillitas iſta tẽpeſtas eſt. Sed forſitan dicturus es: Quid ergo? Quicũq; in ciuitate ſunt: Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadẽ cauſa quæ cæteris. Dominum auſculta dicentem. Si uis perfectus eſſe: uade, uende omnia tua & da pauperibus, & ueni ſequere me. Tu autẽ perfectum te fore pollicitus es. Nam cum derelicta militia, te caſtraſti propter regna cœlorum, quid aliud ꝙ perfectam ſequutus es uitam? Perfectus autẽ ſeruus Chriſti, nihil præter Chriſtum habet. Aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt. Et ſi perfectus non eſt, cum ſe perfectum fore deo pollicitus ſit, ante mentitus eſt. Os aũt quod mẽtitur, occidit animam. Igitur, ut cõcludam: Si perfectus es: cur bona paterna deſideras? Dominum feſelliſti: ſi perfectus non es. Diuinis euangeliũ uocibus contonat: Nõ poteſtis duobus dominis ſeruire, & audet quiſq; mendacem Chriſtum facere: Mammonæ & domino ſeruiẽdo? Vociferatur ille ſæpe: Si quis uult poſt me uenire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. Et ego onuſtus auro arbitror me Chriſtum ſequi? Qui dicit ſe in Chriſtum credere, debet quomodo ille ambulauit & ipſe ambulare. Quod ſi nihil habes (ut te reſponſurũ ſcio) cur, tam bene paratus ad bella, non militas? Niſi forte in patria tua te arbitraris hoc facere, cũ in ſua dominus ſigna non fecerit. Et cur id? Cũ autori-

B tate ſume rationem. Nemo propheta in patria ſua, honorẽ habet. Nõ quæro, inquies, honorem: Sufficit mihi cõſcientia mea. Neq; dominus quærebat, quippe qui ne à turbis rex conſtitueretur, aufugit. Sed ubi honor nõ eſt, ibi contemptus eſt. Vbi cõtemptus, ibi frequẽs iniuria. Vbi aũt iniuria: ibi & indignatio. Vbi indignatio: ibi quies nulla. Vbi quies non eſt: ibi mens à propoſito ſæpe deducitur. Vbi autẽ per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio, minus fit ab eo quod tollitur. Et ubi minus eſt, perfectũ non poteſt dici. Ex hac ſupputatione, illa ſumma naſcitur, monachum perfectũ in patria ſua eſſe non poſſe. Perfectũ autẽ eſſe nolle, derelinquere eſt. Sed de hoc gradu pulſus, prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeã dicere: qui certe in ſuis urbibus cõmorantur? Abſit ut de his quicq; ſiniſtrum loquar: qui apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus. Qui claues regni cœlorũ habẽtes, quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui ſponſam domini ſobria caſtitate cõſeruant. Sed alia, ut ante perſtrinxi, monachorũ eſt cauſa: alia clericorum. Clerici paſcũt oues: ego paſcor. Illi de altario uiuũt: mihi quaſi infructuoſæ arbori, ſecuris ponitur ad radicẽ, ſi munus ad altare non defero. Nec poſſum obtẽdere paupertatẽ, cum in euangelio anũ uiduam, duo, quæ ſola ſibi ſupererant, æra mittentem, laudauerit dominus. Mihi ante presbyterũ ſedere nõ licet: illi ſi peccauero, licet tradere me Satanæ in interitũ carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit. Et in ueteri quidẽ lege, quicũq; ſacerdotibus nõ obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta, contemptũ expiabat cruore. Nũc uero inobediens, ſpirituali mucrone trũcatur, aut eiectus de eccleſia, rabido dæmonũ ore diſcerpitur. Quod ſi te quoq; ad eundẽ ordinem, pia fratrũ blandimenta ſolicitant: gaudebo de aſcẽſu, ſed timebo de lapſu. Qui epiſcopatũ deſiderat, bonum opus deſiderat. Scimus iſta, ſed iunge, quod ſequitur: Oportet autẽ huiuſmodi irreprehẽſibilem eſſe, unius uxoris uirũ: ſobrium, pudicum, prudentem, ornatũ, hoſpitalem, docibilem, nõ uinolentum, non percuſſorẽ:

*Dignitas clericorum.*

*Monachi olim offerebãt clericis.*

A cuſſorem: ſed modeſtũ, & cæteris quæ de eo ſequuntur explicitis: nõ minorẽ in tertio gradu adhibuit diligentiã, dicens: Diaconos ſimiliter pudicos: non bilingues: nõ multo uino deditos: non turpilucros: habentes miniſteriũ fidei in cõſcientia pura. Et hi aũt probentur

*Clericus inutilis.*

primum: & ſic miniſtrent, nullũ crimen habentes. Væh illi homini, qui ueſtem nõ habẽs nuptialẽ, ingreditur ad cœnã. Nihil ſupereſt, niſi ut ſtatim audiat: Amice quomodo huc intraſti? Et illo obmuteſcente dicatur miniſtris: Tollite illũ, ligatis manibus & pedibus, & mittite eũ in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentiũ. Væh illi qui acceptum talentũ in ſudario ligans, cæteris lucra facientibus, id tantũ quod acceperat reſeruauit. Ilico indignantis domini clamore ferietur: Serue nequã: quare nõ dediſti pecuniã meã ad menſam, & ego ueniens cum uſuris exegiſſem eã? Id eſt, depoſuiſſes ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes, alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupaſti. Quamobrem ſicuti qui bene miniſtrat, bonum gradum ſibi acquirit: ita qui indigne ad calicẽ domini accedit: reus erit dominici corporis & ſanguinis.

8 Non omnes epiſcopi, epiſcopi ſunt. Attendis Petrum: ſed & Iudam conſidera. Stephanũ ſuſpicis: ſed & Nicolaum reſpice, quẽ dominus in Apocalypſi, ſua damnat ſententia. Qui tam turpia & nefanda cõmentus eſt, ut Nicolaitarum hæreſis ex illa radice naſcatur. Probet ſe unuſquiſq;, & ſic accedat. Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianũ. Cornelius Centurio adhuc ethnicus, dono ſancti ſpiritus mundatur. Presbyteros Daniel puer iudicat. Amos ruborum mora diſtringens, repente propheta effectus eſt. Dauid paſtor eligitur in regem. Minimum diſcipulũ Ieſus amat plurimũ. Inferius frater accumbe: ut minore aduenıente, ſurſum iubearis aſcendere. Super quem dominus requieſcit, niſi ſuper humilem & quietum, & trementẽ uerba ſua? Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Potentes potẽter

B tormenta patientur. Nec ſibi quiſq; de corporis tantum mundi caſtitate ſupplaudat, cum

9 omne uerbũ ocioſum quodcunq; loquuti fuerint homines, reddituri ſint pro eo rationẽ in

*Epiſcopi, uices agunt Petri & Pauli.*

die iudicij, cũ etiam cõuicium in fratrem, homicidij ſit reatus. Nõ eſt facile ſtare loco Pauli: tenere gradum Petri: iam cũ Chriſto regnãtium: ne forte ueniat angelus, qui ſcindat uelum templi tui, qui candelabrum tuũ de loco moueat. Aedificaturus turrim, futuri operis ſumptus ſupputa. Infatuatũ ſal ad nihil eſt utile, niſi ut proijciatur foras, & à porcis cõculcetur. Monachus ſi ceciderit, rogabit pro eo ſacerdos. Pro ſacerdotis lapſu, quis rogaturus eſt? Sed quoniã è ſcopuloſis locis enauigauit oratio, & inter canas ſpumeis fluctibus cauteis, fragilis in altũ cymba proceſſit, expandenda uela ſunt uentis, & quæſtionũ ſcopulis tranſuadatis: lætantiũ more nautarũ: epilogi celeuma cantandũ eſt. O deſertũ, Chriſti floribus uernans. O ſolitudo, in quã illi naſcunt lapides, de quibus in Apocalypſi ciuitas magni regis extruit. O eremus familiarius deo gaudẽs. Quid agis frater in ſeculo, qui maior es mũdo? Quãdiu te tectorũ umbræ premunt? quãdiu fumoſarum urbium carcer includit? Crede mihi, neſcio quid plus lucis aſpicio. Libet ſarcina corporis abiecta, ad purum

*Epilogus argumentorũ.*

ætheris euolare fulgorem. Paupertatẽ times? Sed beatos Chriſtus pauperes appellat. Labore terreris? At nemo athleta ſine ſudore coronat. De cibo cogitas? ſed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exeſa ieiunijs membra collidere? ſed dominus tecũ iacet. Squalidi capitis horret inculta cæſaries? ſed caput tuum Chriſtus eſt. Infinita eremi uaſtitas te terret? ſed tu paradiſum mente deambula. Quotieſcunq; illuc cogitatione conſcenderis, toties in eremo non eris. Scabra ſine balneis attrahitur cutis, ſed qui in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt iterum lauare. Et ut breuiter ad cuncta audias Apoſtolũ reſpondentem: Non ſunt, inquit, cõdignæ paſſiones huius ſeculi ad ſuperuenturam gloriam, quæ reuelabit in nobis. Delicatus es frater, ſi & hic uis gaudere cũ ſeculo, & poſtea regnare cũ Chriſto. Veniet, ueniet illa dies, qua corruptiuũ hoc & mortale, incorruptionẽ induat & immortalitatẽ. Beatus ſeruus quem dominus inuenerit uigilantẽ. Tũc ad uocẽ tubæ pauebit terra cũ populis, & tu gaudebis. Iudicaturo dño, lugubre mundus immugiet:

A giet: tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam reges, nudo latere palpita-
bunt. Exhibebitur cum prole ſua Venus. Tunc ignitus Iupiter adducetur, & cũ ſuis ſtul-
tus Plato diſcipulis. Ariſtotelis argumenta non proderunt. Tunc tu ruſticanus & pau-
per exultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus meus: ecce iudex, qui obuolutus pannis
in præſepio uagijt. Hic eſt ille operarij & quæſtuariæ filius, hic qui matris geſtatus ſinu,
hominem deus fugit in Aegyptum: hic ueſtitus coccino: hic ſentibus coronatus: hic Ma-
gus dæmonium habens & Samarites. Cerne manus Iudæe, quas fixeras: cerne latus Ro-
mane, quod foderas. Videte corpus an idem ſit, quod dicebatis clàm nocte ſuſtuliſſe diſci-
pulos. Dilectio tua me compulit, ut hæc tibi frater dicerem, ut his tum intereſſe cõtingat,
pro quibus nunc labor durus eſt.

## SCHOLIA.

1 QVanto amore.) Hic locus uſq; ad illum: Nolo priſtinarum, procœmij loco eſt. Complecti-
tur autem & propoſitionem & narrationem, admiſcens nonnihil & de affectibus. La-
chrymis interlitas.) Id eſt, paſſim deletas: à lino, unde & litura, deletio ſcripturæ. Priſti-
narum neceſſitudinum.) Quidam codices habebãt, neceſſitatum. Vterq; ſenſus quadrat.
Si neceſſitudinum legis, intellige de affectibus amicorũ, quos eſſet relicturus: Si neceſſita-
tum, de his accipe uitæ commodis, quibus carent in eremo uerſantes. Quanq; & neceſſitudinẽ pro ne-
ceſſitate legimus: uerũ magis placet, ut de affectibus accipiatur. Affatim.) Id eſt, abũde. Vallum
& foſſa.) Vocabula ſunt militaria. Nam his duabus rebus muniuntur caſtra, uallo: hoc eſt, trabibus ac
palis congeſtis, & foſſa. Sub pellibus.) Caue dictum putes de cute hominis, ut quidam magni no-
minis theologus, quem honoris cauſa non nomino, uerba prophetæ Abacuc: Turbabũtur pelles ter-
ræ Madian, interpretatus eſt de cute Barptolemæi excoriati. Pelles appellat tentoria, quæ quondam è
pellibus conficiebãtur. Solent milites rigẽte bruma in hyberna ſe recipere, hoc eſt in oppidũ aliquod
commodius. Duriſſimum autem erat & hyemem ſub pellibus, non ſub tectis agere: quod tamen erat
B aliquoties militi faciendum. Caput opertum linteo.) Olim linteorum uſus & barbaricum quiddã
2 habebatur, & parum uiro dignum, ut abũde teſtatur Plinius. Aſſuetum tunicæ.) Tunica delicatior
erat ueſtis, & in ocio agentium, Sagum erat militaris, & hoc durior lorica. Exaſperat capulus.) Ca-
pulus hoc loco ea gladij pars eſt, qua tenetur. Recordare tyrocinij.) Apte commonefacit olim ſu-
ſcepti ſacramenti. Siquidem ferè fit, ut Chriſtiani, quoniã pueri baptizantur, nõ admodũ meminerint,
quid in baptiſmo iurauerint, niſi nouum aliquod uotũ acceſſerit: cũ non poſſit aliud ſanctius aut reli-
gioſius eſſe uotũ, quàm id quod in baptiſmo ſuſceperũt, quotquot Chriſtiani uocabulo gloriãtur. At
ſi monachus prolabatur in ſtuprum, omnes clamant uiolatum eſſe uotum. Si laicus libidinatur, ſi pe-
cuniam anteponit Chriſto, nemo tragœdiam mouet de non præſtito ſanctiſſimo illo & primo uoto,
quo ſeſe aſtrinxit in baptiſmo: adeoq; nihil illud ad nos pertinere credimus, ut uix quiſq; ſit qui inqui-
rat quid ſit illud, quod in baptiſmo Chriſto ſit pollicitus, etiam cum execratiõibus: perinde quaſi iuſ-
iurandum illud ſolennitatis cuiuſdam ſit, non ſerium, nec magis ad rem pertineat, quàm iuſiurandum
quod in Academijs publicis ex more faciunt, magnificam illam ſeptem artium profeſſionem ſuſcipiẽ-
tes. [redacted] Tyrocinij tui.) Tyrocinium eſt id tempus, quo rudis
adhuc miles, hoc enim eſt tyro, ad pugnam exercetur, nondum expertus Martem. Quemadmodũ ue-
terani, qui pluribus in bellis nauarunt operam. In baptiſmate conſepultus.) Alluſit ad locũ Pauli-
3 num in epiſtola ad Ro, cap. 6. Conſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmũ. Item ad Coloſſ, cap. 2. Con
ſepulti ei in baptiſmo, in quo & ſurrexiſtis. Quod autem nõ ſimpliciter dixit diuus Hieronymus, ba-
ptizatus, ſed Chriſto conſepultus in baptiſmo, pulchre quadrat ad hoc, quod hic agit de ſacramento
militiæ. Siquidem non ſolum commori Chriſto, uerumetiam cõſepeliri, hoc ipſum eſt, quod in baptiſ-
mo uouemus, abiurantes Satanam cum ſuo mundo, cumq; pompis & nequitijs illius. In ſacramenti
uerba.) Sacramentum eſt iuſiurandum, aut quoties interpoſitis ſacris obligamur. Vnde & ſacramen-
tum militare uocatur, quo qui fuiſſent ſoluti, dicebantur exautorati. Dabatur & donatiuũ, ueluti pi-
gnus & autoramentũ. Nec pugnare fas erat, niſi ſacramento adactis, nec licebat exautoratis in aciẽ de-
ſcendere. Vide quantũ religionis adhibebãt ethnici in re profana & impia, cũ Chriſtiani paſſim, nulla
neq; fide, neq; religione bello conflictentur. Deniq; ſignabantur punctis, dabant nomina, conceptis
uerbis iurabant ſe ad omnia Ducis imperata præſto futuros, & nec mortẽ pro republica recuſaturos.
Porrò forma iuſiurãdi, quæ dictabatur, extat apud Vegetiũ, [redacted]. Exigitur ſubinde nomen baptizandi: dictantur ſolen-
4 [redacted] uerba: imprimitur nota crucis: abiuratur hoſtis Chriſti diabolus. Solũ pietatis genus.) Haud ſcio

C an pro ſolum,legendum ſit ſolidum.Quanquàm & ſolum probe quadrat,ſi aduerbium ſit,non nomẽ:
ut intelligas pietatis genus eſſe,crudelem fuiſſe:ſed in hac duntaxat cauſa, hoc eſt, cum parentes ob-
ſtant,quo minus adhæreant Chriſto.Niſi ſuo more ſolum dixit,pro præcipuo,quemadmodum Lati-
ni dicunt,unice amat.Et ſingulare uocant,quod eſt eximium. Etiam ſi mihi uidetur & hoc nonnihil
ad ſuum negocium torquere Hieronymus.Nam id quidem locum habet,ubi parentes ethnici uetant,
quo minus fias Chriſtianus:non ut deſertis parentibus,quibus opus eſt fortaſſis tuo ſubſidio, in ere-
mum aut in monaſterium temet abdas,cum poſſis apud Chriſtianos parentes, Chriſtianam agere ui-
tam:ſi modo purgaris animum mundanis affectibus. Verum huiuſmodi detortio probatur in exhor
tando,aut deterrendo.Sed alij paſſim & ſerio,quicquid de mundo,hoc eſt,de mundana uita dictum eſt,
id detorquent ad communem Chriſtianorum uitam:quod de ſequendo Chriſtum, id trahunt ad mo-
nachorum uitam.Olim cum maxima mortalium pars ſacrificaret idolis,Chriſtiani afflicti ab illis, &
non ferentes quotidianas in Chriſtum blaſphemias,fugiebant in ſolitudines, & mundum impium ac
pernicioſum iure uitabant.Nunc cum ubiq; colatur Chriſtus, quorſum attinet fugere? Si mundum
uocas affectus à Chriſto alienos:puta,faſtum,auariciam,inuidiam,libidinem:hic mundus intra te eſt,à
teipſo fugias oportet.Alioquin & in monaſterijs quamtumlibet ſemotus mundum inuenies. Licet
5 paruulus ex.) Nepotianum intelligit,ut ipſe teſtatur in huius epitaphio,qui fuit Heliodori ex ſorore
nepos. Veniet,ueniet.) Nullam allegoriæ partem omiſit.Propoſuit militiæ labores, oſtendit obli-
gationem ex ſacramento & donatiuo:oſtendit periculum, niſi fortiter pugnet. Nunc & præmij ma-
gnitudinem explicat. Neq; uero neſcio.)Propoſuit quæ attrahant,nunc refellit ea quæ poſſint re-
trahere:quorum primum eſt cognatorum & familiarium affectus. Vidua ſoror.) Hæc erat mater
Nepotiani,cuius alibi meminit. Non ex cilice natos.)Alluſit ad carmen Maronis: Sed duris te cau
tibus horrens Caucaſus Hircanæq; admorunt ubera tigres. Cum quibus adoleuiſti uernaculi.)
Fortaſſe uernulæ ſiue uernuli legendum eſt.Nam uernaculus adiectiuum eſt. Sunt autem uernæ ſer-
ui,non empticij,ſed domi tuæ nati,qui chariores erant,& propè liberorum uice habebãtur.Magis au-
tem amamus eos,cum quibus adoleuimus. Cui nos morituros.)Hunc locum,non uno modo con
fuſum ac deprauatum,ex peruetuſto quodam exẽplari ſic reſtituimus: Morituros expecta pauliſper
& ſepeli.Forſitan & laxis uberum pellibus,arata rugis fronte,mater antiquum referens Mammæ,lal-
lare congeminet.Alluſit autem ad carmen Perſianum quod eſt in Satyra tertia:Ac cur nõ potius te-
neroq; palumbo.Et ſimilis regum pueris, pappare minutum Poſcis,& iratus Mammæ lallare recu-
ſas?Pappare puerilis eſt uox,idem ſignificans quod edere.Plautus in Epidico:Quot pappet,dabitur.
D Vnde & puerilem cibum pappum uocant.Itidem lallare uox ea uidetur, qua nutrix infantem ad la-
ctendum inuitat.Porrò Mammam antiqui matrem uocabant,ut auiam, tatham . Dicuntur autem à
Perſio in iuuenem delicatum,cui matris adhuc opus ſit blanditijs. Referens.) Repræſentans, & in
6 memoriam reducens. Congeminet.)Nam hic mos nutricibus congeminare uerba:& hæc ipſa uer-
ba congeminatis ſyllabis ficta ſunt,pappare,lallare. Dicant et ſi uolunt gramma.)Nam ad gramma
ticos pertinet enarratio poëtarum.Eſt enim Maronis hemiſtichium quod ſequitur:In te omnis domus
inclinata recumbit.Quo loco ſcioli quidam ſcripſerant,grãdiloqui,pro grammatici. Cui ſepul. ch.
c,non deb.)Reſpexit ad id quod eſt apud Lucam cap.9.de eo qui cum iuſſus ſequi Chriſtum, reſpon-
diſſet:Sine prius ſepeliam patrem meum & matrem,audiuit: Sine, mortui ſepeliant mortuos ſuos.

Aries iſte pietatis.)Aries hoc loco bellicum eſt inſtrumentum,quo ui adacto,mœnia quatiuntur.
Vnde & arietare,pro impellere.Pietas hic accipienda eſt,non pro religione,ſed pro affectu in parẽtes,
quæ concutit animum euntis ad Chriſtum. Si credunt in Chriſtum.) Dilemma eſt rhetoricum.

Inde me perſequitur luxuria.) Vides aliud eſſe luxuriam,aliud libidinem.Nam mox ſubdit libidi-
nem.Eſt enim luxuria ſiue luxus,immoderatus rerum uſus.Libido ad fœdas uoluptates pertinet.

Compellit libido u.h.i.m.) Alluſit ad id quod ſcribit Paulus primæ ad Corinthios capi.3 . Neſcitis
quia templum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit, diſper-
det illum deus.Templum enim dei ſanctum eſt,quod eſtis uos.Rurſum cap.6.An neſcitis, quoniã mẽ
bra ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti,qui in uobis eſt? Cui nomina mille.) Retulit Vergilij car-
men de furia Alectone,ex libro Aeneidos.7. Tibi nomina mille, Mille nocendi artes. Qui mẽbra
Chriſti.) Alluſit ad Pauli uerba, quæ ſunt in epiſtola ad Romanos cap.12. Obſecro itaq; uos fratres
per miſericordiam dei,ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, deo placentem . Ra-
tionabile obſequium ueſtrum. Publicarum libidinum.) Proſtibulas intelligit.Eſt autem libido, ui
7 ctima quædam diaboli:ſicut caſtimonia corporis & mentis, uictima Chriſto grata. De teloneo.)
Telos Græce,uectigal eſt. Telonium ſiue teloneum,locus ubi uectigal colligitur. Telones,is qui col-
ligit. Charybdis luxuriæ.) Duo ſunt maris pericula celebratiſſima poëtis.Charybdis,que naues at-
tractas abſorbet: & Scylla ſaxum,ſpecie uirginea procul intuentibus,in quod illiſæ naues frangũtur.
Vtrumq; deſcribit Vergilius libro Aeneidos 3.Homerus Odyſſeæ 12.Meminit & Plinius libro 3.

Scyllęum renidens.) Quidã codices habent,Scylaceũ:at ipſe magis probo,Scyllęum . Nã Scylaceũ
colonia eſt Athenienſium,quod Vergilius naufragum appellat,Scyllęum autẽ dixit aduerbialiter. Id

eſt,more

C eſt,more Scyllæ:& renidens,id eſt,reſplendens.Ita libido blanditur,ut perdat. Et cur id.) Autoritas erat,quod Chriſtus id non fecerat. Ratio,quod nullus prophetes ſit in precio apud ſuos.Dictu uero mirum,quæ portenta uerborum hoc loco ſuppoſuerint quidam impudentiſſimi. Nempe hæc:Cur id cum autoritate ſumma defendis?Sume reſponſionem.O audaciam illiteratorum,nihil non audentium.

Et in ueteri quidem lege.) Sic enim legimus Deuteronomij cap.17.Qui autem ſuperbierit,nolens obedire ſacerdotis imperio,qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo &c. Non turpilucros.) Expreſſit Græcam compoſitionem αἰσχροκερδεῖς. Nam hoc uerbi poſuit Paulus,id eſt,tupiter quæſtuoſos. Bonum gradum ſibi acquirit.)Alluſit ad uerba Pauli,ſcribentis ad Timotheum epiſtolæ primæ, cap.3. Qui enim bene miniſtrauerint,gradum bonum ſibi acquirent. Non omnes epiſcopi.) Nam epiſcopus Græce,inſpector eſt & curator.Ergo qui ſibi uiuunt, falſò dicuntur epiſcopi. Non enim
8 ἐπισκοποῦσι. Stephanum ſuſpicis.) Suſpicere eſt admirari:quod uerbum plerunq; indocti deprauant, uertentes in ſuſcipere.Quanquam nonnulli Græcos imitati,ſuſcipere dicunt,pro approbare,quod illi ἀποδέχεσθαι.Cæterum eodem tempore creati ſunt diaconi,Stephanus & Nicolaus:quorum alter primus poſt Chriſtum martyr eſſe meruit,alter hæreſeos autor extitit. De utroq; legis Actuum apoſtolicorū cap.6. Neophytorum hæreſis.) Quidam codices habent:Nicolaitarum.De quibus fit mentio in decretis,cauſa.xxiiij.quæſt.iij.Quorum error fuit,ut uxores eſſent cōmunes.Sed copioſius de his Auguſtinus in libro de hæreſibus ad Quoduultdeum. Fit horum mentio in Apocalypſi cap.2. Sed hoc habes,quia odiſti facta Nicolaitarum,quæ & ego odi. Amos ruborum mora.)Locus ad quem alludit, eſt apud hunc ipſum prophetam cap.7.Non ſum propheta,& nō ſum filius prophetæ:ſed armētarius ego ſum,uellicans Sycomoros.At Hieronymus in præfatione,qua totius canonicæ ſcripturæ complectitur argumenta,ſcribit ad hunc modum:Amos paſtor & ruſticus,& ruborum mora deſtringēs,paucis uerbis explicari non poteſt.Rurſus idem in hunc prophetæ locum,Porrò quod ait,uellicans Sycomoros,uidetur nobis rubos dicere,qui adferunt mora, & paſtorum famem ac penuriam conſolantur. Eſt autem Hebraica uox שִׁקְמ, quam uarie tranſtulerunt interpretes. Aquila & Symmachus uertit συκομόρους:Theodotio, συκαμίνους. Quidam putat ſycaminum arborem eſſe,quæ in Palæſtinæ paluſtribus naſcatur,& agreſtes adferat ficus:quæ ſi non uellicentur,amariſſimas carycas faciant,& à culicibus corrumpantur.Proinde non magnopere laborat Hieronymus,Sycomoros legamus, an ruborum mora:
D niſi quod magis probat poſteriorem lectionem,quod neget in ea ſolitudine, in qua morabatur Amos
9 ullam huiuſmodi naſci arborem. Qui ſcindat uelum.) Intelligit epiſcopatum auferendum ab indigno.Eſt autem locus in Apocalypſi. Epilogi celeuma.) Argumentationes appellat ſcopulos,& loca confragoſa,in quibus laboratur à nautis.Nam argumenta plus habent difficultatis, minus amœnitatis.Epilogus,genus eſt concluſionis,quo ſummatim repetuntur, quæ fuſius ſunt dicta. Celeuma.) Vox eſt nautarum inuicem ſeſe adhortantium.Qua ſignificant alacritatem,cum in portum ingrediuntur.Nam κελεύω iubeo eſt,& κελευστὴς dicitur triremis princeps. De quibus in Apocalypſi.)Deſcribitur hæc myſtica ciuitas Apocalypſis cap.21. Tribus ad tribum.) Tacite alluſit ad locum Eſaiæ cap.16. Vlulabit Moab ad Moab:hoc eſt,populus ad populum, ut ubiq; ſit ululatus. Nudo latere palpitabunt.) Nam hic ſatellitijs ſtipati cinctiq;,neminem timent:illic deſtituti ſuis lateronibus,trepidabunt.Stipator enim aut aſſecla,dici[illegible] claudere latus.

## ARTIS ANNOTATIO.

CAeterum quando diuus Hieronymus in proxima epiſtola fatetur in hac ſe rhetorum floſculis luſiſſe,fortaſſe non alienum fuerit artis quoq; rationem,quam ſequutus eſt, indicare: ſed paucis, neq; nimis anxiæ,ne duo pariter incommoda nos ſequantur:ut & moleſti ſimus lectori, & ſalubribus huius uiri præceptis pondus ac fidem detrahamus. Minus enim mouere ſolent animos,quæ non ex animo,ſed ex arte ſcripta putantur. Atq; ut primum de argumenti genere nōnihil attingamus,exhortatorium eſt,ſicut ante dictum.Id adeo confine eſt ſuaſorio,ut Ariſtoteles non putarit ab eo ſeparandum. Tametſi meo iudicio non parum intereſt. Suademus enim, ut quis uelit:hortamur, ut audeat & poſſit.Suademus hæſitanti,hortamur ceſſantem.Suademus cum oſtendimus quid expediat fieri:hortamur,cum addimus animum.Cum enim imperator cōmiſſurus cum hoſte,militem exhortatur:non hoc agit,ut miles intelligat eſſe pugnandum,ſed addit calcar,ut quod uult,auſit & poſſit. Quanquàm partes ferè conueniunt utriuſq; generis:nempe,honeſtum,utile,laudabile, poſſibile, neceſſarium facile,iucundum,& ſi quæ ſunt aliæ. Ab his enim omnis argumentatio petitur. Habet hoc peculiare exhortatio,quod ardentior eſt,& multum laudis habet admixtum, qua tamen hic non utitur Hieronymus.Duabus enim rebus homines potiſſimum extimulantur,laude,& ignominiæ metu. Sunt autem huiuſmodi libelli nihil aliud quàm Chriſtianæ declamationes.Etenim cum uiderent eloquentiam rem eſſe pulcherrimam,ſimul & utiliſſimam:neq; decorum exiſtimarent,inter profanos rhetores,in nugaciſſimis argumētis exerceri:uidelicet:an Iſthmus debeat intercidi:an Alexāder Oceanū ingreſſus,longius progredi debeat:totam declamandi ratiōnē,ſicuti Socrates philoſophiam, ad morum inſtitutionem traxerunt:quoq; res magis eſſet ſeria,mutato declamatiōis nomine,libellos,aut epiſtolas uocaue-

C runt:ut eadem opera geminã utilitatem conſequerentur,dum & eloquentiam exercent,quæ citiſſime areſcit,ut ait M. Tullius:& ſalubribus monitis ad pietatem exhortantur. Quanto ſtudio.) Quoniam in hoc genere non adhibetur exordium,cuiuſmodi ſolet in genere iudiciali: nec opus eſt narratione,ſicuti teſtatur & Quintilianus:& tamen oportet uniuſcuiuſq; rei aliquod eſſe initium. Hieronymus ferè ſemper propoſitionem,qua ſummam rei complectitur,cum aliqua narrationis ſpecie coniungit. Cum enim exponit,quemadmodum Heliodorus in eremum abeuntem ſe ſit proſequutus:utq; fruſtra rogauerit,ut ſecum maneret,narratio quædam eſt. Deinde cum ait, hoc ſe literis agere,ut relictis urbibus eremum petat,propoſitio eſt. Nec in his tamen friget,uerum ardet ubiq; diuus Hieronymus,uir acris,ut apparet,ingenij,& in utranq; partem uehementis. Laudat enim ardenter quos amat: inſectatur acriter quibus infenſus eſt. Mirum eſt autem quibus numeris omnem orationem compoſuit,quibus periodis omnes abſoluit ſententias,Itaq; membris,inciſis, comparibus ſtructa ſunt omnia. Quanto ſtudio & amore contenderim, uſque ad eum locum, uerum tu,gemina periodus eſt,ſex abſoluta membris. Rurſum has duas, alia tertia cumulauit, quæ duobus membris,& quatuor conſtat inciſis. Verum hæc quoniam perpetua ſunt, non eſt ſententia perſequi. Tacerem.) Eleganter miſcuit dubitationem cum ſubiectione. Eſt autem pariter & dilemma. Subſunt in ſingulis partibus ſingulæ ſententiæ, ſed ad perſonam accommodatæ, quas ita poſſis abſolute dicere. Nemo quod ardenter uult,diſſimulare poteſt. Et non audit, qui non amat:& amor amici abſentis deſiderio cruciatur. Inuito,iam propera.) Hæc eſt propoſitio, qua ſummam argumenti exponit. Nolo priſtinarum neceſſitudinum.) Hoc eſt caput & ueluti limen argumentationis, id agens, quod in altera diuiſionis iudicialis parte ſolet. Primum enim amolitur ea,quæ uideantur illum ab Eremo poſſe deterrere: Affectus amicorum & parentum:Difficultas peregrinationis longinquæ:Amor & commoditas diuitiarum. Porrò parteis has enthymematibus cõplectitur. Affatim diues.) Et hanc partem clauſit epiphonemate, ſicuti ferè gaudet claudere omnes,non ſolum exordia, ſed & tranſitiones, & narrationes,& argumentationes, & ſi quid aliud eſt, quod periodum atq; orbem aliquem habet. Facit autem hoc epiphonema gratius ἐναντιώσεως acceſſio, quæ eſt in uocibus inter ſe pugnantibus, pauper & diues. Sed quid ago?) Apte per correptionem ingreſſus eſt primam argumentationis partem,nempe de affectibus amicorum. Admiſcet & ſententiam:Debet amor læſus iraſci, quanquam quicquid uſquam loquitur diuus Hieronymus, ferè ſententia eſt. Notat autem hoc Quintilianus in

D declamando, quod quidam ſtatim in initio incandeſcunt, & ita conuiciantur,quaſi diſſentiat cui conantur ſuadere. Debet amor læſus iraſci.) Tranſitum quoque fecit ſententiam, cuius rei meminit & Fabius. Adeo in declamando quibuſdam placuit ſententia, ut eam nuſquam non admiſcerent.

Quid facis in paterna domo.) Ardentiorem faciunt orationem hæc ſchemata, interrogatio, repetitio,& commata. Grandiorem etiam ac iucundiorem metaphora, uel potius allegoria. Siquidem utitur metaphora fermè perpetua. Habet autem hoc ferè perpetuum Hieronymus, ut in initijs locum aliquem tractet, quàm maxime plauſibilem & amœnum, quo lectorem uoluptate alliciat, & inuitet ad cætera libentius legenda. Nullus enim non attentus eſt ad ea quæ delectant. Id aliquoties facit per egreſſionem,quam Ecbaſin Græci uocant. Eam multi propoſitioni ſtatim ſubijciebant, ut teſtatur & Fabius. Verum hæc ἔκβασις adeo quadrat cum ipſa re, ut pars ſit argumentationis, ſed pars amœnior. Sumitur autem hæc pars à recto,aut ſi mauis à neceſſario. Et rectum eſt enim, & non poteſt non ſequi ducem ſuum, qui ſemel in illius uerba iurarit. Delicate miles.) Quo occultior ἐναντίωσις, hoc eſt feſtiuior: nihil enim minus conuenit militi, quàm delicatum eſſe et mollicie ſolutum. De cubiculo ad aciem.) Multum addunt gratiæ, contraria commode inter ſe relata,cubiculum,aciem,umbra ſolem. Neq; parum acrimoniæ,de,repetitum, ac membra aſyndeta. Atq; adeo in ſequentibus inſunt contraria, tunica et lorica, linteum et galea, mollem et durus. Quanquam in his poſterioribus, tacitum etiam eſt Enthymema. Nec illud omittendum,emphaſim eſſe nonnullam in coniunctione,et,ad eum modum poſita: præterea in pronomine,tu, quod non addunt ij, qui Latine ſciunt, niſi aut diſcretionis, aut emphaſis cauſa. Quin et mihi,pronomen hoc loco nihil ſignificat,ſed feſtiuitatis cauſa additum eſt, uel potius ſtomachum habet. Poſtremo non eſt ocioſum aduerbium, ecce, quod rem uelut abſurdam oculis ſubijcit. Ac paulo ſuperius, cum ait obuia quæque metit,ex unius uerbi metaphora, quantum et iucunditatis ſimul et amplitudinis addidit orationi?

Audi edictum.) Perſeuerat etiamnum in metaphora militiæ. Nam imperatorum edicta uocantur. Chriſtus, eſt dux huius militiæ: Chriſtianus, miles:Tyrocinium, baptiſmus: Sacramentum militiæ,profeſſio uitæ Chriſtianæ: Donatiuum,gratia baptiſmo collata:Hoſtis, mundus ſeu diabolus. Annotandum eſt illud, quàm militaribus etiam uerbis ubiq; utatur,cum ad militiam alludit. Ecce aduerſarius.) Oſtendit duas pugnandi cauſas:alteram ut defendat imperatorem Chriſtum, quem aduerſarius conatur occidere: alteram ne donatiuum ueniat in manus hoſtium. Nam hoc quoque ſolet militum animos ad gnauiter pugnandum inflammare. Vnde Vegetius monet, ut militum peculium ſeruetur apud uexilla, quo ſequantur alacrius. Licet paruulus ex collo.) Hæc omnia pertinent ad metaphoram militiæ,Solent enim hæc fieri, ſi quando miles ad bellum profecturus, ſuos relinquit.

A relinquit. Licet enim Hieronymus poſtea ſcribat ſe de Nepotiano uaticinatum fuiſſe, non tamen hæc narrat ſerio, perinde quaſi geſta, ſed per ὑποτύπωσιν depingit, quæ ſoleant in huiuſmodi negocio fieri. Quis autem pictor melius poterat rem oculis exponere, quàm hic, nepotem puerum de collo pendentem, Patrem in limine ſparſum, ne niſi calcato eo exeat filius, matrem ſolutis capillis, laceratis ueſtibus, oſtentantem ubera, & per nutricationis beneficium obteſtantem. Subſunt & iucundi affectus, quos Græci uocant ἤθη, Latini mores dicunt. Vnde ſermo aut carmen in quo hi recte exprimuntur, moratum dicitur. Horatius: Morataq; recte fabula. Ad uexillum crucis.) Niſi crucis addidiſſet, allegoria erat. Nam uexilla dicuntur ſigna militaria. Eſt autem laudatiſſimum metaphoræ genus, quoties propria translaticijs admiſcentur, ut indicat & Quintilianus. Solum pietatis genus eſt.) Subeſt tacitum argumẽtum, ſumptum à finitione: mutatur enim rei uocabulum, ſimulq; epiphonema eſt non ſine gratia ἐναντιώσεως, quo partem hanc abſoluit. Veniet, ueniet.) Rurſum conduplicatione & repetitione feruentiorem fecit orationem. Vt ſuperior pars ab honeſto, ſic hæc ab utili ſumitur. Nam huic etiam laudabile ſubijcit Fabius, & iucundum. Oſtendit enim quæ gloria, quæ commoda uictorem conſequantur. Glorioſum enim redire in patriam cũ uictoria: magnificũ procedere in triumpho: egregium ſibi ſuiſq;, ius ciuitatis Romanæ conſequi. Nam hoc quoq; præmij dabatur olim. Hieroſolymam cœleſtem.) Hic metaphoram explicuit, cum addit, cœleſtem. Coronatus.) Alluſit ad coronas ciuicas, murales, obſidionales. Incedas.) Incedit proprie, qui in pompa procedit. Neq; uero neſcio.) Hactenus tractauit locum amœnum metaphoræ, de militia. Nũc ſerio rem aggreditur, de uincendis parentum & cognatorum affectibus. Et hic locus ceu ſequentis argumentationis ueſtibulum, alluſione & hypotypoſi feſtiuus eſt. Alluſiones ſunt, Hyrcanæ tygrides, & in te omnis, & mammæ lallare. Hypotypoſis, cum rem totam non narrat, ſed ueluti depictam oculis ſubijcit. Nec tamen omnino recedit à metaphora militiæ. Siquidem ubi demonſtrauit ſacramentum, oſtendit præmium, docet quomodo ſit pugnandum. Nunc tibi blandis &.) Hic locus non ſolum Hypotypoſin habet perſonarum, quæ rem oculis ſubijcit, uerumetiam ſermonem cuiq; ſuum mire cum decoro affingit. Sorori ob pudorem geſtum attribuit, non ſermonem. Vernas de mutando domino ſolicitos facit. Nutrix & nutricius, ſenes per mortem uicinam obteſtantur. Mater anus, nutricationis olim exhibitæ commonefacit. Grammatici aliquid è poëta obijciunt, quem illi

B aliquando prælegerant. Faciunt ad affectus ἤθη & epitheta. Mouet ſoror, ſed magis uidua: mouet nutrix, ſed ualidius anus: mouet mater, ſed magis iam decrepita. Facile rumpit.) Et hoc uelut epiphonema ſubiecit. Nullam cm̃ orationis partem non abſoluit huiuſmodi clauſulis. At cõtra.) Cõfutatio eſt, & obiectio à recto ſumpta eſt. Sed quicunq;.) Attingit qualitatem comparatiuam. Nam hæc quoq; incidunt in ſuaſorijs. Obtemperandum parentibus, ſed magis Chriſto. Mouent maternæ lachrymæ, ſed acrius urget uitæ periculum. Facit autem hoc more Tulliano, ut plerunq; colligat per interrogationem, quo res ſit ardentior: ne talis ſit argumentatio, qualis eſt noſtratium philoſophorum, quibus nulla glacies poteſt eſſe frigidior. Animaduertendum, ut in comparatione partẽ alteram extenuarit, alteram exaggerarit. Extenuat cum ait, matris, non patris, & lachrymis. Quauis enim de re flent mulierculæ, præſertim matres. Rurſum cum ait, cogitabo, ſignificans nec cogitandi ſpacium eſſe. Exaggerat cum ait: Gladium tenet hoſtis, ut me perimat, atrocibus uerbis exaſperans periculum præſens, & rem uelut ob oculos ponens. Subeſt autem parabola, quæ ad probationem quoq; facit, nedum ad perſpicuitatem ac iucunditatem, quam ita poſſis explicare. Sicut miles in eo periculo negligit maternas lachrymas, ita Chriſtianus non reſpicit affectus parentum, cum de uita agitur æterna. Propter patrem.) Hoc ſumptum à minori per comparationem. Si licet patrem inſepultum relinquere, cum ad Chriſtum eſt eundum, multo magis uiuum licet relinquere. Eſt autem feſtiua oratio figuris iterati uerbi, quam traductionem quidam uocant, Chriſti cauſa & debeo, debeo. Eſt autem geminum enthymema, mira tortum acrimonia. Domino paſſuro.) Rationes confirmat exemplis, quæ nonnunq; & per comparationem tractantur. Verum id hoc loco commode fieri non poterat. Aries iſte.) Vt meminit pugnæ. Et rurſum argumentationem uelut epiphonemate clauſit, non ſine gratia figuræ metaphoram cum proprijs miſcentis. Mater mea.) Hoc argumentum ſumpſit à finitione, admiſcuitq; finitioni autoritatem. Si credunt in Chriſtum.) Elegantiſſimo dilemmate eſt uſus. Aut credunt, aut non credunt: ſi credunt, fauebunt, non obſtabunt: ſi non credunt, nihil illis debeo. Sed in priore dilemmatis parte ſubeſt argumentum à conſequentibus, in ſecunda à finitione. Sed hoc ais in martyrio.) Rurſus obijcit quod confutet, neq; ſine ſchemate, cum aduerſarium loquentem facit, quemadmodum & paulò ſuperius. At cõtrà ſcriptura præcipit. Erras frater.) Addidit argumento aſſeuerationẽ, quæ nõnunq; argumenti pondus habet. Ipſum autem argumẽtum ſumpſit à finitione, dum totam Chriſtiani uitam oſtendit eſſe martyrium. Nolo frater chariſſime.) Finitionem confirmat collatione & autoritate. Non eſt tantum in eo ſeruitus.) Refellit finitionem aduerſariorum, & ſuam confirmat. Neget auariciam.) Mire addidit fiduciam argumento, cum quod refellit, proponit tanquam abſurdiſſimum. Tractauit autem hæc ab euentis ſiue effectis. Omnis inquit.) Autoritati copulat exempla: quorum poſtremum tractat per comparatio-

nem,

nem,ut ſit uehemētius:Filius hominis &c. Hæreditatē expectans.) Hoc addidit uelut epiphonema
C huius argumentationis,in quo tamen admiſcuit probationē à repugnātibus. Interpretare uocabu-
lum.) Negat Fabius à nomine duci idonea argumenta,quanq; ualent in exhortādo.Veluti,ſi quis Iu-
lium pontificem exhortans ad bellum ſuſcipiēdum aduerſus Gallos,dicat:Iulius es,Iuliū agas oportet.
Verum hoc loco finitionis ſpeciem tractat,quam etymologiam uocant. Monachus à ſolitudine dici-
tur.Monachus igitur non eſt,qui uiuit in turba. Et hoc ego nō integris.) Hunc locum imitatus eſt
ex oratione Ciceronis pro Murena.Tractat autē locum ab euentu,totumq; hunc locum allegorijs ac
metaphoris cōdecorauit. Tranquillitas iſta tempeſtas eſt.) Rurſus argumentationē clauſit epipho-
nemate,lepide ex cōtrarijs conflato uocibus. Quid ergo?) Rurſum hāc cōfutationem per ſubiectio-
nem tractat. Sed ubi honor non eſt.) Inductioni decus & gratiam addidit ex gradatione:ſic enim uo
cant hoc genus exornationis.Etiam ſi magna huius argumentationis pars, ut ingenue dicam,reſipit
ætatem,in qua Hieronymus hanc ſcripſit epiſtolam. Clerici oues paſcunt.) Contentio eſt,diuerſis
rebus inter ſe comparatis. Sed quoniam è ſcopuloſis.) Vt ubiq; conſulit lectoris faſtidio.Refecerat
ante probationem:quæ quamuis eſt utilis ac neceſſaria,tamen minus habet uoluptatis.Nunc perora-
tione denuo ueluti fatigatum recreat.Sed mihi uidetur hic tranſitus parum concinnus,ac nimis abru-
ptus.Præcipit enim Quintilianus,ut quoties aliò tranſeundum eſt, demus operam, ut extrema pars
eorum quæ diximus,cohæreat aliquo modo cum his quæ dicturi ſumus. Sed habet Hieronymus &
alias tranſitiones duriuſculas.Porrò cum antehac à recto,à laudabili, potiſſimum autē à tuto ſumpſe-
rit probationes,in peroratione tractat partem à iucundo,cōferens eremi uoluptates cum oppidorum
incommodis. Paupertatem times?) Hic uere argumentationum eſt epilogus. Nam pars quæ præ-
ceſſit & quæ ſequitur,ad affectus pertinet, qui potiſſimum in peroratione tractari conſueuerunt.

Tunc ad uocem.) Hic tentat eos affectus,quos uocant pathe.Nempe uehementiores, rem atrocem
uerbis atrocibus exaggerans. Cerne manus.) Ad magnos affectus facit & apoſtrophe,ſicut indicat
Quintilianus.Ea nunc utitur poſt exaſperatos omnes affectus.

## ANTIDOTVS ADVERSVS CALVMNIAM.

Diuum Hieronymum,cum in uiuis eſſet,non caruiſſe calumnia,uel ipſius literæ declarant, in qui-
bus paſſim canibus ſuis,ſic enim ille uocat,cogitur reſpondere.Quin & hodie comperi nōnullos eſſe,
præſertim apud Italos, parum æquos huic tam incomparabili uiro,qui fabulam,neſcio quam,planè
ſtultiſſimam Theodori Gazæ nomine ſparſam in uulgus, qui dixerit eum falſò accuſatum fuiſſe,
D quod Ciceronianus eſſet:mirum quàm amplectuntur,quamq; exoſculantur.Qui mihi uidentur non
aliam ob cauſam infenſi Hieronymo, niſi quod huius literæ magis ſapiunt Chriſtum, magis ſpi-
rant ſanctimoniam quàm illi uellent,qui Neoptolemi exemplo Chriſtianum eſſe probant, nimium
eſſe Chriſtianum non probant. Qua quidem de re ſuo loco diximus.Ad hæc uideo eſſe nonnullos
huiuſcemodi ingenio,ut cum apicula ad omnem floſculum, ad omnem aduolans fruticem, tantum
id excerpat, quod ad mellificium ſit conducibile:ipſi ſolum hoc uenentur,ſi quid ſit quod aliquo pa-
cto calumniari poſſint.Quo malo potiſſimum laborant iſti,qui in ſpinoſis diſputationibus, & rixoſa
quadam theologia conſenuerunt.His mos eſt,è toto libro quatuor aut quinque uerba decerpere,atq;
in eis calumniandis oſtendere, quantum ingenio polleant. Non animaduertunt, quibus tempori-
bus,cui,qua occaſione, quo animo ſcripſerit ille. Neque conferunt quid præceſſerit, quid ſequatur
quid alio loco eadem de re ſcripſerit.Tantum urgent ac premunt quatuor illa uerba,ad ea machinas
omneis admouent ſyllogiſmorum:detorquent,deprauant,aliquoties & non intellecta calumniantur.
Proinde mihi uiſus ſum facturus rem non alienam, ſi ſcholijs meis Antidotum adiecero, quo lector
præmunitus, citra ullam offenſam in huius uere diuini uiri lectione uerſari poſſit:non quod in huius
ſcriptis ulla ſit ueneni ſuſpicio,cuius lucubrationes omnes ſine exceptione comprobarit autoritas ec-
cleſiæ,ſed aduerſus calumniæ uenenum parauimus antidotum.Igitur in hac epiſtola quam adoleſcens
luſerit magis quàm ſcripſerit,ſicut ipſe teſtatur,non oportet ad uiuum exigere,ſi quid exhortādi cau-
ſa ſcripſit uehementius:uelut illud,quod ab omnibus Chriſtianis uidetur exigere paupertatem, cum
ait:Animaduerte frater,non licet tibi quicquam habere de rebus tuis.Omnis,inquit dominus,qui non
renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.Nec enim uidetur hoc exige-
re ab Heliodoro uelut à monacho, cum id à Ruſtico monacho non exigat.Et quod de quouis ſenſe-
rit Chriſtiano, indicant quæ ſequuntur: Cur timido animo Chriſtianus es? Quare ſic accipiendum
arbitror, in exhortando plus dixiſſe Hieronymum, & hyperbola uſum,ueluti Paulus ad Hebræos
ſcribens,quo deterreret eos,qui Chriſti profeſſionem ſuſcepiſſent, ab iterandis peccatis, ait impoſſi-
bile eſſe,qui ſemel fuiſſent illuminati,relapſos in peccatum, renouari ad pœnitentiam, cum quotidie
Chriſtianos relapſos reſtituat eccleſia.Ita nonnunquam iniquum petimus, ut æquum feramus:præ-
ſertim ubi non leges aut decreta proferuntur,ſed exhortatio,conſolatio,admonitio, pro ratione tem-
poris ac perſonæ tractatur. Aut certe ſic accipiendum: Non licet tibi,ut ſubaudias conditionem,ſi uis
perfectus eſſe.Quanquam Euangelicum præceptum non tam de prædijs ac nummis abijciendis lo-
quitur

A quitur,quàm de affectibus.Ille præclare abiecit opes,qui nec ſtudet accumulandis, nec dolet ablatis, nec gaudet affluentibus,nec ullo in precio habet.Poſtremo,qui iuxta Paulum ſic poſſidet,quaſi non poſſideat.Alioqui quid dicemus de tot egregijs epiſcopis,qui uel cum regibus certare poſſint opulentia? Quid de cæteris Chriſtianis ditiſſimis,quorum nemo non gaudet Chriſti uocari diſcipulus? Quid enĩ aliud eſt eſſe Chriſti diſcipulum,quàm eſſe Chriſtianum?

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nepotiano,qui fuit Heliodori ex ſorore nepos,præſcribit uiuẽdi formam, quam clerici & epiſcopi ſequi debeant,ſaluberrima quædam præcepta tradẽs,de ſpernendis diuitijs,& fugiẽda familiaritate ſecularium,& præcipue fœminarum,De doctrina pietatis,de frugalitate cultus,ædificiorũ & uictus; de fugienda laude hominũ:de fugienda obtrectatione:de fide ſilentij:de fugiendis muneribus:de diſpenſandis in pauperes eleemoſynis.Eſt autem genus parænecticum,in quo mire ualet diuus Hieronymus, ſicut & in cæteris.Ex hac epiſtola multa citantur in decretis pontificum compluribus locis.

## HIRONYMVS AD NEPOTIANVM DE VITA clericorum & ſacerdotum.

1 Petis à me Nepotiane chariſſime literis tranſmarinis,& crebro petis:ut tibi breui uolumine digeram præcepta uiuendi,& qua ratione,qui ſeculi militia derelicta,uel monachus cœperit eſſe,uel clericus,rectum Chriſti tramitem teneat,ne ad diuerſa uitiorũ diuerticula rapiatur.Dum eſſem adoleſcens,imò penè puer, & primos impetus laſciuientis ætatis,eremi duricia refrenarem,ſcripſi ad auunculum tuũ ſanctum Heliodorum exhortatoriã epiſtolã,plenã lachrymis querimonijsq;, & quæ deſerti ſodalis monſtraret affectum.Sed in illo opere pro ætate tunc luſimus:& calentibus adhuc rhetorum ſtudijs atq; doctrinis,quædam ſcholaſtico flore depinximus.Nunc iam cano capite,& arata rugis frõte,& inſtar boum pẽdentibus à mẽto palearibus, Frigidus

B obſiſtit circum præcordia ſanguis. Vnde & in alio loco idem poëta canit: Omnia fert

2 ætas,animum quoq;. Et poſt modicum: Nunc oblita mihi tot carmina,uox quoque Mœrin, Iam fugit ipſa. Quod ne de gentili tantum literatura proferre uideamur,diuinorum uoluminũ ſacramẽta cognoſce.Dauid annos natus ſeptuaginta,bellicoſus quondam uir,ſenectute frigeſcente,nõ poterat calefieri.Quæritur itaq; puella de uniuerſis finibus Iſraël Abiſac Sunamitis,quæ cum rege dormiret:& ſenile corpus calefaceret. Nónne tibi uidetur,ſi occidẽtem ſequaris literã, uel figmẽtum eſſe de mimo,uel Attellanarũ ludicro? Frigidus ſenex obuoluitur ueſtimentis,& niſi complexu adoleſcentulæ non tepeſcit. Viuebat adhuc Bethſabee:ſupererat Abygail,& reliquæ uxores eius,& concubinæ,quas ſcriptura cõmemorat.Omnes quaſi frigidæ repudiãtur,& in unius tantum adoleſcẽtulæ grandæuus caleſcit amplexibus.Abraham multo Dauid ſenior fuit,& tamẽ uiuẽte Sara, aliã non quæſiuit uxorem.Iſaac duplices Dauid annos habuit:& cũ Rebecca iam uetula nunquam friguit.Taceo de prioribus ante diluuiũ uiris,qui poſt annos nongẽtos,nõ dico ſenilibus,ſed penè iam carioſis artubus,nequaq; puellares quæſiere amplexus.Certe Moyſes dux Iſraëlitici populi,centum & uiginti annos habebat,& Sephoram non mutauit.Quæ eſt igitur iſta Sunamitis,uxor & uirgo,tam feruẽs,ut frigidũ calefaceret:tam ſancta,ut calentẽ ad libidinem non prouocaret? Exponat ſapientiſſimus Salomon patris ſui delitias,& pacificus,bellatoris uiri narret amplexus. Poſſide ſapiẽtiã,poſſide intelligẽtiã. Ne obliuiſcaris,& ne declinaueris à uerbis oris mei.Neq; derelinquas illã & apprehẽdet te:ama illam,& ſeruabit te.Principium ſapientiæ,poſſide ſapientiã,& in omni poſſeſſione tua,poſſide intelligentiã:circũda illã,& exaltabit te:honora illã, & amplexabitur te:ut det capiti tuo coronam gratiarũ.Corona quoq; delitiarum protegat te omnes penè uirtutes corporis mutantur in ſenibus,& creſcẽte ſola ſapiẽtia,decreſcunt cæteræ uirtutes,ieiunia, uigiliæ,& eleemoſynæ,chameuniæ:huc illucq; diſcurſus,peregrinorũ ſuſceptio,defenſio

Abyſag Sunamitis.

pauperum

C pauperum,inſtantia orationum,perſeuerantia,uiſitatio languentiū,labor manuum,unde
præbeantur eleemoſynæ.Et,ne ſermonem longius protraham, cuncta quæ per corpus
exercentur:fracto corpore minora fiunt.Nec hoc dico,quod in iuuenibus & adhuc ſoli-
dioris ætatis,his duntaxat qui labore & ardentiſſimo ſtudio,uitæ quoq; ſanctimonia, &
orationis ad dominum Ieſum frequentia,ſcientiam conſequuti ſunt:frigeat ſapientia,quę
in pleriſq; ſenibus ætate marceſcit,ſed quod adoleſcentia multa corporis bella ſuſtineat,
& inter incentiua uitiorum,& carnis titillationes: quaſi ignis in lignis uiridibus ſuffoce-
tur,& ſuum non poſſit explicare fulgorem. Senectus uero:rurſus eorum,qui adoleſcen-
tiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerunt,& in lege domini meditati ſunt die ac nocte:æta-
te fit doctior,uſu tritior,proceſſu temporis ſapientior,& ueterum ſtudiorum dulciſſimos
fructus metit. Vnde & ſapiens ille uir Græciæ Themiſtocles,cum expletis centum & ſe-
ptem annis,ſe mori cerneret,dixiſſe fertur,ſe dolere,quod tunc egrederetur è uita, quan-
do ſapere cœpiſſet. Plato octogeſimo primo anno ſcribens,mortuus eſt. Et Iſocrates,no-
3 naginta & nouem annos:in docendi ſcribendiq; labore compleuit. Taceo cæteros philo
ſophos,Pythagoram,Democritum,Xenocratem,Zenonem,Cleanthem:qui iam ætate
longæua,in ſapiētiæ ſtudijs floruerūt. Ad poëtas uenio,Homerum,Heſiodum,Simoni-
dem,Steſichorum:qui grandes natu,cygneum neſcio quid,& ſolito dulcius,uicina mor-
te,cecinerunt. Sophocles cum propter nimiam ſenectutem & rei familiaris negligentiam
à filijs accuſaretur amentiæ:Oedipi fabulam,quam nuper ſcripſerat, recitauit iudicibus,
& tantum ſapientiæ in ætate iam fracta ſpecimen dedit, ut ſeueritatem tribunalium,in
theatri fauorem uerteret. Nec mirum,cum etiam Cato Cenſorius,Romani generis diſer-
4 tiſſimus iam & ſenex,Græcas literas diſcere,nec erubuerit,nec deſperauerit. Certe Home
rus refert,quod de lingua Neſtoris,iā uetuli & penè decrepiti,dulcior melle oratio fluxe-
D rit. Sed & ipſius nominis Abiſac ſacramentum,ſapientiam ſenum indicat ampliorem. In-
terpretatur enim,pater meus ſuperfluus,uel patris mei rugitus. Verbum ſuperflui ambi-
guum eſt,ſed in præſenti loco uirtutem ſonat,quod amplior ſit in ſenibus,& redundans
ac larga ſapientia. In alio autem loco ſuperfluus,quaſi non neceſſarius ponitur. Abiſac au
tem,id eſt,rugitus proprie nuncupatur,cum maris fluctus reſonat,&,ut ita dicā,de pela-
go ueniens fremitus auditur. Ex quo oſtenditur abundantiſſimum, & ultra humanā uo-
cem diuini ſermonis in ſenibus tonitruū commorari. Porrò Sunamitis in lingua noſtra,
coccinea dicitur:ut ſignificet calere ſapiētiam & diuina lectiōe feruere,quod licet dominici
ſanguinis indicet ſacramentum,tamen & feruorem oſtendit ſapientiæ. Vnde & obſtetrix
illa in Geneſi coccinum ligat in manu Phares,qui ab eo quod parietē diuiſerat,duos ante
populos ſeparantem,diuiſoris,id eſt Phares,ſortitus eſt nomen. Et Rahab meretrix,in ty-
po eccleſiæ reſticulam myſterium ſanguinis cōtinentē, ut Hiericho pereunte,domus eius
ſaluaret,appendit. Vnde & in alio loco de uiris ſanctis ſcriptura cōmemorat. Hi ſunt, qui
uenerūt de calore domus patris Rechab. Et dominus noſter in Euāgelio:Ignem,inquit,ue
ni mittere in terrā,& quàm uolo ut ardeat. Qui in diſcipulorum corda ſuccenſus,cogebat
eos dicere:Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis,dum loqueret in uia, & aperiret no-
bis ſcripturas? Quorſum hæc tam longo repetita principio? Ne à me quæras pueriles de-
clamationes,ſententiarum floſculos,uerborum lenocinia,& per fines capitulorum ſingu
lorum acuta quædam breuiterq; concluſa,quæ plauſus et clamores excitent audientium.
Amplexetur me modo ſapiētia:& Abiſac noſtra,quæ nunq̄ ſeneſcit,in meo requieſcat ſi-
nu. Impolluta eſt:uirginitatiſq; perpetuæ,& quæ in ſimilitudinē Mariæ cum quotidie ge
neret,ſemperq; parturiat,incorrupta eſt. Hinc reor dixiſſe & Apoſtolū:Spiritu feruentes,
Et in Euangelio dn̄m prædicaſſe,quod in fine mundi, quando iuxta prophetam Zacha-
riam,ſtultus paſtor eſſe cœperit,ſapientia decreſcēte,refrigeſcet charitas multorum. Audi
igitur,ut beatus Cyprianus ait,non diſerta,ſed fortia. Audi fratrem collegio; patrē ſenio,

Senes ſapientia præclari.

qui te

A qui te ab incunabulis fidei,uſq; ad perfectam ducat ætatē,& per ſingulos gradus uiuendi præcepta conſtituens,in te cæteros erudiat. Scio quidē ab auunculo tuo beato Heliodoro, qui nunc pōtifex Chriſti eſt,te & didiciſſe quæ ſancta ſunt:& quotidie diſcere:normamq́; uitæ eius,exemplum habere uirtutū. Sed & noſtra qualiacunq; ſunt ſuſcipe,& libellū hunc libello illius copulato,ut cum ille te monachum erudierit,hic clericū doceat eſſe perfectū.

Igitur clericus qui Chriſti ſeruit eccleſiæ,interpretetur primo uocabulū ſuū,& nominis *Clerici pauperes.* definitiōe prolata,nitatur eſſe quod dicitur. Si enim cleros Græce,ſors Latine appellatur: propterea uocātur clerici,uel quia de ſorte ſunt domini,uel quia ipſe dominus ſors,id eſt pars,clericorum eſt. Qui autem uel ipſe pars domini eſt:uel dominum partē habet,talem ſe exhibere debet,ut & ipſe poſſideat dominum,& poſſideatur à domino. Qui dominum poſſidet,& cum propheta dicit:Pars mea dominus,nihil extra dominum habere poteſt. Quod ſi quippiam aliud habuerit præter dominum, pars eius non erit dominus. Verbi gratia:Si aurum,ſi argentum,ſi poſſeſſiones,ſi uariam ſuppellectilem,cum iſtis partibus, dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autē ego pars dñi ſum, & funiculus hæreditatis eius:nec accipio partē inter cæteras tribus,ſed quaſi leuita & ſacerdos uiuo de decimis: & altari ſeruiens,altaris oblatione ſuſtentor:habens uictum & ueſtitū,his cōtentus ero:& nudam crucē,nudus ſequar. Obſecro itaq; te & repetens,iterumq́; iterumq́; monebo:ne officiū clericatus genus antiquæ militiæ putes,id eſt,ne lucra ſeculi in Chriſti quæras militia:ne plus habeas quā quando clericus eſſe cœpiſti,& dicatur tibi:Cleri corū nō ꝓderūt eis. Nonnulli enim ſunt ditiores monachi,quàm fuerāt ſeculares:& clerici, qui poſſideant opes ſub Chriſto paupere,quas ſub locuplete & fallace diabolo nō habuerant,ut ſuſpiret eos eccleſia diuites,quos mūdus tenuit ante mendicos. Mēſulam tuā pauperes & peregri- *Hoſpitalitas* ni,& cum illis Chriſtus cōuiua nouerit. Negociatorē clericum,& ex inope diuitē:ex igno-
B bili glorioſum,quaſi quandam peſtem fuge. Corrumpunt mores bonos cōfabulationes peſſimæ. Tu aurum cōtemnis,alius diligit:tu calcas opes,ille ſectatur:tibi cordi eſt ſilētiū, manſuetudo,ſecretum:illi uerboſitas,attrita frons,cui nūdinæ, fora placent & plateæ,ac
5 medicorum tabernæ. In tanta morū diſcordia,quæ poteſt eſſe concordia? Hoſpitiolum tuum,aut raro,aut nūquam mulierū pedes terant. Omnes puellas & uirgines Chriſti,aut *Fuga mulierum.* æqualiter ignora,aut æqualiter dilige. Ne ſub eodē tecto manſites:nec in præterita caſtitate cōfidas. Nec ſanctior Dauid:nec Salomone potes eſſe ſapiētior. Memēto ſemper,quod paradiſi colonum,de poſſeſſiōe ſua mulier eiecerit. Aegrotanti tibi quilibet ſanctus frater aſſiſtat,& germana,uel mater,aut ꝓbatæ quælibet apud omnes fidei. Qđ ſi huiuſcemodi non fuerint conſanguinitatis caſtimoniæq́; perſonæ,multas anus nutrit eccleſia, quæ & officium præbeant,& beneficium accipiāt miniſtrando,ut infirmitas quoq; tua fructū habeat eleemoſynæ. Scio quoſdā cōualuiſſe corpore,& animo ægrotare cœpiſſe. Periculoſe tibi miniſtrat:cuius uultum frequēter attendis. Si propter officium clericatus,aut uidua *Colloquia ſolitaria.* à te uiſitatur,aut uirgo,nunquam domum ſolus introeas. Tales habeto ſocios:quorū cōtubernio nō infameris. Si lector,ſi acolytus,ſi pſaltes te ſequitur:nō ornetur ueſte,ſed moribus:nec calamiſtro criſpent comas,ſed pudicitiam habitu polliceātur. Solus cum ſola,ſecreto & abſq; arbitro,uel teſte,nō ſedeas. Si familiarius eſt aliquid loquēdum:habet nutricem maiorem domus,uirginem,uidam,uel maritatam:non eſt tam inhumana,ut nullum præter te habeat,cui ſe audeat credere. Caueto omnes ſuſpitiones, & quicquid ꝓbabiliter fingi poteſt,ne fingatur,ante deuita. Crebra munuſcula,& ſudariola,& faſciolas,& ueſtes *Munuſcula ſuſpecta.* ori applicitas,ac deguſtatos cibos,blandaſq́; & dulces literulas,ſanctus amor non habet. Mel meum,lumen meum,meū deſideriū:omnes delitias,& lepōres,& riſu dignas urbanitates,& cæteras ineptias amatorum,in comœdijs erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur:quāto magis in monachis & in clericis,quorū & ſacerdotium propoſito, & ꝓpoſitum ornatur ſacerdotio? Nec hoc dico,quod aut in te,aut in ſanctis uiris iſta formidem,

C ſed quod in omni propoſito, in omni gradu & ſexu, & boni & mali reperiãtur, malorũq;
condemnatio, laus bonorũ ſit. Pudet dicere, ſacerdotes idolorũ: mimi, & aurigæ, & ſcor
*Clerici exhæredantur.* ta, hæreditates capiunt: ſolis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur nõ à
perſequutoribus, ſed à principibus Chriſtianis. Nec de lege cõqueror, ſed doleo: cur me=
ruerimus hãc legẽ. Cauterium bonũ eſt, ſed quo mihi uulnus, ut indigeã cauterio? Proui=
da ſeueraq; legis cautio, & tamen nec ſic refrenatur auaricia. Per fidei cõmiſſa legibus illu=
dimus, & quaſi maiora ſint imperatorũ ſcita q̃ Chriſti: leges timemus, euangelia cõtemni=
mus. Sit hæres, ſed mater filiorũ, id eſt, gregis ſui, eccleſia, quæ illos genuit, nutriuit & pa=
uit. Quid nos inſerimus, inter matrẽ & liberos? Gloria epiſcopi eſt, pauperũ opibus ꝓui=
*Delitiæ clericorum.* dere. Ignominia omniũ ſacerdotum eſt, proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo
& in tugurio ruſticano: qui uix milio & cibario pane, rugientẽ ſaturare uẽtrem poteram,
6 nunc ſimilam & mella faſtidio. Noui & genera & nomina piſcium, in quo littore concha
lecta ſit calleo: ſaporibus auium diſcerno ꝓuincias, & ciborũ me raritas, ac nouiſſime dam
*Captatores teſtamẽtorũ.* na ipſa delectant. Audio præterea in ſenes, & anus abſq; liberis, quorũdam turpe ſerui=
tium. Ipſi apponunt matulam, obſident lectum, purulentiam ſtomachi, & phlegmata pul
monis, manu propria ſuſcipiunt. Pauent ad introitum medici: trementibusq; labijs an cõ
modius habeãt, ſciſcitãtur: & ſi paululũ ſenex uegetior fuerit periclitantur: ſimulataq; læ=
ticia, mens intrinſecus auara torquetur. Timent enim, ne perdãt miniſterium: & uiuacem
ſenem, Mathuſalem annis cõparant. O quãta apud deũ merces, ſi in præſenti preciũ non
*Studia & doctrina.* ſperarent. Quantis ſudoribus hæreditas caſſa expetitur? Minori labore margaritũ Chri=
ſti emi poterat. Diuinas ſcripturas ſæpius lege, imò nunquã de manibus tuis ſacra lectio
deponatur. Diſce quod doceas: obtine eum qui ſecũdum doctrinam eſt, fidelẽ ſermonem,
ut poſſis exhortari in doctrina ſana, & cõtradicentes reuincere. Permane in his quæ didici
D ſti, & credita ſunt tibi: ſciens à quo didiceris: Paratus ſemper ad ſatisfactionẽ, omni poſcẽ=
ti te rationem, de ea quæ in te eſt ſpe & fide. Non cõfundant opera tua ſermonẽ tuum: ne
cum in eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat, cur ergo hæc quæ dicis, ipſe nõ facis?
Delicatus magiſter eſt, qui pleno uẽtre de ieiunijs diſputat. Accuſare auariciã & latro po=
*Epiſcopus pater non dominus.* teſt. Sacerdotis Chriſti os, mens, manusq; cõcordẽt. Eſto ſubiectus põtifici tuo, & quaſi
animæ parentẽ ſuſpice. Amare filiorũ, timere ſeruorum eſt. Si pater ſum, inquit, ubi eſt ho=
nor meus? Si dominus ego ſum: ubi eſt timor meus? Plura tibi in eodem uiro obſeruanda
ſunt nomina: Monachus, põtifex, auũculus tuus, qui te iam in omnibus quæ ſancta ſunt
docuit. Illud etiam dico, quod epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, nõ dominos: honorent
7 clericos quaſi clericos, ut & ipſis à clericis, quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitũ illud eſt
oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habeam ut principẽ: cũ tu me nõ habeas ut ſenatorẽ?
Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopũ & presbyteros eſſe nouerimus: Vnus dominus,
unum templum, unum ſit etiã miniſterium. Recordemur ſemper quid apoſtolus Petrus
præcipiat ſacerdotibus: Paſcite eum qui in uobis eſt gregem dñi, prouidentes non coacte,
ſed ſpontanee ſecundũ deum: neq; ut turpis lucri gratia, ſed uolũtarie: neq; ut dominãtes
in clerum, ſed forma facti gregi ex animo: ut cũ apparuerit princeps paſtorum, percipiatis
immarceſſibilem gloriæ coronam. Peſſimæ cõſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs, tacere
presbyteros, & præſentibus epiſcopis nõ loqui, quaſi aut inuideant, aut nõ dignentur au=
dire. Et ſi alij, inquit, apoſtolus Paulus fuerit reuelatum ſedẽti: prior taceat. Poteſtis enim
per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant: & omnes cõſolentur: & ſpiritus ꝓphetarum,
ꝓphetis ſubiectus eſt. Nõ enim diſſenſionis deus, ſed pacis. Gloria patris eſt filius ſapiens.
*Conciones epiſcopi.* Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes. Docente te in eccle
ſia, nõ clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ auditorũ, laudes tuæ ſint. Sermo
presbyteri, ſcripturarũ lectione cõditus ſit. Nolo te declamatorem eſſe & rabulam garru=
lumq; ſine ratione, ſed myſteriorum peritũ: & ſacramẽtorum dei tui eruditiſſimum. Ver=

ba uol

A ba uoluere,& celeritate dicẽdi apud imperitum uulgus admirationem ſui facere,indocto-
rum hominum eſt. Attrita frons,interpretatur ſæpe quod neſcit:& cũ alijs perſuaſerit,ſibi
quoq; uſurpat ſcientiã. Præceptor quondã meus Gregorius Nazianzenus,rogatus à me
ut exponeret,quid ſibi uellet in Luca ſabbatum δευτερόπρωτον, eleganter luſit:docebo te,in-
quiẽs,ſuper hac re in eccleſia:in qua mihi omni populo acclamãte,cogeris inuitus ſcire qđ
neſcis. Aut certe ſi ſolus tacueris,ſolus ab om̃ibus ſtulticiæ cõdemnaberis. Nihil tam faci-
le,quàm uilem plebeculam & indoctã cõcionem,linguæ uolubilitate decipere, quæ quic-
quid non intelligit,plus miratur. M. Tullius,in quẽ pulcherrimũ illud elogiũ eſt:Demo-
ſthenes tibi præripuit,ne eſſes primus orator:tu illi,ne ſolus:in oratione ꝑ Quinto Gallo,
quid de fauore uulgi,& de imperitis cõcionatoribus loquatur:attẽde:ne his fraudibus lu-
daris. Loquor enim,quæ ſum ipſe nuper expertus. Vnus quidã poëta nominatus homo,
perliteratus,cuius ſunt illa colloquia poëtarum ac philoſophorum, cũ facit Euripidem &
Menandrum inter ſe,& alio loco Socratem atq; Epicurum diſſerentes,quorũ ætates non
annis,ſed ſeculis ſcimus eſſe diſiunctas,quãtos is plauſus & clamores mouet? Multos enĩ
condiſcipulos habet in Theatro,qui ſimul literas nõ didicerant. Veſtes pullas æque de- *Cultus qualis.*
uita,ut candidas. Ornatus ut ſordes pari modo fugiendæ ſunt,quia alterũ delicias,alterũ
gloriam redolet. Non abſq; amictu lineo incedere,ſed preciũ ueſtium linearum non habe-
re,laudabile eſt. Alioquin ridiculũ & plenũ dedecoris eſt,referto marſupio,quod ſudariũ
orariumq; nõ habeas,gloriari. Sunt qui pauperibus paulũ tribuunt,ut amplius accipiãt,
& ſub prætextu eleemoſynæ quærũt diuitias,quæ magis uenatio appellãda eſt,quàm ele-
8 emoſynæ genus. Sic beſtiæ,ſic aues,ſic capiuntur & piſces. Modica in hamo eſca ponitur, *Captatores.*
ut matronarum in eo ſacculi protrahantur. Sciat epiſcopus,cui cõmiſſa eſt eccleſia,quem
B diſpẽſationi pauperũ curæq; præficiat. Melius eſt nõ habere quod tribuam,quàm impu-
denter petere quod recõdam. Sed & genus arrogantiæ eſt,clemẽtiorem te uelle uideri,ꝙ
pontifex Chriſti eſt. Nõ omnia poſſumus omnes. Alius in eccleſia oculus eſt,alius lingua,
alius manus,alius pes,auris,uenter:& cætera. Lege Pauli epiſtolã ad Corinthios:quomo-
do diuerſa membra unum corpus efficiunt. Nec ruſticus tamen & ſimplex frater ideo ſe
ſanctum putet,ſi nihil nouerit:nec peritus & eloquẽs,lingua æſtimet ſanctitatẽ. Multoq;
melius eſt è duobus imperfectis,ruſticitatẽ ſanctã habere,quàm eloquẽtiam peccatricem.

Multi ædificant parietes,& colũnas eccleſiæ ſubſtruunt,marmora nitent,auro ſplẽdẽt *Aurum in templo.*
laquearia,gemmis altare diſtinguitur,& miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neq; uero
mihi aliquis opponat,diues in Iudæa templum,mẽſam,lucernas,thuribula,patellas,ſcy-
phos,mortariola,& cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabãtur à domino,quando
ſacerdotes hoſtias immolabãt,& ſanguis pecudum erat redemptio peccatorum. Quanq;
hæc omnia præceſſerint in figura:Scripta ſunt autem propter nos, in quos fines ſeculorũ
deuenerunt. Nunc uero cũ paupertatẽ domus ſuæ:pauper dominus dedicarit,cogitemus
crucem eius,& diuitias lutũ putabimus. Quid miramur quod Chriſtus uocat iniquũ mã-
mona? Quid ſuſpicimus & amamus,quod Petrus ſe nõ habere,glorioſe teſtat? Alioquin
ſi tantum literam ſequimur,& in auro atq; diuitijs ſimplex nos delectat hiſtoria,cũ auro
obſeruemus & cætera. Ducant põtifices Chriſti,uxores uirgines: Quãuis bonæ mẽtis ſit
qui cicatricem habuerit,& deformis eſt,priuetur ſacerdotio,lepra corporis,animæ uitijs
præferatur: Creſcamus & multiplicemur,et repleamus terrã,nec immolemus agnum,nec
myſticum paſcha celebremus:quia hæc abſq; tẽplo fieri,lege ꝓhibẽtur. Figamus ſeptimo
menſe tabernaculum,& ſolẽne ieiunium buccina concrepemus. Quod ſi hæc omnia ſpiri-
tualibus ſpiritualia cõparãtes,ſciẽteſq; cum Paulo,quod lex ſpiritualis eſt, & Dauid uer-
ba cantantis: Reuela oculos meos,& conſiderbo mirabilia de lege tua , ſic intelligimus,ut
dñs quoq; noſter intellexit,& interpretatus eſt ſabbatum:aut aurum repudiemus cũ cæte
ris ſuperſtitionibus Iudæorum:aut,ſi aurum placet,placeãt & Iudæi, quos cum auro,aut

C probare nobis neceſſe eſt,aut damnare. Conuiuia tibi uitanda ſunt ſeculariũ,& maxime
eorum,qui honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chriſti crucifixi & paupe-
ris,& qui cibo quoq; ueſcebatur alieno:lictores cõſulũ,& milites excubare, iudicemq́; ꝓ-
*Fuga magnatum.*
uinciæ melius apud te prãdere,quàm in palatio. Quod ſi obtẽderis te facere hæc,ut roges
pro miſeris atq; ſubiectis,iudex ſeculi plus deferet clerico cõtinenti,quàm diuiti:& magis
ſanctitatem tuã uenerabitur,quàm opes. Aut ſi talis eſt,qui nõ audiat clericos ꝓ quibuſ-
libet tribulatis niſi inter phyalas,libẽter carebo huiuſcemodi beneficio,& Chriſtũ rogabo
pro iudice,qui magis & citius ſubuenire poteſt,quàm iudex: Melius enim eſt cõfidere in
dño,quàm confidere in homine. Melius eſt ſperare in domino,q̃ ſperare in principibus.

Nunquam uinum redoleas,ne audias illud philoſophi: Hoc nõ eſt oſculum porrigere,
*Abſtinentia uini, Potus.*
ſed uinum propinare. Vinolẽtos ſacerdotes & Apoſtolus damnat,& uetus lex prohibet:
Qui altario deſeruiunt, uinum & ſiceram non bibãt. Sicera Hebræo ſermone omnis po-
tio nuncupatur,quæ inebriare poteſt,ſiue illa quæ frumẽto cõficitur,ſiue pomorũ ſucco,
aut cum faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionẽ,aut palmarum fructus expri-
muntur in liquorẽ,coctiſq́; frugibus,aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat,& ſta-
tum mentis euertit,fuge ſimiliter ut uinum. Nec hoc dico,quod dei à nobis creatura dam
netur (Siquidem & dñs uini potator eſt appellatus:& Timotheo dolenti ſtomachũ,mo-
dica uini ſorbitio relaxata eſt) ſed modum pro ætatis,& ualetudinis & corporũ qualitate
exigimus in potando. Quod ſi abſq; uino ardeo adoleſcẽtia,& inflammor calore ſangui
nis,& ſucculẽto ualidoq́; ſum corpore,libenter carebo poculo,in quo ſuſpicio ueneni eſt.
Pulchre dicitur apud Græcos,& neſcio an apud nos æque reſonet: Pinguis uenter,non
*Inedia.*
gignit mentẽ tenuem. Tantũ tibi ieiuniorũ modum impone,quãtum ferre potes. Sint tibi
pura,caſta,ſimplicia,moderata,& nõ ſuperſtitioſa ieiunia. Quid prodeſt oleo non ueſci,
D & moleſtias quaſdã difficultateſq́; ciborum quærere,carycas,piper,nuces,palmarum fru
ctus,ſimilam,mel,piſtacia? Tota hortorũ cultura uexatur,ut cibario nõ ueſcamur pane,
& dum delicias ſectamur,à regno cœlorum retrahimur. Audio præterea quoſdã cõtra re
rum hominumq́; naturam,aquam nõ bibere,nec ueſci pane,ſed ſorbitiũculas delicatas &
9 contrita olera,betarumq́; ſuccum,nõ calice ſorbere,ſed concha. Proh pudor,nõ erubeſci-
mus iſtiuſmodi ineptijs,nec tædet ſuperſtitionis? Inſuper etiam famam abſtinẽtiæ in deli-
cijs quærimus. Fortiſſimum ieiunium eſt,aqua & panis. Sed quia gloriam non habet, &
*Gloria.*
omnes pane & aqua uiuimus,quaſi publicũ & cõmune ieiunium non putatur. Caue ne
hominum rumuſculos aucuperis:ne offenſam dei,populorum laude cõmutes. Si adhuc,
inquit Apoſtolus,hominibus placerẽ,Chriſti ſeruus nõ eſſem. Deſijt placere hominibus,
& ſeruus factus eſt Chriſti. Per bonam famã & malam, à dextris & à ſiniſtris,Chriſti mi-
les graditur,nec laude extollitur,nec uituperatiõe frãgitur. Non diuitijs tumet,nõ cõtra-
hitur paupertate, & læta cõtemnit & triſtia. Per diem ſol nõ urit eũ, neq; luna per noctẽ.
Nolo te orare in angulis platearum,ne rectum iter precum tuarum,frangat aura popula-
*Cultus ſuperſtitioſus.*
ris. Nolo te dilatare fimbrias,& oſtentui habere phylacteria,& cõſcientia repugnãte,pha-
riſaica ambitione circundari. Quanto melius erat hæc nõ in corpore,ſed in corde geſtare:
& deum habere fautorem,non aſpectus hominum? Inde pendet Euangelium:inde lex &
prophetæ,ſiue ſacra & apoſtolica doctrina. Melius eſt enim hæc omnia in mẽte portare,
quàm in corpore. Fidelis mecũ lector intelligis quid taceam,et quid magis tacẽdo loquar.
Tot te regulæ,quot ſpecies gloriarũ percurrant. Vis ſcire quales dominus quærat orna-
tus? Habeto prudentiam,iuſticiã,temperantiam,fortitudinem. His cœli plagis includere,
hæc te quadriga,uelut aurigam Chriſti,ad metã cõcita ferat. Nihil hoc monili precioſius,
nihil hac gemmarũ uarietate diſtinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris, atq; protege-
*Obtrectatio.*
ris,& ornamẽto tibi ſunt & tutamini,gemmæ uertũtur in ſcuta. Caue quoq; ne aut lin-
guam,aut aures habeas prurientes,id eſt,ne aut ipſe alijs detrahas, aut alios audias detra-

hentes.

A hentes. Sedens, inquit, aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, hæc feciſti & tacui. Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis, arguã te et ſtatuam cõtra faciem tuã. Parce à detractione linguæ, cuſtodi ſermones tuos, & ſcito quia per cuncta, quæ de alijs loqueris, tua cõſciẽtia iudicaris, & in his ipſe deprehẽderis, quæ in alijs arguebas. Neq; uero illa iuſta eſt excuſatio, referẽtibus alijs iniuriam facere non poſſum. Nemo inuito auditori libẽter refert. Sagitta in lapidẽ nunquam figitur, interdum reſiliens percutit dirigentem. Diſcat detractor, dum te uidet nõ libenter audire, nõ facile detrahere. Cum detractoribus, ait Salomon, ne miſcearis: quoniam repente ueniet perditio eorum, & ruinã utriuſq; quis nouit? tam uidelicet eius qui detrahit, quàm illius qui accõmodat aurem detrahẽti. Officij tui eſt uiſitare languẽtes: noſſe domos matronarum: ac liberos earum, & nobilium uirorũ cuſtodire ſecreta. Officij tui eſt, nõ ſolum oculos caſtos *Silentium.* ſeruare, ſed & linguam. Nũquam de formis mulierũ diſputes, nec quid agatur in alia, domus alia per te nouerit. Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos anteq; doceat, & in uerba ſua iurare compellit, extorquet ſacramẽto ſilẽtium, ſermonẽ, inceſſum, habitũ, moresq; præſcribit. Quanto magis nos, quibus animarum cura commiſſa eſt, omnium Chriſtianorum domos debemus amare, quaſi proprias? Conſolatores potius nos in mœroribus ſuis, q; conuiuas in proſperis nouerint. Facile cõtemnitur clericus, qui ſæpe uocatus ad prandiũ, ire non recuſat. Nunquã petentes: raro accipiamus rogati. Beatius enim eſt magis dare q; *Abſtinẽtia à muneribus.* accipere. Neſcio enim, quomodo etiã ipſe qui deprecatur ut tribuat: cum acceperis, uiliorẽ te iudicat: & mirum in modũ ſi eum rogantem contempſeris, plus te poſterius ueneratur. Prædicator continẽtiæ, nuptias ne conciliet. Qui Apoſtolum legit, ſupereſt, ut qui habẽt uxores, ſic ſint, quaſi nõ habeãt: cur uirginẽ cogit ut nubat? Qui de monogamia ſacerdos

B eſt, quare uiduam hortatur ut digama ſit? Procuratores & diſpẽſatores domorũ alienarũ *A negocijs profanis.* atq; uillarum, quomodo poſſunt eſſe clerici, qui ꝓprias iubentur contemnere facultates? Amico quippiam rapere, furtũ eſt. Eccleſiam fraudare, ſacrilegiũ eſt. Accepiſſe quod pauperibus erogãdum ſit, & eſuriẽtibus plurimis, uel cautum eſſe uelle, uel timidũ: aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omniũ prædonũ crudelitatẽ ſuperat. Ego fame torqueor, & tu iudicas quantũ uẽtri meo ſatis ſit? Aut diuide ſtatim quod acceperis, aut ſi timidus diſpẽſator es, dimitte largitorẽ, ut ſua ipſe diſtribuat. Nolo ſub occaſiõe mea ſacculus tuus plenus ſit. Nemo me melius, mea ſeruare poteſt. Optimus diſpenſator eſt, q ſibi nihil reſeruat. Coëgiſti me Nepotiane chariſſime, lapidato iam uirginitatis libello, quẽ ſanctæ Euſtochio Romæ ſcripſerã: poſt annos decem rurſus Bethleem ora reſerare, & cõ *Hæc excuſatio nũc non accipitur.* fodiendum me linguis omnium prodere. Aut enim nihil ſcribẽdum fuit, ne hominum iudicium ſubiremus, quod tu facere prohibuiſti: aut ſcribẽtes noſſe, cunctorũ aduerſum nos maledicorum tela torquenda. Quos obſecro ut quieſcãt & deſinant maledicere. Nõ enim ut aduerſarijs, ſed ut amicis ſcripſimus. Nec inuecti ſumus in eos qui peccãt, ſed ne peccẽt monuimus. Neq; in illos tantũ, ſed & in noſipſos ſeueri iudices fuimus. Volentesq; feſtucam de oculo alterius tollere, noſtrã primum trabem eiecimus. Nullũ læſi, nullius nomen mea ſcriptura deſignatum eſt. Neminem ſpecialiter meus ſermo pulſauit. Generalis de uitijs diſputatio eſt. Qui mihi iraſci uoluerit, ipſe de ſe quod talis ſit, confitebitur.

## SCHOLIA.

PEtis à me.) Hæc pars quæ principij uice ponitur, propoſitionem & narrationẽ complectitur. Dum eſſem.) Captat locum cõmunem, in quem ſuo more expatietur anteq; aggrediatur argumentationem: idq; à nõnullis factitari ſolitum teſtatur & Fabius. Porrò locus eſt, in ſenibus potiſſimum florere ſapientiam. Iam tametſi negat ſe breuiter concluſis, id eſt, epiphonematis uti ad ſingula capita, tamẽ his etia utitur in hac epiſtola, quanq; parcius, ut illud: Periculoſe tibi miniſtrat, cuius uultũ frequẽter attendis. Rhetorũ ſtudijs atq; doctrinis.) Mihi particula hæc, atq; doctrinis, uidetur adiecta. Et pendẽtibus a.m.p.) Quod Vergilius de boue dixit: Et crurum tenus à mento palearia pendent: hoc refert ad mentum ſenile. Nam palearia dicuntur, pellis

C quæ dependet à mento in pectus bouis. Idem accidit in ſenibus, ut carne cōſumpta, laxa cutis pendeat.
Frigidus obſiſtit.) Carmen eſt Maronis in quarto Georgicōn: Sin has ne poſſim naturæ attingere
parteis, Frigidus obſtiterit circū præcordia ſanguis. Seruius aſſcribit phyſicos dicere, ſtultos & hebe-
tes ſanguinis eſſe frigidioris, prudentes calidioris: & ideo ſenes ac pueros minus ſapere, quod his non-
dum caleat ſanguis, illis ætate iam refrixerit. Plinius lib. 11. Animalia fortiora eſſe, quibus ſanguis eſt
craſſior: ſapiētiora, quibus tenuior: proinde pinguiſſimum eſſe aſinis, hominis tenuiſſimum. Omnia
fert &c.) Eſt & hoc apud Maronem in Ecloga, cui titulus, Mœris, fert poſuit, pro aufert. Quanquàm
ætas accedens adfert cōmoda, decedens aufert. Animum quoq;.) Serius enim ſeneſcit animi uigor,
quàm corporis: nempe anno quadrageſimooctauo, cum corporis uigor langueſcat poſt trigeſimum-
ſextum annum, autore Ariſtotele. Oblita.) Paſſiue dixit. Dauid annos n. ſ.) Hæc referūtur libro
Regum tertio cap. 1. De mimo.) Mimi uocantur uerſus ſcenici, et ipſi qui mimos ſcribunt, mimi di
cuntur. A μιμέομαι Græce, quod eſt imitor. Nam hiſtrio tantum agit: Mimi quod ſcribunt, hoc idem
agunt. Atellanarum.) Atellana genus eſt comœdiæ laſciuioris et obſcœnioris, ſic uocata ab Atella
ciuitate Oſcorum, ut teſtatur Liuius lib. 8. Vnde et obſcœnū dictum uolunt. Viuebat adhuc Bethſa
bee.) Apparet Dauid quatuor uxores eodem habuiſſe tempore: Bethſabee, quam adduxerat ab Vria:
Michol, quæ tamen nupſit alteri: Abygail, uxorem Nabal: et Achinoën, quam accepit à Ieſraël. Vide
primi libri Regum cap. 25. Taceo de prioribus.) De his multa Geneſeos cap. 5. Et pacificus bella-
toris.) Miro decore coniunxit pugnantia. Chameuniæ.) Græce dixit, quod Latine non poterat cō
mode dici, χαμαὶ humi, εὐνὴ cubile. Inde χαμευνία, cum quis in nuda humo cubat. Eleemoſynæ.) Hanc
uocem fraudamus una ſyllaba. Nam dicendum eſt eleemoſynæ, ἐλεημοσύνη Græce, quod nobis ſonat
miſericordiam. Plato octogeſimo.) Autor Tullius in Catone maiore. Et Iſocrates.) Hunc Lu-
cianus ſcribit uixiſſe undecentum annos. M. Tullius in Catone maiore, refert librum qui inſcribitur
Panathenaicus ab hoc ſcriptum, anno quarto et nonageſimo, ac poſtea quinquennium ſuperuixiſſe.
3 Pythagoram.) Is nonaginta uixit annos, autore Laërtio. Democritum.) Abderitem intelligit
phyſicum, qui quatuor ſupra centum uixit annos, ut ſcribit Lucianus in Longæuis, à nobis olim uer-
ſis. Xenocratem.) Hic Platonis diſcipulus, octogintaquatuor uixit annis. Zenonem.) Hic Stoi-
cus, nonagintaocto, Luciano autore. Cleanthes.) Qui, ſi Luciano credimus, uixit ad annum cente-
ſimum. Homerum.) Et hunc Mœonium ſenem uocant poëtæ. Heſiodum.) Huius longæuitas
D etiam prouerbio locum fecit, Ἡσιόδειον γῆρας, id eſt, Heſiodia ſenectus: de quo uide noſtras Chiliadas.
Simonidem.) Hic poëta lyricus octogeſimo anno, et docuiſſe ſe carmina, et in certamen eorum de-
ſcendiſſe ipſe gloriatur, Autor Valerius libro octauo, cap. de ſtudio et induſtria. Hunc Lucianus in
Macrobijs, tradit ultra nonaginta uixiſſe annos. Steſichorum.) Hic eſt, cui uituperata Helena, o-
culos ademit, laudata reddidit. Vixit fermè ad annum centeſimum, ut refert Suidas. Cygneum ne-
ſcio quid.) Græcis in prouerbio eſt, κύκνειον ᾆσμα, id eſt, cygnea cantio, de ſenili facundia. Nam ideo poë
tarum fermè omnium literis celebratum eſt, cygnum uicina morte dulciſſime canere, cum nemo ca-
nentem audierit. Sophocles.) Hic Tragœdiarum ſcriptor uixit annos nonagintaquinque, autore
Luciano. Quod autem narrat Hieronymus, refertur à Valerio libro ſeptimo, et à M. Tullio in Cato-
ne maiore. Cato Romani generis.) Hic Latinas etiā literas ſero didicit, ut teſtis eſt Valerius Max.
4 ſed multo ſerius Græcas. Cenſorius autem eſt cognominatus, ob cenſuram ſeuerius geſtam. De
lingua Neſtoris.) Hic iuxta Homerum, treis hominum uixit ætates, hoc eſt, ut quidam interpretan-
tur, centum & quinquaginta annos: de cuius mellita facundia extat Homericum illud Elogium li-
bro Iliados primo τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, id eſt, cuius & à lingua melle dulcior flue-
bat uox. Verbum ſuperflui.) Græce quidem anceps περιουσόν, quod & ſuperuacaneum ſignificat,
& egregium atq; exuberans. Vnde Hieronymus de Græca ſentit, non de Latina. Hi ſunt qui uc.)
Hoc dictum eſt de cognatione ſcribarum, qui canentes atq; reſonantes in tabernaculis commoraban-
tur. Hi ſunt, inquit, Cinei, qui uenerunt de calore patris domus Rachab. Paralipomenon libri primi,
cap. 2. Et quid uolo niſi ut ardeat?) Ex antiquo exemplari, ſimulq; Græcis codicibus, germanam re-
ſtituimus lectionē. Et quam uolo, ut ardeat: ſicut admonuimus & in annotationibus noſtris in nouum
teſtamentum. Et per fines capitulorum.) De epiphonematis ſentit, & argutis acclamatiunculis, de
quibus aliâs dictum eſt. Clericorum n. p. e.) Vulgata æditio, quæ hoc loco conſentit cum Hebræis,
ſic habet. Eſt enim apud Hieremiam prophetam cap. 12. Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſue-
runt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. Altera, nempe ſeptuaginta, habet: Seminaſtis triti-
cum, & meſſuiſtis ſpinas, clerici eorum non proderunt eis. Vnde conijcio legendum cleri, non clerici,
id eſt, hæreditates. Et ita ſcriptum reperimus in antiquis exemplaribus. Non enim ſolum nihil prodeſt
honos epiſcopalis, uerumetiam officit, niſi acceſſerit ſacra doctrina, cæteræq; uirtutes epiſcopo dignæ.
5 Ac medicorum tab.) Sentit pharmacopolia, in quibus uelut et in tonſtrinis conſidetur ab ocio-
ſis et garrulis: qui mos et hodie durat apud Venetos. Calamiſtro.) Calamiſtrum acus eſt magna,
qua calefacta criſpantur capilli. Si acolytus, ſi pſaltes.) ἀκώλυτος, Græce dicitur, non prohibitus,
hoc eſt, admiſſus. Atq; ita uocabatur, qui ipſe quidem non peragebat myſteria, ſed non excludebatur

cum

A cum cæteris, quod ignem, aut ſimile quiddam ad ſacra neceſſarium afferebat. Operæprecium eſt ridere nouum Iſidori interpretamentum in decretis diſtin.xxi. Acolyti, inquit, Græce, Latine dicuntur ceroferarij: & ſimili inſcitia metropolin interpretatur menſuram ciuitatum, cum Græce ſit μητρόπολις non μετρόπολις. Atque huius errorem ſequitur magiſter ſententiarum, cæci cæcus. Quanquam haud diſplicet, ut hoc loco legatur ἀκόλουθοι: ſic enim Grecis dicuntur famuli, qui ſemper adſunt, à uerbo ἀκολουθεῖν, quod eſt ſequi. Pſaltes.) Græcum eſt ψάλτης, Latine cantor. A principibus Chriſtianis.) Annotandum hoc loco, per Imperiales leges clericos prohibitos olim fuiſſe ab adeundis hæreditatibus. Poſtremo quod tota hac epiſtola diuus Hieronymus uult ſacerdotes eſſe pauperes opibus, diuites doctrina & pietate: non ſatis conuenit cum publica tempeſtatis huius perſuaſione, qua credunt eccleſiam hiſce diuitijs maxime & fulciri, & ornari. Cauterium.) Inſtrumentum quo uitia inſanabilia exuruntur: à καίω quod eſt uro. Alludit ad id quod dictum eſt: Bonas leges è malis moribus eſſe natas. Fideicommiſſarius.) Dicitur non uerus hæres, ſed cuius arbitrio hæreditas adminiſtratur: de his multa mentio in Pandectis. Imperatorum ſcita.) Scita le-
6 ges uocat & inſtituta. Milio.) Milium leguminis genus eſt uiliſſimum. Cibario pane.) Cibarius panis, non omnino purgatus à furfure: quem eundem & ſecundarium appellant. Nam id quod cribo redditur puriſſimum, florem appellant in ſiligine, pollinem in tritico: quod ſecundo, ſecundarium: quod poſtremo, furfurem. Teſtis Plinius libro decimoctauo. Similam & mella.) Simila idem fermè quod flos, id eſt, candidiſſima farinæ pars, quæ magis in condimentis adhibe- [redacted] olim in delicijs erat. In [redacted]

B [redacted]

7 [redacted]

lugent, quod in luctu nigris uterentur. Contra, candida olim principum erant ac triumphantium.

Et ſordes.) Inter ornatum & ſordes, media eſt mundicies. Non abſque amictu lineo.) Lineorum uſum olim uix uiro dignum habitum, ſuperius indicatum eſt: & de precio lineorum, multa
8 Plinius. Vt matronarum in eo ſacculi protrahantur.) Eſt & altera lectio: Vt maiores in eo piſculi protrahantur: ſed prior mihi magis arridet, quanquam nec illa prorſus uacare mendo uidetur.

Hoc non eſt oſculum porrigere.) Olim oſculo ſalutabant, conſul Imperatorem, diſcipulus præceptorem. Quæ frumento conficitur.) Plinius libro decimoquarto, cap. ultimo: Eſt & Occidentis populis ſua ebrietas, fruge madida: Hunc potum Galli ceruiſiam uocabant, Hiſpani cheliam, Aegyptij zuthum. Cum faui decoquuntur.) Hydromeli ſignificat, quod fit ex aqua & melle tantum. Vide Plinium libro.14.cap.17. Hoc utebantur Phryges. Aut palmarum fructus.) Hoc genere Parthi quondam utebantur, & Indi, & Oriens totus, autore Plinio. Siue pomorum ſucco.) Hoc pomatium uocant. Vergilius: Atque acidis imitantur uitea ſorbis. Coctiſq; frugibus.) Nam fit ex alijs quoque herbis & leguminibus. De his uide Plininium lib.14.capi.16. Et neſcio utrum apud nos.) Græcus ſenarius ſic habet: παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον: id eſt: pinguis uenter, tenuem non parit mentem. Et ſi mauis carmen reddi carmine: Subtile pectus uenter obeſus non parit. Porrò quod Hieronymus ſolicitus eſt de uenuſtate Grecanici carminis, ſciat lector lepòrem eſſe in ambiguitate harum uocum, pinguis & tenuis. Nam pingue ut ſignificat obeſum, ita ſtupidum ac tardum aut hebe-

D tem ſignificat. Item tenue ſignificat macilentum & ſubtile. Nam dicitur tenue corpus. Et Horatius in Satyris, res tenues dixit acutas ac ſubtiles. Cum igitur dicit, ueter pinguis, obeſum ſignificat: cum ait, mentem tenuem, acutam intelligit: & deflexit, alludens tamē interim ad uocem pinguis. Nō calice, ſed concha.) Vergilius: Vt concha bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Eſt autem delicioſius cōcha bibere, quàm calice. Phylacteria.) Dicuntur extremæ ueſtium oræ, quod eam tueantur ac ſeruent: uel potius quod in his ſeruarentur mandata legis inſcripta, ne exciderent animo. Iuſſerat enim Moſes, ut in quatuor angulis palliorum Hebræi hiacynthinas fimbrias facerent: ut ſicut circuncîſio in corpore, ita hoc in ueſte eſſet ſignum Iſrahelitæ. Itaq; ſuperſtitioſi faciebant grandes fimbrias, & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant, ut uel ſic admonerentur cultus diuini. Quanq; phylacteria quidā putāt membranas, in quibus deſcriptum Moyſi decalogum in fronte geſtabāt. Quem morem & ad ſua quoq; tempora duraſſe, ſcripſit Hieronymus in Matthæum. His cœli plagis, hæc quadriga.) Alludit ad quadrigam Heliſæi prophetæ, de qua Reg. 4. capi. 13. Hippocrates.) Extat hoc Hippocratis ſacramentum in libris medicorū: & uulgatius eſt, quàm ut hic ſit referendum. Beatius eſt dare.) Hæc ſententia citatur Actuum cap. 20. in eundem ſenſum à diuo Paulo. De monogamia.) γάμος Græce coniugium uocatur, μόνος ſolus. Non admittitur autem ad ſacerdotium, cui bis ſit ducta uxor, etiam ſi alteram habuerit ante baptiſmum: quanq; antiquitus ſacerdotes nō uocabantur niſi epiſcopi, & ijdē presbyteri, tametſi poſtea presbyteri cœperunt à ſacerdote diſtingui. Et δίγαμοι Græcis dicuntur, quibus bis ducta uxor, non bigami.

ANTIDOTVS. [redacted]

E

ALIVD In eadem, probat legem imperatoriam, qua cautum erat olim, ne monachi aut clerici caperent hæreditates, cū ea tamen iniqua uideatur. Rurſum innuit idem ab Euangelio præcipi, quod leges imperatoriæ iubebant, cum ait: Et quaſi maiora ſint imperatorum ſcita, quàm Chriſti: leges timemus, Euangelia contemnimus.

ALIVD Quod aūt ſequitur: Gloria epiſcopi eſt, pauperū opibus prouidere: ignominia omnium ſacerdotum eſt, proprijs ſtudere diuitijs: nō omnino condemnat ſacerdotes qui diuitias habēt, ſed qui illis ſtudent. Studemus autem ei rei, quā plurimi facimus, quamq; magno conatu nobis parare cōtendimus. Condemnat & epiſcopos, qui in profanos & impios uſus colligunt opes quas in pauperum ſuſtentationem oportebat recondi. Poſtremo in hiſce rebus habenda eſt ratio temporum. Permultum enim intereſt inter primam illam ac rudem Chriſti eccleſiam, & hanc noſtri temporis. Tunc omnibus huius mundi commodis deſtituta, ſolis Chriſti pollebat opibus: atq; his tanto glorioſius florebat, quo longius ab illis aberat. Deinde paulatim acceſſerunt opes, acceſſit principum iam Chriſtianorum fauor: denicq; acceſſit cenſus, acceſſit imperium: quæ res an cum Chriſti philoſophia cohæreant, aliorum eſto iudicium. Nos ſcholia ſcribimus, non dogmata. Certe piarum mentium eſt optare, ut his poſteaquàm contigerunt, poſteaquàm recepta ſunt, ſi non poſſunt abijcere, non ad faſtum ac libidinem, ſed ad publicam eccleſiæ utantur utilitatem, & habeant ueluti non habentes: nec putent ea ad ornandam Chriſti religionem, ſed ad onerandam magis pertinere. Proinde ueteres illi ſancti

uiri

A uiri,quoniam propiores erant apoſtolorum tēporibus,& adhuc ſpirabant purum illū,& nullis mundi bonis inquinatum Chriſtum,permulta ſcripſerunt,ab horum temporum forma longe lateq; diſcrepantia:ueluti Hieronymus,Ambroſius,Bernardus,ut omittam Græcos omneis:quæ tamen non cōuenit ſtatim in calumniam uocare,ſed potius ad uitæ correctionem trahere:& magis habere ſuſpectos mores noſtros,qui tantopere diſſideant à ſanctiſſimorum uirorum monitis, qui Chriſti & apoſtolorum ſequuti decreta: qui Chriſti afflati ſpiritu,ea prodiderunt,cum quibus an noſtra concinant decreta neſcio,certe non concordat uita.Eamq; uitæ rationem inſtituamus,ut non ſit neceſſe Chriſti doctrinam ad noſtros mores,& ad hominum traditiones detorquere: ſed potius ad uerum illud ac ſyncerum Chriſti archetypum,noſtram uitam omnem,noſtraq; inſtituta accommodemus. Neque uero dubito, quin complures ſint bonæ mentis epiſcopi:atque in primis hic noſter Leo decimus,uir omnibus egregij Pōtificis dotibus egregie cumulatus,permulta uideant,quæ uelint mutari:ſed occurſantibus animo tot negocij difficultatibus,uerentur ne parum feliciter tentata remedia,uergant in maius periculum,magis optantes quod optimum ſit,quàm exigentes: & quod ipſi quoq; Paulo iam tum accidit, præſcribentes:non quod Chriſto ſit proximum,ſed quod ab his temporibus poſſit obtineri.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Heliodorum monachum & epiſcopum conſolatur ſuper morte Nepotiani monachi & preſbyteri, ex ſorore nepotis. Ac primum poſt propoſitum argumentum,expatiatur in locum iucundum ac plenum affectibus, de morte à Chriſto deuicta. Deinde conſolationem aggrediens, uarijs exemplis oſtendit,quatenus Chriſtiano ſit in amicorum morte dolendum. Deinde intermiſſa conſolatione, Nepotiani laudes partibus demonſtratiui generis explicat. Poſt regrediens ad intermiſſam conſolationem, oſtenſa miſeria & breuitate huius uitæ, tum autem publica calamitate temporum, hortatur ad contemptum uitæ,& ad morum correctionem.

## HIERONYMI AD HELIODORVM EPItaphium Nepotiani.

B GRandes materias,ingenia parua non ſuſtinēt, & in ipſo conatu ultra uires au-
1 ſa,ſuccumbunt:quantóque maius fuerit,quod dicendum eſt: tanto magis ob-
ruitur,qui magnitudinem rei uerbis non poteſt explicare. Nepotianus meus,
tuus,noſter,imò Chriſti:& quia Chriſti,idcirco plus noſter,reliquit ſenes:deſi
2 derij ſui iaculo uulneratos,& intolerabili dolore cōfectos. Quē hæredem putauimus, fu-
nus tenemus. Cui iam meum ſudabit ingenium? Cui literulæ placere geſtient? Vbi eſt ille
ἐργοδιώκτης noſter,& cygneo canore uox dulcior? Stupet animus,manus tremit,caligāt ocu
3 li,lingua balbutit. Quicq̄d dixero,q̄a ille nō audit,mutū uidetur. Stilus ipſe quaſi diſſen-
tiens,& cera ſubtriſtior,uel rubigine,uel ſitu obducitur. Quotieſcunq; nitor in uerba ꝓ-
rumpere,& ſuper tumulū eius,epitaphij huius flores ſpargere,totiens implētur oculi, &
renouato dolore,totus in funere ſum. Moris quondā fuit,ut ſuper cadauera parentum
4 defunctorū in cōcione ꝓ roſtris laudes liberi dicerēt,& inſtar lugubriū carminū ad fletus
& gemitus audientiū pectora concitarēt. En rerū in nobis ordo mutatus eſt, & in calami-
tatem noſtrā perdidit ſua iura natura. Quod exhibere ſenibus iuuenis debuit, hoc iuueni
exhibemus ſenes. Quid igitur faciam? Iungam tecū lachrymas? Sed Apoſtolus prohibet,
Chriſtianorū mortuos,dormientes uocās. Et dominus in Euāgelio. Nō eſt, inq̄t mortua
5 puella,ſed dormit. Lazarus quoq; q̄a dormierat,ſuſcitatus eſt. Lęter & gaudeā,q̄a raptus
eſt,ne malicia mentē eius mutaret,quia placuerat deo anima illius? Sed inuito & repugnā
ti ꝑ genas lachrymæ fluunt,& inter præcepta uirtutū reſurrectioniſq; ſpem,credulā mē-
6 tem,deſiderij frāgit affectus. O mors quæ fratres diuidis:& amore ſociatos,crudelis ac
7 dura diſſocias. Adduxit urentē uētū dominus de deſerto aſcēdentē,q̄ ſiccauit uenas tuas,
& deſolauit fontē tuū. Deuoraſti q̄dem Ionā,ſed & in utero tuo uiuus fuit. Portaſti quaſi
mortuū,ut tēpeſtas mūdi cōq̄eſceret:& Niniue nr̄a,illius pręconio ſaluarēt. Ille te uicit:il-
8 le te iugulauit. Fugitiuus ꝓpheta,q̄ reliq̄t domū ſuā,dimiſit hęreditatē ſuā, dedit dilectā
aīam ſuā ī manibus q̄rētiū eū. Qui ꝑ Oſee quondā tibi rigidus minabat̄: Ero mors tua ò
mors:ero

C mors: ero morſus tuus inferne. Illius morte, tu mortua es: illius morte, nos uiuimus. De-
uoraſti & deuorata es. Dũq; aſſumpti corporis ſolicitaris illecebra, et auidis faucibus præ-
9 dã putas: interiora tua, adũco dente cõfoſſa ſunt. Gratias tibi Chriſte ſaluator, tua agimus
creatura, quod tã potentẽ aduerſariũ noſtrũ dum occideris, occidiſti. Quid ante miſerius
homine: qui æternæ mortis terrore proſtratus: uiuẽdi ſenſum ad hoc tantũ acceperat, ut
10 periret? Regnauit enim mors ab Adam uſq; ad Moyſen, etiã ſuper eos, qui non peccaue-
runt, in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ. Si Abraham Iſaac & Iacob in inferno, quis in
cœlorum regno? Si amici tui ſub pœna offendẽtis Adam, & qui non peccauerant, alienis
peccatis tenebantur obnoxij: quid de his credendũ eſt qui dixerunt in cordibus ſuis, non
eſt deus? Qui corrupti & abominabiles facti ſunt, in uolũtatibus ſuis? Qui declinauerunt:
ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonũ, nõ eſt uſq; ad unum? Quod ſi Lazarus ui-
detur in ſinu Abrahæ, locoq; refrigerij: quid ſimile infernus & regna cœlorũ? Ante Chri
ſtũ Abrahã apud inferos: poſt Chriſtũ latro in paradiſo. Et idcirco in reſurrectione eius,
multa dormientiũ corpora ſurrexerũt, uiſaq; ſunt in cœleſti Hieruſalẽ. Tuncq; impletũ
11 eſt illud elogiũ: Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Chriſtus. Ioannes Baptiſta
in ęremo perſonat: Pœnitẽtiã agite: appropinquabit enim regnũ cœlorũ. A diebus enim
Ioannis Baptiſtæ regnũ cœlorũ uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Flammea illa rom
phæa cuſtos paradiſi, & præſidentia foribus cherubim, Chriſti reſtincta & reſerata ſunt
ſanguine. Nec mirũ hoc nobis in reſurrectione promitti, cũ omnes qui in carne, nõ ſecun
dum carnẽ uiuimus, municipatũ habeamus in cœlo, & hic adhuc poſitis dicatur in terra:
12 Regnum dei intra uos eſt. Adde quod ante reſurrectionẽ Chriſti, notus tantum in Iudæa
erat deus: in Iſraël magnũ nomen eius. Et ipſi qui nouerant eum: tamen ad inferos trahe-
13 D bantur. Vbi tunc totius orbis homines, ab India uſq; ad Britanniam, à rigida ſeptẽtrionis
plaga, uſq; ad feruores Atlantici oceani, tam innumerabiles populi & tantarum gentium
multitudines. Quam uariæ linguis habitu, tam ueſtis & armis: piſcium ritu ac locuſta-
rum, & uelut muſcæ & culices conterebantur (Abſq; noticia enim ſui creatoris, omnis ho
mo pecus eſt) nũc paſſione Chriſti, & reſurrectione eius, cunctarũ gentium & uoces & li-
teræ ſonant. Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis: quas nationes ſuæ crucis titulo domi
nus dedicauit. Immortalẽ animã, & poſt diſſolutionẽ corporis ſubſiſtẽtem, quod Pytha-
14 goras ſomniauit: Democritus non credidit, in conſolationẽ dãnationis ſuæ: Socrates di-
15 ſputauit in carcere, Indus, Perſa, Gotthus, Aegyptius philoſophantur. Beſſorũ feritas, &
16 pellitorum turba populorũ, qui mortuorum quondam inferijs homines immolabãt, ſtri
18. 17 dorem ſuum in dulce crucis fregerũt melos, & totius mũdi una uox Chriſtus eſt. Quid
agimus anima? Quò nos uertimus? Quid primũ aſſumimus? Quid tacemus? Exciderũt
ne tibi præcepta rhetorũ? & occupata luctu, oppreſſa lachrymis, præpedita ſingultibus:
19 dicẽdi ordinẽ nõ tenes? Vbi illud ab infantia ſtudiũ literarũ, & Anaxagoræ, ac Telamo-
nis ſemper laudata ſententia? Sciebam me genuiſſe mortalẽ. Legimus Crantorem, cuius
uolumen ad confouendũ dolorem ſuum, ſequutus eſt Cicero. Platonis, Diogenis, Clito-
20 machi, Carneadis, Poſidonij ad ſedandos luctus opuſcula percurrimus: qui diuerſis æta
tibus, diuerſorũ luctum, uel libris, uel epiſtolis minuere ſunt conati, ut etiã ſi noſtrum are
ret ingenium, de illorũ poſſet fontibus irrigari. Proponunt innumerabiles uiros, & maxi
21 me Periclem & Xenophontẽ Socraticum, quorum alter amiſſis duobus filijs, coronatus
in concione diſſeruit: alter cum ſacrificans filium audiſſet occiſum depoſuiſſe coronã dici-
tur, & eandem capiti repoſuiſſe, poſtquã fortiter in acie dimicantẽ reperit cõcidiſſe. Quid
memorem Romanos duces, quorũ uirtutibus quaſi quibuſdam ſtellis, Latinæ micant hi
22 ſtoriæ? Puluillus capitolium dedicãs, mortuum ut nunciabatur ſubito filiũ, ſe iuſſit abſen
te ſepeliri. L. Paulus ſeptẽ diebus inter duorum exequias filiorum triumphãs urbem in-
24. 23 greſſus eſt. Prętermitto Maximos, Catones, Gallos, Piſones, Brutos, Scęuolas, Metellos,
Scauros,

6. 25 Scauros,Marios,Craſſos,Marcellos,atq; Aufidios,quorũ non minor in luctu quàm in
A bellis uirtus fuit,& quorũ orbitates in cõſolationis libro Tullius explicauit,ne uidear po
tius aliena q̃ noſtra quæſiſſe. Quanq; & hæc in ſugillationem noſtri breuiter dicta ſint,ſi
non præſtet fides quod exhibuit infidelitas. Igitur ad noſtra ueniamus. Non plangam
27 cum Iacob & Dauid filios in lege morientes,ſed cum Chriſto in euangelio recipiam reſur
gentes. Iudæorum luctus,Chriſtianorum gaudium eſt. Ad ueſperã demorabitur fletus,
28 & ad matutinum lætitia. Nox præceſſit,dies autẽ appropinquauit. Vnde & Moyſes mo
riens plangitur,Ieſus abſq; funere & lachrymis in mõte ſepelitur. Quicquid de ſcripturis
ſuper lamentatione dici poteſt,in eo libro quo Paulam Romæ conſolati ſumus, breuiter
explicauimus. Nunc nobis per aliam ſemitam ad eundem locum perueniendum eſt,ne ui
deamur præterita & abolita quondam calcare ueſtigia. Scimus quidem Nepotianũ no
ſtrum eſſe cũ Chriſto,& ſanctorum mixtum choris,quod hic nobiſcum eminus rimabat̃
in terris,& æſtimatione quærebat,ibi uidentem cominus dicere: Sicut audiuimus,ſic & ui
dimus,in ciuitate domini uirtutũ,in ciuitate dei noſtri,ſed deſideriũ abſentiæ eius ferre nõ
poſſumus: non illius,ſed noſtrã uicem dolentes. Quanto ille felicior: tãto amplius nos in
29 dolore,quod tali caremus bono. Flebãt & ſorores Lazarum,quem reſurrecturum noue-
rant. Et ut ueros hominis exprimeret affectus: ipſe ſaluator plorauit quem reſuſcitaturus
erat. Apoſtolus quoq; eius qui dixit: Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Et alibi: Mihi uiue
re Chriſtus eſt,& mori lucrũ: gratias agit,quod Epaphras de mortis ſibi uicinia redditus
ſit,ne haberet triſticiã ſuper triſticiã,nõ incredulitatis metu,ſed deſiderio charitatis. Quã-
to magis tu & auũculus & epiſcopus,hoc eſt,& in carne & in ſpiritu pater: doles abeſſe ui
ſcera tua,& quaſi à te diuulſa ſuſpiras? Sed obſecro,ut modũ adhibeas in dolore, memor
illius ſententiæ: Ne quid nimis: Obligatoq; parumper uulnere,audias laudes eius cuius
B ſemper uirtute lætatus es. Nec doleas,quod talẽ amiſeris,ſed gaudeas,quod talẽ habue-
30 ris. Et ſicut hi qui in breui tabella terrarũ ſitus pingunt, ita in paruo iſto uolumine cernas
adumbrata,nõ expreſſa ſigna uirtutũ: Suſcipiaſq; à nobis nõ uires,ſed uoluntatẽ. Præ
cepta ſunt rhetorum,ut maiores eius qui laudandus eſt,& eorũ geſta altius repetant̃,ſicq;
ad ipſum per gradus ſermo perueniat: quo uidelicet, auitis paternisq; uirtutibus illu-
ſtrior fiat,& aut nõ degeneraſſe à bonis,aut mediocres ipſe ornaſſe uideat̃. Ego carnis bo
na,quæ ſemper & ipſe cõtempſit,in animæ laudibus nõ requiram: Nec me iactabo de ge
31 nere,id eſt,de alienis bonis,cũ Abraham & Iſaac ſancti uiri: Iſmaëlẽ,& Eſau peccatores ge
nuerint. Et è regione,Iepte in catalogo iuſtorũ,Apoſtoli uoce numeratus, de meretrice ſit
natus. Anima,inquit,quæ peccauerit,ipſa morietur. Ergo quæ non peccauerit: ipſa uiuet.
Nec uirtutes,nec uitia parentũ,liberis imputant̃. Ab eo tẽpore cenſemur,ex quo in Chri-
ſto renaſcimur. Paulus perſequutor eccleſiæ,& mane lupus rapax,Beniamin,ad ueſperã
32 diuidit eſcam,Ananiæ oui ſubmittens caput. Igitur & Nepotianus noſter,quaſi infantu-
lus uagiens: & rudis puer,ſubito nobis,quaſi de Iordane naſcat̃. Alius forſitan ſcriberet,
quod ob ſalutẽ illius orientem eremumq; dimiſeris,& me chariſſimũ ſodalẽ tuũ,redeũdi
ſpe lactaueris,ut primũ,ſi fieri poſſet,ſororem cũ paruulo uiduã: deinde ſi conſiliũ illa re-
ſpueret: ſaltem nepotem dulciſſimũ cõſeruares. Hic eſt enim ille de quo tibi quondam ua-
ticinatus ſum: licet paruulus ex collo pẽdeat nepos. Referret,inquã,alius,quod in palatij
militia,ſub chlamyde & cãdenti lino,corpus eius cilicio tritũ ſit,quod ſtans ante ſeculi po
teſtates,lurida ieiunijs ora portauerit,quod adhuc ſub alterius indumẽtis,alteri militaue-
rit,& ad hoc habuerit cingulũ,ut uiduis,pupillis,orphanis,oppreſſis, miſeriſq; ſubueni-
33 ret. Mihi non placent dilationes iſtæ imperfectæ ſeruitutis dei: Et Centurionẽ Corneliũ,
ut lego iuſtũ: ſtatim audio baptizatum. Verũtamen uelut incunabula quædam naſcentis
fidei comprobemus,ut qui ſub alienis ſignis deuotus miles fuit,donandus laurea ſit,poſt
quàm ſuo regi cœperit militare. Baltheo poſito habituq; mutato,quicquid caſtrẽſis pecu

lij fuit:

C lij fuit:in pauperes erogauit. Legerat enim: Qui uult perfectus eſſe:uendat omnia quæ ha
bet,& det pauperibus,& ſequatur me. Et iterum: Nō poteſtis duobus dominis ſeruire,
deo & mammonæ. Excepta uili tunica,& operimēto pari,quo tecto tantum corpore,fri-
gus excluderet,nihil ſibi amplius reſeruauit. Cultus ipſe,prouinciæ morem ſequens,nec
mūdicijs,nec ſordibus notabilis erat. Cūq; arderet quotidie, aut ad Aegypti monaſteria
34 pergere,aut Meſopotamiæ inuiſere choros,uel certe inſularū Dalmatiæ,quæ Altino tan
tum freto diſtāt:ſolitudines occupare:auunculū pontificē deſerere nō audebat, tot in illo
cernens exempla uirtutū:domiq; habens unde diſceret. In uno atq; eodē, & imitabať mo
nachum,& epiſcopū uenerabatur. Nō,ut pleriſq; accidere ſolet,aſſiduitas familiaritatē,fa
miliaritas contemptum illius fecerat,ſed ita eum colebat, quaſi parentem: ita admirabať,
quaſi quotidie nouū cerneret. Quid multa? Fit clericus,& per ſolitos gradus presbyter
ordinatur. Ieſu bone,qui gemitus,qui eiulatus,quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorum
omnium. Tum primū & ſolum auunculo iratus eſt. Querebatur ſe ferre nō poſſe,& iuue
nilem ætatem incongruā ſacerdotio cauſabatur. Sed quanto magis repugnabat,tāto ma-
gis in ſe ſtudia omniū concitabat:& merebatur negando,quod eſſe nolebat:eoq; dignior
35 erat,quo ſe clamabat indignū. Vidimus Timotheum noſtri temporis,& canos in ſapien-
tia,electumq; à Moyſe presbyterū,quem ipſe ſciret eſſe presbyterum. Igitur clericatū nō
honorem intelligens,ſed onus:primam curā habuit,ut humilitate ſuperaret inuidiā. De-
inde ut nullā obſcœni in ſe rumoris fabulā daret,ut qui mordebantur ad ætatem eius,ſtu
perent ad continentiā,ſubuenire pauperibus,uiſitare languētes,prouocare hoſpitio,leni-
re blanditijs,gaudere cū gaudentibus:flere cū flentibus. Cæcorum baculus,eſurientiū ci-
bus,ſpes miſerorum,ſolamen lugentiū fuit. Ita in ſingulis uirtutibus eminebat,quaſi cæ-
teras nō haberet. Inter presbyteros & coæquales, primus in opere, extremus in ordine.
D Quicquid boni fecerat,ad auunculū referebat. Si quid forte aliter euenerat ꝙ putarat,illū
neſcire,ſe erraſſe dicebat. In publico epiſcopū,domi patrem nouerat:grauitatē morū, hila
ritate frontis temperabat. Gaudiū in riſu,nō cachinnum intelligeres. Virgines & uiduas
Chriſti,honorare ut matres,hortari ut ſorores, cū omni caſtitate. Iam uero poſtꝙ domū
ſe cōtulerat,& relicto foris clerico,duritiæ ſe tradiderat monachorum:creber in orationi-
bus:uigilans in precādo. Lachrymas deo,nō hominibus offerebat,ieiunia in aurigæ mo-
dum pro laſſitudine & uiribus corporis attemperabat. Menſæ auūculi intererat,& ſic ap
poſita quæq; libabat,ut & ſuperſtitionē fugeret,& continentiam ſeruaret. Sermo eius per
omne conuiuiū de ſcripturis aliquid proponere,libēter audire,reſpōdere uerecūde, recta
ſuſcipere,praua nō acriter confutare,diſputantē cōtra ſe magis docere,ꝙ uincere. Et inge
nuo pudore,qui ornabat ætatem,quid cuius eſſet,ſimpliciter cōfiteri. Atq; in hūc modū
eruditionis gloriā declinando,eruditiſſimus habebať. Illud,aiebat, Tertulliani, iſtud Cy-
36 priani,hoc Lactātij,illud Hilarij eſt. Sic Minutius Felix:ita Victorinus, in hunc modum
eſt loquutus Arnobius. Me quoq;,quia pro ſodalitate auūculi diligebat,interdum profe
rebat in mediū. Lectioneq; aſſidua,& meditatione diuturna:pectus ſuū bibliothecam fe-
cerat Chriſti. Quoties ille tranſmarinis epiſtolis deprecatus eſt,ut aliquid ad ſe ſcriberem?
37 Quoties nocturnum de euāgelio petitorem,& interpellatricem duri iudicis mihi uiduam
exhibuit? Cumq; ego ſilentio magis ꝙ literis denegarem,& pudore reticentis, pudorem
ſuffunderem poſtulantis:auunculū mihi oppoſuit precatorem,qui & liberius pro alio pe
teret,& pro reuerētia ſacerdotij facilius impetraret. Feci ergo quod uoluit,& breui libel-
lo,amicitias noſtras æternæ memoriæ cōſecraui. Quo ſuſcepto,Crœſi opes,& Darij diui
tias ſe uiciſſe iactabat. Illū oculis,illū manibus,illū ſinu, illū ore tenebat. Cumq; in ſtratu
frequēter euolueret,ſuper pectus ſoporati,dulcis pagina decidebat. Si uero peregrinorū,
ſi amicorum quiſpiā uenerat,lætabatur noſtro ſuper ſe teſtimonio. Et quicquid minus in
opuſculo erat,diſtinctione moderata,& pronūciationis uarietate pēſabat,ut in recitando

illo,

A illo,ipſe uel placere quotidie,uel diſplicere uideretur. Vnde hic feruor,niſi ex amore dei?
Vnde legis Chriſti indefeſſa meditatio,niſi ex deſiderio eius qui legẽ dedit? Alij nummũ
38 addant numo,& marſupiũ ſuffocantes:matronarũ opes uenentur obſequijs:ſint ditiores
monachi,quàm fuerant ſeculares:poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locu-
plete diabolo nõ habuerãt:& ſuſpiret eos eccleſia diuites,quos tenuit mundus ante men-
dicos. Nepotianus noſter aurũ calcans,ſchedulas conſectatur. Sed ſicut ſui in carne cõtẽ-
ptor eſt,& paupertate incedit ornatior:ita totũ animæ inueſtigat ornatum. Ad compa
rationem quidem ſuperiorũ modica ſunt,quæ dicturi ſumus,ſed & in paruis idẽ animus
oſtenditur. Vt enim creatorẽ non in cœlo tantum miramur,& terra,ſole,oceano, elephã-
tis,camelis,equis,bubus,pardis,urſis,leonibus, ſed & in minutis quoq; animalibus for-
39 mica,culice,muſcis,uermiculis,& iſtiuſmodi genere,quorũ magis ſcimus corpora quàm
nomina, eãdemq; in cũctis ueneramur ſolertiã:ita mẽs Chriſto dedita,æque & in maiori-
bus,& in minoribus intẽta eſt,ſciens etiã pro ocioſo uerbo,reddendã eſſe rationẽ. Erat er-
go ſolicitus,ſi niteret altare,ſi parietes abſq; fuligine,ſi pauimẽta terſa, ſi ianitor creber in
porta,uela ſemper in oſtijs,ſi ſacrariũ mundum,ſi uaſa luculenta,& in omnes ceremonias
pia ſolicitudo diſpoſita,nõ minus nõ maius negligebat officium. Vbicunq; eum quære-
res,in eccleſia inuenires. Nobilẽ uirũ. Q. Fabiũ miratur antiquitas, qui etiã Romanæ ſcri
ptor hiſtoriæ eſt,ſed magis ex pictura quàm ex literis nomẽ inuenit:& Beſelehel noſtrum
40 plenum ſapientia & ſpiritu dei,ſcriptura teſtatur. Hyrã quoq; filiũ mulieris Tyriæ, quod
alter tabernaculi,alter tẽpli ſupellectilẽ fabricati ſint. Quomõ enim lætæ ſegetes & ube-
res agri,interdũ culmis,ariſtiſq; luxuriant:ita pręclara ingenia & mens plena uirtutibus
in uariarum artiũ redũdat elegantiam. Vnde & apud Græcos philoſophus ille laudatur,
qui omne quo uteretur uſq; ad pallium & anulũ,manu ſua factum gloriatus eſt. Hoc idẽ
41 poſſumus,& de iſto dicere,qui baſilicas eccleſiæ,& martyrũ cõciliabula, diuerſis floribus
B & arborum comis,uitiumq; pampinis adumbrarit,ut quicquid placebat in eccleſia,tã di-
ſpoſitione quàm uiſu:preſbyteri laborẽ & ſtudium teſtaretur. Macte uirtute,cuius ta
lia principia,qualis finis erit? O miſerabilis humana conditio,& ſine Chriſto uanũ omne
quod uiuimus. Quid te ſubtrahis? quid tergiuerſaris oratio? Quaſi enim mortẽ illius dif-
ferre poſſimus, & uitam facere longiorẽ,ſic timemus ad ultimum peruenire. Omnis caro
fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos fœni. Vbi nũc decora illa facies,ubi totius corpo-
42 ris dignitas,quo ueluti pulchro indumẽto,pulchritudo animæ ueſtiebatur? Marceſcebat
proch dolor flante auſtro lilium,& purpura uiolæ,in pallorẽ ſenſim migrabat. Cũq; fe-
bribus æſtuaret,& uenarũ fontes hauriret calor,laſſo anhelitu triſtem auunculum cõſola
batur. Lætus erat uultus,& uniuerſis circa plorãtibus ſolus ipſe ridebat. Proijcere palliũ,
manus extẽdere,uidere quod alij nõ uidebant,& quaſi in occurſum ſe erigẽs, ſalutare ue-
nientes. Intelligeres illũ non emori,ſed emigrare:& mutare amicos,nõ relinquere. Voluũ
tur per ora lachrymæ,& obfirmato animo,nõ queo dolorẽ diſſimulare quẽ patior. Quis
crederet in tali illũ tempore noſtræ neceſſitudinis recordari,& luctante anima,ſtudiorum
ſcire dulcedinẽ? Apprehenſa auunculi manu,hanc,inquit,tunicam qua utebar in miniſte-
rio Chriſti,mitte dilectiſſimo mihi,ætate patri, fratri collegio:& quicquid à te nepoti de-
43 bebatur affectus,in illũ transfert quẽ mecũ pariter diligebas. Atq; in talia uerba defecit,
auũculi manũ,mei recordatione cõtrectãs. Scio,quod nolueris amorẽ in te ciuium ſic pro
bare,& affectũ patriæ magis quæſiſſe in proſperis. Sed huiuſcemodi officium in bonis iu-
cundius eſt:in malis gratius. Tota hunc ciuitas, tota plãxit Italia. Corpus terra ſuſcepit,
anima Chriſto reddita eſt. Tu nepotẽ quærebas:Eccleſia ſacerdotẽ. Præceſſit te ſucceſſor
tuus. Quod tu eras,ille poſt te iudicio omniũ merebat. Atq; ita ex una domo duplex põ-
tificatus egreſſa eſt dignitas,dum in altero gratulatio eſt,quod tenuerit:in altero mœror,
quod raptus ſit,ne teneret. Platonis ſententia eſt,omnem ſapiẽtium uitam, meditatio-

c nem eſſe

44 C nem eſſe mortis. Laudant hoc philoſophi, & in cœlũ uſq; ferunt. Sed multo fortius Apo
ſtolus: Quotidie, inquit, morior per gloriam noſtram. Aliud eſt enim conari, aliud agere,
aliud uiuere moriturũ, aliud mori uicturum. Ille moriturus eſt ex gloria, iſte moritur ſem-
per ad gloriam. Debemus igitur, & nos animo premeditari, quod aliquãdo futuri ſumus
& quod uelimus nolimus, abeſſe longius non poteſt. Nã ſi nongentos uitæ excederemus
45 annos, ut ante diluuium uiuebat humanũ genus, & Mathuſalem nobis tempora donarẽ-
tur: tamen nihil eſſet præterita longitudo, quæ eſſe deſiſſet. Etenim inter eũ qui decem ui-
xit annos, & cum qui mille: poſtquam idem uitæ finis aduenerit: & irrecuſabilis mortis
neceſſitas, tranſactum omne tantundem eſt: niſi quod ſenex magis onuſtus peccatorum
46 faſcę proficiſcitur. Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui, Prima fugit, ſubeunt
morbi, triſtiſq; ſenectus, Et labor, & duræ rapit inclementia mortis. Neuius poëta: Pa-
ti, inquit, neceſſe eſt multa mortalẽ mala. Vnde & Niobam, quia multũ fleuerit, in lapidẽ
& diuerſas beſtias commutatam finxit antiquitas. Et Heſiodus natales hominum plan-
47 gens, gaudet in funere, prudẽterq;. Ennius, Plebes, ait, in hoc regi anteſtat loco, licet La
chrymaræ plebi, regi honeſte nõ licet. Vt regi, ſic epiſcopo, imò minus epiſcopo quàm
regi. Ille enim nolẽtibus præeſt, hic uolẽtibus: ille terrore ſubijcit: hic ſeruituti donatur: ille
corpora cuſtodit ad mortẽ, hic animas ſeruat ad uitã. In te oculi omniũ dirigũtur, domus
tua, & conuerſatio, quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ. Quicquid
feceris, id ſibi omnes faciendũ putãt. Caue ne cõmittas, quod aut qui reprehẽdere uolũt,
digne laceraſſe uideantur: aut qui imitari, cogantur delinquere. Vince quantũ potes, imò
plus quàm potes, mollicię animi tui, & ubertim fluentes lachrymas reprime, ne grãdis pi-
etas in nepotẽ, apud incredulas mentes, deſperatio putetur in deum. Deſiderãdus eſt tibi
quaſi abſens, non quaſi mortuus: ut illũ expectare, non amiſiſſe uidearis. Verum quid
D ago: medens dolori quẽ iam reor, & tempore & ratione ſedatum, ac non potius replico ti-
bi uicinas regũ miſerias, & noſtri temporis calamitates, ut non tam plangẽdus ſit, qui hac
luce caruerit, quàm gratulandũ ei, qui de tantis malis euaſerit? Conſtantius Arianæ fau-
48 tor hæreſeos, dum contra inimicũ paratur, & concitus fertur ad pugnã: in Mopſi uiculo
moriens, magno dolore hoſti reliquit imperiũ. Iulianus proditor animæ ſuæ, & Chriſtia-
49 ni iugulator exercitus, Chriſtũ ſenſit in Media, quem primũ in Gallia denegarat, dumq;
Romanos propagare uult fines, perdidit propagatos. Iouinianus guſtatis tãtum imperia
libus bonis, fœtore prunarũ ſuffocatus interijt: oſtendẽs omnibus, quid ſit humana potẽ
tia. Valentinianus uaſtato genitali ſolo, & inultam patriã derelinquẽs, uomitu ſanguinis
50 extinctus eſt. Huius germanus Valens Gotthico bello uictus in Thracia: eundem locũ &
mortis habuit, & ſepulchri. Gratianus ab exercitu ſuo proditus, & ab obuijs urbibus nõ
51 receptus, ludibrio hoſti fuit, cruẽtæq; manus ueſtigia, parietes tui Lugdune teſtãtur. Ado
leſcens Valentinianus & penè puer, poſt fugã, poſt exilia, poſt recuperatũ multo ſangui-
ne imperiũ, haud procul ab urbe fraternæ mortis conſcia, necatus eſt: & cadauer exanime
ſuſpendio infamatũ. Quid loquar de Procopio, Maximo, Eugenio, qui utiq; dum rerum
potirentur, terrori gentibus erãt? Omnes capti ſteterũt ante ora uictorum, & (quod potẽ
tiſſimis quondam, miſerrimum eſt) prius ignominia ſeruitutis, quàm hoſtili mucrone cõ-
foſſi ſunt. Dicat aliquis: Regum talis conditio eſt, feriuntq; ſummos fulgura montes. Ad
priuatas ueniam dignitates, nec de his loquar qui bienniũ excedũt, atque, ut cæteros præ
termittam, ſufficit nobis trium nuper cõſularium diuerſos exitus ſcribere. Abundantius
52 egens Pityunte exulat. Ruffini caput pilo Conſtantinopolim geſtatum eſt, & abſciſſa ma
nus dextera ad dedecus inſatiabilis auaricię, oſtiatim ſtipem mẽdicauit. Timaſius præcipi
tatus repẽte de altiſſimo dignitatis gradu, euaſiſſe ſe putat, quod Aſſę uiuit inglorius. Nõ
calamitates miſerorũ, ſed fragilem humanæ conditionis narro ſtatum. Horret animus tẽ-
porum noſtrorũ ruinas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtanti-

nopolim,

53 nopolim,& alpes Iulias, quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam,Thraciã,Ma-
A cedoniam,Dardaniam,Daciam,Theſſalonicam,Achaiam,Epiros,Dalmaciam , cũctasq;
54 Pannonias Gotthus,Sarmata,Quadus,Alanus,Hunni,Vuandali,Marcomanni,uaſtãt,
trahũt,rapiũt.Quot matronæ,quot uirgines dei,& ingenua nobiliaq; corpora,his beluis
fuere ludibrio? Capti epiſcopi,interfecti presbyteri,& diuerſorũ officia clericorum. Sub-
uerſæ eccleſiæ,ad altaria Chriſti ſtabulati equi,martyrum effoſſæ reliquiæ. Vbiq; luctus,
ubiq; gemitus,& plurima mortis imago.Romanus orbis ruit,& tamen ceruix noſtra ere-
cta non flectitur.Quid putas nũc animi habere Corinthios,Athenienſes , Lacedæmonios,
Arcadas,cunctamq; Græciam,quibus imperant barbari?Et certe paucas urbes nomina-
ui,in quibus olim fuere regna non modica.Immunis ab his malis uidebatur oriens,& tan
tum nuncijs conſternatus.Ecce tibi anno præterito ex ultimis Caucaſi rupibus immiſſi in
nos,non iam Arabiæ,ſed ſeptentrionis lupi,tantas breui prouincias percurrerunt. Quot
monaſteria capta?Quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa An-
55 tiochia,& urbes reliquæ quas Halis,Cydnus,Orontes, Euphratesq; præterfluũt:Tracti
greges captiuorum:Arabia,Phœnice,Palæſtina,Aegyptus timore captiuæ. Non mihi
ſi linguæ centum ſint,oraq; centum: Ferrea uox: Omnia pœnarũ percurrere nomina
poſſim.Neq; enim hiſtoriã propoſui ſcribere,ſed noſtras breuiter flere miſerias.Alioquin
ad hæc merito explicanda, & Thucydides & Saluſtius muti ſint. Felix Nepotianus,qui
hæc non uidet,felix qui hæc non audit.Nos miſeri,qui aut patimur , aut patientes fratres
noſtros tanta perſpicimus.Et tamen uiuere uolumus,eosq; qui his carent, flendos potius
quàm beatos putamus.Olim offenſum ſentimus,nec placamus,deũ.Noſtris peccatis bar
bari fortes ſunt. Noſtris uitijs Romanus ſuperatũ exercitus,& quaſi nõ hæc ſufficerẽt cla-
56 dibus,plus penè bella ciuilia,quàm hoſtilis mucro conſumpſit.Miſeri Iſraëlitæ,ad quorũ
comparationem Nabuchodonoſor ſeruus dicitur.Infelices nos , qui tantum diſplicemus
B deo,ut per rabiem barbarorum,illius in nos ira deſæuiat.Ezechias agit pœnitentiã,& cen
tumoctogintaquinq; milia Aſſyriorũ ab uno angelo,una nocte deleta ſunt. Ioſaphat lau-
des domini concinebat,& dominus pro laudante ſuperabat.Moyſes contra Amalech,nõ
gladio,ſed oratione pugnauit. Si erigi uolumus , proſternamur. Proh pudor,& ſtolida
uſq; ad incredulitatem mens.Romanus exercitus , uictor orbis & dominus:ab his uinci-
tur,hos pauet,horum terretur aſpectu,qui ingredi non ualent. Qui ſi terram tetigerint,ſe
57 mortuos arbitrantur.Et non intelligimus prophetarum uoces : Fugient mille uno perſe-
quente?Nec amputamus cauſas morbi,ut morbus pariter auferatur:ſtatimq; cernamus
ſagittas,pilis:tiaras,galeis:caballos,equis cedere. Exceſſimus conſolandi modũ,& dum
unius mortem flere prohibemus,totius orbis mortuos planximus.Xerxes ille rex poten
tiſſimus,qui ſubuertit montes,maria conſtrauit,cum de ſublimi loco infinitam hominum
multitudinem,& innumerabilem uidiſſet exercitum:fleſſe dicitur,quod poſt centũ annos
nullus eorum, quos tunc cernebat , ſuperfuturus eſſet.O ſi poſſemus in talem aſcendere
ſpeculam,de qua uniuerſam terram ſub noſtris pedibus cerneremus.Iam tibi oſtenderem
totius orbis ruinas,gentes gẽtibus,& regnis regna colliſa,alios torqueri,alios necari,alios
abſorberi fluctibus,alios ad ſeruitutem trahi:hic nuptias , ibi planctum : illos naſci , iſtos
mori:alios affluere delitijs,alios mendicare:& non Xerxis tantum exercitum , ſed totius
mundi homines qui nunc uiuunt,in breui ſpacio defuturos.Vincitur ſermo rei magnitu-
dine,& minus eſt omne quod dicimus.Redeamus igitur ad nos , & quaſi è cœlo deſcen-
58 dentes,pauliſper noſtra uideamus. Sentis ne obſecro te , quando infans , quando puer,
quando iuuenis , quando robuſtæ ætatis , quando ſenex factus ſis? Quotidie morimur,
quotidie cõmutamur,& tamen æternos nos eſſe credimus.Hoc ipſum quod dicto, quod
ſcribitur,quod relego,quod emendo,de uita mea tollitur.Quot puncta notarij,tot meo-
rum damna ſunt temporum.Scribimus atque reſcribimus , tranſeunt maria epiſtolæ , &

C ſcindente ſulcum carina, per ſingulos fluctus ætatis noſtræ momenta minuuntur. Solum habemus lucri, quod Chriſti nobis amore ſociamur. Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non zelatur, non agit perperam, non inflatur, omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat: omnia patitur. Charitas nunquam excidit. Hæc ſemper uiuit in pectore, ob hanc Nepotianus noſter abſens præſens eſt, & per tanta terrarum ſpacia diuiſos, utraq; complectitur manu. Habemus mutuæ obſidem charitatis. Iungamur ſpiritu: ſtringamur affectu, & fortitudinem mentis, quam beatus papa Chromatius oſtendit in dormitione germani, nos imitemur in filio. Illum noſtra pagella decantet, illum noſtræ literæ ſonent. Quem corpore non ualemus, recordatione teneamus. Et cum quo loqui non poſſumus, de eo loqui nunquam deſinamus.

## SCHOLIA.

STilus eſt, cuiuſmodi fermè in cæteris epiſtolis, ardens ac uarius. Compoſitio, commatis, co-
lis, ac periodis ubiq; rotunda. Schematis præcipue gaudet, contrarijs, & cõtentionibus. Ad-
nominationes rarius adhibet, ſed aptiſſimas. Sententias ubiq; captat, ſed feliciter: præſertim
in clauſulis epiphonematis loco. Tranſitiones crebras habet, propterea quod diuerſis ex re-
bus, diuerſiſq; autoribus, ueluti centones ac rhapſodias concinnat. Nec eas tamen ocioſas, aut frigidas
eſſe ſinit: ſed locis cõmunibus, affectibus, ac ſententijs explet. Totus hic eſt in affectibus illis grauiori-
bus, quos πάθη uocant. Vnde ſæpenumero figuris tragœdiarũ utitur. SI GENVS argumenti re-
quiras, epitaphion eſt. Differt aũt epitaphion autore Seruio, ab Epicedio, quod hoc in funere ſoleat ad-
hiberi, illud poſt ſepulturã. Vtraq; uox Græca eſt. Nam τάφος ſepulchrũ eſt, κῆδος dolor, quibus acce-
dit præpoſitio ἐπί. Mixtum eſt hoc genus, ex eo quod appellant ἐπιδεικτικόν ſiue ἐγκωμιαστικόν, id eſt, de-
monſtratiuum, aut laudatoriũ, & ex eo quod παραμυθητικόν, id eſt, conſolatoriũ uocant. Nã æquiore ani-
1 mo ferimus mortẽ noſtrorũ, ſi cum laude deceſſerint. Grãdes materias.) Pars eſt exordialis, reddit eñi
attentiores, cũ ſtatim oſtẽdit rei magnitudinẽ tantam, ut ingenio cõſequi nõ poſſit. Sufferunt.) Trãſ-
latum eſt ab ijs qui onus in humeros ſuſcipiũt. Alluſit autẽ ad Horatianũ illud in arte poëtica: Quæ-
D rite materiam, ueſtris qui ſcribitis aptam. Viribus, & uerſate diu, quid ferre recuſent, Quid ualeãt hu-
meri. Explicare.) Explicamus non tantum, cum quod ſentimus uerbis efferimus, uerumetiam cum
rem difficilem expedimus, conficimuſq;. Nepotianus.) Hæc eſt propoſitio, ſummam argumẽti cõ-
plectens, non nuda tamen, ſed ardens affectibus. Nam totum hoc genus in affectibus eſt poſitum.
Meus, tuus, noſter.) Hæc inciſa, uelut à ſingultiente pronunciãtur. Habẽt autẽ Emphaſim ſingula.
Primum enim per ſe grauis emphaſis eſt in nominibus ꝓprijs, quod genus, ſi quis dicat: O rem nouã,
Tartareto non placet Ciceronis oratio. Tum illud apud Quintilianum lib. 1. cap. de uſu argumentorũ.
Quint. Varius Succonenſis, ait: Aemilium Scaurum rem po. Ro. prodidiſſe. Aemilius Scaurus negat.
Meus autẽ & tuus, noſter, affectuũ pronomina ſunt. Imò Chriſti.) Duplex correctio eſt. Nã perinde
quaſi præ dolore perperam uocaſſet ſuum, addit Chriſti: Idq; rurſum corrigit ſubijciens: Et tanto plus
noſter. Propterea quod in illo nihil aliud amarent, quàm ipſum Chriſtum: qui quidem amor, demũ eſt
2 Chriſtianus. Reliquit ſenes.) πάθος eſt, à circunſtãtia ætatis. Nam iuuenum mors, miſerabilior ac
flebilior eſſe conſueuit: propterea, quod immatura, præſertim ſenibus: quorum omne ſolatium eſt in
nepotibus. Iaculo uulneratos.) Addit δείνωσιν metaphora. Genus autem hoc affectus, à definitione
uocat Macrobius, Satur. lib. 4. Quem hæredem.) Epiphonema eſt, quo concluſit exordium. Cui
iam meum.) Excurrit ſuo more poſt expoſitionem, in campum iucundis ac pijs affectibus plenum, ex-
aggerans mortis ſæuitiam ac tyrannidem, ut magis appareat quantum debeamus Ieſu Chriſto, qui ſo-
lus eam ſua morte domuit. Habent autem affectum deſiderantis & interrogationes figuratæ. Ouidius:
Cui colar infelix? Deſudabit.) Metaphora à corpore ad animum deflectens uocem. Geſtient.)
Duplex eſt metaphora: ut, Ferrumq; armare ueneno. Nam cupere literulas, translaticium erat: geſtire
uero quod eſt corporis, bis translaticium eſt. διώκτης.) Id eſt, ſectator. Nam διώκειν ſectari, ſiue per-
ſequi ſignificat. Ambiguum uerbum, quemadmodum & apud Latinos, Porrò Nepotianus adeo ſtu-
dioſus erat æmulandi Hieronymum, ut moriens etiam illius uerba referret, ſicuti mox indicabimus.
Quanquam hoc ſanè loco legendum arbitror, ἐργοδιώκτης, hoc eſt operis exactor, quod is urgeret Hie-
ronymum, & impelleret ad ſcribendum. Quodq; extorſerat, adamabat, & uoce ſua commendabat
alijs. Ambroſius notarios ac librarios ſuo ſumptu ſuppeditabat Origeni, ſcribenti commentarios
in ſacras literas, quotidie ceu penſum ab eo exigens, unde Origenes in quadam epiſtola uo-
cat eum ἐργοδιώκτην. Ita Hieronymus in Hippolyto. Nam illic ex Sophronio Græco uocem hanc
3 reſtituimus. Cygneo.) De Cygni cantu, ſuperius dictum eſt. Vſus eſt autem Græca poſſeſſiui uo-
ce, quod Cygnus Græca ſit dictio κύκνος, unde κύκνειος. Nam Latina ſunt, olor, & olorinus. Stu-
pet animus &c.) Commota ſunt, & ἀσύνδετα. Deinde comparia, quæ ſchemata mire conueniunt affe-
ctibus

A ctibus. Deinde diſtributionem habent iucundiſſimam, cum animo tribuit ſtuporem, manibus tre-
morem, oculis caliginem, linguæ balbutiem. Solent autem hæc in immodico dolore accidere. Mu
tum.) Infans & incloquens uocat. Suggerit enim facundiam auditor quoque. Stilus ipſe.) Auda
cem & hyperbolicam metaphoram mitigauit adiungens, quaſi. Quanquam hanc quoq; Fabius per-
mittit grauioribus affectibus. Rubigi. uel ſitu.) Rubiginē ad ſtilū, qui ferreus eſſe conſueuit, re-
fert: ſitum ad ceram. Nam olim in tabulis ceratis ſcribebant. Epitaphij flores.) Allegoria erat, niſi
epitaphij, hoc eſt, propriam uocem admiſcuiſſet. Porrò mos erat antiquis coronare defunctorum py
ramides, ac ſepulchris flores, præcipue uiolas, ob colorem ferrugineum, & cupreſſi frondes inſperge
re. Vnde Perſianum illud: Non nunc è tumulo, non nunc è manibus illis, Naſcentur uiolæ. Et Pru-
dentius in exequiuali carmine. Nos tecta fouebimus oſſa, Violiſq; & fronde perenni. Hoc autē loco
palàm oſtendit epitaphium eſſe, non epicedium. At tota hæc ὑποτύπωσις eò ſpectat, ut exaggeret,
quod dixerat deſiderij iaculo uulneratos. Moris.) Pathos eſt à modo rei. Nam præpoſterum eſt,
ut parentes ſuperſint liberis, eoq; acerbius. Lugubrium.) Quas Nænias uocant. Vnde Hora-
4 tius: Abſint inani funere Næniæ. Extat in hoc genere oda huius: Quis deſiderio ſit pudor aut mo-
dus? Extant aliquot Statij epicedia. Extat Daphnis Vergiliana, & apud Theocritum Adonidis epi-
taphium. En.) Hic non demonſtrantis eſt, ſed affectui ſeruit. Quod exhibui &c.) Elegans eſt,
ἀντιμεταβολὴ, id eſt, commutatio. Non edunt, ut uiuant: ſed uiuunt, ut edant. Quid igitur faciā?)
Schemata, ſubiectio, ac dubitatio, ſimulq; dilemma. Nam utranq; partem refellit. Siquidem & dole-
re prohibet fides, & gaudere non ſinit dolor. Dormientes.) Eſt in prima ad Theſſalon. epiſt. cap. 4.
Nolumus uos ignorare de dormientibus. Item primæ ad Corinth. capi. 15. Ergo qui dormierunt in
Chriſto, perierunt. Atq; inibi paulo poſt: Nunc autem reſurrexit Chriſtus à mortuis, primitiæ dor-
mientium. Non eſt mortua.) Eſt apud Matthæum cap. 9. Cum Ieſus diſcuſſa lugentium ac tumul
tuantium turba, principis filiam ad uitam reuocat. Non erat mortua Chriſto, cui facilius erat excita-
5 re mortuam, quàm cuiquam mortalium expergefacere dormientem. Lazarus.) Eſt apud Ioan-
nem cap. 11. Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut à ſomno excitem eum. Neq; ſolum arcanæ li
teræ dormientes appellant, uita defunctos, propter ſpem reſurrectionis, uerumetiam Homerus
ὕπνον καὶ θάνατον, id eſt, Somnum & mortem, fratres eſſe fingit, ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο.
Rurſum alibi mortem χάλκεον ὕπνον, id eſt, ferreum ſomnum appellat. Atque iterum, ὕπνῳ καὶ θα-
νάτῳ διδυμάοσιν, multam uidelicet ſimilitudinem mortis & ſomni ſignificans. Item in alio loco νήγρε-
τος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς. Notum & eſt illud Diogenis, quem cum medicus ſomno preſſum exci
B taſſet, rogaſſetq; num quid ſentiret mali, nihil, inquit, Nam frater fratrem occupat, ſignificans ſomnū
eum eſſe mortis initium. Adducit in hunc ſenſum & alia nonnulla, Plutarchus in libello conſolato-
rio ad Apollonium. Quin etiam Horatius in odis, mortem perpetuum ſoporem uocat: Ergo Quin
tilium perpetuus ſopor urget. Et Maro: In æternam clauduntur lumina noctē. Item Ouidius in amo
ribus: Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? Longa quieſcendi tempora fata dabunt. Et
6 Catullus: Nox eſt omnibus una dormienda. O mors quæ &c.) Tempeſtiua exclamatio poſt tot
locos affectuum. Alluſit autem ad uerba Oſee prophetæ, quæ ſunt apud illum cap. 13. Conſolatio ab
ſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe, nimirum infernus, inter fratres diuidet. Ait ſeſe inconſolabiliter
dolere, cum cogitat mortis tyrannidem ac ſæuitiam, etiam coniunctiſſima diſtrahentem. Porrò in na
turæ uinculis, nihil fratrum charitate copulatius. Vnde fratrem, quaſi ferè alterum dictum, exiſti-
mant grammatici, & Græcis ἀδελφὸς, quaſi ὁμόδελφος. Sed fortiora ſunt uincula ſpiritus quàm car-
nis. Rurſum nulla coniunctio arctior quàm corporis & animi, atq; omnia hæc diſtrahit mortis in-
clementia, cui proprium eſt diſiungere quod bene coniunctum erat. Vnde Græcis μέρος dicitur,
παρὰ τὸ μείρω, quod eſt partior ac diſſeco. Proinde merito inuiſa Chriſto, qui omnia conciliat, quiq; cha
ritas eſt omnia connectens. Sociatos diſſocias.) Et contrarium eſt, & προσονομασία, id eſt, adno-
minatio. Crudelis ac dura.) Hoc addidit ueluti per exclamationem, miſcet autem ſua uerba pro-
phetæ uerbis. Adducit urentem &c.) Verba ſunt eiuſdem prophetæ ex eodem loco, uaticinantis
de Chriſto quo pacto mortem, ſua morte ſuperaturus eſſet. De deſerto.) Quia dictum eſt per
Abacuc prophetam: Deus ab auſtro ueniet, & ſanctus de monte Pharam. Atq; hic eſt & in deſerto,
& in meridie ſitus. Verum ſecundum allegoriam deſertum uocat uterum Mariæ. Vnde citra cultu
ram humani coniugij natus eſt flos ille mirabilis. Siccauit uænas.) Vænas & fontem, peccata uo-
7 cat: quibus ſublatis, mors uires amittat oportet. Porrò ſiccare proprium eſt uenti urentis. Charitas
autem operit multitudinem peccatorum. Deuoraſti quidem Ionam.) Notiſſima eſt hiſtoria apud
ipſum prophetam. Myſterium exponit Chriſtus ipſe apud Matthæum cap. 12. cum phariſæis & ſcri-
bis ſignum quærentibus, reſpondet ad hunc modum: Generatio mala & adultera ſignum quærit, &
ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus die-
bus ac tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus ac tribus noctibus. Moxq;
facit mentionē Niniuitarum, ad quos miſſus fuerat Ionas. Deuoraſti quidem Ionam.) Accommo-
dat hiſtoriam Ionæ ad Chriſtum. Mortuus eſt Chriſtus, paſſus eſt ſe deuorari. Sed in utero tuo

C ui.f.) Ad hiſtoriam, Ionas uiuebat in utero ceti, multísq; uerbis de uentre ceti clamauit ad dominũ.
At Chriſtus quo modo uiuus fuit in corde terræ? niſi uel propter proxime inſtantẽ reſurrectionem,
uel propter animam illius depopulantẽ inferos, uel propter diuinitatem, nec à corpore, nec ab anima
ſeparatam. Et Niniue noſtra.) Mundus totus, quẽ Niniuen uocat, in maligno poſitus. At Niniui
tæ, audito præconio Ionæ, pœnitentiã egerunt. Mundus, accepto Chriſti Euangelio, crucem eius ſe
8 qui cœpit. Fugitiuus propheta.) Ionas fugerat à Tharſis: Chriſtus, relicta patris arce, in hoc exiliũ
uenit. Quæ ſequuntur ſumpſit ex Hieremiæ cap. 12. Reliqui, inquit, domum meam: dimiſi hæredita-
tem meã: dedi dilectam animã meam in manus inimicorũ eius. Verũ an hæc uerba proprie quadrent
ad hunc locum, non opinor exactius excutiendũ in alluſione. Per Oſee.) Ex eodem loco, quẽ pau
lò ante indicauimus: Hoc quod aliquando minatus eſt, fecit. Hunc locũ adducit Paulus in prima epi
ſtola ad Corinthios cap. 15. Abſorpta eſt mors in contentione. Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi eſt
mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum eſt. Virtus uero peccati, lex. Deo autem gra-
tias, qui dedit nobis uictoriam per Ieſum Chriſtũ. Quo quidem loco annotandũ eſt, diuũ Hierony-
mum cum exponit hũc in Oſea locũ, in cõtentione legere, nõ in uictoria. Porrò Græce νείκη ſiue νεῖκος
per ε pſilon & iota, contentionẽ ſignificat: per iota tantum νίκη, uictoriam. Aptam habent feſtiuitatẽ
contraria & adnominationes in his uerbis, mors mors, morſus, & morte mortua, & uiuimus morte,
deuoraſti deuorata: cum morti inſultet, ſuo, quod aiunt, gladio iugulatæ. Subeſt & metaphora. Alio-
qui qui moritur, quod non uiuit? Ita dicimus mori famã, & ſepultam gloriam. Eſt & ſynecdoche, qua
lis eſt cum dicimus: Meum decus, &: Virtutis peſtis eſt pecunia. Nam rei nomẽ pro autore ponitur.
9 Adunco dente.) Alluſit ad æreum hamum, dẽtem autem, quia dixerat, morſus tuus: & hami quo-
q; dens dicitur. Videtur autem reſpexiſſe ad ea quæ ſunt Iob cap. 40. In oculis eius quaſi hamo capiet
eum, & in ſudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis lin-
guam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Gra-
tias tibi.) Apoſtrophæ maxime conueniunt grauioribus affectibus, præſertim ſi uertatur oratio ad
res inanimas, cuiuſmodi fuit illa ad mortẽ inſultatio. Ineſt autẽ & προσωποποιΐα, quæ quo audacior eſt,
hoc magis congruit ſummis affectibus. Exprobrauit morti crudelitatẽ: exprobrauit quod uicta eſt.
Nunc ſimili Apoſtropha gratatur Chriſto, cuius unius uirtute tam immanis belua confecta eſt. Sic
Homerus Hectoris uirtutẽ attollit, ut Achillis laus augeatur. Sic Turnũ amplificat Maro, quo cre-
ſcat Aeneæ uictoris gloria. Quis ante te.) Si quid licet, refragantibus exemplaribus, equidem hoc
D loco libenter legerim: Quid ante miſerius homine? Cur id malim, attentus lector facile diuinabit. Pri
mum, quid ante Chriſtum? Deinde ad quem pertinet hæc miſeria aut felicitas, niſi ad hominum ge-
nus? Horũ ut nihil obſtet, tamen neutrũ genus magis cõueniebat affectibus. Viuẽdi ſenſum &c.)
10 Epiphonema eſt. Regnauit enim mors.) Ex his uerbis: quæ ſunt Pauli ad Romanos cap. 5. Hiero
nymus uidetur oſtendere, mortẽ regnaſſe pariter in omnes, & bonos & malos: etiam ſi diuerſa ſentit
Ambroſius. Nam ſi de morte intelligas ſecunda, ea non regnauit in pios Iudæos. Si de corporis mor
te, ea regnat etiam poſt Chriſtum. Sed mors ſecunda regnauit, non in omnes, ſed in eos, qui peccaue
runt, non in ſimilitudinem Adam, hoc eſt, per contemptum dei, ſed uicti affectibus carnis multoq;
leuius. Quanquam in omnes eatenus regnauit, ut pios ſimul atq; impios ad inferos detraheret, nimi-
rum occluſo paradiſo. Atq; ita ſenſiſſe Hieronymum, declarant ea quæ ſequuntur: Si Abraham Iſaac
& Iacob &c. Non eſt deus.) Verba ſunt pſalmi decimitertij. Intelligit impios, & omni genere ſce-
lerum inquinatos. Vſq; ad unum.) Id eſt, Chriſtũ: ita ut hũc unum excludas, perinde quaſi dicas,
uſq; ad mare. Quod ſi.) Diluit obiectiunculam. Nam reſponderi poterat, Lazarus mendicus in
Euangelio uiſus eſt à diuite in ſinu Abrahæ, etiam ante Chriſti mortem. Cõfitetur quidẽ pios fuiſſe
in loco refrigerij, & à cruciatibus impiorũ immunes, ſed tamen apud inferos. Multum autẽ intereſſe
inter inferos & regna cœlorũ. Illic pij non cruciabãtur, at nõ fruebantur ſummo illo bono. Ante
Chriſtum.) Emphaſis eſt in nominibus, latronis & Abrahæ, inferorum & paradiſi. Conſtat autẽ ſer-
11 mo totus ex contrarijs, habetq; ſpeciem epiphonematis. Cœleſti Hieruſalem.) Epitheton addidit
explicans allegoriam paradiſi. Elogium.) Elogiũ uocat, propterea quod Paulus ad Epheſios cap.
5. uelut ab alio dictum adducit. Sic enim habet, propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge &c.
Siue quia legerit hoc in apocryphis prophetarũ, ſiue quia more prophetarum ita loquutus eſt: Hæc
dicit dominus, cum irruente ſpiritu ſancto, in ea uerba prorũperet: ut ſentit diuus Hieronymus hunc
enarrans locũ, ubi refert quidẽ, at non probat cõmentum cuiuſdã, qui putarit hæc eſſe uerba Chriſti
de cruce ad Adam ſub cruce ſepultum. Nam is ἅψεται, quod apud Græcos ambiguum eſt, cõtinget,
interpretabatur. Perſonat.) Apte perſonat, quippe uox clamantis & præco Chriſti. In carne
non.) Carnem & corpus Paulus ſæpius accipit pro humanis affectibus: proinde quaſi dicat, in terris
uiuentes, & tamen conuerſationem habentes in cœlis, & quæ ſurſum ſunt quærentes, & ſapiẽtes nõ
quæ ſuper terram. Regnum dei intra uos.) Sic apud Lucam cap. 15. reſpondet Chriſtus phariſæis,
percontantibus, quando uenit regnum dei? Non ueniet, inquit, regnum dei cum obſeruatione, neq;
dicent: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos eſt. Sic & orare iubemur: Adueniat re-
gnum

A gnum tuum. Deuictis carnis affectibus, regnat in nobis Chriſtus. Adde quod.) Si regnum dei eſt,
cum agnoſcitur & colitur, colebatur & ſub lege Moſaica. Colebatur quidem utcunq;, ſed duntaxat
in Iudæa, hoc eſt, arctiſſimo orbis angulo. Nam anguſtiam Iudææ, alio quodam in loco comtemnit
Hieronymus. Nec his tamen paucis licebat inferos effugere. At poſt Chriſtum, in omnẽ terram exi-
uit ſonus Euangelij, quod prædicatum eſt omni creaturæ. Ergo ſub lege Moſaica, pauculi illi qui le-
gem obſeruabant, in aduentum Chriſti ſeruabantur: ſed ita tamen, ut interim apud inferos agerent.
Reliquus orbis uniuerſus ſine lege perire putabatur. In Iudæa.) Vtrũq; uocabulũ cõuenit agno-
ſcentibus deum, & colentibus. Nam Iudæa, confeſſionem ſonat: Iſraël, uirum uidentem deum. Noſſe
uidentis eſt: colere confitentis. Retulit uerba pſalmi 75. Vbi tunc.) Viuidius eſt per interrogatio
nem, ac ſubiectam reſponſionem. Ab India.) Indi extremi ſunt Orientis. Britanni tametſi Septen-
trionales ſunt, tamen ad occidentem uergunt. Hos Horatius extremos orbis appellat, & ultimos or-
bis Britannos. Vergilius extra orbis terminos ponit: Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Soli-
nus uelut alterum orbem uocat. Atlantici Oceani.) Extremam Occidẽtis partem deſignat. Nam
iuxta Gades Oceanus ſeſe in terras infundit, omnes quæ uenientem expauere demergens, ut inquit
Plinius. Iuuenalis: Omnibus in terris quæ ſunt à Gadibus uſq;, Auroram & Gangem. Feruores
13 dixit ob æſtum ac fragorem: ut Vergilius: Feruetq; fretis ſpumãtibus æquor. A rigida ſeptentr.)
Septentrionalem Scythiam ſignificat, & Riphæis obnoxiam iugis: quæ regio, ut ait Solinus, à cœlo
nihil accepit præter hyemem perpetuã. Hac parte Tanaim orbis terminum faciunt coſmographi. Et
Horatius: Extremum Tanaim ſi biberes Lyce. Attigit igitur quatuor orbis metas, quanq; ratione
plagarum non anxie ſeruata, Indiam ab exortu, Britanniã ab occaſu. Nam in eam, ut dixi, partẽ uer
git: Hyperboræos à ſeptentrione, mare Atlanticum à meridie: quod tametſi eſt occidentale, tamẽ uer-
git nõnihil ad oriẽtem ſolem. Quàm uariæ linguis.) Sic Vergilius libro octauo deſcribens Aeneæ
clypeum: Incedunt uictæ longo ordine gentes, Quàm uariæ linguis habitu, tam ueſtis & armis,
Hic Numidum genus & diſcinctos mulciber Afros, Hic Lelegas, Caraſq;, ſagittiferoſq; Gelones,
Finxerat &c. Dedicauit.) Nam his tribus linguis Pilatus ſcripſerat titulũ Ieſu, atq; has quidẽ gẽtes
per occupationem recenſuit. Pythagoras ſomniauit.) Propter μετεμψύχωσιν, id eſt, animarũ tranſmi-
grationem. Etenim dum exiſtimat animam ex alio atq; alio corpore in aliud demigrare, leuiter ac ue
14 luti per ſomniũ ſenſiſſe uidetur, animam corpori ſupereſſe. Democritus non credit.) Hic philoſo-
B phus fuit Abderites, cuius illud egregium eſt ſomniũ de atomis. Is putauit animã ſimul interire cum
corpore. Nam hunc potiſſimũ ſequutus eſt Epicurus, cuius ſimilis eſt de animarum interitu ſentẽtia.
Indicat idem Lactantius libro tertio, cap. 18. cum recenſens eos, qui felicioris uitæ ſpe ſibi mortẽ con-
ſciſſent. Nam Democritus, inquit, in alia fuit perſuaſione, ſed tamẽ ſponte ſua lœto caput obuius ob-
tulit ipſe. Indicat & M. Tullius Tuſc. quæſt. libro primo. Quanq; in nõnullis exemplaribus Democri-
tus credidit, inuenio ſcriptum. In conſolationem ſ.d.ſ.d.i.c.) Extat hic dialogus Platonicus, cui ti-
tulus, Phædon, in quo Socrates, mox bibiturus uenenum, cũ amicis diſputat de animarum immorta-
litate. Indus, Perſa. Go. Aegyp. Phyl.) Has gentes ueluti maxime barbaras nominat, & à philoſo-
phiæ ſtudijs longiſſime ſemotas. Nam extrema eſt India. Perſarum & Aegyptiorum luxus celebratiſ-
ſimus eſt. Gotthi barbarie nobiles. Gotthos quidam putant eſſe, quos nunc uulgò Liuonios & Pru-
ſios appellant, aut Sarmatas ipſos, aut Sarmatis finitimos: quæ gens etiam nunc miram barbariẽ ſpi-
rat. Quanq; de his uariæ ſunt doctorum hominum ſententiæ: nec ad hunc locũ magnopere pertinet.
Annota lector altiſſimã partium collationẽ. Philoſophorum eſt, de animæ immortalitate diſputare,
non barbarorũ. Sed ex præcipuis philoſophis Pythagoras ſomniauit duntaxat. Democritus non cre
didit illius ſomnijs. Socrates ueluti dubitans diſputauit: idq; magis ad ſolatiũ ſuæ damnationis, q; ex
animo. At poſt euulgatum Euangelium Chriſti, ſemotiſſimæ quoq; ac barbariſſimæ nationes de ijs
nõ diſputãt, ſed philoſophãtur. Nec citra emphaſim barbaris & indoctis philoſophandi uerbũ attri-
15 buit. Beſſorum feritas.) Pergit cõmemorare gentes, nõ barbaras tantum, ſed etiam immanes: quas
tamen Euangelij prædicatio manſuefecerit. Siquidẽ Beſſi ſunt in Thracia iuxta Strymonẽ amnem,
ad dextrum accolentes latus, autore Solino. Thracum autem barbariem, notat Euripides in Hecu-
ba, cum Polymeſtori dicit Agamemnon: ἴσχ᾽ ἐκβαλὼν καρδίας τὸ βάρβαρον λέγε. Et Horatius in Odis:
Natis in uſum lætitiæ ſcyphis, Pugnare Thracum eſt, tollite barbarum Morem. Iuuenalis item
Thraces cum Sarmatis coniunxit, ut pari barbarie, neq; Sarmata, nec Thrax, qui ſumpſit pennas.
Quanq; ad demonſtrandã Thracum feritatem, ſufficiebat Diomedis ſtabulum. Porrò Beſſos ut finiti-
mos Getis, ita Getica immanitate fuiſſe præditos, oſtendit Ouidius in libris de triſtibus: Viuere quã
miſerũ eſt inter Beſſoſq;, Getaſq;, Illum, qui populi ſemper in ore fuit. Et pellitorũ tur. p.) Pellitos
uocat, ferarũ pellibus amictos. Semotiores Germaniæ populos ſingnificare uidetur. De qbus ita me-
minit Cornelius Tacitus in libello de populis & ritibus Germaniæ: Tegumẽ omnibus ſagũ, fibula,
aut ſi deſit, ſpina cõſertũ. Cætera intecti, totos dies iuxta focũ atq; ignẽ agunt: locupletiſſimi ueſte di
ſtinguũtur, nõ fluitãte, ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta, & ſingulos artus exprimẽte. Gerũt & fera-
rũ pelles, ꝓximi ripæ negligẽtes, ulteriores exquiſitius, ut quibus nullus ꝑ cõmercia cultus. Eligũt fe-

C ras,& detracta uelamina,ſpargunt maculis pellibusq; beluarum, quas exterior Oceanus atq; igno-
tum mare gignit:nec alius fœminis quàm uiris habitus. Atq; idem paulò poſt de Fennis Germaniæ
populis:Fennis,inquit,mira fœditas,fœda paupertas:non arma,non equi, non penates: uictui her-
ba,ueſtitui pelles,cubile humus. Hactenus Tacitus. Quãquàm leguntur tum alibi,tum apud Indos
fuiſſe populos,quibus ferarum pelles amictus erant. Animaduerte qua uerborum emphaſi barba-
riem exaggerat harum nationum. Nam uehementius & ſignificantius eſt Beſſorum feritas, quàm ſi
Beſſos feros dixiſſet. Iam enim feras imaginor,non homines. Porrò cum turbam pellitorum populo-
16 rum dicit,eleganter exprimit inconditam,& beluarum more degentem multitudinem. Qui mor-
tuorum quon.in.h.in.) Et hoc argumento immanem iſtorum & impiam barbariem exaggerat,qui
non modo manibus & umbris defunctorum,perinde ut dijs ſacrificarint, ſed homines etiã immola-
rint. Nam ſui cuiq; progenitores,poſteaq; uita deceſſerant,numinum loco erant. Verum mihi magis
probatur,ut legas inferijs,non inferis. Inferiæ dicuntur parentalia,ſeu iuſta quæ defunctis perſoluũ-
tur. Eam uocem quanq; grammatici putant ab inferis dictam,ego magis arbitror dictam ab inferen-
do,ut Græcam uocem expreſſerint Latini ἐναγίσματα, quæ apud illos idem ſignificat quod apud nos
inferiæ. Mos hic multis barbaris fuit,ut umbris hominis defuncti mactarent homines,uel ut placa-
rent iratos,uel ut gratum facerent. Nam & Achillis manes Polyxenæ ſanguine placantur apud Tra-
gicos. Et apud Vergilium: Vfens uiuentes rapit inferias,quos immolet umbris. Et apud Homerũ
libro Iliados penultimo, Achiles in Patrocli parẽtalibus duodecim iuuenes Troianos immolat,præ-
terea canes aliquot & equos in gratiam amici defuncti. De Taurica Diana apud Scythas,& uetus &
notiſſima eſt fabula. Cæſar belli Gallici cõmentario ſexto,teſtatur hunc publicum Galliarum fuiſſe
morem,ut in grauioribus morbis,aut belli periculis,pro uictimis homines immolarent,quod pro ui
ta hominis non niſi uita hominis placari numen poſſe crederent. Porrò de funeribus eorũ ita ſcribit:
Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa, Omnia quæ uiuis cordi fuiſſe arbitrãtur,
17 in ignem inferunt,etiam animalia:ac paulò ſupra hanc memoriam,ſerui & clientes, quos ab his dile-
ctos eſſe conſtabat,iuſtis funeribus confectis,unà cremabantur. Stridorem ſuum.) Et Plinius com-
memorat gentibus barbaris nõnullis nutum,nõnullis ſtridorem eſſe loco uocis humanæ. Stridor aũt
beluarum eſt,& quidem immanium. Et mire ſtridori oppoſuit melos. Nam melos cantus eſt modula
tus & concinnus,aures ſuauitate deliniens, ἀπὸ τῶν μελῶν,id eſt,à membrorum corporis congruentia
dictus,ſi credimus Græcis etymologis. Et Perſius:Cantare credas pegaſeium melos. Vnde & poë-
tæ Melici. Tantum igitur ualuit Chriſti mors,ut homines tam immanes,ſuum,id eſt,naturalem ſtri-
D dorem fregerint,hoc eſt,mollierint in dulce melos crucis,hoc eſt in uocem longe à natura alienam.

Et totius m.u.u.Chriſt.eſt.) Hoc eſt epiphonematis loco additum, quo periodũ claudat ſuo mo-
re,cum ſint tam innumera linguarum diſcrimina. Vnde & μέροπες apud Græcos poëtas appellantur
homines,tamen in unius Chriſti laudes nunc mire cõſentiunt omnes. Nec ſine figuræ gratia dixit,
18 Chriſtum uocem omniũ,ſignificans cum omniũ uoce laudari. Quid agimus a.) Hactenus excur-
ſus,de quo ſuperius admonui. Nunc quod eſt huic epiſtolæ proprium aggreditur,hoc eſt:ut cõſole-
tur Heliodorum,& laudet Nepotianum. Quanq; ea laus conſolationis pars eſt. Eſt autẽ color in Tra
gœdijs frequens,ut ſuo cum animo colloquatur aliquis, eaq; grauioribus affectibus præcipue con-
gruens. Quod genus eſt illud Senecæ: Quid ſegnis animæ,tuta conſilia expetis? Sumptum appa-
ret ex Homero τέτλαθι κραδίη, id eſt,tolera cor. Cui finitimũ & illud: ἀλλὰ τί ἤ μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
Poſſunt autem accipi,quid agimus anima,uel ut ſint corrigentis digreſſionem longiuſculam,uel ut
ſint dubitantis,unde potiſſimum debeat incipere. Sic enim Terentianus Phædria:Quid agimus? Cõ
ſulens ac dubitans loquitur. Recenſetur huiuſmodi dubitatio inter exornationes rhetoricas:conue-
nit autem maxime principijs generis demonſtratiui. Nec hic tranſitus, quo ab excurſione digredi-
tur ad exempla,uacat affectibus:ut artis obliuio,quã puer imbiberat, immenſi doloris ſit argumen-
tum. Anaxagoræ.) Hic philoſophus fuit Clazomenius, Anaximenis diſcipulus, Archelai præce-
ptor. Huic cum quidam filij mortẽ nunciaſſet,is minime cõmotus:Nihil,inquit,nouũ aut inexpecta-
tum nuncias. Ego enim illum ex me natum,ſciebam eſſe mortalẽ. Refert Valerius Max.lib.5.cap.10.
19 Refert Cicero libro Tuſ.queſt.3. Ac Telamonis.) Videtur hæc eadem Anaxagore uox à nõnul-
lis,certe Tragicis tributa Telamoni Salaminio,cum Aiacis filij mortem audiſſet. Nam Cicero Tuſ.
quæſt.lib.3. Telamonem hunc citat ex Sophoclis Tragœdia,quæ noſtris temporibus non extat. Itaq;
cum Oileus,inquit,ille apud Sophoclem,Telamonẽ ante de Aiacis morte cõſolatus eſſet, is cum au-
diſſet de ſuo filio,fractus eſt. Alibi rurſus in eodẽ libro:Quid ergo? huius ne uitæ propoſitio & cogi-
tatio,aut Thyeſtẽ leuare poterit,aut Getã,de quo paulò ante dixi,aut Telamonẽ pulſum patria,exu-
lantem atq; egẽtem &c. Legimus Crantorem.) Hic ueteris Academiæ nobiliſſimus philoſophus
fuit,ut teſtis eſt Cicero Tuſcu.quæſt.lib.3. Zenocratis auditor,cuius meminit Horatius in epiſtolis,
tanq; eximij philoſophi. Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile,quid non, Plenius ac melius
Chryſippo ac Crantore dicit. Eius quanq; commentarij non extant,tamen ſubinde citantur à Cice-
rone in Tuſculanis quæſtionibus. Ex Conſolationis libro nominatim illud refert: Simile quiddam,
inquit,

A inquit,eſt in conſolatione Crantoris. Ait enim Termanæum quendam Elyſium,cũ grauiter filij mor-
tem mœreret,ueniſſe in Sycomantium,quærentem quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſa. Huic in tabel-
lis treis huiuſmodi uerſiculos datos: Ignaris homines in uita mentibus errant. Euchinous poti-
tur fatorum munere læto. Sic fuit utilius finiri,ipſiq; tibiq;. Citatur & hic Crantor à Plutarcho in
20 libello conſolatorio. Is teſtatur eum ſcripſiſſe ad Hippoclem, conſolans eum ſuper morte filiorum.
Cuius uolu.ad.ſ.d.c.c.) Hoc quoq; Ciceronis opus,cum alijs permultis, his temporibus deſidera-
tur. Platonis.) Recenſet autores qui de conſolatione ſcripſerunt,inter quos admiror nõ numeraſſe
Senecam:cuius extant duo in hoc genere libri,alter ad Martiam,alter ad Albinam matrẽ ſuã. Niſi for
tè alterius ſunt illa, non Senecæ. Platonis extat Phædon. Extat & Axiochus, ſi modo is Platonis eſt,
in quo Socrates Axiochum ægrotantem conſolatur, Latinus factus à Rodolpho Agricola noſtro,
quem multis nominibus uniuerſæ Germaniæ decus optimo iure poſſumus appellare: quam inge-
nio diuino, doctrinaq; & facundia incomparabili, mirum in modum illuſtrauit. Diogenis.) Hu-
ius nihil extat,ſed inter eius opera Laërtius commemorat opuſculum de morte. Clitomachi.) Hic
Carthaginenſis patria, gentili nomine uocatus Aſdrubal, ſucceſſit in ſchola Carneadi, cuius auditor
fuerat,autore Laërtio. M. Tullius Tuſ.quæſt.lib.5.teſtatur hunc uoluptatem cum honeſtate copulaſ-
ſe. Carneadis.) Is Cyrenaicus nihil ſcriptum reliquit, præter aliquot epiſtolas ad Ariathẽ Cappa-
dociæ regem:inter quas conſentaneum eſt,aliquot fuiſſe conſolatorias,ut id ſignificarit Hieronymus
cum ait,uel libris,uel epiſtolis. Poſidonij.) Hic ſtoicus fuit, Zenonis diſcipulus. Quanq; huius quo-
21 que libri omnes interciderunt. Periclem.) Principem Athenienſium, qui quod dicendo tonare ac
fulminare uideretur,dictus eſt Olympius. Hic intra quatriduum duobus mirificis adoleſcentibus, Pa
ralo & Xantippo filijs ſpoliatus, his ipſis diebus,& uultu priſtinum habitum retinente, & oratione
nulla ex parte infractiore,concionatus. Ille uero caput quoq; ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit,
ut nihil ex uetere ritu domeſticum uulnus detraheret,autor Valerius Max. libro.5.capi. 10. Meminit
& Plutarchus in conſolatione, citans Protagoram autorem. Xenophontem Socra.) Hic Atheni-
enſis fuit dux, Socratis diſcipulus,cui proximum à Platone locum tribuit Valerius. Is cum ſolenne
ſacrificium perageret,è duobus filijs maiorem natu, Gryllum nomine,ut teſtis eſt Plutarchus in con-
ſolatione,iuxta Valerium Sylium,apud Mantineam cecidiſſe cognouit. Nec ideo ſacrum inſtitutum
omittendum putauit,ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit, quam ipſam, percontatus
quonam modo occidiſſet; ut audiuit fortiſſime pugnantem interiſſe,repoſuit,teſtatus deos quibus ſa-
crificabat, maiorem ſe ex filij uirtute uoluptatem, quàm ex morte dolorem ſentire. Autor Vale-
B rius Max. eodem,quod modo citauimus,capite. Seneca in libello cõſolatorio ad Martiam: Nec minus,
inquit,admiretur Græcia illum patrem,qui in ipſo ſacrificio,nunciata filij morte,tibicinem tãtum ta-
22 cere iuſſit,& coronam capiti detraxit: cætera rite perfecit. Puluillus.) Horatius Puluillus conſul,
cum in capitolio Iouis ædem pontifex dedicaret, interq; nuncupationem ſolennium uerborum po-
ſtem tenens,mortuum eſſe filium ſuum audiſſet,neque manum à poſte remouit,neq; uultum à religio
ne ad priuatum dolorem flexit. Autor Valerius Maximus. Seneca ad Martiam: Puluillus hoc fecit
pontifex, cui poſtem tenenti,& capitolium dedicanti, mors filij nunciata eſt:quam ille exaudiſſe diſſi-
mulans,& ſolennia pontificalis carminis uerba concepit,gemitu non interrumpente precationem, &
ad filij ſui nomen Ioue propiciato &c. L. Paulus.) L. Paulus Aemilius,Magni Pauli filius, qui a-
pud Cannas occubuit, ex quatuor filijs duos in Corneliam Fabiamq; gentem per adoptionem de-
derat. Cæterorum alter quatriduo ante triumphum, quem deuicto Perſe Macedonum rege pulcher
rimum egit, defunctus eſt. Alter in triumphali curru conſpectus, poſt diem tertium expirauit. De-
inde cum uideret populum de ſuo caſu ſolicitum, prodijt in concionem, & orationem quam de re-
bus à ſe geſtis habuit, hac clauſula finijt: Cum in maximo prouentu felicitatis ueſtræ Quirites time
rem, ne quid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonemq; reginam, & Mineruam preca-
tus ſum:ut ſi quid aduerſi populo Romano immineret,totum in meam domum conuerteretur. Qua
propter bene ſe habent res. Annuendo enim uotis meis id egerunt,ut uos potius meum caſum do-
leatis, quàm ego ueſtrum ingemiſcerem. Autores, Valerius eodem capite, Plutarchus in ipſius uita.
Seneca ad Martiam, qui inter cætera illud eleganter ἐπιφωνεῖ: Vides quàm magno animo tulerit,or-
bitati ſuæ gratulatus eſt. Prætermitto.) Per occupationem congerit turbam exemplorum,quæ nõ
23 explicat. Maximos.) ἑτέρωσις eſt numeri, feſtiuitatis gratia. Vt eſt illud Martialis: Pythagoras,
Zenonas,inexplicitosq; Platonas. Quanquam non inficior his nominibus complures fuiſſe. Signi-
ficat autem Q. Fabium Maximum,cui cognomen Conctatori:qui cum filium uirum conſularem, &
egregijs clarum geſtis amiſiſſet,ipſe conſul,apud populum oratione filium laudauit. Eamq; orationẽ
poſtea ædidit,quam Plutarchus in huius uita ſe uidiſſe teſtatur. Meminit huius Cicero libro epi.famil.
4. ſcribens Seruio Sulpitio. Rurſum Tuſc.quæſt.libro tertio. Catones.) Catonem maiorẽ indicat,
Cenſorium dictum:cui cũ maior filius obiſſet,ſummo ingenio iuuenis,ſumma uirtute, præterea præ-
tor deſignatus,nihilo ſegnius rẽpublicã geſſit. Meminit Plutarchus in eius uita. M. Tullius in epiſto-
la,quam modo citaui. Idem iterum Tuſc.quæſt.libro tertio,atq; etiã in Lælio. Caios.) Ita quidã ha

bent

C bent codices, De Caio Cæſare meminit Seneca ad Martiam, his uerbis: C. Cæſar, cum Britanniam
peragraret, nec apto anno felicitatem ſuam continere poſſet, audiuit deceſſiſſe filiam, publica ſecum fa-
ta ducentem. In oculis erat iam Cn. Pompeius, non æquo laturus animo, quenq; alium eſſe in Repu.
magnum, & modum impoſiturum incrementis, quoniam grauia illi uidebantur, & cum in commune
creſcerent: tamen intra tertium diem imperatoria obijt munia, & tam cito dolorem uicit, quàm omnia
ſolebat. Sed mihi magis placet, quod in antiquis lego, Gallos, non Caios. Nam inter cæteros quos
hic recenſet Hieronymus, Cicero Gallum quoque memorat, in dicta ad Sulpitium epiſtola. Eumq;
24 ſuum appellat, ceu familiarem. Piſones.) Permulti fuerunt huius nominis uiri clariſſimi. Quanq;
nihil adhuc memini legere, quod ad luctum attinet. Valerius Max. libro quarto, Caium Piſonem
inter exẽpla cõſtantiæ ponit. Fuit & L. Piſo C. Cæſaris ſocer, & Piſo Craſſipes. Prior Ciceronis
gener, ex matrimonio Tulliæ. Brutos.) De Iunio Bruto, qui duos filios, quod Tarquinios in ur-
bem reuocare molirentur, pro tribunali uirgis cæſos, & ad palum ligatos, ſecuri percuti iuſſit, no-
tiſſima eſt hiſtoria. Meminit Valerius libro quinto, capi. 8. Scæuolas.) Hiſtoria de Mutio Scæuo-
la, notior eſt quàm ut hic ſit referenda: quanquam equidem ſentio Tullium de alio quopiam Scæuola
fuiſſe loquutum. Metellos.) Multorum literis nobilitata eſt Metelli Numidici fortitudo, cũ Smyr
næ exularet: ubi cum in Theatro ſedenti literæ eſſent allatæ, quibus reuocabatur, non prius digna-
tus eſt eas legere, quàm ſpectaculum eſſet finitum. Autor, præter alios, Plinius ſiue Suetonius de uiris
illuſtribus. Verum an de hoc ſentiat Hieronymus, nolim affirmare. Nam fuerunt huius quoq; no-
mis permulti. Scauros.) De M. Aemylio Scauro, qui filium cum alijs è bello profugum, ad mortem
ſpontâneam adegit, cum diceret ſe libentius occurſurum oſſibus eius in bello cæſi, quàm ipſum tam
25 deformis fugæ reum uiſurum. Meminit Valerius libro quinto, cap. 8. Marios.) Plutarchus in ip-
ſius uita, Marij tolerantiam laudat: quod cum ex utroq; crure laboraret, fortiſſime paſſus ſit ſectionẽ.
Tum autem, quod ne in hoſtium manus ueniret, ultrò ſibi mortem conſciuerit: ut in uita Scyllæ.
Quanquam ego certe Martios legendum arbitror, ut intelligas de Quinto Martio, cui cognomen in-
ditum Regi. Is cum eſſet ſuperioris Catonis in cõſulatu collega, filium ſummæ pietatis, magnæ ſpei,
poſtremo unicum amiſit. Eum caſum animo adeo infracto tulit, ut ſtatim à rogo iuuenis curiam pete-
ret, Senatumq;, quẽ eo die legem habere oportebat, euocaret. Autor, præter alios, Valerius libro quin
to, cap. 10. Marcellos.) M. Marcellus uir conſularis, quod diuerſis partibus fauerat, Cæſaris iuſſu
exulabat Mitylenis. Quem Brutus in libro de uirtute, teſtatur ſe illic uidiſſe uiuentem adeo felici-
D ter, adeoq; literarum cupidum, ut ipſe ſibi uideretur exul, cum ab eo diſcederet. Meminit Seneca in
conſolatione ad Albinam. Craſſos.) Quanto animo Craſſus tulerit mortem filij à Parthis occiſi, di
ligenter explicat Plutarchus in ipſius uita. Nam cum hoſtes iuuenis caput pilo præfixũ horrendo cla
more, quàm proxime accedentes Romanis oſtentarent, & per contumeliam rogarent, quo nam genere
ortus eſſet iuuenis tam ſtrennuus, Craſſus pater nihil conſternatus eſt eo dolore, ſed per omnes ordi-
nes circũuectus, clamabat: Meus eſt hic priuatus dolor Romani, publica ciuitatis ſalus & gloria, in ue-
26 ſtra incolumitate ſita eſt. Aufidios.) De Aufidijs nihil occurrit in præſentia memorabile, quod ad
hunc attineat locum. Quod ſi extaret Ciceronis liber de Conſolatione, non magno negocio locus
hic Hieronymi poterat explicari. Aliena quàm noſtra.) Ethnicorum exempla uocat aliena: noſtra
quæ à ſacris literis depromuntur. Obiter notans eos, qui gentilium exemplis nimium impenſe ſolent
uti: niſi fortè breuiter quis utatur, idq; in ſugillationem uitæ noſtræ, ſi non præſtamus Chriſtiani, qui-
bus immortalitas expectatur, quod uel ob gloriam, uel impulſu naturæ præſtiterunt infideles. Hoc
eſt nimirum quod ſcribit ad Paulam: Erubeſce, ethnicæ comparatione ſuperaris. Melior diaboli an
cilla, quàm mea eſt &c. Eſt autem tranſitus ad diuerſum exemplorum genus. Non plangam cum
Ia. & Da.) Reijcit & Iudæorum exempla. Iacob.) Quantopere Iacob luxerit filium ſuum Ioſeph,
habetur Geneſeos cap. 37. Sciſſisq; ueſtibus, inquit, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tem-
pore. Congregatis autem cunctis liberis eius, ut lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipe
re, ſed ait: Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Dauid.) Regum libro ſecundo, capi. 13.
Dauid luget Ammon à fratre occiſum: Sed & rex, inquit, & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu ma-
gno nimis. Ac paulò poſt: Luxit ergo Dauid Ammon filium ſuũ multis diebus. Rurſus eiuſdẽ libri
cap. 18. deflet Abſalom interfectum: Cõtriſtatus itaq; rex, aſcẽdit cœnaculum portæ & fleuit, & ſic lo-
quebatur uadens: Fili mi Abſalom: Abſalom fili mi, quis mihi tribuat ut moriar pro te? Abſalom fili
27 mi, fili mi Abſalom. In Euangelio.) Alludit ad eos, quos Chriſtus in Euangelio uitæ reſtituit, lu-
ctu uerſo in gaudium. Nam Lucæ cap. 7. uiduæ mulierculæ filiumũ unic, qui iam efferebatur, uiuum
reſtituit: Et dedit, inquit, illum matri ſuæ. Eleganter Dauid & Iacob Iudæis, opponit Chriſtũ: legi, Euã-
gelium: morientibus, reſurgentes: planctum, receptioni: ut totus ſermo ex contrarijs inter ſe relatis
conſtet. Videtur autem alludere ad uerba Pauli, quæ ſunt in epiſtola ad Hebræos cap. 11. Acceperunt
mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Iudæorum luct. c. g. ſ.) Velut epiphonema eſt, poteſt bi-
fariam accipi. Iudæorum eſt lugere: Chriſtianorũ, gaudere. Aut unde lugent Iudæi ceu carnales, inde
gaudent Chriſtiani ſpirituales: nempe ob mortem piorum in cœlos demigrantium ex his miſerijs.

Ad

A Ad ueſperum d.f.) Cõfirmat id quod dixit, Iudæorum eſſe luctum, Chriſtianorum eſſe gaudium,
teſtimonio pſalmi uigeſiminoni. Veſpera, tempus ante reſurrectionem, quo tenebris obtecta fuerũt
omnia, & Apoſtoli in fletu ac gemitu morabãtur. In matutino.) Nempe reſurrectionis, cum exhi
larata ſunt omnia. Ita fermè diuus Hieronymus & Auguſtinus: quanq; ueſpera totus huius uitæ cur
ſus intelligi poteſt: matutinum, generalis omniũ reſurrectio. Nox præceſſit,) Accõmodat ad ean-
dem ſententiam uerba Pauli ad Romanos cap. 13. Nox Moſaicæ legis: dies, Euangelicæ ueritatis &
reſurrectionis. Quod modo ueſperam appellabat, hic noctem uocat: quod modo matutinum, hic
28 diem. Vnde & Moſes &c.) Adiungit allegoriam teſtimonijs. Moſes ſymbolum gerens Iudaicæ
uitæ, plangitur: Ioſue, qui Euangelij præfert typum, non plangitur. De Moſe habes Deuterono-
mij cap. ultimo: Fleuerunt, inquit, cum filij Iſraël in campeſtribus Moab triginta diebus. De Ioſue ha-
bes Ioſue ultimo item capite: Et poſt hæc mortuus eſt Ioſue filius Nun, ſeruus domini, centum & de-
cem annorum: ſepelieruntq; eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thanathſare, quæ eſt ſita in monte
Ephraim. Moſes itaq; ſepultus eſt in ualle terræ Moab cõtra Phogor, Ioſue in mõte: ut illic intelligas
legis ueteris humilitatẽ in carne ac litera iacentis: hic Euangelij ſublimitatẽ à carnalibus ad ſpiritua-
lia, à terrenis ad cœleſtia ſubuehentis. Ne uideamur præterita.) Ego prætrita lego, non prætери-
ta: aut certe pertrita: & oblita aut obſoleta, non obolita: id eſt, ante trita à nobis, & uetuſta. Nam in epi
ſtola qua Paulam conſolatur, eadem fermè tractat, quæ hactenus tractauit in hac, & iiſdẽ fermè utitur
exemplis. Sicut audiuimus.) Ex pſalmo 47. Sicut audiuimus in prophetis, ſic uidimus in Euan-
gelio & in eccleſia: ſicut audiuimus fide, ſic uidimus fruitione. Quanto ille felicior.) Mire torſit
argumentum in diuerſam partem: Non eſt nobis lugendus Nepotianus, cum ſit felix: imò tanto ma-
gis lugemus, non illum, ſed noſtram uicem, qui nõ ſimus cũ illo ſimul felices. Tali bono.) Non ad
29 ipſum Nepotianũ refertur, ſed ad ſummũ bonũ, quo ille iam felix eſt. Quanq; ſi quis malit ad Nepo-
tianum referre, non admodum digladiabor. Flebant & ſorores.) Oſtendit quàm diuerſa ratio ſit fle
tus Chriſtianorum, & infidelium. Ieſus ubi uidit ſorores flentes, & Iudæos flentes, primum infremuit:
deinde eſt ductus ad monumẽtum, lachrymatus eſt. Et alibi.) Aut inibi legendũ, aut Hieronymus
memoria lapſus uidetur. Nam utrũq; eodem in loco ſcribit Paulus ad Philip. cap. 1. Magnificatur, in-
quiens, Chriſtus in corpore meo, ſiue per uitam, ſiue per mortem. Mihi enim uiuere Chriſtus eſt, &
mori lucrum. Quod ſi uiuere in carne hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam, ignoro. Coartor au-
B tem è duobus, deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magis melius: permanere autẽ
in carne, neceſſarium propter uos. Igitur diuus Paulus, qui uſq;adeo non metuebat mortem, ut eam
optaret, tamẽ in eadem epiſtola proximo capite teſtatur dominum ſui miſertum fuiſſe, qui Epaphro-
ditum Philippenſium apoſtolum, quem collegam & cõmilitonem uocat, à mortis periculo reſtitue-
rit, ne triſticiam haberet ſuper triſticiam. Quidam codices Epaphras habent, pleriq; Epaphroditum:
& ita legitur in exemplaribus Græcis. Ne quid nimis.) μηδὲν ἄγαν. Hanc ſententiam Ariſtoteles li-
bro Rhetoricorum tertio tribuit Bianti. Diogenes Laërtius, Pythagoræ. Nos in Chiliadibus de hoc
30 copioſius. Cernas.) δυνητικῶς dixit, id eſt, modo potentiali: quaſi dicas, cernere licet. Adumbrata,
non expreſſa.) Significat ſeſe non exquiſita, ſed rudi & incondita oratione deſcripturum laudes Ne-
potiani, alludens ad priſcam illã & rudem picturam, quæ cœpit ab umbra rerum lineis circunducta.
Nec aliud fuit prima pictura. Deinde cultiore iam arte μονοχρώματα cœperunt, id eſt, ſingulis colori-
bus depicta. Deinde lumen & umbras adiecerunt, differentia colorum alterna uice ſeſe excitante.
Deinde adiectus eſt ſplendor, alius hic quàm lumen, quem τόνον appellant: commiſſuras & tranſitus
colorum, ἁρμογήν. Hæc Plinius libro triceſimoquinto. Ergo adumbrare, eſt umbram rei duntaxat re-
præſentare, & quaſi deliniare: exprimere uero, modis omnibus effingere. Eſt autem hoc exordiolum
quoddam partis encomiaſticæ, quæ ſequitur. Præcepta rhetorum ſunt.) Fabius libro tertio, cap.
de laude & uituperatione, ſummam laudationis in tria tempora, & in treis bonorum ordines diui-
dit. Inter ea quæ præteriti ſunt temporis, in primis cõmemorat patriam, parẽtes, maioreſq;: Quorum
duplex, inquit, tractatus eſt: aut enim reſpondiſſe nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus illu-
ſtraſſe factis. Hoc adſcripſi, quod Hieronymus Fabij uerba digito notaſſe uideatur, cum ait: Et aut
non degeneraſſe à bonis, aut mediocres ipſe ornaſſe uideatur. Ergo carnis bona.) Laudat eum à
bonis externis, ſed per occupationem: & hoc colore, non quod habuerit, ſed quod cõtempſerit. Nam
& Epictetus putat fortunæ corporiſq; bona ſeu mala, nihil ad hominis laudem ſiue uituperationem
31 attinere. Cum Abraham.) Contra uulgatã ſententiam, fortes creantur fortibus, declamat ex bo-
nis parentibus malos progigni liberos: rurſum ex malis bonos. Geneſeos cap. 16. Abraham ex Agar
ancilla generat Iſmahelem, de quo prædictum eſt: Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes, &
manus omnium contra eũ, & è regione uniuerſorũ fratrum ſuorũ figet tabernacula. Et Iſaac.) Hi-
ſtoria eſt Geneſis 25. de geminis Iacob & Eſau, de quibus pronũciauit deus apud Malachiam: Iacob di-
lexi, Eſau aũt odio habui. E regione.) Id eſt, cõtra, aut è diuerſo. Iepte.) Filius Galaad, ex muliere
meretrice natus, reiectus à fratribus ex matrimonio natis: poſtea rebus urgentibus dux Iſraël conſti-
tuitur, ac rem geſſit ſumma cũ laude. Hiſtoria refertur Iudicum libro cap. 11. Paulus in epiſtola ad He-
bræos,

C bræos,Iepte quoque inter ſanctos recenſens,ait: Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon,
Barach,Sampſon,Iepte,Dauid,Samuel,& prophetis,qui per fidem uicerunt regna,operati ſunt iuſti-
ciam &c. Anima q.p.) Verba ſunt Ezechielis cap.18.Locus eſt autem argumenti à contrarijs.
Beniamin l.ra.) Sentit non imputãda peccata ante baptiſmum commiſſa.Verba ſunt Iſraël bene-
dicentis filijs ſuis,de Beniamin filio. Ea diuus Auguſtinus accommodat ad Paulum prius perſequu-
torem,mox acerrimum Chriſti præconem.Et Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis ſuper Gene-
ſim,confirmat de Paulo prædictum fuiſſe.Iuxta allegoriam autem accipi de ſacerdotibus, qui mane
immolant hoſtias:deinde diuidunt accepta à populo,quod altare in quo immolabantur hoſtiæ,& ui-
ctimarum ſanguis,ad baſim illius fundebatur, in parte Beniamin fuit. Dictum eſt autem mane &
32 ueſpere,pro eo quod eſt,prius & poſterius. Ananiæ c.ſ.) Hiſtoria hæc de Paulo eſt in Actis apo-
ſtolorum cap.7. Alius fortaſſe.) Mira occupatione laudat & auunculum & nepotem. Porrò ex
hoc loco colligitur,cum diuus Hieronymus primum in ſolitudines ſecederet,Heliodorum ſodalem
ſuum officij cauſa tum fuiſſe proſequutum:à quo cum non dimitteretur,pollicitum fuiſſe,ſeſe rebus
domi ordinatis,eremum repetiturum. Itaq; quem in epiſtola prima ſubincuſat, hic blande defendit:
quaſi id fecerit non aliam ob cauſam,quàm ut ſororem, aut certe ex ſorore nepotem, Chriſto lucri-
faceret. Licet paruulus ex collo.) Hæc uerba ſunt in prima epiſtola,quam modo citauimus. Vati-
cinatum ſe dicit,non quod id temporis nondum eſſet natus, ſed quod præſenſiſſet futurum, ut ab eo
domi retineretur. Chlamide & can.l.) Chlamys toga militaris eſt. Candenti lino.) Linum dua-
bus rebus potiſſimum commendatur,candore,& mollicie. Vſus illius mollior apud antiquos,q̃ ut
uirum deceret. Vnde à Palatinis uſurpatus,penes quos omnis uitæ luxus. Vide apud Plinium lib.19.
cap.2.Quin etiam in Pontificum decretis partis primæ diſt.96.Conſtantinus imperator,dum Roma-
num Pontificem militaribus ornamentis inſtruit,candidi phrygij,& candidi ulonis,& candidæ ueſtis
ſubinde mentionem facit.Itaq; quod nunc eccleſiaſticum eſt,id olim aulicum fuiſſe uidetur. Cin-
33 gulum.) Baltheum intelligit,militum inſigne. Cornelium cent.) Actuum cap.10. Hic centurio re
ligioſus ac iuſtus appellatur,moxq; à Petro baptiſmum accipit. Deuotus.) Deuotum in bonam
partem dixit,pro addicto ac certo. Verbum autem eſt militare,quod milites ſacramento ſeſe aſtrin-
gant,nec mortem formidaturos imperatoris cauſa.Signa,uexilla uocat militaria. Baltheo poſito
habituq; mutato.) Baltheum militiæ inſigne accipit, & habitum,ornatum militarem, puta paluda-
mentum. Peculium caſtrenſe.) Quod miles ſibi in caſtris colligit.De peculio ſeruorum, de pecu-
lio caſtrenſi,& quaſi caſtrenſi, plurima ſunt apud ueteres iureconſultos. Nec mundicijs, nec ſor-
D dibus.) Inter luxum & ſordes,media eſt mundicies,id eſt,nitor moderatus. Horatius:Simplex mun-
dicijs. Cumq; arderet quod.) Quoniam id temporis imperium plerunq; penes ethnicos, aut cer-
te hæreticorum fautores erat,pij ſeceſſus captabant.Itaq; uaſtas illas ſolitudines, harenasq; diffuſas,
quas propter ſitim ac ſterilitatem,periculoſiſſimamq; ſerpentium abundantiam, conuerſatio huma-
na non noſſet,magna habitantium monachorum multitudo compleuerat:ut teſtatur Oroſius libro
ſeptimo. Meſopotamiæ.) Ea pars eſt Syriæ, ſic dicta,quod ſit inter Tygrim & Euphratem. Dal-
matiæ.) Hæc patria fuit diui Hieronymi.Nam Stridon olim Pannoniæ Dalmatiæq; confiniũ fuit.
Vnde addit,certe,id eſt,ſaltem:tanquã id ſit procliuius, propinqua petere.Attingit autem Dalmatia
Illyricos & Adriaticum ſinum,in quo plurimæ ſunt inſulæ:quemadmodum & hodie iuxta Venetiã.
34 Altino freto.) Altini oppidi in paludibus ſiti, meminit Strabo Geographiæ ſuæ libro quinto,
quod ait ſimilem habere ſitum,qualem habet urbs Rauenna. Ab hoc oppido uidetur Altinum fretũ
appellatum,quod propter anguſtiam fretum uocat:ideoq; adiecit,tantum,minimum interuallum ſi-
gnificans.Meminit & Stephanus Græcus autor de Alto oppido,& Altijs populis:eos ait non longe
abeſſe à Theſſalonica.Nec putarim equidem ocioſam diſtributionem,dum monaſteria Aegypti uo-
cat,anachoritas ſignificans,Nam monaſteriũ à ſolitudine nomen habet. Meſopotamiæ choros. Cœ-
nobitas indicãs gregatim uiuentes,propter regionem cultiorem.Et ad illa pergere cupiebat, uelut
alijs relictis,choros inuiſere.Solitudines,quod illic nulli adhuc habitarent monachi,occupare.Occu-
pat enim,quiſquis primus in uacuum uenit. Animaduertendus autem eſt ordo.Nam cum ea tractet,
quæ ad præſens tempus pertinent,iuxta rhetorum præcepta,per ætatis gradus currit,ſed alia ratione.
Nam in baptiſmo demũ naſcitur.In ſeculari militia tanq̃ puer eſt,imbecillis adhuc,& parũ maturus
ad militiam Chriſti:deinde cum monachi propoſitum capeſſit,iam ueluti adultus eſt iuuenis:dum in
clericorum collegium aſciſcitur,quaſi uir eſt.Porrò presbyter iam ætate eſt maturiori. Nam in Chri
ſto ſenecta non eſt. Vidimus Timotheum n.t.) Timotheum Paulus filium uocat, in ſecunda ad
ipſum epiſtola.Tu ergo fili mi confortare.Ex quo apparet illum ætate iuuenem fuiſſe. Deinde cum
inibi monet,ut iuuenilia deſideria fugiat, iuſticiam ſectetur. Hunc Paulus ipſe à puero inſtituerat.
Vnde in eadem epiſtola:Tu uero permane in his quæ didiciſti,& credita ſunt tibi,ſciens à quo didice-
ris,Et quia ab infantia ſacras literas noſti &c.Hoc tamen iuuene Paulus ueluti collega utebatur,ut
35 Heliodorus Nepotiano.Nam presbyteri collegæ ſunt epiſcopi. Canos in ſapiẽtia.) Alludit ad id
quod legitur Sapientiæ 4,Senectus enim uenerabilis eſt,non diuturna,neq; annorum numero com-

putata

A putata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita immaculata. πρεσβύτης, Græce ſenior
eſt. Senior ergo iuuenis, & canus: non capillitio, ſed ſapientia. Subuenire.) Non refert, utrum hæc
infinita per Enallagen accipias, an per Synedochen, ut ſubaudias, ſolebant, aut cœpit, aut aliud ſi-
mile. In aurigæ modum.) Nam aurigæ plauſtrorum onera non aliunde quàm ex uiribus equo-
rum metiuntur. Alioqui ſi plus æquo ſarcinarum inſulciant, fit nonnunquam ut & plauſtrum rum-
patur, & equi lædantur. Suſcipere.) Pro approbare Græcanice dixit, ἀποδέχομαι. Tertulliani.)
Hic Carthaginenſis patria, ſub Seuero principe & Caracalla floruit: adeo quondam magni nomi-
nis, ut hunc Cyprianus magiſtrum appellare ſolitus ſit, quoties libros illius legendos poſceret. Le-
ge Hieronymum de uiris illuſtribus. Cypriani.) Et hic Afer fuit, Martyr, cuius extant hodieq;
nonnulla. Recte ſubiunxit, Afrum Afro, diſcipulum præceptori. Lactantij.) Qui & Firmianus
eſt dictus. Extant & huius opera. Hilarij.) Hic epiſcopus Pictauorum fuit, cuius multa extāt etiam
36 hodie. Minutius Felix.) Romæ cauſidicus inſignis fuit: ſcripſit dialogum ethnici & Chriſtiani.
Ferebatur & alius aduerſus mathematicos, diſertus quidem & ille, ſed à ſuperioris libri ſtilo diuerſus.
Huius nunc nihil extat. Victorinus.) Epiſcopus Pictauienſis, Martyr, multa ſcripſit in explana-
tionem ſacrarum literarum, ſed Græci ſermonis quàm Romani callentior. Nec huius quicquam ex-
tat, præter commentarium in rhetoricen Ciceronis. Arnobius.) Lactantij præceptor fuit: Scripſit
aduerſus gentes, quem Lactantium imitatum fuiſſe probabile eſt, cum ſimile ſumpſerit argumen-
tum. Hæc omnia μιμητικῶς dicuntur, etq; inde gratiora ſunt. Colligere licet hinc Nepotianum lite-
ras Græcas ignoraſſe, qui non citarit, niſi Latinos. Deinde, non delectatum fuiſſe niſi facundis. Nam
quos hactenus nominauit, ſingulari fuere facundia. At nunc nullus ſcriptor placet, niſi qui ſophiſti-
cam oleat, ac fœde balbutiat, ſi quid mundius aut elegantius, id poëſim appellant. Pro ſodalitate
auunculi.) Hoc addidit, quo mitigaret arrogantius alioqui dictum. Nam in prima & ſecunda epi-
ſtola, ſe ſodalem Heliodori uocat. Meditatione.) Id eſt, exercitatione. Nam id proprie ſignificat
meditari, quod Græce μελετᾶν. Præcedit autem lectio: deinde meditatio. Nam qui ſcribit, qui docet,
meditatur, hoc eſt, exercet ea quæ legit: multomagis autem qui moribus exprimit & uita. Biblio-
thecam.) Hoc uelut epiphonemate concluſit hanc orationis partem. Nocturnum petitorem.) De
37 poſtulatore, qui improbitate ſua treis panes accepit ab amico, locus eſt Lucæ cap. 11. Et interpel-
latricem duri iudicis.) Significat uiduam, quam frater defuncti mariti recuſat ducere uxorem. Hanc
lex iubet improbam eſſe, ut uel odio uincat iuuenem, adigatq; ad matrimonium. Perget, inquit, mu-
B lier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu. Pauloq; poſt: Si reſponderit, nolo eam acci-
pere, accedet mulier ad eum coràm ſenioribus, & tollet calciamentum de pede eius, ſpuetq; in faciem
illius &c. lege Deuteronomij caput uigeſimumquintum. Aeternæ memoriæ.) Vt præſenſit Hie-
ronymus ſua ſcripta ſemper uictura. Porrò cum ait: Conſecraui, alludit ad monumenta, quæ quo
diutius ſeruarentur, numini alicui conſecrabantur. Ea uocabant ἀναθέματα, ut quæ nefas eſſet moue-
re loco. Crœſi opes.) Crœſus rex Lydiæ fuit longe opulentiſſimus, poſtea captus à Cyro, ut nar-
rat Herodotus. Porrò diuitiæ Crœſi, Mydæ, Craſſi in prouerbium abierunt, quemadmodum Codri
& Iri paupertas. Vnde Statius: Et Lydo ditior auro. Darij.) Regis Perſarum. Apud quos aurei
montes eſſe ferebantur. Plautus in Sticho: Neq; ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei per-
hibentur. Et Ariſtophanes κἀχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν. Viciſſe.) Ad rem retulit, non ad per-
ſonam. Nam ad utrunq; poteſt. Nam uincimus aduerſarium, & uincimus cauſam. Minus erat.)
Id eſt, deſiderabatur & deerat. Vnde et diminutum dicimus, quod non ſatisfacit. Marſupium.) Græ-
ca uox, μαρσύπιον, ſed iam olim à Latinis recepta, ſignificat coriaceum ſacculum quo ſeruantur num-
8 mi. Suffocantes.) Eleganter abuſus eſt hoc uerbo, hoc eſt, ita implentes, ut loculus non capiat.
Schedulas.) Apte diminuit, ut auri contemptum exaggeret. Nam ſchedæ per ſe dicuntur tabel-
læ uiliores, in quibus aliquid mox delendum, aut caſtigandum ſcribimus. Vnde σχεδιάζειν, eſt rem
rudem deliniare. Et Apuleius in dæmonio Socratis, In iſto ſchedico, inquit, & incondito. Et Quin-
tilianus: Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit &c. Bis igitur minuit cum ſchedu-
las dixit. Formica, culice.) Hæc omnia de genere ſunt inſectorum. De ingenio, induſtria, politia
formicarum, pluſquam mira narrant autores, nec minus comperta tamen, leges apud Plinium libro
undecimo cap. 30. Idem eiuſdem libri cap. 2. contemnit elephantos præ culicis miraculo. In magnis
ſiquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina ſequaci materia fuit. In his uero tam par-
uis atq; tam nullis, quæ ratio, quanta uis, quàm inextricabilis perfectio? Vbi tot ſenſus collocauit in
culice? Et ſunt alia dictu minora, ſed ubi uiſum in ea prætendit? Vbi guſtatum applicauit? Vbi odo-
ratum inſeruit? Vbi uero truculentam illam & portione maximam uocem ingenerauit? Qua ſubti-
litate pennas adnexuit? Prælongauit pedum crura? Diſpoſuit ieiunam caueam, uti aluum? Auidam
ſanguinis & potiſſimum humani, ſitim accendit? Telum uero perfodiendo tergori quo ſpiculauit
ingenio? Atque ut in capapi, cum cerni non poſſit, exilitas, ita reciproca geminauit arte, ut fodien-
do acuminatum pariter, ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad perforanda robora, cum ſono
teſte dentes affixit, potiſſimumq; è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros Elephantorum miramur hu-

meros, Taurorumq; colla, & truces in ſublime iactus, Tigrium apinas, & Leonum iubas, cum rerum
C natura nuſquam magis, quàm in minimis tota ſit. Hæc Plinius, ex muſca, quod aiunt, faciens pluſquã
elephantum. Vermiculis.) De teredinibus, quas etiam Plinius admiratur, aut de bombyce, uer-
39 me Indico, & filorum opificio nobili, de Cantharidibus ſentit opinor, de quibus Plinius libro, quem
modo citauimus, mira commemorat. Ac mire, dicturus quædam minutiora, ne dormitaret lector,
uelut exordiolo excitauit, idq; ex arte, quæ iubet ut in rebus contemptioribus, ab attentione potiſ-
ſimum conſtituamus exordium. Eſt autem in omni tranſitu mirandus Hieronymus. Adeo non ocio-
ſas, nec inamœnas habet ſubinde tranſitiones. Quintum Fabium.) Hic citatur à multis autori-
bus, præſertim Quintiliano. Nam illud eſt illius: Ita felices artes futuras, ſi de his ſoli artifices iudica-
rent. Hunc Plinius inter Romanos pictores primo loco commemorat libro 35. capi. 4. Apud Ro-
manos quoq;, inquit, honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex eo pictorum traxe-
runt Fabij clariſſimæ gentis, princepsq; eius cognominis, ipſe ædem Salutis pinxit Anno urbis con-
ditæ cccc.l. quæ pictura durauit ad noſtram memoriam æde Claudij principatu exuſta. Beſelehel
noſtrum.) Noſtrum adiecit, quod Fabius eſſet ethnicus. De hoc legis Exod. cap. 31. Loquutusq; eſt
dominus ad Moyſen, dicens: Ecce uocaui ex nomine Beſelehel, filium Buri, filij Hur, de tribu Iu-
da, & impleui eum ſpiritu dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere &c. Hyram.) De
40 Hyram habes ſecundo libro Regum cap. 5. Miſit quoq; Hyram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna
cedrina, & artifices lignorum, artificesq; lapidum. Idem Hyram mortuo Dauid adiuuat Solomo-
nem, ad ædificationem templi miſſa materia & artificibus, ut habetur tertio Regum cap. 5. Lætæ
ſegetes.) Culmi quaſi calami, ſuſtinent ariſtas. Immodicam ſegetis luxuriem docet caſtigare Vergi-
lius, deductis aquis: primo georgicòn: Quid, quod ne grauidis procumbat culmus ariſtis: Luxuriem
ſegetum tenera depaſcit in herba, Cum primum ſulcos æquant ſata. Eſt igitur non agri modo, aut
arborum, ſed etiam ingeniorum, ac ſtili luxuries quædam, et immodica felicitas. Philoſophus ille.)
Hippiam indicat ſophiſtam, quem Hieronymus non appellat, ut exemplum ſit commendatius. Hic
Eleus fuit, diuerſarum artium egregie peritus, dialectices, geometriæ, aſtronomiæ, muſicæ, arithme-
ticæ. Valuit & in pictura ac ſtatuaria: autor Flauius Philoſtratus, primo libro de uitis ſophiſtarum.
Huius balneum unà cum ſupellectile ab ipſo fabricatum, deſcribit Lucianus in Hippia, & hunc imi-
tatus Apuleius in floridis, qui anuli quoq; meminit, et pallij purpurei, & ſtrigilis: aliarumq; rerum
D minutarum. Gloriatus eſt.) Quoniam in olympijs oſtentabat, ut idem refert. Ac negat in illo ſpe-
ctaculo fuiſſe quicquam æquæ ſpectandum. Baſilicas eccl.) Baſilice, Græcis Regiam ſonat. Nam
βασιλεὺς, rex. Illi quicquid ſplendidum ac magnificum eſt, id βασιλικὸν uocant. Latini domos amplas
ac ſpacioſas, in quibus agebantur cauſæ, conciones, & alia id genus publica, Baſilicas uocabant. Nam
41 eccleſia, Latine concionem ſignificat. Conciliabula.) Conuentus. Nam ad ſepulchra ſiue reliqui-
as martyrum conueniebant Chriſtiani, idq; noctibus, ut palàm indicat Hieronymus in epiſtola ad-
uerſus Vigilantium. Pampinis.) Id eſt, uirgultis uiteis, cum ipſis folijs. Nam hæc pampini uocan-
tur. Adumbrarit.) Paulò diuerſius hic accipit quàm ſuperius, nempe pro obtexerit. Diſpo-
ſitione.) Duo ſunt quæ delectant oculos, ipſe rerum color, & apta collocatio. Delectat per ſe gem-
ma, ſed refert, ubi inſerta ſit. Macte uirtute.) Verum epiphonema, quo claudit Nepotiani uitam,
ſimulq; gradum facit ad mortis expoſitionem. Ad huiuſmodi acclamationem, præcipue uox ea con-
uenit: Macte, qua uirtutem abſolutam ſignificamus. Sed rurſum mire per ſententiam fecit tranſitum,
uerum accommodatam ad perſonam. Nam abſoluta erat. Cuius egregia ſunt initia, eius oportet &
finem egregium eſſe. Cuius tal. p. q. e. ſ.) Mirum, ut pariter et excitat lectorem ad partem ſequen-
tem: nempe de morte, & obiter locos communes attigit, nec ſinit ocioſos aut frigidos eſſe tranſi-
tus. Quid te ſubtrahis?) Apoſtrophe, affectibus aptiſſima. Omnis caro fœnum.) Eſaias cap. qua-
drageſimo. Omnis caro fœnum, et omnis gloria eius, quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit
flos. Item Iacobus cap. 1. Quoniam ſicut flos fœni tranſibit: exortus eſt enim ſol cum ardore, & arefe-
cit fœnum et flos eius decidit, et decor uultus eius deperijt. Rurſum Eccleſiaſtici cap. 13. Omnis caro
ſicut fœnum ueteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore uiridi. Alia generantur, et alia deij-
ciuntur. Sic generatio carnis et ſanguinis. Item Petrus in epiſtola prima: Quia omnis caro, ut fœ-
num &c. Cæterum Eccleſiaſtici ſimilitudo de folijs pulchre conuenit, cum eo quod dicit Homerus
Iliados ſexto. οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν φύλλα, τὰ μέν τ᾽ ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ᾽ ὕλη τηλε-
θόωσα φύει, id eſt: Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum. Quorum hæc uentus humi fun-
dit, rurſum illa uireſcens Profert ſylua. Vtitur idem eadem ſimilitudine, Iliados. φ. Indumento.)
42 Nam corpus ueſtis ac domicilium eſt animi, iuxta Platonem in Phædone. Et notus eſt iocus ille, in-
genium Galbæ male habitare, quod cum eſſet diſertus, deformis tamen erat. Flante auſtro lilium.)
Auſter peculiariter inimicus eſt floribus. Vnde Vergilius in Alexide: Eheu quid uolui miſero mi-
hi? floribus auſtrum Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros. Nec minus peſtilens corporibus
humanis. Horatius in odis: Fruſtra per autumnos nocentem corporibus, metuemus auſtrum Vn-
de & propheta uentum urentem uocat, ac uænas ſiccantem. Quin etiam Ezechiel cap. 27. Ventus
auſter

A auſter contriuit te. Hieronymus admonet Hebraicam uocem, קָדִים, Latinis uerti poſſe, uentum
urentem, pro quo auſtrum legimus. Porrò cum omnis gratia florum ſit fugax, apte tamen nominat
lilium & uiolam, quorum illud candore, hæc purpura delectat, uterq; flos minime durat. Quam ob
cauſam Horatius in odis. Breue lilium dixit. Ac mira ſimilitudine expreſſit formæ nitorem paula-
tim morbo ſqualeſcentem. Venarum fontes.) Phyſice dixit. Nã iuxta medicos, febris cordis & ſan-
guinis incenſio eſt. Lætus erat &c.) Vt omnia pingit, & ob oculos ponit. Intelligeres &c.) Hoc
epiphonematis loco, poſt ὑποτύπωσιν. Voluuntur per ora lachrymæ.) Hic iterum tranſitus eſt, exci
tans ad ea quæ ſequuntur. Expectamus enim magnum quiddam, cuius recordatio Hieronymo uel
inuito lachrymas excuſſerit. Aetate patri, fratri collegio.) Moriens Nepotianus alludit ad uerba
quæ ſunt in libello ſuperiori, quem Hieronymus ad ipſum ſcripſerat. Aetate patrem, fratrẽ collegio,
ut hinc uel maxime appareret, illum etiam tum cum animam ageret ſtudiorum ſentire dulcedinem,
43 quo tempore uulgus hominum, nec ſeipſos ſentiunt. Pariter.) id eſt, ex æquo. Dicitur enim à pari.
Manum auunculi.) Et hoc ad ὑποτύπωσιν pertinet. Nam hic mos morientium, ut hoc indicio ſu
premo, ſignificent ſe ſentire, quæ dicuntur & aguntur. Scio quod nolueris.) Hactenus expoſuit
quæ ad præſens tempus, iuxta Rhetorum præcepta, pertinebãt. Nunc tranſitu per ſententiam, ut ſo-
let quæſito: tranſit ad ea quæ futuri ſunt temporis, id eſt, quæ ſint poſt mortem conſequuta. Sic.)
Id eſt, in luctu. Siquidem in aduerſis potiſſimum apparet, qui ſint amici, ut inquit Tragicus: ſed nemo
optat, ut ſic amicos probet. Iucundius, gratius.) Indicat differentiam inter iucundum & gratum,
quam explicat Laurentius Valla, elegantiarum libro quarto. Totus autem ſermo qui ſequitur, ſca-
tet ſchematum floſculis, quæ prætermitto, ne lectorem onerem. Meditationem mortis.) Id mirifi-
ce tractat Socrates apud Platonem in Phædone, nihil aliud eſſe philoſophari, quàm mortis medi-
tationem, hoc eſt exercitationem & præparationem ad mortem. Mors abducit animum à corpore.
Philoſophia ſemouet animum ab amore rerum corporalium, erigens ad ea quæ uere ſunt, hoc eſt in-
telligibilia. Ita fit ut Philoſophi animus lubens emigret è corpore, cum ab imperatore uocatur, quip-
pe iam ante aſſuetus abeſſe à rebus corporeis, & hanc ſeparationem diu meditatus. Contra, ſtulti mor
tem horrent, quod animus altiſſime corpori ſit immerſus: & inſolẽs ſit à corpore ſeiungi. Inepte craſ-
ſuli quidam hanc Platonis ſententiam ſic interpretantur, quaſi Plato iuſſerit nos aſſidue meminiſſe
44 mortis. In cœlum uſque ferunt.) Auget hoc per hyperbolen, ut magis creſcat, quod adducturus
eſt ex Paulo. Redit autem paulatim ad conſolationem intermiſſam. Quotidie, inquit, morior.)
B Fortius eſt quotidie mori, quàm meditari mortem. Quanquam Paulus hoc loco dicit ſe quotidie mo
ri; quod ſeſe quotidie certiſſimis uitæ periculis obijceret pro ſalute Corinthiorum. Arguens enim fu
turum, ut mortui reſurgant, negat ſe ſubiturum fuiſſe toties uitæ diſcrimen, niſi certum ſciret ſe re-
ſurrecturum. Præcedit enim: Quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior pro ueſtra glo-
ria, quam habeo in domino. Illud obiter admonendum in Græcis codicibus legi ad hunc modum,
τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν, καθ᾽ ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν χριστῷ, hoc eſt,
quid & nos periclitamur omni hora, Quotidie morior, per ueſtram gloriam, ut, per, ſit adiurantis:
ut, νὴ τὸν δία, id eſt, per Iouem. Id quod ante nos indicauit diuus Auguſtinus & Laurentius Valla.
Quanquam Ambroſius propter gloriam, aut pro gloria legit. Sentit autem Apoſtolus gloriam, quã
ſuis periculis ſibi pepererat ex ſalute Corinthiorum. Locus eſt in prima epiſtola ad Corinthios capi.
decimoquinto. Conari.) Exponit, quid dixerit meditari. Quod aſſcripſi, quia uulgus exiſtimat idẽ
eſſe meditari, quod cogitare. Velimus nolimus.) Figura prouerbialis, qua neceſſitas ineuitabilis
45 ſignificatur. Ante diluuium.) Nam Adam uixit nongentos triginta annos. Seth, duodecim ſupra
nongentos. Enos, quinq; & nongentos. Cainã, nongentos decem. Alijq; permulti prodigioſæ uiuaci
tatis cõmemorantur Geneſis cap. 5. Mathuſalẽ.) Hic annos natus ſeptingẽtos octoginta duos, ge
nerauit filias: Vixit annos nongentos ſexaginta nouem. Itaq; ſuperauit hic omnes longæuitate.
Optima quæq;.) Oſtendit quàm fugax ſit hæc uita, quamq; miſera, quo minus moleſte feramus
mortem. Carmen eſt Maronis ex libro Georgicõn tertio. Prima.) Adoleſcentiã intelligit, quæ ut
optima eſt, ita fugaciſſima: ueluti flos æui. Nam Pythagoras apud Naſonem, libro Metamorpho. 15.
pueritiam confert ueri: iuuentutem eſtati, autumno uirilem ætatem, hyemi ſenectutem. Primam igi-
tur ſic deſcribit. Nam tener & lactens, puerīq; ſimillimus æuo, Vere nouo eſt: tunc herba nitens, & ro
boris expers: Turget & in ſolido eſt, & ſpe delectat agreſtes. Omnia tum florent, florumq; coloribus
almus, Ludit ager. Macrobius commentario in ſomnium Scipionis, gradus omnes humanæ uitæ,
reuocat ad ſeptenarios. Poſt bis ſeptem, pubertas incipit. Poſt ter ſeptem, genas flore ueſtit iuuen-
ta: idemq; annus finem in longum creſcendi facit. Poſt quater ſeptem, in latum etiam creſcere deſini-
mus. Quinta hebdomadas, uirium incrementum abſoluit. Sexta, tuetur uires ante collectas. A ſex-
ta ad ſeptimam, fit occulta paulatim uirium diminutio. Septima, totius hominis maturitatẽ adfert,
etiam animi. Decima, uitæ metam præſcribit. At Seruius Tullius, ut refert ex Tuberonis hiſtoria
Gellius lib. 10. uitam omnem in tres diſtribuit partes, ut pueri cenſerentur uſq; ad annos ſeptem de-
cem. Iuuenes uſq; ad annum quadrageſimumſextum. Vltra hunc ſeniores. Sed Ariſtoteles in Poli-

C ticis putat corporis uigorem minui poſt annum trigeſimumſextum:animi poſt duo dequinquageſi-
46 mum. Miſeris.) Hoc epitheton frequens eſt apud Heſiodum & Homerum, δειλοῖσι βροτοῖσι. Quot
autem gradibus extenuat humanam uitam:cuius quod eſt optimum,id primum, priuſquam intelli-
gas tuum ipſius bonum,abit,imò fugit,non abit,hoc eſt perniciſſime,ut etiam ſi uelis,non poſſis re-
morari. Nec ſatis,quod ſua ſponte fugax eſt. Accedunt morbi qui ſenectutem per ſe moleſtam, acce-
lerant. Poſtremo mors inexorabilis,rapit,non aufert. Neuius poëta.) Hic ſcriptor fuit tragœdia-
rum. Eſt autem carmen trimetrum iambicum: Pati neceſſe eſt, multa mortalem mala. Niobam.)
Quæ ob ſpretam Latonam,omnibus liberis orbata fuit: ipſa uerſa in marmor, quod aſſidue ueluti
lachrymis madere cernitur. Fabulam narrat Ouidius, libro metamorpho.6. Et diuerſas beſtias.)
Opinor hunc locum non uacare mendo. Quæ namq; Niobe commutata fuit in diuerſas beſtias,cum
in lapidem ſit uerſa? Fortaſſis legendum, In lapidem, & alios in diuerſas beſtias commutatos finxit
antiquitas:ut intelligas, de Alcyonibus, cygnis, & id genus alijs. Et Heſiodus nata.) Nihil huiuſ-
modi legitur in operibus Heſiodi poëtæ,quæ quidem nũc extant. Fortaſſis legendũ eſt, Heniochus:
quos opinor aut Thraciæ populos, aut certe finitimos. De Thracibus autem, apud quos luctuoſa
ſint puerperia, ut recentem natum luctu parens excipiat: Contra,læta funera:ut uita defunctos gau
dijs proſequantur,meminit Solinus in deſcriptione Thraciæ: Valerius Maximus lib. ſecundo: Quin
tilianus libro quinto, cumq; his alij permulti. Tametſi me non fugit Strabonem libro undecimo
Heniochos ponere inter barbaras nationes Caucaſo uicinas. Quorum meminit & Mela. Poteſt au-
tem fieri, ut uel eodem nomine fuerit gens aliqua Thraciæ, uel apud Heniochos Aſiaticos fuerit
eadem conſuetudo,quæ apud Thraces. Quum hic locus me diu torſiſſet, neq; quicquam adhuc ani-
mo meo ſatiſfaceret:cœpi mecum agitare,ſi quod eſſet gentis nomen,quod haberet affinitatem cum
hac uoce Heſiodus,& ecce per uarias erranti regiones commodum occurrunt Eſſedones, hi ab Ari-
maſpis,Scytharum genere,incolunt uſque ad Meotidem. De quorum moribus ita prodidit Pompo
nius Mela libro ſecundo:Eſſedones funera parentum læti,& uictimis ac feſto coitu familiarium cele-
brant,corpora ipſa laniata & cæſis pecorum uiſceribus immixta epulando cõſumũt, capita ubi fabrè
expoliuere,auro cincta pro poculis gerunt. Hæc ſunt apud eos pietatis ultima officia. Eadem alijs uer
bis tradit Solinus:Sed utroque uetuſtior Herodotus lib.4. Itaq; probabile eſt pro Heſiodus ab Hie-
ronymo fuiſſe ſcriptum, Eſſedo. Quare ualeat hæc opinio, donec certius aliquid fuerit compertum.
D Plebs.) Vt plebes legas, ratio ſenarij poſtulat. At Ennius quidẽ non extat,uerum hæc ſunt uer
47 ba Agamemnonis in Euripidis Iphigenia aulideſi. ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον, καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥαδίως
αὐτοῖς ἔχει ἄνολβά τ' εἰπεῖν, τῷ δ' ἐγγενναίῳ φύσιν. Ἅπαντα ταῦτα, προστάτην γε τοῦ βίου τὸν δῆμον ἔχομεν. &c. Quæ
nos ſic uertimus: At generis ipſa obſcuritas,ut quiddam habet: Et commodum profecto & exopta-
bile. Nam liberum illis, lachrymas profundere. Queriq; miſera. Stirpe at illuſtri ſatis. Cuncta hæc ne-
gata. Sed arbitrum uitæ leuem populum obtinemus &c. Verum quid ago?) Per correctionem
captauit tranſitum, ad commemoranda publicæ calamitatis exempla. Quandoquidem hic effica-
ciſſimus eſt in conſolando locus. Conſtantius.) Conſtantini filius Conſtantis frater, ab Arrio
tractus eſt in hæreſim Arrianam, ut quoſdam in deo gradus crederet. Hoc Parthicis bellis occupato,
Iulianus, qui Gallicis elatus ſucceſſibus, imperij faſtigium uſurparat, Italiam Illyricumq; peruadit,
Conſtantioq; partem adimit imperij. Id ubi cognouit Conſtantius: omiſſa Parthica expeditione,
dum ad ciuile bellum reuertitur,in itinere inter Ciliciam Cappadociamq; defunctus eſt, refert Oro-
48 ſius libro ſeptimo. Itẽ hiſtoria Tripartita lib.3. Mopſi uiculo.) Stephanus indicat uicũ eſſe Ciliciæ
iuxta fluuium Pyramum,cui nomen ſit Mopſi domus, à Mopſo uate quopiam Tireſiæ filio, etiam ſi
diſſentit Strabo, qui libro.14.quod ad locum attinet. Quanquam eodem in loco ſubindicat, Hiſto-
ricos de loco uariaſſe. Quod enim ille refert,accidit iuxta Colophonem, nimirum Chalcantem inte-
riſſe mœrore,quod uaticinandi peritia ſuperatus eſſet à Mopſo: ait Sophoclem hoc alicubi tranſtu-
liſſe in Ciliciam. Et Oroſius tradit Conſtantium inter Ciliciam & Cappadociam periſſe. Mela ſcribit
Colophonem à Mopſo uate conditam, uerum hunc non Tireſiæ fuiſſe filium,ſed Mantus, quæ fuit
Tireſiæ filia. Hoſti reliquit imp.) Iulianum ſignificat. Nam Conſtantium iam ante dolis ſuſtulerat
Magnentius. Iulianus prod.ani.ſ.) Quoniam deſciuit à fide Chriſtiana. Nam dum deſciſcit à Chri-
ſto,cui prius dederat nomen,ſuam ipſius ſalutem prodidit hoſti Satanæ. Chriſtiani iug. ex.) Dum
magno apparatu bellum aduerſus Parthos moliretur, Chriſtianorum ſanguinem dijs ſuis uouiſſe
legitur, palàm perſequuturus eccleſias, ſi uictoria contigiſſet. Quin & Amphiteatrum Hieroſoly-
mis extrui iuſſerat,in quo reuerſus à Parthis, epiſcopos,monachos, omneſq; eius loci ſanctos, be-
ſtijs, etiam arte ſæuioribus obijceret, ſpectaretq; laniandos. In Media.) In Galliam miſſus fuerat à
Conſtantio ubi res proſperrime geſſit, Et ſucceſſu rerum ebrius,neglexit Chriſtum. In Media ſenſit
ultorem. Nam motis à Cteſiphonte caſtris, dolo cuiuſdam tranſfugæ in deſerta perductus, cum ui
ſitis & ardore ſolis,atque inſuper & labore herenarum confectus, periret exercitus, imperator tanto
rerum periculo anxius, dum per uaſta deſerti incautius euagatur, ab obuio quodam hoſtium equi-
te, conto ictus interijt. Propagare.) Subactis Parthis. Eſt autem iucunda adnominatio,propaga-
re,&

A re,& propagatos. Iouinianus.) Nam is ſucceſſit Iuliano. Guſtatis tantum.) Nam periјt octauo
imperij ſui menſe. Fœtore prunarum ſuf.) Nam pactus cum hoſtibus, ictoq; fœdere neceſſario ma-
gis quàm honeſto, dum per Galatiam iter agit, in Illyricum rediturus, cum in cubiculum quoddam
nouum ſeſe recepiſſet cubitum,calore prunarum,& nidore parietum nuper calce illitorum,aggraua-
tus,& ſuffocatus interijt Dadaſtanæ. Valentinianus.) Is fuit pater Gratiani & Iouiniano ſucceſſit.
Vaſtato genitali ſolo.) Pannonium apparet fuiſſe.Siquidem cum Sarmatæ ſeſe per Pannonias diſ-
funderent eaſq; uaſtarent, iſq; ſuccurſurus, bellum in eos pararet, apud Brigitionem oppidum,
50 ſubita effuſione ſanguinis, quæ Græce ἀπόπληξις uocatur, ſuffocatus interijt. Valens.) Valen-
tem fratrem, participem fecerat imperij.Hic cum Gotthos conturbatos ab antiquis ſedibus expu-
liſſet,rurſus in fidem recepti ſunt. Mox Gotthi, Maximi ducis auaricia, & iniurijs exaſperati, denuo
mouerunt arma, & uicto Valentis exercitu, per Thraciam ſeſe miſcentes, ſimul omnia cædibus,
incendijs rapiniſq; fœdarunt.Valens in Thracia cum Gotthis congreſſus infeliciter, per deuia fu-
gientibus cæteris, ipſe cum ſagitta ſaucius, ægre in cuiuſdam uillulæ cellam deportatus lateret, ab
inſequentibus hoſtibus deprehenſus, ſubiecto igni conſumptus eſt, atq; ita communi caruit ſepul-
tura. Gratianus.) Valentiniani filius patri ſucceſſit; aliquamdiu cum patruo Valente,& Valen-
tiniano fratre,tenuit imperium. Deinde Theodoſium in imperij conſortium aſciuit. Ludibrio ho-
ſti fuit.) Maximum ſignificat, qui in Britannia ab exercitu creatus imperator, in Galliam tranſijt,
ubi Gratianum Auguſtum ſubita incurſione perterritum,atq; in Italiam tranſire parantem,dolis cir-
cunuentum interfecit, fratremq; eius Valentinianum Italia expulit. Lugdune.) Apoſtrophen fa-
cit,eſtq; hypallage numeri. Sunt autem Lugduni ad Rhodani ripas in Gallia.Siquidem omnis Gallia
comata, in treis partes diuiditur,Belgicam,quæ eadem eſt Lugdunenſis;Et Aquitaniam, olim Are-
51 moricam dictam, & Narbonenſem. Autor Plinius. Adoleſcens Valentinianus.) Iunior Gratiani
frater, opera Theodoſij reſtitutus in imperium, extincto Maximo eiuſq; filio Victore, quem impe-
ratorem Gallijs ipſe diſcedens præfecerat. In Galliam tranſijt,ubi cum pacata uiderentur omnia apud
Viennam dolo Arbogaſtis comitis ſui ſtrangulatus eſt. Inſuper ut uoluntariã ſibi mortem conſci-
uiſſe uideretur, laqueo ſuſpenſus eſt. Procopius.) Tyrannus, à Valentiniano Valentis fratre fuit
interemptus. Maximus.) Et hic inuaſor imperij, alioqui uir ſtrennuus, Theodoſianis armis op-
preſſus eſt, de quo ſuperius dictum eſt. Eugenius.) Et hic Tyrannus, uictore Theodoſio occiſus
eſt.Arbogaſtes huius comes, & cuius opera imperium fuerat adeptus, ſua manu ſe percuſſit. Exer-
B citui parcitum eſt. Dicat aliquis.) A contrario quæſiuit tranſitum, ab imperatorum exemplis, ad
inferiorum magiſtratuum fortunas. Feriuntq; ſummos.) Retulit Horatianũ carmen ex odis:Cel-
ſæ grauiore caſu Decidunt turres, feriuntq; ſummos Fulgura montes.Maxima quæq; dignitas,ma-
ximis periculis obnoxia eſt. Porrò ſi quis uolet de his copioſius cognoſcere, legat ſeptimum Pau-
li Oroſij librum, ac Tripartitæ hiſtoriæ,item ſeptimum.Nos ea recenſenda putauimus, quæ ad hu-
ius loci explanationem proprie pertinebant. Abundantius egens exulat.) De hoc conſulari uiro
qui fuerit, nihil adhuc comperi. Alluſit autem Hieronymus ad nomen,cum ait, Abundantium,non
iam abundantem, ſed egentem. Exaggerat per gradus calamitatem. Nam egere per ſe miſerum eſt.
52 Miſerius in exilio. Miſerrimum ſi exules longius apud immanes barbaros. Pityunte.) Hæc uox
fuerat uarie deprauata in omnibus quæ uidere contigit exemplaribus. Eſt autem Pityus oppidulum
ad extremum maris Pontici, ubi & Romani imperij fines olim fuiſſe tradit Hiſtoria tripartita lib.10.
Locus eſt feris & crudelibus barbaris finitimus, ubi legitur & Chryſoſtomum exulaſſe. Rufini
caput.) Hic orientalis aulæ magiſter fuit.Stilico occidentalis. Deinde imperium affectauit. Pilo.)
Pilum haſtam Romanam uocat. Erat autem ea ignominia ſumma. Conſtantinopolim.) Quod
hic ſedes eſſet orientalis aulæ, cui præfectus fuerat. Abſciſſa manus.) Circunferebatur fortaſſis à
mendico quopiam, in ignominiam extincti, aut ipſe mendicabat,manum amputatam circunferens
ad oſtentationem calamitatis. Aſſæ.) Aſcæ legendum opinor. Nam id eſt oppidum Arabiæ,quon-
dam à Romanis captum. Meminit Strabo lib.16. Quanquam eſt Aſæ uicus Thraciæ,& Aſea uicus
Arcadiæ, teſte Stephano. Non calami.mi.) Tranſitus eſt ad communem regionum afflictionem.
Conſtantinopolim.) Quidam Byzantium eſſe putant. Eſt autem in Thracia ciuitas maritima.
53 Alpes Iulias.) Diuerſa ſunt alpium nomina, pro locorum uarietate. Iulias quidam putant eſſe pro-
ximas Rhetijs,quà per Teruiſianam urbem, iter ſit in Iſtriam & Auſtriam. Scythiam Thra. Ma-
ced.) Non mediocrem habet gratiam, hæc locorum & gentium ac uerborum congeries ἀσύνδετον.
Conuenitq; orationi iam concitatiori, & ad finem properanti. Sunt autem omnes Europæ regiones
inter ſe finitimæ. Scythia.) A Tanai fermè media eſt Scythia (Nam reliqua pars, quæ uergit ad
orientem in Aſia eſt) pontici lateris.Hinc in Aegæi partem continẽs,Thraciæ ac Macedoniæ adiun-
gitur. Autor præter cæteros,Pomponius Mela,ſentit enim hic de Scythia Europæa. Dardania.)
Ea quanquam à Geographis in Aſia ponitur; tamen eſt finitima Thraciæ. In hac Pomponius Mela
ſcripſit eſſe ſepulchrum Achillis.Plinius hanc gentẽ feram uocat. Daciam.) Daci ſiue Dacæ trãſrhe
nani ſunt,Danubio fluuio,& Auartijs, ſyluæq; Hercinæ finitimi. Seruius Dacas Scythiæ populum

 facit,

C ſacit,exponens cum locum quẽ ex Maronis octauo ſuperius attigit Hieronymus. Indomitiq́; Dacæ.
Quidam Thraciæ Scythiæq́; finitimos putant,aut etiam utriuſq; portionem. Theſſalonicam.) Ma-
cedoniæ partem eſſe ſcribunt Plinius in quarto , & Stephanus Græcus autor. Achaia. ) Quæ olim
Aigiolos dicta eſt:ea pars eſt Græciæ in qua eſt Corinthus. Lege Plinium lib.4. cap.5. Epirus.) In
Europa pars eſt Acroceraunidis,de qua plurima Plinius lib.4.cap.1. Cunctaſq́; Pannonias.) Fortaſ
ſis legendum,cunctamq́; Pannoniam. Niſi forte Pannonias ut Gallias dicimus. Nam ſuperior ad Da
54 nubium uergit.Inferior ad Daciam,& Dalmatiam. Gotthus Sar.&c.) Hæc eſt illa colluuies barba-
rorum,quæ tot annos Romanum exercuit imperiũ. Plurima mortis imago.) Retulit carmen Ver-
gilianum:Multus ubiq; pauor,& plurima mortis imago. Romanus orb.) Si Romanum imperium
ruit,quod omnes æternum fore putabãt,quid erit perpetuum in rebus humanis? Corinthios.) Eas
Græciæ partes nominat,quæ præter cæteras imperij gloria floruerunt, cum nunc à barbaris ſubactæ,
ſeruiant frigeantq́;,ut intelligas,nihil eſſe diuturnũ in rebus mortalium. Immunis ab his mal.) Capta-
uit tranſitũ ut digrediatur ad Aſiæ calamitates. Et ecce.) Apte de re ſubita & improuiſa. Ex ulti-
mis Caucaſi.) Scythas Aſiaticos aut Scythis finitimos ſignificat. Nam Caucaſus Indiæ mons eſt altiſ-
ſimis rupibus,qua uergit ad Septentrionẽ Scythiã attingens. Non iam Arabiæ.) Nõ eſt dubitandũ,
quin retulerit locum,qui eſt apud Abacuc prophetã cap.1.Leuiores pardis equi eius,& uelociores lu-
pis ueſpertinis. Quem locum ita uerterunt ſeptuaginta:Exilient ſuper pardos equi eius,& uelociores
erunt lupis Arabiæ. Rurſum apud Sophoniam cap.3.Principes eius in medio eius,quaſi leones rugiẽ
tes:Iudices eius lupi ueſpere , & non relinquebant in mane. Quod ita uertunt ſeptuaginta:Principes
eius in ea ueluti rugientes leones:Iudices eius ſicut lupi Arabiæ,non dimittebant in mane. Verba diui
Hieronymi in hunc prophetæ locum ſunt hæc:Sed iudices eius capientes munera uendentesq́; iuſti-
ciam,nonne recte appellãtur lupi Arabiæ uel ueſpertini,ſicut Symmachus tranſtulit? Rurſus in locũ
Abacuc hæc aſſcribit:Lupi autem Arabiæ,id eſt,ueſpere,hi recte uocantur,quibus cõuerſatio peſſima
occubuit. Reddiderat paulò ſuperius cauſam,cur lupi ueſpertini dicerentur,quod lupi uelociores eſſe
dicantur nocte uicina. Cur autem Arabiæ lupi dicantur,nullã omnino cauſam reddit. Vnde mihi ſu-
ſpicio naſcitur,utroq; loco quem modo citaui,Arab legi debere, ut Hieronymus Hebraicam uocem
poſuerit: præſertim cum in Abacuc addat,id eſt,ueſpere. Verũ hæc interpretandi uariatas hinc accidit,
quod עֶרֶב apud Hebræos ueſperam ſignificet, עֲרָב totidẽ conſonãtibus,uarietis tantũ uocalium no-
D tulis,Arabiam regionẽ. Hanc igitur poſteriorem interpretationẽ,Hieronymus hoc loco libenter arri
55 puit,nimirum aptam ad alluſionẽ,quandoquidem de regionibus loquitur. Antiochia.) In Aſia Sy-
riæ pars eſt,qua ſe Ciliciæ committit,olim ac diu potens,ut ſcribit Mela. Halys.) Fluuius ex Tauri
montis radicibus oritur. Interfluit Cappadociam,Septentrionẽ uerſus. Inter Paphlagonas currens,in
pontum Euxinum exit. Cydnus.) Ciliciæ fluuius eſt,Tharſum Ciliciæ urbem diuidit , ut autor eſt
Iuſtinus & Mela,cuius ortũ ſciri,negat Solinus. Orontes.) Antiochiæ fluuius eſt,teſte Mela. Eu-
phrates.) Oritur in præfectura Armeniæ maioris,Babylonem diuidit,tandem exit in mare rubrum.
Lege Plinij lib.5.cap.24. Arabia.) Pars Aſiæ ultra Peluſiacum mare,ad mare rubrum pertingens.
Phœnix.) Arbitror legendum,Phœnice,nõ Phœnix. Quãdoquidẽ regio , Græcis ſimul & Latinis
φοινίκη uocatur. Palæſtina.) Vtraq; pars eſt Syriæ , Phœnice & Palæſtina. Nam ut teſtatur Plinius
lib.5.Syria qua contingit Arabes,Palæſtina uocatur,& Iudæa,& Cœle,dein Phœnice. Et qua recedit
intus Damaſcena,ac magis etiãnum meridiana , Babylonia. Non mihi ſi.l.) Vergiliani uerſus ſunt
ex ſexto Aeneidos. Thucydides & Sal.) Duos hiſtoriæ principes nominat,alterum Græcæ , alterũ
Romanæ. Nam & Fabius Thucydidi opponit Saluſtium : Herodoto , Liuium. Miſeri Iſraëlitæ.)
Quanq́; per nominãdi caſum:tamen exclamatiue dictum eſt. Vt & illud ſuperius:Felix Nepotianus,
56 qui &c. Nabuchodonoſor,ſeruus.) Eſt apud prophetã Hieremiam cap.25. Et Nabuchodonoſor re-
gem Aquilonis ſeruũ meum. Vocauit aũt ſeruum,ut exponit inibi Hieronymus,quod in ſubuerſio-
ne Hieruſalem illius miniſterio uteretur. Ezechias agit pœni.) Hæc hiſtoria eſt Eſaiæ cap.37.de Sẽ-
nacherib rege Aſſyriorum,& Ezechia rege Iſraël. Egreſſus eſt,inquit , angelus domini & percuſſit in
caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq; milia. Et ſurrexerũt mane, & ecce omnes cadauera mor-
tuorum. Ioſaphat.) De hoc legis 2.Paralipo.cap.17.quẽadmodum per uniuerſas ciuitates Iuda di-
miſſis leuitis ac ſacerdotibus,qui legẽ domini docerent,adeo terrori factus ſit hoſtibus,ut paſſim ultro
munera ad illum mitterent. Moſes contra Amale.) Hiſtoria narratur Exodi cap.17. Siquando re-
miſiſſet brachia Moſes orans,uincebantur Iſraëlitæ &c. Si erigi uolu.) Indicat Chriſtianis nõ opor-
tere præſidium eſſe in armis,ſed in auxilio diuino. Eſt autẽ iucũdus color ex cõtrarijs. Vſq; ad incre
dulitatem.) Ambiguus eſt ſenſus. Aut enim intelligis adeo ſtolidam,ut uix credi poſſit. Aut adeo ſto-
57 lidam,ut diffidant præſidio dei. Mens.) Rurſus exclamat per nominandi caſum. Fugient mille.)
Eſaiæ ſunt uerba cap.30.Si reuertamini & quieſcatis,ſalui eritis. In ſilentio & in ſpe, erit fortitudo ue-
ſtra. Et noluiſtis & dixiſtis:Nequaq́; , ſed ad equos fugiemus:Ideo fugietis. Et ſuper ueloces aſcende-
mus:Ideo uelociores erũt qui perſequẽtur uos. Mille homines à facie terroris unius, & à facie terroris
quinq; fugietis. Pilis ſagittis.) Pilum haſta eſt Romana,quæ ut torqueatur,uirũ deſiderat. Sagittis

Parthi

A Parthi Scythæq; fidebant,quibus eminus pugnatur,& à fugientibus. Tiaras gal.) Tiara, Phrygius
eſt pileus,ac delicatus,magis decorus fœminis q̃ uiris. Nam buccas quoq; tegebat. Caballi.) Maio-
res equi dicuntur,ut mãni delicatiores. Xerſes ille.) Hic,ſi Græcis hiſtoricis eſt habenda fides,dedu-
xit in Græciam,quinquies mille milia,& ducenta octoginta duo milia,ſeptingentos & ſexaginta.Lubi
tum eſt illi in quodam die,ſpectare multitudinem quam ducebat,cumq; intueretur omnem Helleſpõ-
tum nauibus obductum,omnia littora,atq; Abydenorum plana,uiris referta,beatum ſe iactauit, mox
fleuit.Rogatus cauſam ſubitæ mutationis:Reſpõdit ſibi ueniſſe in mentem,humanæ cõditionis,quod
ex tam innumera multitudine,nullus eſſet poſt cẽtum annos ſuperfuturus. Hiſtoria eſt apud Herodo
tum lib.7.&.8. Redeamus ad nos.) Alius eſt tranſitus per correctionem: cuiuſmodi fuit proximus
58 ille.Exceſſimus conſolandi modum. Et quaſi è cœlo.) Alludit ad morem Homericũ, qui ſic miſcet
poëſim ſuam,ut nunc in cœlo uerſetur apud deos,nunc rurſus ad homines deſcendat.

ANTIDOTVS. Nemo mirabitur,ſi diuus Hieronymus laudi tribuit Nepotiano, quod Tertul
lianum,non ſolũ legerit,uerumetiã citauerit,quẽ conſtat in Montani hæreſim fuiſſe prolapſum, cum
hunc ob inſignem eruditionem Cyprianus magiſtrum ſuum uocare ſit ſolitus, & diuus Auguſtinus,
in libris de doctrina Chriſtiana nõ dubitarit,Theologiæ regulas ex hominis & infantis & hæretici ſcri
ptis citare.Licebat hoc illis tẽporibus,eruditionis gratia,è quibuslibet libris,ſi quid ineſſet utile,decer
pere.Ita Hieronymus præter alios multos,legebat Origenem,ut interpretem,non ut dogmatiſten. Vt
igit̃ Origenis ingenio fauit Hieronymus,ita fauit & Tertulliani,quẽ ſcribit ad Mõtani factionẽ deſci-
uiſſe,cõmotũ inuidia clericorũ,ut id mali magis imputet clericis,q̧ talẽ uirũ ſua inuidẽtia à ſe alienarint.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ruſticum Gallum,monachum,eruditum adoleſcentem docet,quemadmodum oporteat inſtituere
uitam,eo dignam cognomine. Admonet in primis uitandum ſuſpectarum fœminarum conſuetudi-
nem. Tutius autem eſſe iuuenem in cœnobio,quàm in ſolitudine uitam agere. Tum ſero ad docẽdum
& ſcribendos libros eſſe ueniendum,obtrectatorum familiaritatem modis omnibus fugiẽdam. Ac per
ſingula taxat eos,qui ſub prætextu ac titulo monachi,ſuis indulgent uitijs.

## HIERONYMVS RVSTICO MONACHO VIVEN- di formam præſcribit.

1 NIhil Chriſtiano felicius,cui promittitur regnũ cœlorũ. Nihil laborioſius, qui
quotidie de uita periclitatur. Nihil fortius,qui uincit diabolum. Nihil imbecil-
B lius,qui à carne ſuperat̃. Vtriuſq; rei exẽpla ſunt plurima. Latro credit in cru-
ce,& ſtatim meretur audire: Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. Iudas
de apoſtolatus faſtigio , in perditionis tartarũ labitur,& nec familiaritate conuiuij,nec in-
tinctione buccellæ,nec oſculi gratia frãgitur: ne quaſi hominẽ tradat,quem filium dei no-
uerat. Quid Samaritana uilius? Non ſolũ ipſa credidit,& poſt ſex uiros unum inuenit do
minum: Meſſiamq; cognouit ad fontem,quem Iudæorũ populus ignorabat,ſed & autor
fit ſalutis multorũ,& Apoſtolis emẽtibus cibos,eſurientẽ reficit,laſſumq; ſuſtentat. Quid
Salomone ſapientius? Attamen infatuatur amoribus mulierũ. Bonum eſt ſal,nullumq; ſa
crificium abſq; huius aſperſione ſuſcipitur. Vnde & Apoſtolus præcipit: Sermo ueſter
ſemper in gratia ſale ſit cõditus. Quod ſi infatuatur,foras proijcitur: intãtumq; perdit no
minis dignitatẽ,ut ne in ſterquilinium quidẽ utile ſit: quo ſolent credentiũ arua condiri,&
ſterile animarũ ſolũ pingueſcere. Hæc dicimus,ut prima te fili Ruſtice frõte doceamus,ma
gna cœpiſſe,& excelſa ſectari: & adoleſcentiæ imò pubertatis incentiua calcantẽ: perfectæ
quidẽ ætatis gradũ ſcãdere: ſed lubricũ iter eſſe,per quod ingrederis: nec tantum ſequi glo
riæ poſt uictoriã,quantũ ignominiæ poſt ruinã. Nõ mihi nũc per uirtutũ prata ducẽdus
eſt riuulus: nec laborandũ,ut oſtendã tibi uariorũ pulchritudinẽ florũ: quid in ſe lilia ha-
beant puritatis: quid roſa uerecundiæ poſſideat: quid uiolæ purpura promittat in regno:
quid rutilantiũ ſpõdeat pictura gẽmarũ. Iam em̃ propitio deo,ſtiuã tenes. Iam tectũ atq; ſo
lariũ cũ Petro apoſtolo cõſcendiſti: qui eſuriẽs in Iudæis,Cornelij ſaturatur fide: & famem
incredulitatis eorũ,gentiũ cõuerſione reſtinguit: atq; in uaſe euãgeliorũ quadrãgulo: qđ
de cœlo deſcẽdit ad terrã,docet̃ & diſcit omnes homines poſſe ſaluari. Rurſumq; quod ui
derat: in ſpecie cãdidiſſimi linteaminis in ſuperna trãſfert: & credẽtiũ turbã de terris ad cœ
lum rapit: ut pollicitatio domini cõpleatur: Beati mundo corde: quoniã ipſi deũ uidebũt.

C Totum quod apprehẽſa manu inſinuare tibi cupio, quod quaſi doctus nauta, rudem
conor inſtruere uectorem: illud eſt, ut in quo littore pudicitiæ pirata ſit noueris, ubi Cha-
rybdis & radix omniũ malorũ auaricia, ubi Scyllæi obtrectatorũ canes, de quibus Apo-
ſtolus loquitur: Ne mordẽtes inuicem mutuo cõſumanini, quomodo in media tranquilli
tate ſecuri, Libycis interdũ uitiorũ Syrtibus obruamur, quid uenenatorũ animantiũ, deſer
tum huius ſeculi nutriat. Nauigãtes rubrũ mare, in quo optandũ nobis eſt, ut uerus Pha-
rao cũ ſuo mergatur exercitu: multis difficultatibus ac periculis ad urbem maximã perue
niunt. Vtroq; in littore gẽtes uagæ, imò beluæ habitãt ferociſſimæ. Sẽper ſoliciti: ſemper
armati totius anni uehũt cibaria. Latẽtibus ſaxis uadisq́; duriſſimis plena ſunt omnia, ita
ut ſpeculator doctus in ſumma mali arbore ſedeat, & inde regẽdæ & circunflectendæ na-
2 uis dictata prædicet. Felix curſus eſt, ſi poſt ſex mẽſes ſupradictæ urbis portũ teneant, à
quo ſe incipit aperire oceanus: per quem uix anno perpetuo ad Indiam peruenitur, & ad
Gangẽ fluuiũ (quẽ Phiſon ſancta ſcriptura cõmemorat) qui circumit totã terrã Euilath,
& multa genera pigmentorũ de paradiſi dicitur fonte deuehere. Vbi naſcitur carbũculus
& ſmaragdus: & margarita candẽtia, & uniones quibus nobiliũ fœminarũ ardet ambitio:
montesq́; aurei, quos adire propter gryphas & dracones, & immenſorũ corporum mon-
ſtra, hominibus impoſſibile eſt: ut oſtẽdatur nobis, quales cuſtodes habeat auaricia. Quor
ſum iſta? Perſpicuum eſt, ſi negociatores ſeculi, tanta ſuſtinẽt, ut ad incertas perituraſq́; di
uitias perueniãt, & ſeruẽt cũ animæ diſcrimine, quæ multis periculis quæſierũt: quid Chri
ſti negociatori faciendũ eſt: qui uenditis omnibus quærit precioſiſſimũ margaritum? qui
totis ſubſtantiæ ſuæ opibus emit agrũ, in quo reperiat theſaurum, quem nec fur effodere,
nec latro poſſit auferre? Scio me offenſurum eſſe quàm plurimos, qui generalẽ de uitijs
diſputationẽ, in ſuam referunt contumeliam. Et dum mihi iraſcuntur: ſuam indicant con-
D ſcientiam: multoq́; peius de ſe, quàm de me iudicant. Ego enim neminem nominabo: nec
ueteris comœdiæ licẽtia, certas perſonas eligã atq; perſtringã. Prudentis uiri eſt, ac prudẽ
tium fœminarũ diſſimulare: imò emendare quod in ſe intelligant, & indignari ſibi magis
quàm mihi: nec in monitorẽ maledicta congerere. Qui etſi iiſdem teneatur criminibus, cer
te in eo melior eſt, quod ſua ei mala non placent. Audio religioſam te habere matrẽ, mul
torum annorũ uiduam, quæ aluit, quæ erudiuit infantem: ac poſt ſtudia Galliarum, quæ
uel florentiſſima ſunt: miſit Romã, non parcens ſumptibus, & abſentiam filij, ſpe ſuſtinẽs
futurorum, ut ubertatem Gallici nitoremq́; ſermonis, grauitas Romana condiret: nec cal-
caribus in te, ſed frenis uteretur, quod & in diſertiſſimis uiris Græciæ legimus, qui Aſianũ
tumorẽ Attico ſiccabant ſale, & luxuriantes flagellis uineas, falcibus reprimebant, ut elo-
quentiæ torcularia, non uerborũ pampinis, ſed ſenſuum quaſi uuarum expreſſionibus re
dundarent. Hãc tu ſuſpice, ut parẽtem: ama, ut nutricem: uenerare, ut ſanctam. Nec aliorũ
imiteris exemplũ: qui relinquunt ſuas, & alienas appetunt: quorũ dedecus in propatulo
3 eſt, ſub nominibus pietatis: quærentiũ ſuſpecta conſortia. Noui ego quaſdam iam matu-
rioris ætatis, libertini generis adoleſcentibus delectari, & filios quærere ſpirituales, paula
timq́; pudore ſuperato, ficta matrũ nomina erũpere in licentiã maritalẽ. Aliæ ſorores uir-
gines deſerunt, & externis uiduis copulãtur. Sunt quæ oderunt ſuos, & non ſuorum pal-
pantur affectu: quarũ impatientia, index animi, nullã recipit excuſationem: & caſſa impu-
dicitiæ uelamenta, quaſi aranearum fila dirumpit. Videas nõnullos accinctis renibus, pul
la tunica: barba prolixa, à mulieribus nõ poſſe diſcedere, ſub eodẽ manere tecto: ſimul ini
re cõuiuia: ancillas iuuenes habere in miniſterio, & præter uocabulum nuptiarum, omnia
eſſe matrimonij. Nec hæc culpa eſt Chriſtiani nominis, ſi ſimulator religionis in uitio ſit:
1 Quinimò cõfuſio gentiliũ, cũ ea uident eccleſijs diſplicere, quæ omnibus bonis nõ placẽt.

Tu uero ſi monachus eſſe uis, nõ uideri: habeto curã, non rei familiaris, cui renunciãdo,
hoc eſſe cœpiſti: ſed animæ tuæ. Sordidæ ueſtes, cãdidæ mẽtis indicia ſint: uilis tunica, cõ-

temptum

A temptum ſeculi probet: ita duntaxat, ne animus tumeat: ne habitus ſermoq́; diſſentiant. Balnearum fomenta nõ quærat, qui calorem corporis, ieiuniorũ cupit frigore extinguere. Quæ & ipſa moderata ſint: ne nimia, debilitent ſtomachũ, & maiorẽ refectionẽ poſcentia, erumpant in cruditatẽ: quæ parens libidinũ eſt. Modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ utilis eſt. Matrem ita uide ne per illam alias uidere cogaris: quarũ uultus cordi tuo hæreant, & tacitum uiuat ſub pectore uulnus. Ancillas quæ illi in obſequio ſunt: tibi ſcias eſſe in inſidijs. Quia quãto uilior earum cõditio: tanto facilior eſt ruina. Et Ioãnes Baptiſta ſanctam matrẽ habuit, põtificiſq́; filius erat: & tamẽ nec matris affectu, nec patris opibus uincebatur, ut in domo parẽtum cũ periculo uiueret caſtitatis. Viuebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera: zona pellicea, cibus locuſtæ, melq́; ſylueſtre, omnia uirtuti & continentiæ præparata. Filij prophetarum (quos monachos in ueteri teſtamẽto legimus) ædificabãt ſibi caſulas ꝓpter fluenta Iordanis, & turbis urbium derelictis, polẽta & herbis agreſtibus uictitabãt. Quãdiu in patria tua es: habeto cellulã ꝓ paradiſo: uaria ſcripturarũ poma decerpe, his utere delitijs: harum fruere cõplexu. Si ſcãdalizat te oculus, pes, manus, proijce ea. Nulli parcas, ut ſoli parcas animæ. Qui uiderit, inquit dñs, mulierẽ ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor? Aſtra nõ ſunt mũda in cõſpectu domini: quanto magis homines, quorũ uita tentatio eſt? Væh nobis, qui quoties cõcupiſcimus, toties fornicamur. Inebriatus eſt, inquit, gladius meus in cœlo, multo amplius in terra, quæ ſpinas & tribolos generat. Vas electiõis, in cuius ore Chriſtus reſonabat: macerat corpus ſuum, & ſubijcit ſeruituti, & tamen cernit naturalẽ carnis ardorem, ſuæ repugnare ſententiæ, ut quod nõ uult, hoc agere cõpellatur, & quaſi uim patiẽs, uociferatur, & dicit: Miſer
B ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et tu te arbitraris abſq́; lapſu, et uulnere poſſe tranſire: niſi omni cuſtodia ſeruaueris cor tuũ, & cum ſaluatore dixeris: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui faciunt uoluntatẽ patris mei? Crudelitas iſta, pietas eſt. Imò quid tam pium, quàm ſanctæ matri, ſanctũ filium cuſtodire? Optat & illa te uiuere, & nõ uidere ad tempus, ut ſemper cũ Chriſto uideat. Anna Samuelem, nõ ſibi, ſed tabernaculo genuit. Filij Ionadab, qui uinũ & ſicerã nõ bibebãt: qui habitabãt in tẽtorijs, & quas nox compulerat, ſedes habebãt: ſcribuntur in pſalmo, quod primi captiuitatẽ ſuſtinuerint, qui ab exercitu Chaldæorum uaſtãte Iudæam, urbes introire cõpulſi ſunt. Viderint quid alij ſentiant. Vnuſquiſq́; enim ſuo ſenſu ducitur. Mihi oppidum carcer, et ſolitudo paradiſus
4 eſt. Quid deſideramus urbiũ frequentiã, qui de ſingularitate cẽſemur? Moyſes ut præeſſet populo Iudæorũ, quadraginta annis eruditur in eremo: paſtor ouium, hominũ factus eſt paſtor. Apoſtoli de piſcatione lacus Genezareth, ad piſcationẽ hominũ tranſierunt. Tunc habentes patrẽ, rhete, nauiculã, ſequuti dñm, protinus omnia reliquerũt, portãtes quotidie crucem ſuã, & ne uirgã quidẽ in manu habẽtes. Hæc dico, ut etiã ſi clericatus te titillat deſideriũ: diſcas quod poſſis docere, & rationabilẽ hoſtiã offeras Chriſto, ne miles anteq̃ tyro, ne prius magiſter ſis, q̃ diſcipulus. Nõ eſt humilitatis meæ, neq́; mẽſuræ, iudicare de clericis, & de miniſtris eccleſiarũ ſiniſtrũ quippiã dicere. Habeant illi ordinẽ & gradũ ſuũ, quẽ ſi tenueris, quomodo tibi in eo uiuendũ ſit: æditus ad Nepotianũ liber, docere te poterit. Nunc monachi incunabula, moreſq́; diſcutimus: & eius monachi, qui liberalibus ſtudijs eruditus in adoleſcẽtia, iugũ Chriſti collo ſuo impoſuit. Primumq́; tractãdum eſt, utrum ſolus an cũ alijs in monaſterio uiuere debeas. Mihi quidẽ placet, ut habeas ſanctorum cõtuberniũ: nec ipſe te doceas, & abſq́; doctore ingrediaris uiã, quã nunq̃ ingreſſus es: ſtatimq́; tibi in partẽ alterã declinãdũ ſit, & errori pateas: plus q̃ aut minus ambules, q̃
5 neceſſe eſt: ne aut curres laſſeris: aut morã facies, obdormias. In ſolitudine ſito, ſubrepit ſuperbia: Et ſi parũper ieiunauerit hominẽq́; nõ uiderit, putat ſe alicuius eſſe momẽti. Oblituſq́; ſui unde, & quò uenerit: intus corde: lingua foris uagat. Iudicat cõtra Ap̃li uoluntatem

C tatem alienos ſeruos,quò gula uoluerit,porrigit manum:dormit quãtum uoluerit:nullũ
ueretur,facit quod uoluerit:omnes inferiores ſe putat:crebriusq; in urbibus,ꝙ in cellula
eſt:& inter fratres ſimulat uerecundiam,qui plate arũ turbis colliditur. Quid igitur? Soli-
tariam uitã reprehẽdimus? Minime:quippe quã ſæpe laudauimus. Sed de ludo monaſte-
riorum,huiuſcemodi uolumus egredi milites:quos eremi dura rudimenta non terreant:
qui ſpecimen cõuerſationis ſuæ,multo tẽpore dederint:qui omniũ fuerint minimi,ut pri-
mi omniũ fierent:quos nec eſuries aliquãdo,nec ſaturitas ſuperauit: Qui paupertate lætã-
tur: Quorum habitus,ſermo,uultus,inceſſus,doctrina uirtutũ eſt: Qui neſciũt ſecũdum
quoſdam ineptos homines,dæmonum pugnãtium cõtra ſe portenta, cõfingere:ut apud
imperitos & uulgi homines,miraculũ ſui faciãt, & exinde lucra ſectẽtur. Vidimus nuper
& planximus,Crœſi opes unius morte deprehẽſas:urbisq; ſtipes,quaſi in uſus pauperũ
congregatas, ſtirpi & poſteris derelictas. Tunc ferrũ quod latebat in profundo,ſuperna-
tauit aquæ,& inter palmarũ arbores,myrrhæ amaritudo mõſtrata eſt. Nec mirũ: Talem
& ſocium & magiſtrũ habuit:qui egentium famem,ſuas fecit eſſe diuitias:& miſeris dereli
cta,in ſuam reſeruauit miſeriam. Quorũ clamor tandem peruenit ad cœlum, & patiẽtiſſi-
mas dei uicit aures,ut miſſus angelus peſſimus,Nabal Carmelo diceret: Stulte hac nocte
auferent animã tuam à te,quæ autẽ præparaſti,cuius erunt? Volo ergo te,& propter cau-
ſas quas ſupra expoſui,nõ habitare cũ matre:& præcipue,ne aut offerentem delicatos ci-
bos,renuendo contriſtes:aut ſi acceperis,oleũ igni adijcias:& inter frequentiam puellarũ
per diẽ uideas,quod nocte cogites. Nunquã de manu & oculis tuis recedat liber,diſcatur
pſalterium ad uerbũ,oratio ſine intermiſſiõe,uigil ſenſus,nec uanis cogitationibus patẽs.
Corpus pariter & animus tendatur ad dñm. Iram uince patiẽtia: Ama ſciẽtiã ſcripturarũ,
& carnis uitia non amabis. Nec uacet mens tua uarijs perturbationibus. Quæ ſi pectori
D inſederint:dominabuntur tui:& te deducent ad delictum maximũ. Facito aliquid operis:
ut te ſemper diabolus inueniat occupatũ. Si apoſtoli habẽtes poteſtatẽ de euangelio uiue-
re,laborabant manibus ſuis,ne quem grauarent:& alijs tribuebant refrigeria,quorũ pro
6 ſpiritualibus debebãt metere carnalia,cur tu in uſus tuos ceſſura nõ præpares? Vel fiſcel-
lam texe iunco,uel caniſtrum lẽtis plecte uiminibus:ſarriatur humus,areolæ æquo limite
diuidantur: In quibus cum olerũ iacta fuerint ſemina,uel plante per ordinẽ poſitæ:aquæ
ducãtur irriguæ, ut pulcherrimorum uerſuum ſpectator aſſiſtas. Ecce ſupercilio cliuoſi
tramitis undam. Elicit,illa cadens raucũ per læuia murmur Saxa ciet,ſcatebrisq; arẽ-
7 tia temperat arua. Inſerantur infructuoſæ arbores,uel gemmis,uel ſurculis:ut paruo poſt
tempore,laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt
Solomonis prouerbia,& monaſteriorum ordinem,ac regiam diſciplinam,in paruis diſce
corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus:ſcribantur libri, ut & manus operetur
cibum,& animus lectione ſaturetur. In deſiderijs eſt omnis ocioſus. Aegyptiorũ monaſte-
ria hunc morẽ tenent, ut nullum abſq; operis labore ſuſcipiãt,nõ tam propter uictus ne-
ceſſitatem,quàm propter animæ ſalutẽ. Ne uagetur pernicioſis cogitationibus mens,&
inſtar fornicantis Hieruſalẽ,omni tranſeunti diuaricet pedes ſuos. Dum eſſem iuuenis,
& ſolitudinis me deſerta uallarent:incentiua uitiorum ardoremq; naturæ ferre non pote-
ram,quem cum crebris ieiunijs frangerẽ mens tamen cogitationibus æſtuabat. Ad quam
edomandam:cuidam fratri,qui ex Hebræis crediderat; me in diſciplinam dedi, ut poſt
Quintiliani acumina,Ciceronis fluuios,grauitatemq; Frontonis, & lenitatem Plinij,al-
phabetum diſcerem,& ſtridentia anhelantiaq; uerba meditarer. Quid ibi laboris inſum-
pſerim,quid ſuſtinuerim difficultatis:quoties deſperauerim,quotiesq; ceſſauerim,et cõtẽ-
tione diſcendi rurſus incœperim:teſtis eſt cõſcientia:tam mea qui paſſus ſum, ꝙ eorũ qui
mecum duxerunt uitam. Et gratias ago domino,quod de amaro ſemine literarum,dulces
fructus carpo. Dicam & aliud,quod in Aegypto uiderim. Græcus adoleſcẽs erat in cœno

bio,qui

A bio,qui nulla continẽtia,nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere.
Hũc periclitantẽ,pater monaſterij hac arte ſeruauit.Imperat cuidam uiro graui, ut iurgijs
atq; cõuicijs inſectaretur hominẽ,& poſt irrogatam iniuriam,primus ueniret ad querimo
niam. Vocati teſtes,pro eo loquebantur,qui contumeliam fecerat:Flere ille cõtra menda-
cium.Nullus alius credere ueritati:Solus pater defenſionẽ ſuam callide opponere:ne abũ
dantiori triſticia abſorberetur frater.Quid multa?Ita annus ductus eſt.Quo expleto , in-
terrogatus adoleſcẽs ſuper cogitationibus priſtinis,an adhuc moleſtiæ aliquid ſuſtineret.
Papæ,inquit:Viuere mihi nõ licet,& fornicari libeat?Hic ſi ſolus fuiſſet,quo adiutore ſu-
peraſſet?Philoſophi ſeculi ſolẽt amorẽ ueterẽ,amore nouo,quaſi clauum clauo expellere:
Quod & Aſſuero regi ſeptẽ principes fecere Perſarũ,ut Vaſthi reginæ deſideriũ,aliarum
puellarũ amore cõpeſceret.Illi uitiũ uitio,peccatumq; peccato medicantur:nos amore uir
tutum,uitia ſuperemus.Declina,ait,à malo,& fac bonũ:Quære pacem, & perſequere eã.
Niſi oderimus malum:bonũ amare nõ poſſumus.Quin potius faciendum eſt bonum,ut
declinemus à malo.Pax quærenda,ut bella fugiamus.Nec ſufficit eam quærere,niſi inuẽ
tam fugientemq; omni ſtudio perſequamur,quæ exuperat omnẽ ſenſum,in qua habita-
tio dei eſt,dicẽte propheta:Et factus eſt in pace locus eius.Pulchreq; perſequutio pacis di
citur,iuxta illud Apoſtoli:Hoſpitalitatẽ perſequẽtes,ut nõ leui uſitatoq; ſermone, & (ut
ita loquar) ſummis labijs hoſpites inuitemus,ſed toto mẽtis ardore teneamus, quaſi offe-
rentes ſe cũ lucro noſtro atq; compẽdio. Nulla ars abſq; magiſtro diſcitur. Etiam mu-
ta animalia & ferarũ greges,ductores ſequũtur ſuos.In apibus principes ſunt.Grues unã
8 ſequuntur ordine literato.Imperator unus.Iudex unus prouinciæ.Roma ut condita eſt:
duos fratres ſimul habere reges nõ potuit,& parricidio dedicatã.In Rebeccæ utero, Eſau,
& Iacob bella geſſerunt.Singuli eccleſiarũ epiſcopi,ſinguli archipreſbyteri , ſinguli archi-
B diaconi,& omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.In naui unus gubernator : in
domo unus dominus:in ꝗuis grandi exercitu,unius ſignũ expectatur.Et ne plura repli-
cãdo faſtidiũ legẽti faciã:per hæc omnia ad illud tendit oratio:ut doceam te, nõ tuo arbi-
trio dimittendũ,ſed uiuere debere in monaſterio ſub unius diſciplina patris, conſortioq;
multorũ:ut ab alio diſcas humilitatẽ,ab alio patientiam.Hic te ſilentiũ,ille doceat mãſue-
tudinem:non facias quod uis:comedas quod iuberis:ueſtiare quod acceperis : operis tui
penſum perſoluas:ſubijciaris cui nõ uis:laſſus ad ſtratũ uenias,ambulanſq; dormites, &
necdum expleto ſomno,ſurgere cõpellaris.Dicas pſalmum in ordine tuo,in quo nõ dul
cedo uocis,ſed mẽtis affectus quæritur,dicẽte Apoſtolo:Pſallam ſpiritu,pſallam & men-
te:Et, Cãtantes in cordibus ueſtris domino.Legerat enim eſſe præceptũ:Pſallite ſapiẽter.
Seruias fratribus,hoſpitũ laues pedes:paſſus iniuriam taceas : præpoſitum monaſterij ti-
meas,ut dominũ:diligas,ut parẽtem.Credas tibi ſalutare quicquid ille præceperit,nec de
maiorũ ſentẽtia iudices,cuius officij eſt obedire,& implere quæ iuſſa ſunt,dicente Moyſe:
Audi Iſraël & tace.Tantis negocijs occupatus,nullis uacabis cogitationibus , & dum ab
alio tranſis ad aliud opuſq; ſuccedit operi:illud ſolũ mẽte tenebis,quod agere cõpelleris.

Vidi ego quoſdam,qui poſtq; renunciauere ſeculo,ueſtimentis duntaxat & uocis pro
feſſione nõ rebus,nihil de priſtina conuerſatione mutarunt.Res familiaris magis aucta q̃
imminuta.Eadẽ miniſteria ſeruulorũ,idem apparatus conuiuij . In uitro & patella fictili,
aurũ comeditur,& inter turbas & examina miniſtrorũ,nomen ſibi uẽdicant ſolitarij.Qui
uero pauperes ſunt & tenui ſubſtãtiola,uidẽturq; ſibi ſcioli:pomparũ ferculis ſimiles pro
cedunt in publicũ,ut caninam exerceant facundiã.Alij ſublatis in altũ humeris , & intra
9 ſe neſcio quid cornicãtes,ſtupẽtibuſq; in terrã oculis,tumẽtia uerba trutinãtur,ut ſi præ-
conem addideris,putes incedere præfecturã.Sunt qui humore cellarũ immoderatiſq; ie-
iunijs,tædio ſolitudinis ac nimia lectione, dũ diebus ac noctibus auribus ſuis perſonant:
uertuntur in melancholiã,& Hippocratis magis fomentis quàm noſtris monitis indigẽt.

Pleriq;

C Pleriq; artibus & negociationibus priſtinis carere nō poſſunt: mutatisq; nominibus inſti
torum, eadē exercent commertia: non uictum & ueſtitum, quod Apoſtolus præcipit, ſed
maiora quàm ſeculi homines, emolumenta ſectantes. Et prius quidem ab ædilibus quos
ἀγορανόμους Græci appellant, uendentiū coërcebatur rabies, nec erat impune peccatū. Nunc
autē ſub religionis titulo, exercentur iniuſta cōpendia, & honor nominis Chriſtiani, frau
dem magis facit quàm patitur. Quodq; pudet dicere, ſed neceſſe eſt, ut ſaltē ſic ad noſtrū
erubeſcamus dedecus, publice extēdentes manus, pānis aurum tegimus: & contra omniū
opinionem, plenis ſacculis morimur diuites: qui quaſi pauperes uiximus. Tibi cū in mo-
naſterio fueris, hæc facere nō licebit: & inoleſcēte paulatim cōſuetudine, quod primū co-
gebaris, uelle incipes, & delectabit te labor tuus: oblitusq; præteritorū, ſemper priora ſe-
ctaberis: nequaquam conſiderans: quid alij mali faciant: ſed quid boni tu facere debeas.

Neq; uero peccantiū ducaris multitudine: & te pereuntium turba ſolicitet: ut tacitus
cogites. Quid? Ergo omnes peribūt, qui in urbibus habitāt? Ecce illi fruuntur ſuis rebus,
miniſtrāt eccleſijs: adeunt balneas: unguēta nō ſpernūt, & tamen in omnium ore uerſan-
tur. Ad quod & ante reſpōdi, & nūc breuiter reſpōdeo: me in præſenti opuſculo: non de
clericis diſputare, ſed monachū inſtituere. Sācti ſunt clerici, & omnium uita laudabilis. Ita
ergo age, & uiue in monaſterio: ut clericus eſſe merearis, ut adoleſcentiā tuam, nulla ſorde
cōmacules, ut ad altare Chriſti, quaſi de thalamo uirgo procedas, & habeas deforis bonū
teſtimoniū: fœminæq; nomen tuū nouerint, & uultum tuum neſciant. Cum ad perfectā
ætatem ueneris, ſi tamen uita comes fuerit, & te uel populus, uel pontifex ciuitatis, in cle-
rum elegerit: agito quæ clerici ſunt: & inter ipſos ſectare meliores, quia in omni cōditione
& gradu, optimis mixta ſunt peſſima. Ne ad ſcribendū cito proſilias, & leui ducaris in-
ſania. Multo tēpore diſce quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, imò irriſoribus au-
D rem ne libēter accōmodes: qui cū te adulationibus fouerint, & quodammodo impotē mē
tis effecerint: ſi ſubito reſpexeris, aut ciconiarū deprehendes poſt te colla curuari, aut ma-
nu auriculas agitari aſini, aut æſtuantē canis protendi linguā. Nulli detrahas, nec in eo te
ſanctū putes, ſi cæteros laceres. Accuſamus ſæpe quod facimus, & cōtra noſmetipſos di-
10 ſerti: in noſtra uitia inuehimur: muti dē eloquētibus iudicātes. Teſtudineo Grunnius ince
debat ad loquendū gradu, & per interualla quædā, uix pauca uerba carpebat, ut eū puta
res ſingultire, nō proloqui. Et tamen cū menſa poſita librorum expoſuiſſet ſtruem: addu
cto ſupercilio, contractisq; naribus ac fronte rugata, duobus digitulis cōcrepabat, hoc ſi-
gno ad audiendū diſcipulos prouocans. Tum nugas meras fundere, & aduerſum ſingu-
11 los declamare. Creticū diceres eſſe Longinum, Cenſoremq; Romanæ facundiæ. Notare
quem uellet, & de ſenatu doctorū excludere. Hic bene nūmatus, plus placebat in prādijs.
Nec mirū, ſi qui multos ineſcare ſolitus erat: facto cuneo circūſtrepētium garrulorū pro-
cedebat in publicū: intus Nero, foris Cato: Totus ambiguus, ut ex contrarijs diuerſisq;
naturis, unum monſtrū nouamq; beſtiam diceres eſſe compactam: iuxta illud poëticum:
Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra. Nunquā ergo tales uideas, nec huiuſ
modi hominibus applicēris, nec declines cor tuū in uerba malitiæ, & audias: Sedēs aduer
ſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filiū matris tuæ ponebas ſcandalum. Et iterum:
Filij hominū, dentes eorū arma & ſagittæ. Et alibi: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleū,
& ipſi ſunt iacula. Et apertius in Eccleſiaſte: Sicut mordet ſerpēs in ſiletio: ſic qui fratri ſuo
occulte detrahit. Sed dices: Ipſe nō detraho, alijs loquētibus quid facere poſſum? Ad excu
ſandas excuſationes in peccatis iſta prætendimus. Chriſtus arte non illuditur. Nequaquā
mea, ſed Apoſtoli ſentētia eſt: Nolite errare: deus nō irridetur. Ille in corde, nos uidemus
in facie. Solomon loquit in prouerbijs, Ventus aquilo diſſipat nubes, & uultus triſtis, lin
guas detrahentiū. Sicut enim ſagitta ſi mittatur contra duram materiam, nonnunquā in
mittentē reuertitur, & uulnerat uulnerantem, illudq; completur: Facti ſunt mihi in arcū

prauum,

A prauum. Et alibi: Qui mittit in altum lapidẽ, recidet in caput eius: ita detractor cũ triſtem faciem uiderit audiẽtis, imò ne audiẽtis quidem, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat iudicium ſanguinis: ilico cõticeſcit, pallet uultus, hæret labia, ſaliua ſiccatur. Vnde idem uir ſapiens: Cum detractoribus, inquit, ne miſceearis: quoniã repẽte ueniet perditio eorũ, & ruinam utriuſq; quis nouit? Tam ſcilicet eius qui loquitur, ꝗ̃ illius, qui audit loquẽtem. Veritas angulos nõ amat, nec quærit ſuſurrones. Timotheo dicitur: Aduerſum presbyterũ accuſationem, cito ne receperis. Peccãtem aũt, coram omnibus argue, ut & cæteri metum habeant. Non eſt facile de prouecta ætate credendum, quam & uita præterita defendit, & honorat uocabulũ dignitatis. Ver um quia homines ſumus, & interdum cõtra annorum maturitatem, puerorum uitijs labimur: ſi me uis corrigere delinquentẽ, aperte increpa, tãtum ne occulte mordeas. Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit. Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Quẽ enim diligit dominus, corripit: caſtigat autẽ omnem filium quẽ recipit. Et per Eſaiam clamat dominus: Populus meus, qui beatos uos dicunt, ſeducunt uos, & ſemitas pedũ ueſtrorum ſupplantant. Quid enim mihi prodeſt, ſi alijs mala referas mea? Si me neſciẽte, peccatis meis, imò detractionibus tuis aliũ uulneres: & cũ certatim omnibus narres, ſic ſingulis loquaris, quaſi nulli dixeris alteri? Hoc eſt non me emẽdare, ſed uitio tuo ſatisfacere. Præcipit dominus, peccãtes in os argui debere ſecretò, uel adhibito teſte: & ſi audire noluerint, referri ad eccleſiã, habẽdoſq; in malo pertinaces, ſicut ethnicos & publicanos. Hæc expreſſius loquor, ut adoleſcentẽ meũ, & linguæ et aurium prurigine liberem: ut renatũ in Chriſto, ſine ruga & macula, quaſi pudicam uirginem exhibeam, caſtam tam mente quàm corpore: ne ſolo nomine glorietur, & abſq; oleo bonorum operũ, extincta lampade, excludatur à ſponſo. Habes iſtic ſanctum doctiſſimumq; pontificẽ Proculũ, qui uiua & præſenti uoce noſtras ſchedulas ſuperet, quotidianiſq; tractatibus iter tuũ dirigat: nec patiatur te in partẽ alterã declinando, uiã relinquere
B regiam, per quã Iſraël ad terram repromiſſionis properãs, ſe trãſiturũ eſſe promittit. Atq; utinam exaudiatur uox eccleſiæ implorãtis: Domine, pacem da nobis. Omnia enim dediſti nobis. Vtinam quod renunciamus ſeculo, uoluntas ſit, nõ neceſſitas: & paupertas habeat expetita gloriã, non illata cruciatũ. Cæterũ iuxta miſerias huius tẽporis, & ubiq; gladios ſæuientes: ſatis diues eſt, qui pane nõ indiget. Nimium potẽs eſt, qui ſeruire nõ cogitur. Sanctus Exuperius Toloſæ epiſcopus, uiduæ Saraptẽſis imitator, eſuriẽs paſcit alios: & ore pallẽte ieiunijs, fame torquetur aliena, omnemq; ſubſtãtiã Chriſti uiſceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus domini caniſtro uiminco, ſanguinem portat in uitro. Qui auariciã eiecit è tẽplo: qui abſq; funiculo & increpatiõe, cathedras uẽdentiũ colũbas, id eſt dona ſancti ſpiritus mẽſaſq; ſubuertit mãmonæ, & nũmulariorũ æra diſperſit, ut domus dei, domus uocetur orationis, et nõ latronũ ſpelũca. Huius è uicino ſectare ueſtigia, & cæterorum qui uirtutũ illius ſimiles ſunt, quos ſacerdotium & humiliores facit & pauperes. Aut ſi perfecta deſideras, exi cũ Abrahã de patria & cognatione tua, & perge quo neſcis. Si habes ſubſtantiam, uende, & da pauperibus. Si nõ habes, grandi onere liberatus es: nudum Chriſtum, nudus ſequere. Durum, grande, difficile, ſed magna ſunt præmia.

## SCHOLIA.

1 Nihil Chriſtiano.) Rurſum ſuo more incipit à loco cõmuni, de periculis uarijs, quibus Chriſtiani uita obnoxia eſt, qui tamen non ſit alienus ab argumento epiſtolæ. Atque hanc partem uarijs allegorijs tractat & alluſionibus. Totum quod apprehenſa.) Admiſcet in loco communi propoſitionem, quam ſolitus eſt in initio ponere. Porrò apprehenſa manu dixit, quod ita ſoleamus ſeorſim ac familiariter libereq; monere amicum. Stiuam tenes.) Stiua ea pars aratri eſt, quam manu tenet qui arat, quaq; moderatur aratrum. Porrò tacite alluſit ad illud Euangelicum: Nemo qui poſtq; manum ad aratrũ miſit, retro reſpexerit, aptus eſt regno dei. Iam tectum atque ſolarium.) Quod Actuum capite decimo refertur de Petri uiſione, & de Cornelio centurione, mire trahit ad allegoriam: quam qui cupiet ad plenum intelligere, locum eum relegat. Scyllæi obtrectatorum canes.) Scylla ſaxum eſt in mari prominens, quod procul intuentibus, puellæ speciem

 præbeat.

C præbeat. Tum fragor aſſultantium undarum, latratum canum imitatur. Vnde poëtæ fingunt eam pu-
beтenus cinctam canibus latrantibus, teſte Marone: Candida ſuccinctam latrantibus inguina mon-
ſtris. Itaq; in prima epiſtola Scyllam ad uoluptatum illecebras retulit, hic canum latratum ad obtre-
ctationem trahit. Libycis interdum ſyrtibus.) Syrtes loca maris ſunt harenis fluctuantibus uado-
ſa, quæ uel tranquillo mari perniciem adferunt nautis. Latentibus ſaxis.) Cautes ſunt, quæ hoc ma-
gis formidandæ ſunt nautis, quod non eminent. Vada ſunt, cum ſubeſt fundus altior, nec ſatis eſt aquæ
2 ſuſtinendis nauibus. Felix curſus.) Eleganter curſum uocat nauigationem. Significat autem per
allegoriam bene nobiſcum agi, ſi diuturno ſtudio tandem perueniamus ad perfectam pietatem.

Candentia margarita.) Nam uniones, ut teſtatur Plinius, potiſſimum candore cõmendantur. Mar-
garitum dixit in neutro genere. Nec ueteris comœdiæ.) Vetus comœdia, cuius generis extãt adhuc
Ariſtophanicæ, nominatim quoſuis magna libertate taxabat: quæ rabies poſtea lege coërcita eſt.
Vnde & prouerbium apud Græcos: De plauſtro loqui. Apud Latinos autem loco ueteris comœdiæ
ſucceſſit Satyra, mordax & hoc ſcripti genus. Aſianum tumorem.) Tria ſunt dicendi genera. Atti-
cum, quod preſſum eſt, propterea quod Athenis iuberentur abſque prooemijs & affectibus dicere.
Aſianum, tumidum & redundans, pro gentis illius moribus rigidæ, & luxu rerum ſuperfluentis. Rho
dium, medium, & ex utroq; temperatum. Autor Cicero, & Quintilianus ultimi libri cap. penultimo.
Gallicum igitur dicendi genus cum Aſiano confert. Vnde & alibi: Gallico, inquit, cothurno attolli-
tur, Romanum cum Attico. Non calcaribus, ſed freno.) Alluſit ad apophthegma Iſocratis de
Ephoro ac Theopompo. Item Platonis de Ariſtotele ac Zenocrate, quod alter plus ſatis ardens, fre-
no opus haberet: alter tardior, calcaribus. Luxuriantes flagellis uineas.) Flagella uocat ſummos
uitium ramos flexiles. Luxuriat autem, quod præter modum lætum eſt. Pampini uero uitium folia
3 ſunt. Libertini generis.) Vt hoc titulo prætexant libidinem, quod adoleſcentibus libertinis ſint
ueluti patronæ. Cibus locuſtæ.) Plinius non uno loco teſtatur, populos quoſdam locuſtis uiuere
ſole ſiccatis. Pudet autem referre, quàm inepte hac de re ineptiant quidam, quaſi uehementer lædatur
fama diui Ioannis Baptiſtæ, ſi dicatur hoc animante uictitaſſe tam uili cibo, quaſi uero magis con-
uenerit, cum placentis ac murenis alitum fuiſſe. [redacted] Cellulam pro paradiſo.) Paradiſus
D Græcis hortum ſignificat. In hortis autem olim uoluptatibus dabatur opera. Vnde & de hortis Epi-
curæis frequens apud autores mentio. Filij Ionadab.) Hiſtoria habetur apud Hieremiam prophe-
tam de filijs Ionadab: qui inuitati ut biberent uinum, recuſarunt: nec ædificarunt domos, nec ſemen-
tem faciebant, nec plantabant uineas, ita edocti à patre, donec compulſi ab exercitu Nabuchodono-
ſor, & exercitu Chaldæorum, conferrent ſeſe in ciuitatem Hieruſalem. Porrò quod primi ducti ſint ca-
ptiui, id nuſquam legitur, nec in pſalmis, nec in alijs literis, niſi quod colligitur è titulo pſalmi centeſi-
mi trigeſimiprimi, qui eſt huiuſmodi: τῶν υἱῶν ἰωναδὰβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων. Id eſt: Filiorum
Ionadab, & horum qui primi captiui fuerunt. Nec in eo pſalmo ſuper hac re ulla fit mentio, ut teſtatur
4 & diuus Auguſtinus. De ſingularitate cenſemur.) Nam hinc Græcis monachi uocabulum, quaſi
dicas, unicum & ſingularem. Nomen autem inde ſumptum, quod olim pij quidam homines, partim
non ferentes gentilium in Chriſtum blaſphemias: partim afflicti ab inimicis Chriſtianæ fidei, profu-
gerent aliquò in uaſtas ſolitudines, atq; ibi uiuerent: alij gregatim, quos Cœnobitas uocant: alij ſemo-
tim, quos appellant Anachoritas. Paſtor ouium hi. ſ. o. p.) Feſtiua uicinitas uocum in ouium & ho-
minum. De Moyſe habes Exodi 3. & 2. Lacus Genezareth.) Locus eſt Lucæ cap. 5. ubi Chriſtus ita
loquitur Petro: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et rationabilem hoſtiam of.) Alluſit
ad locum qui eſt apud Paulum ad Rom. cap. 12. Exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam,
deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum. Hieronymus nonnihil detorquẽs hunc Pauli locum,
alluſit ad Græcam uocem λογικὴν quod à ſermone quoq; duci poteſt, ut intelligas coli deum, prædicã-
do Chriſtum. De hoc uide noſtra in Paulum ſcholia. Pluſq; aut minus.) Vbi complures unà faciũt
iter, ſi quis fuerit lentior, ab alijs pergentibus utcunque protrahitur: ſi quis æquo properantior, à cæ-
teris retardatur. Contra, qui ſolus facit iter, aut ſtudio perueniendi nimium feſtinat, aut tædio itine-
ris reſidet & obdormiſcit alicubi. Rurſum, qui ſolus ambulat, nonnunquã aberrat. Inter multos, ſi quis
5 aberrat, non deeſt qui commonſtret uiam. Idem accidit in uita ſolitaria & gregaria. In ſolitudine ſi-
to.) Omnes fermè codices habebant, cito per c, nec mihi diſplicet omnino, ſi modo accipias cito pro
facile. Alienos ſeruos.) Ita Paulus ad Rom. cap. 14. Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? De lu-
do.) Ludum hic ſcholam uocat. Nam tyrones ludum habebant, in quo prius rem bellicam diſcerent.

Qui ſpecimen.) Specimen uocat deguſtationem, unde reliqua poſſint æſtimari. Dæmonum con
tra ſe) Mirum ut olim etiam fuerit hæc impoſtura. Nam hodie quoq; ſunt, præſertim inter eos, qui
ſolitariam agunt uitam: qui uiſiones & dæmonum infeſtationes, an fingant neſcio, certe narrant. Sti-
pes.) Id eſt, minutulos nũmos, quos accipiunt mendici. Eſt autem tacita alluſio uocũ in ſtipes & ſtirpi.

Tunc

A Tunc ferrum.) Alluſit ad hiſtoriam Helizæi, quæ habetur. 4. Reg. cap. 6. Inter palmarum ar.) Nihil enim huius arboris fructu dulcius: quas palmulas uocant. Vt angelus.) Miſcuit hiſtoriam Nabal, quæ eſt primo libro Reg. cap. 25. cum dicto Euangelico quod eſt apud Lucam cap. 11. Quidam codices non habent, angelus peſſimus, ſed angelus, quod magis placet, quod illic legimus illi à deo dictũ, niſi angelum accipis pro nuncio, quod adfertur. Fiſcellam texe iunco.) Fiſcella ſportula eſt ruſticana, qua recentem caſeum, aut arborum fructus, aut ſimile quippiam portabant. Diminutiuum à fiſcina. Vergilius: Viridi fiſcellam texit hibiſco. Et rurſum: Et rubea texatur fiſcina uirga. Lentis.)
6 Id eſt, flexilibus. Sarriatur humus.) Sarrire eſt ſarculo frangere glebas, ac repurgare terram. Areolæ.) Diminutiuum eſt ab area. Sic autem uocat ſectas in quadrum planicies in hortis, quas uulgo noſtrates lectulos uocãt. Limites appellat ſemitas, quibus areolæ diſcernũtur. Ecce ſupercilio.) Hij uerſus ſunt apud Vergilium primo Georgicõn libro. Nec ſine cauſa dixit Hieronymus, ſpectator aſſiſtas. Nam poëta cum dicit, ecce, uelut ad ſpectaculum inuitat: & ipſa carminis compoſitio penè ob oculos ponit, ac repræſentat aquam à ſummo cliuo exilientem, celeritate dactylorum, Elicit, illa cadens, Deinde per obſtantia ſaxa cum murmure nonnihil luctantem, Raucum per læuia murmur. Rurſum per agrum, nunc celerius, nunc tardius, utcũque loci commoditas aut incommoditas occurrerit, huc & illuc diſcurrentem, Scatebriſq; arentia temperat arua. Inſerantur infructuoſæ.) Nonnulli codices habẽt, fructuoſæ. Mihi magis probatur ut legamus, infructuoſæ. Nam fructuoſum, neſcio an Latine dici poſſit. Quanquam & ad ſenſum magis quadrat, infructuoſæ. Siquidem inſeri dicitur nõ ſolum id quod immittitur, uerumetiam arbor in quam immittimus. Inſerũtur aũt infrugiferæ, ueluti platanus, phagus, ornus, ut arte fiant frugiferæ, quo maiorem adferant uoluptatẽ ſuo cultori. Vnde Flaccus: Vt gaudet, inſitiua decerpens pyra. Vel gẽmis uel ſurculis.) Veteres tradiderunt tria inſitionũ genera. Vnũ quo reſecta & fiſſa arbor ſeu planta, recipit in medullam immiſſum ſurculum. Alterum, cum reſecta inter librum & materiam recipit ſemina. Tertium, cum gemmæ infoditur ſurculus. Gemmam autẽ ruſti
7 ci uocabant tumorem corticis, à quo rupto prodeunt nouæ frondes. Dulcia poma.) Equidẽ malim, dulcia præmia, niſi refragarentur exemplaria. Solomonis prouerbia.) Sic enim legis Eccleſiaſtici cap. 11. Breuis in uolatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Ac regiam diſciplinam.) De politia apum admirabili, refert Vergilius Georgicõn lib. 4. & Plinius. Diuaricet pedes ſuos.) Alluſit ad id quod eſt apud Ezechielem cap. 16. Diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, utens ſimilitudine proſtitutæ, quæ quęuis admittit ad coitum. Quintiliani acumina.) Tribuit Quintiliano acumen:
B Ciceroni copiam & facilitatem, quaſiq; fluxum: Plinio lenitatem, quod compoſitus ſit, & minus acribus affectibus. De Frontone meminit & Iuuenalis: Frontonis platani, conuulſaq; marmora clamant. In ſumma ſentit, poſt ſtudia rhetorices. Nulla continentia.) Continentiam hic uocat abſtinentiã cibi, potus, & ſomni. Clauum clauo.) Græcum prouerbium eſt, quoties malum malo propellitur: ueluti ſi quis impudentiam impudentia retundat. Leui uſitatoq;.) Quidam codices pro uſitato habent, citato. Vtraq; lectio tolerabilis eſt. Summis labijs.) Prouerbium eſt Græcum, cum quis non ex animo loquitur, ut in Chiliadibus noſtris oſtendimus. Quaſi adferentes ſecum.) Si licet aliquid refragantibus exemplaribus immutare, malim ita legi, quaſi offerentes ſecum lucro noſtro atque compendio. Quidam enim ob id non gaudent hoſpitum aduentu, quod damni nõnihil adferre uideantur rei domeſticæ: at quos intelligunt lucrum adducturos, eos apprehenſos retinent, nec ſinunt abire. Ordine li
8 terato.) Volantes enim exprimunt alpha Λ. Sic enim pingebant antiqui, ut V inuerſum referat. De quo Plinius lib. 10. cap. 21. Duos fratres.) Romulum & Remum. Romulus Remum occidit, quod mœnia tranſiliſſet, atque ita Fraterno primi maduerunt ſanguine muri, quod Hieronymns dedicationem appellat. In quãuis gran.) Quãuis, id eſt, quantumuis. Signum autem dat imperator militibus ineundi prælij, & ſigno dato iubet deſiſtere. Penſum.) Id eſt, modum operis præſcriptum. Sumptum à penſo lanarum, quod certi ponderis ſingulis puellis dabatur. In ordine tuo.) Ita quondam laborantes monachi, uiciſſim pſalmum aliquem recitabant, ut aliorum opus non intermitteretur, & ſemper audiretur aliquid ſacri. Nunc ocioſi quidam nihil aliud faciunt. Aurum comeditur.) Aurum uocat rẽ magno emptam, ut Chriſtus in Euangelio rapinas in catinis, uocat precium rapina partum. Et examina.) Ita uocat numerum innumerabilem. Et Horatius, ditis examen domus, ab apum examinibus ducta ſimilitudine. Pomparum ferculis.) Pompæ dicuntur publicæ oſtentationes, ut in ludis ſolennibus, in triumphis, in funeribus. Fercula uero dicuntur currus quibus circunferuntur ſpectandæ imagines deorum, aut familiæ. Vnde Naſo: Aurea pompa uenit, à Græco uerbo πέμπω, quod eſt duco. Caninam facundiam.) Sic Appius uocare conſueuit maledicam ac rixoſam eloquentiam, ut teſtatur Nonius Marcellus in dictione Rabula, Saluſtium adducẽs. Sumptum eſt autem à canum rixa.
9 Quin & ipſa uox rixa, à canibus, hoc eſt, à canina litera rho, deducta eſt. Cornicantes.) Alluſit ad Perſianum illud in Satyra quinta. Et clauſo murmure raucus, Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte. Quod Græci uocant κρώζειν. Eſt autem mira perſonæ [illegible]. Verba trutinantur.) Retulit locum, qui eſt apud Perſium Satyra tertia, Obſtipo capite, & figẽtes lumina terræ. Murmura cum ſecum & rabioſa ſilentia rodunt, Atq; exporrecto trutinãtur uerba labello. Siquidẽ quod ait Per

 ſius,

C ſius, Obſtipo capite, Hieronymus explicat, ſtupentibus in terrã oculis. Iniuſta cõpendia.) Cõpendia
hoc loco lucra uocat, ut pugnet cum diſpendijs. Oblitus præteritorũ.) Alluſit ad id quod eſt apud
Paulum in epiſt. ad Philip. cap. 3. Eorum quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt &c. Nonnihil ta-
men immutauit Pauli ſentẽtiam. Nanq; ſic habet ille: τὰ μ̀ ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκ-
τεινόμενος, id eſt, ea quæ à tergo ſunt obliuiſcens, in ea quæ à fronte ſunt enitens. Eſt enim metaphora à
currentibus in ſtadio ſumpta. Ἀγορανόμους.) ἀγορὰ forum, νόμος lex. Inde dictus magiſtratus, qui mer-
catui legem præſcribat. Aediles quoq; apud Romanos ſimilia curabant, ſi menſura minor, ſi precium
iniquius, ſi parum ſyncerum oleum fuiſſet. Aut ciconiarũ.) Alluſit ad Perſianũ illud: O Iane, à ter
go quem nulla ciconia pinſit, Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. Nam his geſtibus irri
debant à tergo. Aut æſtuantẽ.) Sequitur apud Perſium eodem in loco: Aut linguæ, quantũ ſitiat
10 canis Apula, tantum. Nam hoc quoq; geſtu deridemus. Teſtudineo Grunnius.) Quoniam à uero
nomine uoluit abſtinere, facticio eſt uſus. Nam Grunnius à grunniendo deducitur, quæ uox eſt porco
rum. Ad eundem ferme modum loquuntur, qui faſtu turgidi, uocem ex imo promunt gutture. Exta-
bat olim ludicrum argumentũ, cui titulus erat, Grunnij Corocottæ teſtamentum, Porcello huiuſmo-
di nomine & cognomine afficto, utraq; uoce facticia. Extat hodieq; Gryllus Plutarchi, quod Græci
grunnire dicant γρύζειν. De teſtamento Grunnij Corocottæ meminit Hieronymus in præfatione duo-
decimi cõmentariorũ libri in Eſaiam. Facete in una perſona duo coniunxit animãtia, ſuem, & teſtudinẽ
quorum alterum repræſentabat uocem ex imò gutture promens, & alterum inceſſu lento ac faſtuoſo,
perinde quaſi Iunonis ſacra ferret. Creticum diceres Longinũ.) Nec hic locus uidetur carere men-
do. De Lõgino Caſſio & docto & diuite meminit Tacitus quem ob inuidiam opum, ad quas erat eue-
ctus maximas, Nero iuſſit interfici. Meminit & Iuuenalis: Longinum. Et magnos Senecæ prædiuitis
hortos. Creticorũ gens apud Romanos erat inter primas nobilis ac potens. Vnde idem Satyricus: Et
metuas, ne tu ſis Creticus aut Camarinus. Verum haud ſcio an Criticus legendũ ſit. Vocabantur ẽm
Critici docti quidam, qui de ſcriptis aliorũ iudicabant, reponenda ne eſſent in templo Apollinis, an reij
11 cienda. Nam cum hoc quadrat quod ſequitur: Cẽſoremq; Romanæ facundiæ. Cẽſoriumq; Roma.)
Nonnulli codices habebant, cenſorem, alij cenſorinum. Sed rectius eſt cenſorium, ut intelligas Catonẽ
maiorem, qui Cenſorius dictus eſt, quaſi dicas Ariſtarchum totius rei literariæ. Et elegãter adiecit, Rõ
manæ facundiæ, quaſi id eſſet in Romana facundia, quod Cato fuit in Romana Rep. De ſenatu do-
D ctorum.) Nam hoc quoq; licebat cenſoribus Romanis, ſenatu expellere: quemadmodum Portius Ca-
to Titum Flaminium ſenatu mouit: Iunius Brutus, Lucium Antoniũ. Item alios alij: ſicuti refert Vale
rius Max. lib. 2. cap. de cenſoria nota. Hic bene nũmatus.) Diues erat, & laute accipiebat hominem.
Vnde magis placebat in prandio, quàm in dicendo: & melior conuiuator, quàm orator. Nec mirũ.)
Hunc locum in omnibus quæ uidere contigit exemplaribus, repperi deprauatum, è quibus tamen mi
hi uideor germanam deprehendiſſe ſcripturam. Nec mirum, ſi qui multos ineſcare ſolitus erat, facto cu
neo procedebat in publicum, intus Nero, foris Cato. Lautis cõuiuijs conciliabat fauorem multorum.
Iuxta Perſianum illud: Calidum ſcis ponere ſumen. Scis comitem horridulum trita donare lacer-
na. Intus Nero.) Ob luxum uitæ: foris Cato, ob ſupercilium & ſeueritatẽ inceſſus & habitus. Viã
12 relinquere regiam.) Regiam publicam ac rectam uocat, alludens interim ad locum qui eſt in Nume-
ris cap. 20. Moſes miſſis nuncijs ad Edom, petit tranſitum per illius fines: Hæc, inquit, mãdat frater tuus
Iſraël. Ac poſt paucula: Nõ ibimus per agros, nec per uineas, nec bibemus aquas de puteis tuis, ſed gra
diemur uia publica: nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos.

Qui funiculo increpationis.) Quædam exemplaria ſic habebant: Qui abſq; funiculo & increpatio-
ne, cathedras uendentium columbas, id eſt, dona ſancti ſpiritus menſaſq; ſubuertit. Nonnulla ſic habe-
bant: Qui funiculo increpationis &c. Verũ prior lectio mihi magis arridet: eſt enim argutior. Etenim
amoto auro argentoq; hoc eſt auariciæ materia, ſubmouerat & auariciam, idq; ſine increpatione. Nam
quorſum opus flagello, cum ſubducta ſit peccandi materia? Illud annotandum, quod diuus Hierony-
mus tantopere laudat in epiſcopo, quod ſacra uaſa in pauperum erogarit alimentum, & templum dei
ſpoliarit, ne deeſſet pauperibus: [redacted]

A [redacted]

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

Familiaris eſt epiſtola, nec eget argumento, præſertim tam breuis.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

QVantus beatitudinis tuæ rumor diuerſa populorum ora cōpleuerit, hinc poteris æſtimare, quod ego te ante incipio amare, quàm noſſe. Vt enim, ait Apoſtolus, quorundā hominū peccata manifeſta ſunt, præcedētia ad iudiciū: ita ecōtrario tuæ dilectionis fama diſpergitur, ut nō tantum laudādus ſit ille qui te amat, quàm ſcelus putetur facere ille, qui non amat. Prætermitto innumerabiles, in quibus Chriſtum ſuſtentaſti, pauiſti, ueſtiſti, uiſitaſti. Heliodori fratris à te adiuta neceſſitas, multorū etiā poteſt ora laxare, quibus gratijs, quo ille præconio peregrinationis incōmoda à te fota referebat? Ita ut ego ille tardiſſimus, quē intolerabilis languor uexat, pennatis, ut aiunt, pedibus, certe charitate & uoto te ſalutauerim, & etiā cōplexus ſim. Gratulor itaque tibi, & naſcētem amicitiā, ut dominus cōfœderare dignetur, precor. Et quia frater Ruffinus, qui cū
B ſancta Melania ab Aegypto Hieroſolymā ueniſſe narratur, indiuidua mihi germanitatis charitate cōnexus eſt: quæſo ut epiſtolā meā huic epiſtolæ tuæ copulatam, ei reddere non graueris. Noli nos eius æſtimare uirtutibus. In illo cōſpicies expreſſa ſanctitatis ueſtigia: et ego cinis & uiliſſima pars luti, etiā fauilla, dum uertor, ſatis habeo, ſi ſplendorē morū illius imbecillitas oculorū meorū ferre ſuſtineat. Ille modo ſe lauit, & mūdus eſt, & tanquam nix dealbatus: ego cūctis peccatorum ſordibus inquinatus, diebus ac noctibus opperior cū tremore reddere nouiſſimū quadrātem. Sed tamē quia dominus ſoluit cōpeditos, & ſuper humilē & trementē uerba ſua requieſcit, forſitan & mihi in ſepulchro ſcelerū iacenti, dicat: Hieronyme, ueni foras. Sanctus presbyter Euagrius plurimū te ſalutat: & Martinianū fratrem iūcto ſalutamus obſequio: quem ego uidere deſiderans, catena languoris innector.

SCHOLIA.

Pennatis, ut aiunt, pedibus.) Ita ſignificabant miram celeritatem, ſumpto prouerbio à Mercurio, cuius pedibus alas addidere poetæ.

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

Et hæc familiaris eſt, nec eget argumēto, ne ſcholijs quidē. Niſi quod ex hac liquet, diuū Hieronymū apud Treuiros aliquādiu fuiſſe cōmoratū: ut apud quos grāde uolumen Hilarij de ſynodis deſcripſerit ſuis ipſius articulis. Eſt autē Treuirorū metropolis inter imperiales Germaniæ ciuitates, uel in primis inclyta, ad Moſellæ ripam, plurimum adhuc obtinēs antiquitatis. Quæ mihi iure optimo gloriari poſſe uidetur, quod tam eximium uirū hoſpitē habuerit: atque id quidem non exiguo temporis ſpacio.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

IN ea mihi parte eremi cōmorāti, quæ iuxta Syriam Saracenis iūgitur, dilectionis tuæ ſcripta perlata ſunt. Quibus lectis, ita redacceſus eſt animus Hieroſolymā proficiſcēdi, ut penè nocuerit propoſito, quod profuerat charitati. Nūc igitur quomō ualeo, pro me tibi literas repræſento: et ſi corpore abſens, amore tamen & ſpiritu uenio: impēdio expoſcēs: ne naſcētes amicitias, quæ Chriſti glutino cohæſerūt, aut tēporis, aut locorū magnitudo diuellat, quin potius fœderemus eas reciprocis epiſtolis.

C ſtolis. Illæ inter nos currant, illæ ſibi obuiẽt, illæ nobiſcũ loquãtur. Non multũ perditura erit charitas, ſi tali ſecũ ſermone fabulet. Ruffinus autẽ frater, ut ſcribis, nec[redacted] nerit, nõ multũ proderit deſiderio meo, cũ eum iam uiſurus nõ ſim. Ita enĩ & ille [redacted] teruallo ſepatus eſt, ut huc nõ poſſit excurrere: & ego arreptæ ſolitudinis terminis arceor, ut cœperit iam mihi nõ licere quod uolui. Ob hoc & ego obſecro, & tu ut petas plurimũ quæſo, ut tibi beati Rhetitij Auguſtudunẽſis epiſcopi cõmentarios [redacted] largiatur, in quibus Canticũ canticorũ ſublimi ore diſſeruit. Scripſit mihi & quidã de patria ſupradicti fratris Ruffini, Paulus ſenex, Tertulliani ſuũ codicem apud eũ eſſe, quẽ uehementer repoſcit. Et ex hoc quæſo, ut eos libros, quos me nõ habere breuis ſubditus edocebit, librarij manu in charta ſcribi iubeas. Interpretationẽ quoq; pſalmorũ Dauidicorũ & prolixũ ualde librum de ſynodis ſancti Hilarij, quem ei apud Treuiros manu mea ipſe deſcripſeram, ut mihi trãsferas peto. Noſti hoc eſſe animæ pabulũ, ſi in lege [redacted] die ac nocte. Cæteros hoſpitio recipis, ſolatio foues, ſumptibus iuuas. Mihi ſi rogata præſtiteris, cuncta largitus es. Et quoniã largiẽte dño, multis ſacræ bibliothecæ codicibus abũdamus, impera uiciſſim quodcunq; uis, mittam. Nec putes mihi graue eſſe, ſi iubeas. Habeo alumnos, qui antiquariæ arti ſeruiunt. Neq; uero beneficiũ pro eo quod polliceor poſtulo. Heliodorus frater mihi indicauit, te multa de ſcripturis quærere, nec inuenire. Aut ſi omnia habes, incipit ſibi charitas uẽdicare, plus petere. Magiſtrum autẽ pueri tui (de quo dignatus es ſcribere, quẽ plagiatorem eius eſſe nõ dubium eſt) ſæpe Euagrius presbyter, dum adhuc Antiochiæ eſſem, me præſente corripuit. Cui ille reſpondit: Ego nihil timeo. Dicit ſe à dño ſuo fuiſſe dimiſſum: & ſi uobis placet, ecce hic eſt, trãſmittite quò uultis. In hoc arbitror me nõ peccare, ſi hominẽ uagum nõ ſinam lõgius fugere. Quapropter quia ego in hac ſolitudine cõſtitutus, nõ poſſum agere quod iuſſiſti, rogaui chariſſimum mihi
D Euagrium, ut tam tui quàm mei cauſa inſtanter negocium proſequatur.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Lætam hortatur, ut filiam iam inde ab ipſis incunabulis inſtituat ad pietatem Chriſtianam, & ſtatim anteq; ullis inficiatur uitijs, ſanctas imbibat cantiones, ut & inter blanditias nutricum, & luſus puellares, Chriſti guſtum hauriat. Deinde de cultu, de uictu, & quomodo iam adoleſcẽs ſit à ſeculariũ arcẽda contagio, de ſtudio diuinæ ſcripturæ, de fugiendis apocryphis, ſaluberrima tradit præcepta, adhortans ut mature mittatur in Bethlehem, anteq; ulla macula cõtaminetur, ſe & magiſtrum & nutritium fore pollicẽs. Hãc Lætam Toxotius Paulæ filius duxerat uxorem, ex qua filiam nomine Paulam ſuſcepit, quam auia Paula uirginitati deſtinarat: ut teſtatur Hieronymus in Epitaphio Paulæ. Ipſa mater Læta, mortuo Toxotio, monitis & exemplo ſocrus, in uiduitate perſeuerare decreuerat.

## HIERONYMVS AD LAETAM DE INSTITVTIONE FILIAE.

APoſtolus Paulus ſcribens ad Corinthios, & rudem Chriſti eccleſiã ſacris inſtituens diſciplinis, inter cætera mãdata hoc quoq; propoſuit, dicẽs: Si qua mu-
1 lier habet uirũ infidelẽ, & hic cõſentit habitare cũ ea, nõ dimittat uirum. Sanctificatus eſt enim uir infidelis in uxore fideli: & ſanctificata eſt mulier infidelis, in uiro fideli. Alioqui filij ueſtri immundi eſſent, nũc autẽ mundi ſunt. Si cui fortè hactenus uidebantur nimiũ diſciplinę uincula laxata, & præceps indulgẽtia præceptoris, cõſideret domũ patris tui, clariſſimi quidẽ & eruditiſſimi uiri, ſed adhuc ambulantis in tenebris: & intelliget conſiliũ Apoſtoli illuc profeciſſe, ut radicis amaritudinẽ, dulcedo fructuũ compenſaret: & uiles uirgulæ, balſama precioſa ſudaret. Tu es nata de impari matrimonio: de te & Toxotio meo Paula generata eſt. Quis hoc crederet, ut Albini pontificis neptis de repromiſſione martyris naſceret: ut præſente & gaudẽte auo, paruulæ adhuc lingua balbutiens, Chriſti alleluia reſonaret: ut uirginẽ dei in ſuo gremio nutriret ſenex? Et bene feliciterq; expectauimus. Sãcta & fidelis domus uirũ ſanctificat infidelẽ. Iam candidatus eſt fidei, quem filiorũ & nepotum credens turba circundat. Ego puto etiã ipſum Iouem ſi habuiſſet talem cognationẽ, potuiſſe in Chriſtũ credere. Deſpuat licet & irrideat epiſtolam meam, & me uel ſtultum, uel in ſanum clamitet: hoc & gener eius faciebat anteq; crederet.

Fiunt

A 2 Fiunt,nō naſcūtur Chriſtiani. Auratū ſqualet capitoliū. Fuligine & aranearū telis omnia
Romæ tēpla cooperta ſunt. Mouetur urbs ſedibus ſuis,& inundans populus ante delu-
bra ſemiruta,currit ad martyrū tumulos. Si non extorquet fidē prudentia,extorqueat ſal
tem uerecundia. Hoc Læta religioſiſſima in Chriſto filia dictum ſit,ut nō deſperes parētis
ſalutē:& eadē fide qua meruiſti filiam,& patrē recipias,totaq; domus beatitudine perfrua
ris,ſciēs illud à domino repromiſſum: Quæ apud homines impoſſibilia,apud deū poſſibi
lia ſunt. Nūnq̃ eſt ſera cōuerſio. Latro de cruce tranſijt in paradiſum: Nabuchodonoſor
rex Babylonis,poſt efferationē corporis & cordis:et beluarū in eremo cōuictū,mētē rece-
pit humanā. Et,ut omittā uetera,ne apud incredulos nimis fabuloſa uideant̃, ante paucos
annos propinquus ueſter Gracchus nobilitatē patritiā ſonans nomine, cum præfecturā
3 gereret urbanā,nónne ſpecū Mythræ,& omnia portētuoſa ſimulacra,quibus Corax,Ni
4 phus miles,Leo,Perſes,Helios,Bromius pater initiant̃,ſubuertit,fregit,excuſſit:& his qua
ſi obſidibus ante præmiſſis,impetrauit baptiſmū Chriſti. Solitudinē patitur & in urbe gē
tilitas: Dij quondā nationū cū bubonibus & noctuis in ſolis culminibus remāſerūt. Vexil
la militū,crucis inſignia ſunt. Regū purpuras & ardētes diadematū gēmas, patibuli ſalu-
5 taris pictura cōdecorat. Iam & Aegyptius Serapis Chriſtianus factus eſt. Marnas Gazæ
luget incluſus,& euerſionē tēpli iugiter pertremiſcit. De India,Perſide, Aethiopia mona-
chorū quotidie turmas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras Armenius, Huni diſcūt pſalteriū,
Scythiæ frigora,feruēt calore fidei, Getarū rutilus & flauus exercitus, eccleſiarū circūfert
tentoria,& ideo forſitan cōtra nos æqua pugnāt acie,quia pari religione confidunt. Penè
lapſus ſum ad aliā materiā,& currente rota,dum urceum facere cogito,amphoram finxit
6 manus. Propoſitū enī mihi erat,ſanctæ Marcellæ & tuis precibus inuitatū,ad matrem
id eſt,ad te ſermonē dirigere,& docere:quomō inſtituere Paulā noſtrā debeas, quæ prius
Chriſto cōſecrata eſt,quàm genita:quā ante uotis,quàm utero cōcepiſti. Vidimus aliquid
B tēporibus noſtris de ꝓphetalibus libris: Anna ſterilitatē alui,fœcūditate mutauit. Tu lu-
ctuoſam fœcūditatē,uitalibus liberis cōmutaſti. Fidēs loquor,accepturā te filios, quæ pri
mū fœtum dn̄o reddidiſti. Iſta ſunt primogenita,quæ offeruntur in lege. Sic natus eſt Sa-
muel,ſic ortus Sāpſon eſt,ſic Ioānes Baptiſta ad introitū Mariæ exultauit & luſit. Audie-
bat enī uerba dn̄i per os uirginis pertonantis: & de utero matris in occurſum eius geſtie-
bat erūpere. Igitur quæ de repromiſſione nata eſt, dignā habeat ortu ſuo inſtitutionē parē
tum. Samuel nutritur in templo, Ioannes in ſolitudine præparatur. Ille ſacro crine uenera
bilis eſt,uinū & ſicerā nō bibit:adhuc paruulus cū dn̄o ſermocinatur. Hic fugit urbes,zo-
na pellicea cingitur,locuſtis alitur ac melle ſylueſtri:& in typum pœnitentiæ prædicādæ,
tortuoſiſſimi animalis ueſtitur exuuijs. Sic erudiēda eſt anima,quæ futura eſt templū dei.
Nihil aliud diſcat audire,nihil loqui,niſi qđ ad timorē dei pertinet. Turpia uerba nō intel
ligat,cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua,pſalmis dulcibus imbuatur. Procul ſit
ætas laſciua puerorū:ipſæ puellæ & pediſequæ à ſecularibus cōſortijs arceantur,ne quod
male didicerint,peius doceat. Fiāt ei literæ uel buxeæ,uel eburneæ,& ſuis nominibus ap-
pellent̃. Ludat in eis,ut & luſus ipſe eruditio ſit. Et nō ſolū ordinē teneat literarū,ut memo
ria nominū in cāticū trāſeat: ſed & ipſe inter ſe crebrò ordo turbetur,& medijs ultima,pri
mis media miſceātur:ut eas nō ſono tātū,ſed & uiſu nouerit. Cū uero cœperit tremēti ma-
nu ſtilū in cera ducere,uel alterius ſuperpoſita manu teneri regantur articuli,uel in tabula
ſculpātur elemēta,ut ꝑ eoſdē ſulcos incluſa marginibus trahātur ueſtigia,ut foras nō que-
ant euagari. Syllabas iūgat ad præmiū,& q̄bus illa ætas deliniri poteſt,munuſculis inuite
tur. Habeat & in diſcēdo ſocias,q̄bus inuideat,quarū laudibus mordeat̃. Non obiurgāda
eſt,ſi tardior ſit: ſed laudibus excitandū eſt ingenium,ut & uiciſſe gaudeat,& uicta doleat.
Cauendum in primis,ne oderit ſtudia: ne amaritudo eorum præcepta in infantia,ultra ru
des annos tranſeat. Ipſa nomina per quæ conſueſcit paulatim uerba contexere,nō ſint for
tuita,ſed certa & coaceruata de induſtria,prophetarū uidelicet atq; apoſtolorū, & omnis

C ab Adam patriarcharũ ſeries,de Matthæo Lucaq́; deſcẽdat:ut dum aliud agit,futuræ me
moriæ præparetur. Magiſter probæ ætatis & uitæ atq; eruditionis eſt eligẽdus:nec pu
to erubeſcet uir doctus,id facere in propinqua,uel nobili uirgine , qđ Ariſtoteles fecit in
Philippi filio,ut ipſe librariorũ uilitate initia traderet literarũ. Nõ ſunt contẽnenda quaſi
parua,ſine quibus magna cõſtare nõ poſſunt.Ipſe elemẽtorum ſonus, & prima inſtitutio
præceptorũ,aliter de erudito,aliter de ruſtico ore profertur. Vnde & tibi eſt prouidendũ,
ne ineptis blãditijs fœminarũ,dimidiata dicere uerba filia cõſueſcat,& in auro atq; purpu
ra ludere:quorũ alterũ linguæ:alterũ moribus officit:ne diſcat in tenero,qđ ei poſtea de-
diſcendũ eſt.Gracchorũ eloquẽtiæ,multũ ab infantia ſermo matris cõtuliſſe ſcribit̃. Hor-
tenſij oratio inter paternos ſinus coaluit.Difficulter eraditur,qđ rudes animi ꝑbiberunt.
8 Lanarũ conchylia quis in priſtinũ candorẽ reuocet?Recens teſta diu & ſaporem retinet &
odorẽ,quo primũ imbuta eſt.Græca narrat hiſtoria,Alexandrũ potẽtiſſimũ regẽ,orbiſq́;
domitorẽ,& in moribus,& in inceſſu,Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere uitijs,
quibus adhuc paruulus fuit infectus.Procliuis eſt eñ malorũ æmulatio:et quorũ uirtutes
aſſequi nequeas,cito imitaris uitia. Nutrix ipſa nõ ſit temulẽta,nõ laſciua,nõ garrula:ha
beat modeſtã gerulã,nutritiũ grauẽ.Cũ auum uiderit,in pectus eius trãſiliat, de collo pen
deat:nolenti,alleluia decãtet.Rapiat eã auia:patrẽ riſibus agnoſcat: ſit omnibus amabilis:
& uniuerſa propinquitas,roſam ex ſe natam gaudeat.Diſcat ſtatim quã habeat & alteram
auiam,quã amitã:cui imperatori,cui exercitui tyruncula nutriat̃.Illas deſideret, ad illas ti-
bi minitetur abſceſſum.Ipſe habitus & ueſtitus doceat eã, cui promiſſa ſit. Caue ne aures
9 eius perſores:ne ceruſſa & purpuriſſo cõſecrata Chriſto ora depingas,nec collum auro &
margaritis premas,nec caput gẽmis oneres,nec capillum irrufes,& ei aliquid de gehennæ
ignibus auſpiceris.Habeat alias margaritas,quibus poſtea uẽditis,emptura eſt precioſiſſi-
mum margaritũ.Prætexata nobiliſſima quondã fœmina,iubente uiro Hymetio : qui pa-
D truus Euſtochij uirginis fuit,habitũ eius cultumq́; mutauit: & neglectũ crinẽ , mundano
more pexuit,uincere cupiẽs & uirginis propoſitũ,& matris deſiderium:& ecce tibi eadem
nocte cernit in ſomnis ueniſſe ad ſe angelum terribili uoce minitantẽ pœnas,& hæc uerba
frangentẽ:Tu ne auſa es uiri imperiũ præferre Chriſto?Tu caput uirginis dei,tuis ſacrile-
gis attrectare manibus,quæ iam nũc areſcẽt,ut ſentias excruciata quid feceris:& finito mẽ
ſe quinto,ad inferna duceris.Sin autẽ perſeueraueris in ſcelere,& marito ſimul orbaberis,
& filijs.Omnia per ordinẽ expleta ſunt,& ſerã miſeræ pœnitẽtiam, uelox ſignauit interi-
tus.Sic ulciſcitur Chriſtus uiolatores tẽpli ſui,ſic gẽmas & precioſiſſima ornamẽta defen-
dit.Et hoc retuli,nõ quod inſultare uelim calamitatibus infeliciũ,ſed ut moneã,cũ quanto
metu & cautione ſeruare debeas,quod deo ſpopõdiſti.Heli ſacerdos offendit deũ ob uitia
liberorũ.Epiſcopus fieri nõ poteſt,qui filios habuerit luxurioſos,nõ ſubditos. At ecõtra-
rio de muliere ſcribitur,quod ſalua fiet per filiorũ generationẽ,ſi permãſerit in fide & cha-
ritate,& ſanctificatione cũ pudicitia.Si perfecta ætas & ſui iuris imputatur parẽtibus,quã
to magis lactens & fragilis,quæ iuxta ſententiã domini,ignorat dextrã & ſiniſtram,id eſt,
boni & mali differentiã?Si ſolicita prouides,ne filia percutiatur à uipera,cur nõ eadem cu
10 ra prouideas,ne feriatur à malleo uniuerſæ terræ?ne bibat de aureo calice Babylonis.? ne
egrediatur cũ Dina,& uelit uidere filias regionis alienæ?ne ludat pedibus,ne trahat tuni-
cas?Venena nõ dantur,niſi melle circũlita:& uitia non decipiunt,niſi ſub ſpecie umbraq́;
uirtutũ.Et quomodo,inquies,peccata patrũ filijs nõ reddunt̃,nec filiorum parẽtibus, ſed
anima quæ peccauerit,ipſa morieẽ?Hoc de his dicitur,qui poſſunt ſapere,de qbus in Euã
gelio ſcriptũ eſt:Aetatẽ habet,loquat̃ pro ſe. Qui autẽ paruulus eſt , & ſapit ut paruulus,
donec ad annos ſapiẽtiæ ueniat,& Pythagoræ litera Y.eum perducat ad biuiũ, tam bona
eius ꝗ̃ mala parẽtibus imputant̃.Niſi fortè exiſtimas Chriſtianorũ filios,ſi baptiſma non
receperint,ipſos tantũ reos eſſe peccati,& nõ etiã ſcelus referri ad eos, qui dare noluerint:
maxime eo tẽpore,quo cõtradicere nõ poterãt ꝗ accepturi erãt:ſicut è regione ſalus infan-
tium,

A tium,maiorũ lucrum eſt. Offerre nec ne filiã,poteſtatis tuæ fuit(quanqꝫ alia ſit tua condi-
tio,quæ prius eam uouiſti,qꝫ conciperes) ut aũt oblatam non negligas,ad periculũ tuum
pertinet. Qui claudam & mutilam,& qualibet ſorde maculatã obtulerit hoſtiã,ſacrilegij
reus eſt:quãto magis qui partẽ corporis ſui,& illibatæ animæ puritatẽ regis amplexibus
parat,ſi negligens fuerit,punietur? Poſtqꝫ grandiuſcula eſſe cœperit, & in exemplũ ſpõſi
ſui creſcere ſapiẽtia,ætate,& gratia apud deũ & homines,pergat ad templũ ueri patris cũ
parentibus ſuis,ſed cũ illis nõ egrediatur è templo. Quærãt eam in itinere ſeculi inter tur-
bas & frequentiã propinquorũ,& nuſqꝫ alibi reperiant,niſi in adyto ſcripturarũ,prophe
tas & apoſtolos de ſpiritualibus nuptijs ſciſcitantẽ. Imitetur Mariam, quã Gabriel ſolam
in cubiculo ſuo reperit:& ideo forſitan timore perterrita eſt,quia uirũ quẽ nõ ſolebat aſpe
xit. Aemuletur eã de qua dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Loquatur & ipſa
electo,charitatis iaculo uulnerata: Introduxit me rex in cubiculũ ſuũ. Nunqꝫ exeat foras,
ne inueniant eam qui circũeunt ciuitatẽ:ne percutiãt & uulnerẽt,& auferant theriſtrũ pu-
dicitiæ,& nudam in ſanguine derelinquãt:quin potius cũ aliquis oſtiũ eius pulſauerit,di-
cat: Ego murus,& ubera mea turris:laui pedes meos,nõ poſſum inquinare eos. Nõ ueſca
tur in publico,id eſt,in parẽtũ cõuiuio,ne uideat cibos quos deſideret. Et licet quidã putẽt
maioris eſſe uirtutis,præſentẽ contemnere uoluptatẽ:tamẽ ego arbitror ſecurioris cõtinẽ-
11 tiæ eſſe,neſcire quod quæras. Legi quõdam in ſcholis puer: Aegre reprendas, quod ſinis
conſueſcere. Diſcat iam nunc & uinũ nõ bibere,in quo eſt luxuria. Ante annos robuſtæ
ætatis,periculoſa eſt teneris et grauis abſtinẽtia:uſqꝫ ad id tẽpus,ſi neceſſitas poſtulauerit,
& balneas adeat,& uino utatur modico propter ſtomachũ,& carniũ edulio ſuſtẽtetur,ne
prius deficiant pedes,quàm currere incipiãt. Et hoc dico iuxta indulgẽtiam, nõ iuxta im-
perium,timẽs debilitatẽ,nõ docens luxuriã. Alioqui quod Iudaica ſuperſtitio ex parte fa-
B cit in reiectione quorũdam animaliũ atqꝫ eſcarum,quod & Indorũ Brachmani,& Aegy-
ptiorum Gymnoſophiſtæ in polente & orizæ,& pomorũ ſolo obſeruant cibo,cur uirgo
Chriſti nõ faciat in toto? Si tãti uitrũ,quare nõ maioris ſit precij margaritũ? Quæ nata eſt
ex promiſſione,ſic uiuat,ut illi uixerunt,qui de repromiſſiõe generati ſunt. Aequa gratia,
æquũ habeat & laborẽ. Surda ſit ad organa. Tibia,lyra,cithara,cur facta ſint,neſciat. Red
dat tibi pẽſum quotidie de ſcripturarũ floribus carptũ. Diſcat Græcorũ uerſuũ numerũ.
Sequatur ſtatim & Latina eruditio:quæ ſi nõ ab initio os tenerũ cõpoſuerit:in peregrinũ
ſonũ lingua corrũpitur,& externis uitijs ſermo patrius ſordidatur. Te habeat magiſtrã,
te rudis miretur infantia. Nihil in te & in patre ſuo uideat:qđ ſi fecerit,peccet. Memẽtote
uos parẽtes uirginis,magis eã exẽplis doceri poſſe,qꝫ uoce. Cito flores pereũt, cito uiolas
& lilium & crocũ peſtilẽs aura corrũpit. Nuſqꝫ abſqꝫ te ꝓcedat in publicũ. Baſilicas mar-
tyrũ et eccleſias ſine mr̃e nõ adeat. Nullus ei iuuenis,nullus cincinnatus arrideat. Vigilia-
12 rũ dies & ſolẽnes ꝑnoctatiões ſic uirgũcula noſtra celebret, ut ne trãſuerſum qdẽ unguẽ
à matre diſcedat. Nolo de ancillulis ſuis aliquã plus diligat,cuius crebro auribus inſuſur-
ret. Quicquid uni loquit̃,hoc oẽs ſciãt. Placeat ei comes,nõ cõpta neqꝫ formoſa atqꝫ la-
ſciua,quæ liquido gutture carmẽ dulce modulet̃,ſed grauis,pallens,ſordidata, ſubtriſtis.
Præponat̃ ei ꝓbæ fidei,ac morũ & pudicitiæ uirgo ueterana, quæ illã doceat,& aſſueſcat
exẽplo ad orationes & pſalmos nocte cõſurgere,mane hymnos canere,tertia,ſexta,nona
hora ſtare in acie quaſi bellatricẽ Chriſti,accẽſaqꝫ lucerna reddere ſacrificiũ ueſpertinũ. Sic
dies trãſeat,ſic nox inueniat laborãtẽ. Orationi lectio,lectiõi ſuccedat oratio. Breue uidebit̃
tẽpus quod tantis operũ uarietatibus occupatur. Diſcat & lanam facere,tenere colum,
ponere in gremio calathũ,rotare fuſum,ſtamina pollice ducere. Spernat bombycũ telas,
Serũ uellera, & aurũ in fila lẽteſcẽs. Talia ueſtimẽta paret,qbus pellat̃ frigus,non quibus
ueſtita corpora nudẽtur. Cibus eius oluſculũ ſit & ſimila,raroqꝫ piſciculi. Et ne gulæ ꝓce-
pta lõgius traham,de qbus in alio loco plenius ſum locutus,ſic comedat,ut ſemꝑ eſuriat:

ut ſtatim

C ut ſtatim poſt cibū poſſit legere & pſallere. Diſplicēt mihi, in teneris maxime ætatibus, lō-
ga & immoderata ieiunia, in quibus iungunť hebdomades, oleū in cibo, ac poma uetanť.
Experimēto didici, aſellum in uia cū laſſus fuerit, diuerticula quærere. Faciāt hoc cultores
13 Iſidis & Cybeles, qui guloſa abſtinētia Phaſides aues, ac fumātes turtures uorāt, ne ſcilicet
cerealia dona cōtaminēt. Hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptū, ut lōgo itineri uires perpe
tes ſuperent: ne in prima manſione currētes, in medijs corruamus. Cæterū, ut ante ſcripſi,
in quadrageſima cōtinētiæ uela pādenda ſunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda, p-
perantibus. Quanq̄ alia ſit cōditio ſeculariū, alia uirginū & monachorū. Secularis homo
in quadrageſima uētris ingluuiem decoquit, & in cochlearū morē ſucco uictitās ſuo, futu-
ris dapibus ac saginę, aqualiculū parat. Virgo & monachus ſic in quadrageſima ſuos ad-
mittat equos, ut ſibi meminerint ſemper eſſe currēdū. Finitus labor maior, infinitus mode
ratior eſt. Ibi enī reſpiramus, hic perpetuo incedimus. Si quādo ad ſuburbana pergis do
mi filiā nō relinquas: neſciat ſine te, nec poſſit uiuere: & cū ſola fuerit, pertimeſcat. Nō ha-
beat colloquia ſeculariū, nō malarū uirginū cōtubernia. Nō interſit nuptijs ſeruulorum,
neq; familiæ perſtrepētis luſibus miſceať. Scio præcepiſſe quoſdā, ne uirgo Chriſti cū eu-
14 nuchis lauet, nec cū maritatis fœminis: quia alij nō deponāt animos uirorū, aliæ tumenti-
bus uteris præferāt fœditatē. Mihi oīno in adulta uirgine lauacra diſplicēt, quæ ſeipam
debet erubeſcere, & nudā uidere nō poſſe. Si enim uigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuū,
& in ſeruitutē redigit: ſi flāmā libidinis & incentiua feruētis ætatis extinguere cupit conti-
nētiæ frigore: ſi appetitis ſordibus turbare feſtinat naturalē pulchritudinē, cur ecōtrario
balnearū fomētis ſopitos ignes ſuſcitat? Pro gēmis & ſerico diuinos codices amet, in q-
bus nō auri & pellis Babylonicæ uermiculata pictura, ſed ad fidē placeat emēdata & eru-
dita diſtinctio. Diſcat primo pſalteriū, his ſe cāticis auocet, & in ꝓuerbijs Solomonis eru-
D diatur ad uitā. In Eccleſiaſte cōſueſcat, quæ mūdi ſunt calcare. In Iob uirtutis & patientiæ
exempla ſectetur. Ad Euāgelia trāſeat, nunq̄ ea poſitura de manibus, Apoſtolorū acta &
epiſtolas tota cordis imbibat uolūtate. Cumq̄ pectoris ſui cellariū his opibus locupleta-
uerit, mādet memoriæ prophetas, Pentateuchū & Regū & Paralipomenon libros, Eſdræ
quoq; & Heſter uolumina. Ad ultimū, ſine periculo diſcat Canticū canticorū, ne ſi in ex-
ordio legerit, ſub carnalibus uerbis ſpiritualiū nuptiarū epithalamiū nō intelligēs uulne-
retur. Caueat omnia apocrypha. Et ſi quādo ea nō ad dogmatum ueritatē, ſed ad ſignorū
reuerentiā legere uoluerit: ſciat nō eorum eſſe, quorū titulis prænotantur, multaq̄ his ad-
mixta uitioſa, & grādis eſſe prudētiæ, aurū in luto quærere. Cypriani opuſcula ſemper in
manu teneat. Athanaſij epiſtolas & Hilarij libros inoffenſo decurrat pede. Illorū tractati-
bus, illorū delectetur ingenijs, in quorū libris pietas fidei nō uacillet. Cæteros ſic legat, ut
magis iudicet quàm ſequatur. Reſpondebis: Quomodo hæc omnia mulier ſecularis, in
tāta frequētia hominū, Romæ cuſtodire potero? Noli ergo ſubire onus, qđ ferre nō po-
tes: ſed poſtq̄ ablactaueris eam cū Iſaac, & ueſtieris cū Samuele, mitte auiæ & amitæ. Red-
de precioſiſſimā gemmā cubiculo Mariæ, & cunis Ieſu uagiētis impone. Nutriatur in mo
naſterio, ſit inter uirginū choros, iurare nō diſcat, mētiri ſacrilegiū putet, neſciat ſeculū, ui-
uat angelice, ſit in carne ſine carne, oīe hominū genus ſui ſimile putet. Et, ut cætera taceā,
certe te liberet ſeruādi difficultate, & cuſtodiæ periculo. Melius tibi eſt deſiderare abſentē,
quàm pauere ad ſingula: quid loquatur, cū quo loquatur, cui annuat, quē libēter aſpiciat.
Trade Euſtochio paruulā, cuius nūc & ipſe uagitus pro te oratio eſt. Trade comitem ſan-
15 ctitatis, futuram hæredē. Illam uideat, illam amet, illam primis miretur ab annis, cuius &
ſermo, & inceſſus & habitus doctrina uirtutū eſt. Sit in gremio auiæ, quę repetat in nepte,
quicquid præmiſit in filia, quæ longo uſu didicit nutrire, ſeruare, docere uirgines: in cuius
coronā cētenarij quotidie numeri caſtitas texiť. Felix uirgo, felix Paula Toxotij, q̄ ꝑ auiæ
amitæq̄ uirtutes nobilior eſt ſanctitate, quàm genere. O ſi tibi cōtingeret uidere ſocrū &

cognatam

A cognatã tuã,& in paruis corpuſculis ingentes animos intueri:pro inſita tibi pudicitia non
16 ambigerem,quin præcederes filiam,& primã dei ſententiã,ſecunda Euangelij lege muta-
res. Nec tu paruipẽderes aliorum deſideria liberorũ, ſed teipſam magis offerres deo. Sed
quia tẽpus eſt amplexandi,& tempus lõge fieri à complexibus;& uxor nõ habet poteſta-
tem corporis ſui;& unuſquiſq; in qua uocatiõe uocatus eſt,in ea permaneat in dño:& qui
ſub iugo eſt,ita debet currere,ne in luto comitem derelinquat,totũ redde in ſobole, quod
in te interim diſtuliſti. Anna filiũ quem deo uouerat,poſtq; obtulit in tabernaculo,nunq;
recepit:indecens arbitrata,ut futurus propheta in eius domo creſceret,quæ adhuc alios fi
lios habere cupiebat. Deniq; poſtq; concepit & peperit,non eſt auſa ad templum accede-
re,& uacua apparere coram domino, niſi prius redderet quod debebat, taliq; immolato
ſacrificio,reuerſa domum,quinq; liberos ſibi genuit,quia primogenitum deo pepererat.
Miraris felicitatem ſanctæ mulieris? Imitare fidem. Ipſe,ſi Paulam miſeris, & magiſtrũ &
nutritium ſpondeo. Geſtabo humeris,balbutientia ſenex uerba formabo, multo glorio-
ſior mundi philoſopho,qui non regem Macedonum Babylonio periturum ueneno, ſed
ancillam & ſponſam Chriſti erudiam,regnis cœleſtibus offerendam.

## SCHOLIA

1 SAnctificatus eſt enim.) Locus eſt apud diuum Paulum in priore ad Corinthios epiſtola,ca-
pi.7. In antiquis exẽplaribus repperimus ſcriptum, in uiro,non per uirum;& in uxore,non
per mulierem. Sic enim habent Græca, ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος
ἐν τῷ ἀνδρί, id eſt: Sãctificatus eſt enim uir incredulus in uxore,& uxor incredula in uiro. Por
rò quod addit interpres,fideli & fideli,explicandi cauſa fecit. De impari matrimonio.) Ob id,ni fal-
lor,quod ex altera parente Chriſtiana,altero gentili nata ſit. Id enim mox indicat,cum ait: Vt non de-
ſperes parentis ſalutẽ. De repromiſſione martyris.) Apparet Albinũ prædixiſſe futurũ,ut pareret.
Alluſit ad Iſaac,qui & ipſe natus eſt ex repromiſſione,quẽadmodum & Chriſtus,& Ioannes Baptiſta.
Candidatus eſt fidei.) Nondum baptizatus,ſed qui iam ambiret,ac poſtularet baptizari. Nam can-
B didati uocabantur olim,qui peterent magiſtratũ,quod ij,quo magis eſſẽnt conſpicui populo, candida
ueſte ambibant, ſingulos ſalutantes. Vnde Fabius filium ſuũ auitæ eloquentiæ candidatũ ſcribit, quod
eam etſi nondũ aſſecutus,tamen aſſequi conaretur. Et Seuerus in uita Martini: Necdũ,inquit, tamen re
generatus in Chriſto,agebat quendã bonis operibus baptiſmatis candidatũ. Ad eundẽ modum & hũc
fidei candidatũ uocat,quod ita uiueret,ut baptiſmate dignus eſſe uideretur. Etiam ipſum Iouẽ.) Nõ
uidetur hic locus uacare mendo:quorſum enĩ huc induceret Iouem? Verũ diuinare poſſum, quid ſcri-
bendum ſit. Fortaſſe pro Ioue legendũ eſt proauum. Fiũt,nõ naſcũtur Chriſtiani.) Partem encomia-
2 ſticam clauſit epiphonematæ,ſicuti ſolet. Auratũ ſqualet.) Hic ingreditur in locum cõmunem, de
gentilitate paſſim in toto orbe aboleſcẽte,& Chriſtiana religione ubiq; magis ac magis efflореſcẽte. Ve
rum hanc gloriã rurſum perdidimus,quandoquidem profeſſio Chriſtiani nominis in anguſtum cõtra-
cta eſt his tẽporibus,& inter hos ipſos perpauci ſunt,qui uere ſint Chriſtiani. Turciſq; minamur bellũ,
quaſi uero ferro ſoleant fieri Chriſtiani,cũ ipſi Turcam in pectore geramus. Capitolium.) In quo o-
mnium deorũ ſimulacra habebantur,Ioue præſidẽte. Propinquus ueſter Gracchus.) Gracchorũ fa-
milia Romæ nobiliſſima fuit, Vnde Paulã quoq; duxiſſe genus,teſtatur in illius epitaphio: Gracchorũ
ſoboles Agamemnonis inclyta proles. Præfecturã gereret urba.) Nã multa præfecturarũ genera,ue
rum præfectus urbis plurimũ iuris obtinebat,adeo ut abſente imperatore,imperatoris haberet autori
tatem. Nõne ſpecum Mithræ.) Quanq; hic locus propemodũ deprauatior eſt in omnibus exempla
ribus,quàm ut ad plenum reſtitui poſſit,tamen lucem aliquã oſtendam,ac uiam aperiã lectori,quo ſen
ſum utcunq; percipiat. Veteres octo deos faciebant,ignem,aquã,terram,cœlum,lunam,ſolem, mithrã,
noctem. Mithram autẽ Perſæ,eundẽ putabant eſſe cũ ſole,quẽ in primis ea gens uenerabatur. Huius
ſimulacrũ ita fingebant,ut faciẽ haberet leonis,utraq; manu cornua bubula cõprimens. Rem diuinam
ita factitabant,ut ſacerdotes bouẽ è ſpecu cornibus educerẽt,eumq; Mithræ mactarent. Vnde & Hie-
ronymus de ſpecu meminit. Ea ſacra Mithriaca uocabantur. Martianus Capella eundẽ exiſtimat,quem
alij Phœbũ appellent,alij Iſaeum,& quẽ Nili accolæ uocent Serapim,Memphitici Oſirim, Perſæ Mi-
thram. Plura de his Herodotus & Strabo,uerũ hæc ad huius loci explanationẽ ſufficiũt. De adyto Mi-
thræ repurgato,meminit hiſtoriæ Tripartitæ liber.6. quod an huc pertineat,neſcio. Mithræ meminit
3 Hieronymus etiã in cõmentario quẽ ſcripſit in Amos. Quibus corax.) Gentiles deos ſuos effigie be
luarum colebant,uelut Aeſculapium ſub imagine ſerpẽtis,Mercurium canis,Panem hirci, præſertim
apud Aegyptios,gentem ad inſaniam uſq; ſuperſtitioſam,apud quos taurus,quem Apidem uocant,ce
bus,ea eſt ſimia caudata,crocodilus,ibis,aquila,lupus,canis,coruus: deniq; & cepe, & uentris crepitus
habent

C habent numen,quemadmodum apparet,cum ex plurimis alijs rerũ ſcriptoribus,tum maxime ex He-
rodoto,Plinio,Diodoro Siculo,Iuuenale,cuius & de his rebus Satyra decimaquinta,Lucianus de ſacri
ficijs.Verum hic locus ita deprauatus eſt,ut ad reſtituendum Delio quopiam ſit opus.Nos tamen quã
tum aſſequi coniectura potuimus,indicabimus. Corax.) Populus eſt inter Callipolim & Naupa-
ctum.Corax autem Græce coruum ſonat,quam auem nonnulli pagani numinis uice colebant: unde
& coracina dicta ſacra:quemadmodum teſtatur & diuus Ambroſius,enarrans epiſtolam Pauli ad Ro-
manos. Niphus.) Nonnulli codices habebant Nymphus,Suſpicor legendum Nibis, quæ ciuitas
eſt Aegypti,autore Stephano,quæ ab Ibide nomen habere uidetur,aut certe Niſibis. Miles.) Non
dubium quin miles uox ſit adulterina.Quare legendum arbitror, uel Mylon, quæ ciuitas eſt Aegy-
pti,uel Mylax,qui populus eſt Epiri:uel,quod mihi magis placet, Thmuis, quod nomen eſt ciuitatis
Aegypti:ſic ab hirco dictæ,quod apud Aegyptios hircus θμῦις uocetur:ut teſtatur diuus Hierony-
mus in Eſaiam capite.46. Leo.) Leon legendum opinor. Eſt & hoc nomine populus à Leone di-
ctus,cuius meminit Hieronymus in eo quem modo citauimus loco. Meminit & Plinius Leontopo-
lios,in deſcriptione Aegypti,libro quinto capite nono,meminit & Leonti,niſi fortè pro Leon legen-
dum eſt Lycon, quæ ciuitas eſt Aegypti:cuius meminit Hieronymus in eodem quem paulò ante cita-
4 ui loco. Helius.) Diuus Hieronymus in epitaphio Paulæ,indicat Hieruſalem ciuitatem fuiſſe tri-
nominem,Iebus,Salem, & Hieruſalem:deinde ab Adriano Heliam uocatam. Helius autem ſolem ſi-
gnificat.Sed quoniam nonnulli codices habebant Heliodromis, nonnulli Heliodromius, poteſt fieri
ut ciuitas fuerit à ſolis curſu uocata, præſertim quum Mithram Perſæ ſolem appellent. Quæ citra
emendatorum exemplarium auxilium ad plenum reſtitui non poſſunt. Nos in tantis tenebris le-
ctori nonnihil lucis aperuimus, & plura coniectandi miniſtrauimus anſam. Non omnia poſſumus
omnes. Sed illud mirum eſt, diuum Hieronymum hoc loco non facere mentionem eius ciuitatis,
quæ à cane quem adorat, nomen habet κυνῶν, cum huius meminerit in Eſaiæ commentarijs. Memi-
nit & Plinius Cynopoleos & Lycopoleos.Et pro pater legendum ſuſpicor pariter. Aegyptius Se-
rapis.) Apim bouem intelligit,quem Aegyptij mira ſuperſtitione colere conſueuerunt.Nam is & Se
rapis apud ſcriptores appellatur, de quo permulta paſſim apud autores, nominatim apud Herodo-
5 tum ac Plinium,ac mox Hieronymum. Marnas Gazæ luget.) Gaza ciuitas eſt Palæſtinæ, finitima
Aegypto,quam Syri Azam uocant,ut teſtatur Stephanus.Strabo quoque Gazam Syriæ partem fa-
cit,Iudææ contiguam.Qui Azam uocãt,dictam exiſtimant ab Azone Herculis filio.Qui Gazam no-
minant,à Ioue conditam aiunt:nomẽ indutum,quod illic Iupiter ſuas opes repoſuerit, quas Perſæ ſua
D lingua Gazam uocant.Hic Iouis templum fuiſſe teſtantur quem illi ſua lingua Marnan uocant, allu-
dentes,opinor,ad Creticam uocem quod Cretenſes uernaculo ſermone Marnan appellent uirgines.
Nam templum hoc Cretei Iouis eſſe creditum eſt.Meminit huius rei Hieronymus in commentarijs,
quibus enarrat prophetã Eſaiam his uerbis:Siue deſtructa idololatria extruetur Euangelium. Hoc &
noſtris temporibus uidemus eſſe completum. Serapis in Alexandria, & Marnæ templum Gazæ,
in eccleſias domini ſurrexerunt, & ciuitates Aroër Euangelicis gregibus præparatæ ſunt.Tripartitæ
hiſtoriæ liber.6.meminit de duabus Gazis Palæſtinæ quarum maritima Chriſti cultrix dicta ſit, pri-
mum Maiora deinde Conſtantia, poſtremo Gaza maritima. Quotidie turmas.) Feſtiuiſſime uer-
bum militare traxit ad monachos,quod ab his regionibus, unde militum cohortes ſolent erumpere,
6 nunc monachorum examina mittantur. Et currente rota.) Alluſit ad Horatianum illud in arte
poëtica: Amphora cœpit inſtitui currente rota,cur urceus exit? Nam amphora lato ore eſt,urceus
anguſto. Id propemodum prouerbij uice dicitur, quoties orationis initium non conuenit cum extre
ma parte. Sed tamen hoc loco diuus Hieronymus, cupiens à ſua Ecbaſi redire ad argumentum, hac
eſt uſus correctione, qua non raro ſolemus in tranſitu uti: quemadmodum oſtendimus & in com-
mentarijs de copia. Ne oderit ſtudia.) Hoc præcipiendum ineptis noſtræ tempeſtatis literatori-
bus, qui clamoribus,minis,conuicijs,plagis,morum aſperitate,docendi perplexa & inamabili ratione,
nihil aliud efficiunt, niſi ut pueri in omnem uitam oderint literas. Non ſint fortuita.) Idem ob-
ſeruandum erit in thematis,quæ à præceptore proponuntur:ſicuti nos quoque admonuimus in libel-
7 lo de inſtituendis pueris. De Matthæo Lucaq;.) Nam hij duo Chriſti genealogiam deſcribunt,quã-
quam non eodem modo. Librariorum uilitate.) Apparet olim librarios literarum elementa pueris
monſtrare ſolitos.Extat epiſtola Græca apud Aulum Gellium,qua Philippus Alexandrum adhuc in-
fantem,Ariſtoteli uelut in gremium tradit literis inſtituendum.Vnde addidit uilitate,quod tantus phi
loſophus eò ſe demiſerit,quod uilium librariorum eſſe munus conſueuit. Gracchorum eloquẽtiæ.)
Corneliam intellige, ſororem Aphricani, matrem Gracchorum: cuius extabant olim epiſtolæ, mul-
tum eloquentiæ præ ſe ferentes: ut teſtis eſt Quintilianus, ex quo Hieronymus hunc locum mutuo
ſumpſit. Præterijt autem Hieronymus exemplum de Lælij filia,cuius eodem loco meminit Quin-
tilianus. Hortenſij oratio.) Hic in eloquentiæ campo Ciceronis æmulus fuit, uel huius magis Ci-
cero,quem tamen breui ſuperauit. Huic & patrem eloquentem fuiſſe apparet,niſi fortè quod ſuſpicor
Hortenſiæ legendum eſt, ut intelligas Hortenſij filiam, cuius olim extabat oratio apud Triumuiros
habita,

A 8 habita,quæ legebatur,non tantum in ſexus honorem, ut inquit Quintilianus. Lanarum conchy-
lia.) Conchylia purpuram appellat. Siquidem & purpura piſcis eſt nomen, uti murex, è quorum
ſucco purpura tingitur. Sic & conchyliatas appellant ueſtes conchylij ſucco imbutas. Re-
cens teſta.) Alluſit ad illud Horatianum: Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem Teſta
diu. Leonidis.) Et huius hiſtoriæ meminit Quintilianus. Leonides autem erat Alexandri pæ-
dagogorum princeps, ut teſtatur & Plutarchus. Fabius Diogenem Babylonium citat autorem.

Procliuis eſt.) Hanc periodum clauſit epiphonemate. Roſam ex ſe natam.) Nonnulli codices
habebant,Roſam eccleſiæ natam gaudeat. Et nolenti alleluia.) Addidit nolēti,quoniam ethnicum
ſignificat. Et alteram auiam.) Eſt enim paterna auia,eſt materna auia. Auiam alteram,intelligit Pau
lam,& amitam Euſtochium, id quod ex ijs quæ ſequentur magis liquebit, etiam ſi amita proprie ſo-
ror eſt patris. Nam quod ſequitur,cui imperatori,Chriſtum,ni fallor,intelligit, & exercitum,gregem
uirginum militantium Chriſto. Addidit alteram,quod illas uel gentiles haberet,uel certe mundanas.
Sed mihi magis placet, ut aliam legas, pro alteram, id quod in nonnullis reperitur exemplaribus.
Quàm aliam,id eſt, quàm diuerſam, & quàm alijs moribus:ut referas aliam, non ad Paulam, ſed ad
auum gentilem. Ad illas tibi mini.) Expreſſit infantium morem, qui offenſi minantur ad auiam
9 fugituros ſe,atq; his minis delectantur parentes. Ne aureis.) Olim delicatæ mulieres, ab auribus
perforatis gemmas ſuſpendebant, Vnde Iuuenalis: Cum uirides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus exterſis magnos commiſit elenchos. Ceruſſa & purpuriſſo.) Colores ſunt quibus ſeſe fu
cant fœminæ. Ceruſſa candidant uultum,purpuriſſo addunt ruborem. Eſt autem iucunda emphaſis
in his uerbis,depingas,premas,oneres,irrufes. Quid enim ſtultius, quàm faciem habere coloribus de-
pictam? Quid minus conuenit, quàm collum, quod oportet in cœlum erigi,auro & margaritis de-
primi? Aut caput onerari,quod baiulorum eſt? Feſtiuiter autem torſit de capillitij tinctura,ad ignem
gehennæ. Rufus enim color igneus eſt. Mundano more pexuit.) Quidam habent, nexuit: utraq;
lectio ſatis quadrat ad ſententiam. Hæc uerba frangentem.) Id eſt,fragore quodam inſonantem,
quemadmodum ſolent irati: niſi mauis legere,frendentem,ut quædam habebant exemplaria. Iuxta
ſententiam domini.) Dextrum & ſiniſtrum pro bono poſuit & malo. Cæterum ubi dictum ſit hoc
à domino,non ſuccurrit in præſentia locus,niſi fortaſſis in euangelio, cum pios ad dextram poſuit,
impios ad ſiniſtram. Malleus uniuerſæ T.) Reſpexit ad locum qui eſt apud Hieremiam capite
quinquageſimo: Quomodo contritus eſt malleus uniuerſæ terræ? Sic enim propheta uocat Sata-
10 nam. De aureo calice.) Et hic locus eſt apud Hieremiam cap. quinquageſimoprimo. Calix aureus
B Babylon inebrians omnem terram, de uino eius biberunt gentes. Cum Dina.) Quomodo Dina
filia Iacob ſtuprata fuerit à Sichen, legis Geneſeos cap. trigeſimoquarto. Pythagoræ litera.) Y ſi-
gnificat,de qua extat carmen Maronis titulo,Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,Humanæ ui
tæ ſpeciem præferre uidetur. Huius dextra pars,abruptum habet aſcenſum,& uirtutis uiam indicat:
ſiniſtra,facilem & uitiorum oſtendit uiam. Tum autem ad huius literæ biuium peruenitur, cum per
ætatem incipimus deliberare,utram uiam potius ſequi debeamus,quemadmodum de Hercule finxit
Prodicus. Sed apparet olim huius elementi figuram,non nihil diuerſam fuiſſe ab ea, quæ nunc eſt.

In exemplum ſponſi.) Sic enim Lucas de puero Ieſu,quod creuerit,ætate,ſapientia, gratia. Per-
gat ad templum.) Totum hunc locum de puero Ieſu,reperto in templo,& non inuento in comitatu,
trahit ad allegoriam. Niſi in adyto.) Adyta ſunt arcana loca in templis,quæ ſubire ſit nefas. Ex ady-
tis olim reddebantur oracula. Græca uox eſt, δύω, ſubeo ſignificat. ἀ, particula eſt priuatiua, ἄδυτον,
quaſi non ſubeundum. Nunquam exeat.) Retulit,quod eſt Canticorum cap. 1. Inuenerunt me cu-
ſtodes ciuitatis &c. Licet quidam putent.) In hac opinione fuit Plato,qui reprehendit Lacedæmo-
niorum inſtitutum,quod iuuenes ſuos tantum aduerſus aſpera prępararent, non exercerent etiam,
11 ut in medijs delitijs ac uoluptatibus temperare ſibi poſſent. Aegre reprendas.) Iambicus eſt trime-
ter,è comœdia quapiam, ſicuti uidetur. Vide ne fortè legendum ſit non reprendas, ſed repellas.

Periculoſa teneris.) Hieronymus uir tam ſeueræ uitæ,tamen teneram ætatem non uult uexari ie-
iunijs,id quod multi Chriſtiani nunc exigunt. Brachmanes.) Philoſophi ſunt apud Indos,de quo-
rum tolerantia,prodigioſa quædam tradunt autores: ſimilia fermè de gymnoſophiſtis, ſic appellatis,
quod nudi Philoſopharentur. Orizæ.) Ordei genus eſt, unde Ptiſanarium conficiunt hodie. Si
tanti uitrum.) Hoc alijs locis aliquot Hieronymus prouerbij uice citat Tertullianum imitatus: Si
tanti uitrum,quanti margaritum? ut oſtendimus in Chiliadibus. Vitrum appellat philoſophorum
inſtitutum. Margaritum,Chriſtianorum: aut illorum præmium,nempe gloriam, uitrum uocat: Chri-
ſtianorum,margaritum. Adagio ſignificatur, ſumma rerum inæqualitas. Nam uitrum uiliſſimum
imitatur gemmas, quæ precioſiſſimæ ſunt,& in his præcipue uniones, ut teſtatur Plinius. Flori-
bus carptum.) Pro carptum,nonnulli codices habebant,ſertum,forte,ſartum legendum aut conſer-
tum. Diſcat Græcorum.) Hieronymus ad rem pertinere putat,ut uirgo Græce calleat. Theologi
12 quidam uix exiſtimant ad rem pertinere,ut diſcant Latine. Ne tranſuerſum q.u.) Hoc dicto pro-
uerbiali,ſignificabant minimum ſpacium,quemadmodum & illis,Latum digitum,pedem,quod trāſ-

C uerſo ungue ſoleamus metiri minuta. Bombycum telas.) Hi uermes ſericum texunt, unde tan-
topere ſibi placent magnates. Serum uellera.) Seres Indiæ populus eſt, de quibus Vergilius, Vel-
leraq́; in folijs depectunt tenuia Seres. Vnde & Serica dicta. Lenteſcens.) Nam arte efficiunt, ut au-
rum flecti poſſit, ſicuti cætera fila. Cibus eius oluſcu.) Satis conſtat hunc locum eſſe corruptum.
Sic enim habebatur in pleriſq;: Cibus eius oluſculum ſit & ſimila, caroq́; & piſciculi. Porrò cum Hie-
ronymus hic luxum dedocere conetur, ſi permittat carnem & piſciculos, quæſo quid omiſit præter
placentas? Equidem coniicio legendum, Cibus eius oluſculum ſit, & è ſimila, garoq́; piſciculi, ut in-
telligas permitti olera, & piſciculos, ſed non quoslibet, nec opipare conditos, ſed minutos, ac uiles,
eosq́; conditos garo & ſimila. Siquidem ſimilam in condimentis admiſceri ſolere, declarat & Mar-
tialis. Garus autem piſcium liquamen eſt ſalſum. Fit autem potiſſimum è ſcombris, ut teſtatur Stra-
bo lib. 3. qui piſcis olim contemptiſſimus eſt habitus. Vnde Perſius: Nec ſcombros metuentia car-
mina, nec thus. Huiuſmodi ſunt piſciculi, quos Veneti uulgo uocant Sardellas. Verum ſimplicius
arbitror, ut legamus: Cibus eius oluſculum ſit & ſimila raroq́; piſciculi. Nam in eandem ſententiam
ſcribit Paulino: Sit uilis & ueſpertinus cibus, olera & legumina. Interdumq́; piſciculos pro ſummis
13 ducas delicijs. Nam quod in delicijs eſt raro oportet adhiberi. Iſidis & Cybeles.) Iſis apud Aegy-
ptios colitur. Cybele mater erat omnium deorum, cuius ſacerdotes Galli uocabantur. Hij in dies ali-
quot proferebant ieiunium, & deinde phaſianis auibus explebātur. Sic enim hic uocat aues phaſidas,
à Phaſide Scythiæ fluuio, unde primum importatæ putantur. Cerealia dona.) Frumentum intelli-
git, à quo illi abſtinebant, ne Cererem deam offenderent, cum à lautioribus non abſtinerent. Plutar-
chus in libello de Iſide & Oſiride, oſtendit horum ſacerdotes à uino quoq; abſtinuiſſe. Hoc in per-
petuo ieiunio.) Varie legitur in exemplaribus. Forte legendum eſt, hoc perpetuum in ieiunio præce-
ptum ſit: Vt intelligas hoc præceptum generale, ubiq; habere locum in omni ieiunio. Quod ſi non
placet mutare ſcripturam, intellige perpetuum, in aliquot dies continuatum. In prima manſione.)
Manſiones uocant interualla à diuerſorio ad diuerſorium, in quibus conquieſcitur, Græci uocant
σαθμοὺς. Cæterum in quadrageſima, ut ante ſcripſi.) Hæc uerba, ut ante ſcripſi, mihi uidētur addita,
à neſcio quo parum attento. Vela pandēda.) Duplici uſus eſt Metaphora, Nautæ aperiunt ac laxāt
uela cum feſtinant, & aurigæ laxant habenas, cum admittunt equos ad curſum. Et in cochlearum
morem.) Alluſit ad illud Plautinum: Suo uictitant ſucco, quod dictum eſt de paraſitis in fame duran
D tibus, donec contingat lautior cœna. Sic cochleæ continent ſeſe intra teſtam, ſuoq́; ſucco ſe ſuſtinent,
donec acciderit pluuia. Tum prorepunt & ampliter paſcuntur. Aqualiculum parat.) Aqualicu-
lum Perſius uocat uentrem præturgidum & obeſum, à uaſe ſumpta metaphora. Suos admittant.)
Admitti dicuntur equi, quum laxatis habenis ſinuntur currere. Ouidius: Non opus admiſſo ſubdere
14 calcar equo. Animos uirorum.) Cum membra & uires depoſuerint, animum tamē & uoluptatem
non depoſuerunt, imò quo minus poſſunt, hoc magis appetunt. Præferant fœditatem.) Occurrit
enim eas habuiſſe rem cum uiro. Pellis Babylonicæ.) Huiuſmodi pelles nunc mittit Hiſpania,
Vermiculata dicuntur minutulis notulis, uelut emblematibus diſtincta. Apocrypha.) Græce re-
condita uocantur, quod priuatim & occulte legerētur. Non ad dogmatum ueritatem.) Dogmata
decreta dicuntur & certæ ſententiæ. Neq; enim à docendo deducitur, ut quidam illiterati putant, ſed à
Græco uerbo δοκεῖν, quod ſignificat opinari. Ad ſignorum reuerentiam.) Conficta ſunt enim, ceu
fabulæ quædam, ſed in hoc confictæ, ut ſacrum aliquid ſignificent. Quorum ti.) Inſcribūtur Petro,
Paulo, nōnulla ipſi Chriſto, uelut epiſtola Ieſu ad Abygarum regē. Aurum in lu.) Apophthegma
Maronis, cum Enniū legens, diceret ſe aurum è ſterquilinio colligere. Significans illic pleraq; ſordide
ſcripta, nonnulla tamen feliciter & erudite. Ablactaueris cum Iſaac.) Habes Geneſis cap. 21. quod
ablactato Iſaac, pater exhibuerit grāde cōuiuium, id Hieronymus trahit ad allegoriam, cū proficimus
ab imperfectis ad maiora. Et ueſtieris cum Samuele.) De hoc legis primo regum cap. 2. Samuel aūt
miniſtrabat ante faciē domini puer, accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua,
quā adferebat ſtatis diebus &c. Mitte auiæ & amitæ.) De his ſuperius dixerat: diſcat ſtatim, quam
auiam habeat, quam amitam. Et cunis Ieſu uagientis.) Intelligit ſuū monaſterium, aut certe Paulæ
15 iuxta domini præſepe. Et primis miretur ab annis.) Retulit Vergilianū Hemiſtichiū ex Aeneide.
In cuius coronam.) Locus hic mihi uidetur nō omnino carere mendo. Alluſit aūt ad trigeſimum,
ſexageſimum, & centeſimū fructum: quorū primum putāt, ad cōiugatos pertinere, ſecundū ad cælibes
caſtos, tertiū ad uirgines. Significat quotidie uirgines adiungi choro Paulæ & Euſtochij. Nam Paula
tria uirginum inſtituit monaſteria, in quibus omnis nationis & conditionis uirgines q; plurimas edu
cabat, ut aliarū uirginitas, illi quæ uirgo nō erat, imputaretur. In paruis corpuſculis.) Nempe quia
mulieres erant. Simulq́; alluſit ad Vergilianum illud de Apibus dictum, Ingenteis animos anguſto in
corpore uerſant. Felix uirgo.) Felix Paula. Nam hoc nomē puellæ quæ Lætæ fuerat nata, auiæ re-
ferens uocabulum. Socrus & cognatam.) Paulam Lætæ ſocrum, Euſtochium cognatam ſignificat,
propter affinitatem. Nam hæc proprie cognatos facit. Primam dei ſentētiam.) Nempe illā: Creſci-
16 te & multiplicamini. Secunda Euāgelij.) Nam hos uocat beatos, qui ſe caſtrauerint propter regnū
dei.

A dei. Nec tu paruipenderes.) Nec,non negat hoc loco,ſed corrigit,& auget,perinde quaſi dicas,non
ſolum paruipenderes &c.uerumetiam teipſam offerres. Mundi philoſopho.) De Ariſtotele ſentit,
cui Alexander Magnus,puer adhuc traditus eſt educandus,ut Græca teſtatur epiſtola,quæ extat in no
ctibus Gellianis. Babylonico periturum uen.) Fuit ſuſpicio,ſicuti teſtatur Plutarchus, Alexandrū
Magnum ueneno periijſſe,id ab Ariſtotele fuiſſe Paratum,& per Antipatrum miſſum.Venenum au-
tem fuiſſe Ariſtotelis ingenio dignum,nempe aquam quandam gelidiſſimam, quam à rupe quapiam
Nonacriæ deſudare narrant.Eam colligunt ungula equina.Nam alio uaſe contineri non poteſt,tanta
eſt frigoris uis.Autor Plutarchus in Alexandri uita.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Laudat Demetriadem uirginem,Iulianæ filiam,neptem Probæ,quod ſe Chriſto cōſecrarit, hortans
ut perſeueret,utq́; ſtatim obſiſtat inſtinctibus diaboli ſolicitātis ad turpia.De ſtudio,de ieiunio,de obe-
dientia,de fugiendis iocis,cæteriſq́; rebus,quæ ad uirginis inſtitutum pertinent,præcipit.In hac epiſto
la ſtilus nonnihil diſcrepat à cæteris.Mouent & alia quædam.Verū de hoc in præſentia nō pronūcia-
bo,donec compertius aliquid ero nactus.Scripſit autem iam ferè decrepitus,ut teſtatur ipſe.

## HIERONYMVS AD DEMETRIADEM DE ſeruanda uirginitate.

INter omnes materias,quas ab adoleſcentia uſq; ad hanc ætatem , uel mea,uel
notariorū ſcripſi manu,nihil præſenti opere difficilius. Scripturus cū ad De-
metriadem uirginē Chriſti,quæ & nobilitate & diuitijs,prima eſt in orbe Ro-
mano,ſi cuncta uirtutibus eius cōgrua dixero,adulari putabor:ſi quædā ſub-
traxero,ne incredibilia uideātur damnū laudibus eius,mea faciet uerecundia.Quid igitur
faciam?Quod implere nō poſſum,negare nō audeo:tanta eſt auiæ eius & matris inſigniū
fœminarum,in iubēdo autoritas,in petēdo fides,in extorquēdo perſeuerātia. Neq; enim
ut nouum & præcipuū quiddā à me flagitāt,cuius ingeniū in huiuſcemodi materijs ſæpe
detritum eſt:Sed ne uocis meæ,pro uirili parte deſit teſtimoniū in eius uirtutibus explicā-
B dis:cuius ut inclyti oratoris utar ſentētia:ſpes magis laudāda eſt,q̄ res. Quanq̄; puellares
annos,fidei ardore ſuperarit:& inde cœperit,ubi alijs deſiſſe,perfectæ cōſummatæq́; uir-
tutis eſt.Sit procul obtrectatio.Faceſſat inuidia. Nullū in ambitione ſit crimen.Ignoti ad
ignotam ſcribimus,duntaxat iuxta faciē corporalē.Alioquin interior homo pulchre ſibi
cognitus eſt,illa noticia qua & Paulus apoſtolus Coloſſenſes multoſq́; credētiū nouerat,
quos ante nō uiderat.Quantū ſit apud me meritū,imò miraculū uirginis noſtræ:hinc po
teſt æſtimari,quod occupatus in explanatione tēpli Hiezechielis, quod opus in omnibus
ſcripturis ſanctis,uel difficillimū eſt:& in ea parte delubri,in qua ſancta ſanctorum & thy-
miamatis altare deſcribitur:malui parūper uti hoc diuerticulo,ut de altari tranſirē ad alta
re,& hoſtiam uiuā,placentē deo,ac ſine ulla macula,æternæ pudicitiæ cōſecrarē. Scio qđ
ad imprecationē pontificis,flammeū uirginale, ſanctū operuit caput.Et illud apoſtolicæ
uocis inſigne,celebratū ſit:Volo aūt uos omnes uirginē caſtam exhibere Chriſto.Quādo
aſtitit regina à dextris eius,in ueſtitu deaurato,circūdata uarietate.Qua ueſte polymita,&
multarum uirtutū diuerſitate cōtexta,indutus fuit & Ioſeph,& regū quondā utebātur fi-
liæ.Vnde & ipſa ſpōſa lætatur ac dicit:Introduxit me rex in cubiculū ſuū.Sodaliumq́; re-
ſpondet chorus:Omnis gloria filiæ regis intrinſecus.Sed & noſtra oratio , dabit aliquid
emolumēti.Equorum curſus,fauore pernicior fit.Pugilū fortitudo,clamoribus incitatur:
paratas ad præliū acies,ſtrictoſq́; mucrones,ſermo imperatoris accendit.Igitur & in ope-
re præſenti,auia quidem materq́; plantauerunt,ſed & nos rigabimus,& dn̄s incremētum
dabit. Rhetorum diſciplina eſt:ab auis & atauis,& omni retro nobilitate,ornare quem
laudant,ut ramorum ſterilitatem:radix fœcunda cōpenſet:& quod in fructu non teneas,
1 mireris in trunco.Scilicet nunc mihi Proborum & Olibriorum clara repetenda ſunt no-
mina:Et illuſtris Anitij ſanguinis genus:in quo aut nullus aut rarus eſt,qui non meruerit
conſulatum.Aut proferēdus Olibrius uirginis noſtræ pater,quem immatura morte ſub-
tractum,Roma congemuit.Vereor plura dicere,ne ſanctæ matris uulnus exaſperem, &

C uirtutum eius recordatio,fiat doloris inſtauratio.Pius filius,uir amabilis, clemens domi-
nus,ciuis affabilis,conſul quidem in pueritia,ſed morum bonitate ſenator illuſtrior.Felix
morte ſua,qui nō uidit patriam corruentē.Imò felicior ſobole, qui Demetriadis proauiæ
nobilitatem inſigniorē reddidit,Demetriadis filiæ perpetua caſtitate. Verum quid ago?
Oblitus propoſiti,dum admiror iuuenem:laudaui aliquid bonorū ſecularium,cum in eo
mihi uirgo magis noſtra laudanda ſit,quod hæc uniuerſa contēpſerit,quod ſe nō nobilē,
non diuitijs præpollentē,ſed hominē cogitarit.Incredibilis animi fortitudo, inter gēmas
& ſericum:inter eunuchorū & puellarū cateruas,& adulationē ac miſteria familiæ perſtre
pentis,& exquiſitas epulas,quas amplæ domus præbebat abundantia,appetiſſe eam ieiu
niorum laborem,aſperitatē ueſtium,uictus cōtinentiam.Legerat enim dñi uerba dicentis:
Qui mollibus ueſtiuntur,in domibus regum ſunt.Stupebat ad conuerſationem Heliæ &
Ioannis Baptiſtæ:quorū uterq; zona pellicea aſtrinxit & mortificauit lumbos ſuos:alter
ueniſſe narratur in ſpiritu & uirtute Heliæ,præcurſor domini,in utero prophetans parē-
tis,& ante diem iudicij,iudicis uoce laudatus.Annæ filiæ Phanuelis mirabatur ardorem,
quæ orationibus atq; ieiunijs uſq; ad ultimā ſenectutē in templo dño ſeruiebat.Quatuor
uirginum filiarū Philippi deſiderabat chorū,& unam ſe illarū eſſe cupiebat,quæ pudicitia
uirginali,prophetiæ gratiā cōſequutæ ſunt.His & huiuſcemodi cogitationibus,paſcebat
animum,nihil ita metuens,q̄ auiam matremq; offendere.Quarū cum incitaretur exēplo:
uoluntate & ſtudijs terrebatur:nō quo diſpliceret eis ſanctum propoſitum,ſed quod pro
rei magnitudine,optare id & appetere nō auderet.Aeſtuabat Chriſti tyrūcula.Oderat or-
natum ſuum:& cū Heſter loquebatur ad dominū:Tu noſti quod oderim inſigne capitis
mei,hoc eſt,diadema quo utebatur quaſi regina,& tātæ ducam immūdiciæ, uelut pannū
menſtruatæ.Aiunt ſanctæ & nobiles fœminæ,quæ eā uiderunt,quæ norunt, quas de lit-
D tore Galliarum ad habitationē ſanctorū locorum,hoſtiū per Africam cōpulit ſæua tempe
ſtas:noctibus & ſecreto,cōſcijs tantū uirginibus dei,quæ in matris & auiæ comitatu erāt,
nunq̄ eam linteamine,nunq̄ plumarū uſam mollicie,ſed ciliciolum in nuda humo habu-
iſſe pro ſtratu:iugibus faciē rigaſſe lachrymis:ſaluatoris mente genubus aduolutā, ut ſuū
reciperet propoſitum,ut impleret deſideriū,ut auiæ animū matriſq; molliret. Quid ultra
differo?Cum iam nuptiarū appropinquaret dies,& futuro matrimonio thalamus parare
tur:ſecreto & abſq; arbitris,noctemq; habēs pro ſolatio:talibus ſe fertur armaſſe cōſilijs.
Quid agis Demetrias? Cur pudicitiam tanto pauore defendis? Libertate opus eſt & au-
dacia.Quæ ſic in pace metuis,quid faceres in martyrio perpetrādo?Quæ tuorū uultū fer-
re non potes,quomodo ſuſtineres tribunalia perſecutorū?Si te uirorū exempla nō prouo
cant,hortetur faciatq; ſecurā,beata martyr Agnes,quæ & ætatem uicit et tyrannum,& tit
tulum caſtitatis,martyrio cōſecrauit.Neſcis miſera,neſcis cui uirginitatem tuā debeas.Du
dum inter barbaras tremuiſti manus,auiæ matriſq; ſinu,& pallijs tegebaris.Vidiſti te ca-
ptiuam,& pudicitiā tuā,nō tuæ poteſtatis:Horruiſti truces hoſtiū uultus:raptas uirgines
dei,gemitu tacito cōſpexiſti.Vrbs tua quondā orbis caput,Romani populi ſepulchrū eſt,
& tu in Libyco littore,exulem uirū,exul ipſa accipies?Quā habitura pronubam?quo de-
ducenda comitatu?Stridor Punicæ linguæ,procacia tibi Feſcēnina cantabit.Rūpe moras
omnes.Perfecta dei dilectio,foras mittit timorem.Aſſume ſcutū fidei,loricam iuſticiæ,ga-
leam ſalutis,ꝓcede ad præliū.Habet & pudicitia ſeruata martyriū ſuū.Quid metuis auiā?
quid formidas parentem?Forſitan & ipſæ uelint,quod te uelle nō credunt.His & alijs q̄
pluribus inflammata ſtimulis:omnē corporis cultū,& habitū ſecularē,quaſi propoſiti ſui
impedimenta,proiecit.Precioſa monialia,& graues cenſibus uniones,ardēteſq; gemmæ,
redduntur ſcrinijs:uili tunica induitur,uiliori tegitur pallio:& inſperata auiæ genubus re
pente prouoluitur,fletu tantum & planctibus quæ eſſet oſtēdit.Obſtupuit ſancta & gra-
uis fœmina,alienum habitum in nepte conſpiciens.Mater gaudio ſtabat attonita.Vtraq;

uerum

A uerum nõ credere, quod uerum eſſe cupiebat. Hæſit uox faucibus, & inter ruborẽ & pal=
lorẽ metumq; atq; lætitiã, cogitationes uariæ nutabãt. Succumbendũ eſt huic loco: neq;
narrare aggrediar, quod dicẽdo minus faciã. Ad explicandã incredibilis gaudij magnitu
dinem, & Tulliani fluuius ſiccaret ingenij, & cõtortæ Demoſthenis uibrataq; ſententiæ,
tardius lãguidiusq; * ferrentur. Quicquid poteſt cogitare animus: quicquid ſermo poteſt *Aliter feri=*
explicare: illo in tempore factũ eſt. Certatim in oſcula neptis, & filiæ, mater & auia ruunt. *rentur.*
Vbertim flere præ gaudio, iacentẽ manu attollere, amplexariq; trepidantẽ: Agnoſcere in
illius propoſito mentem ſuã, & gratulari, quod nobilẽ familiã, uirgo uirginitate ſua nobi
liorẽ faceret. Inueniſſe eã quod præſtaret generi, quod Romanæ urbis cineres mitigaret.
Ieſu bone, quid illud in tota domo exultationis fuit? Quaſi ex radice fœcunda, multæ ſi=
mul uirgines pullularũt: exemplumq; patronæ & dominæ, ſequuta eſt clientũ turba atq;
famularũ. Per omnes domos feruebat uirginitatis profeſſio: quarũ cũ impar eſſet in car=
ne cõditio, unũ erat præmiũ caſtitatis. Parum loquor. Cunctæ per Africã eccleſiæ quodã
exultauere tripudio. Nõ ſolũ ad urbes, oppida, uiculosq;: ſed ad ipſa quoq; magalia, cele
bris fama penetrauit. Omnes inter Africã Italiamq; inſulæ, hoc rumore cõpletæ ſunt, &
inoffenſo pede, lõgius gaudia cucurrere. Tunc lugubres ueſtes Italia mutauit, & ſemiruta
urbis Romæ mœnia, priſtinũ ex parte recepere fulgorẽ: propitiũ ſibi exiſtimantes deũ, in
alumnæ cõuerſione perfecta. Putares extinctã Gotthorum manũ, & colluuiem perfuga=
2 rum atq; ſeruorũ dñi deſuper intonãtis fulmine cõcidiſſe. Nõ ſic poſt Trebiam, Thraſy=
menum & Cannas: in quibus locis Romanoꝝ exercituũ cæſa ſunt milia, Marcelli primũ
apud Nolam prælio, ſe populus Romanus erexit. Minori prius gaudio ſtrata Gallorũ
agmina, auro redẽpta nobilitas, & ſeminariũ Romani generis in arce cognouit. Penetra=
uit hic rumor oriẽtis littora, & in mediterraneis quoq; urbibus, Chriſtianæ gloriæ trium
B phus auditus eſt. Quæ uirginũ Chriſti nõ huius ſe ſocietate iactauit? Quæ mater nõ tuũ
Iuliana, beatũ clamauit uterũ? Incerta apud infideles ſint præmia futuroꝝ. Plus interim
recepiſti uirgo, ꝙ obtuliſti. Quam ſponſam hominis una tantum prouincia nouerat, uir=
ginem Chriſti totus orbis audiuit. Solẽt miſeri parẽtes, & nõ plenæ fidei Chriſtiani, defor
mes & aliquo mẽbro debiles filias, quia dignos generos nõ inueniũt, uirginitati tradere.
Tanti, ut dicit, uitrũ: quãti margaritũ? Certe qui religioſiores ſibi uident, paruo ſumptu,
& qui uix ad alimẽta ſufficiat, uirginibus dato: omnẽ cẽſum in utroq; ſexu, ſecularibus li=
beris largiunt. Quod nuper in hac urbe diues quidã fecit presbyter, ut duas filias in pro=
poſito uirginali inopes relinqueret, & alioꝝ ad omnẽ copiam filiorũ, luxuriæ atq; delitijs
prouideret. Fecerũt hoc multæ prohdolor, noſtri ꝓpoſiti fœminæ, atq; utinã rarum eſſet
exemplũ, quod quãto crebrius eſt, tãto iſtæ feliciores, quæ ne plurimarũ quidẽ exẽpla ſe=
quutæ ſunt. Fertur, & omniũ Chriſtianorũ laude celebrat: quicquid fuerat nuptijs præ=
paratũ, à ſancta Chriſti Sinoride uirgini traditũ, ne ſpõſo fieret iniuria: imò ut dotata pri=
ſtinis opibus ueniret ad ſpõſum: & quod in rebus mũdi periturũ erat, domeſticorũ dei ſu
ſtentaret inopiã. Quis hoc credat? Proba illa omniũ dignitatum, & cũctæ nobilitatis in
orbe Romano nomẽ illuſtrius: cuius ſanctitas & in uniuerſos effuſa bonitas, etiam apud
barbaros uenerabilis fuit, quã triũ liberorũ, Probini, Olibrij, & Probi, nõ fatigarũt ordi=
narij cõſulatus, & cũ incẽſis direptisq; omnibus in urbe captiuitas ſit, nũc habitas uenũ=
dare dicit poſſeſſiones, & facere ſibi amicos de iniquo mãmona, qui ſe recipiant in æterna
tabernacula, ut erubeſcat omĩs eccleſiaſtici miniſterij gradus, & caſſa nomina monachorũ
emere prædia, tãta nobilitate uẽdente. Vix barbarorũ effugerat manus, & auulſas de cõ=
plexu ſuo uirgines fleuerat, cũ ſubito intolerabili, quod nunq; timuerat, amãtiſſimi filij or
bitate percutit, & quaſi futura uirginis Chriſti auia, ſpe futurorũ mortiferũ uulnus exce=
pit: probãs in ſe uerũ eſſe, quod in lyrico carmine ſuper iuſti præconio dicitur: Si fractus
illabat orbis, Impauidũ feriẽt ruinæ. Legimus in uolumine Iob: Adhuc iſto loquẽte, ue=

C nit alius nũcius. Et in eodẽ: Tẽtatio, ſiue (ut melius habet in Hebraico) militia, eſt uita hominis ſuper terrã. Ad hoc enĩ laboramus, & in ſeculi huius periclitamur militia, ut in futuro ſeculo coronemur. Nec mirũ hoc de hominibus credere, cum dñs ipſe tẽtatus ſit. Et de Abrahã ſcriptura teſtat: quod deus tẽtauerit eũ. Quã ob cauſam & Apoſtolus loquitur: Gaudẽtes in tribulatione, & ſciẽtes, quod tribulatio patientiã operat: patientia, probationem: probatio, ſpem: ſpes aũt nõ cõfundit. Et in alio loco: Quis nos ſeparabit à charitate dei? tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? Sicut ſcriptũ eſt: Quia ꝓpter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus, ut oues occiſionis. Et Eſaias huiuſcemodi homines cohortatur, dicẽs: Qui ablactati eſtis à lacte: qui auulſi ab ubere: tribulationẽ, ſuꝑ tribulationẽ expectate: ſpem, ſuꝑ ſpem. Nõ ſunt cõdignę paſſiões huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabit in nobis. Cur iſta replicauerim: ſequens ſermo mõſtrabit. Quæ de medio mari fumantẽ uiderat patriã, & fragili cymbæ, ſalutẽ ſuam ſuorũq; cõmiſerat: crudeliora inuenit Africæ littora. Excipit enĩ ab eo quẽ neſcias, utrum auarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter uinũ, & preciũ: & qui ſub occaſiõe partiũ clemẽtiſſimi principis, ſæuiſſimus omniũ extitit tyrãnoꝝ, &(ut aliqd loquar de fabulis poëtarũ) quaſi Orcus in tartaro, nõ tricipitẽ, ſed multorũ capitũ habuit Cerberũ: q cũcta traheret ac laceraret. Hic matrum gremijs abducere pactas: negociatoribus & auidiſſimis mortaliũ Syris, nobiliũ puellarũ nuptias uẽdere: nõ pupillarũ, nõ uiduarũ, nõ uirginum Chriſti inopiæ parcere: magiſq; manus rogãtiũ ſpectare ꝙ uultus. Hãc ferã Charybdim, Scyllãq; ſuccinctã multis canibus, fugiẽs barbaros matrona ſuſtinuit: qui nec naufragijs

3 parcerẽt, nec captiuitatibus flecterent. Imitare crudelis ſaltẽ hoſtẽ Romani imperij. Brennus noſtri tẽporis, tñ qđ inuenerat tulit: tu quæris qđ nõ inuenis. Et mirant æmuli (uirtus enĩ ſemp inuidiæ patet) cur tantarũ ſecũ pudicitiã tacita ꝓſcriptione mercata ſit, cũ &

D ille partẽ dignatus ſit accipere, qui totũ potuit auferre: & hęc quaſi comiti negare nõ auſa ſit, quę ſe intelligebat ſub nõie priuatæ dignitatis tyrãno ſeruientẽ? Sẽtio me inimicoꝝ patere morſibus, qđ adulari uidear clariſſimæ & nobiliſſimę fœminæ, qui accuſare nõ poterunt, ſi me ſciẽt hucuſq; tacuiſſe. Neq; enĩ laudaui in ea unq; antiquitatẽ generis: diuitiarũ & potẽtiæ magnitudinẽ uiro uiuẽte uel mortuo, q alij forſitã mercẽnaria oratiõe laudauerũt. Mihi ꝓpoſitũ eſt ſtilo eccleſiaſtico laudare auiã uirginis meæ, & gratias agere, qđ uoluntatẽ eius, ſua adiuuerit uolũtate. Alioq cellula monaſterij, uilis cibus, ueſtiſq; cõtẽpta, & ætas uicina iã morti, breuiſq; tẽporis uiaticũ, caret omĩ aſſentationis infamia. Deniq; in reliquis partibus, omnis mihi ſermo ad uirginẽ diriget, & uirginẽ nobilẽ: & nobilẽ nõ minus ſanctitate, ꝙ gñe: cuius quãto ſublimior aſcẽſus eſt: tãto lapſus piculoſior. Vnũ illud tibi nata deo: pręq; oĩbus unũ Prędicã, & repetẽs, iterũq;, iterũq; monebo, ut animũ tuũ ſacræ lectiõis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui, ſementẽ lolij auenarũq; ſuſcipias: ne dormiẽte patrefamilias, q eſt νοῦς, id eſt, animus deo ſemp adhærẽs: inimicus homo zizania ſuperſeminet, ſed ſemꝑ loquaris: In noctibus quæſiui quẽ dilexit aĩa mea, ubi paſcis, ubi cubas in meridie? Et, inhæſit poſt te aĩa mea: me ſuſcepit dextera tua. Illudq; Hieremię: Nõ laboraui ſequẽs te, neq; enĩ eſt dolor in Iacob, nec labor ĩ Iſraël. Qñ eras in ſeculo, ea quę erãt ſeculi diligebas. Polire faciẽ purpuriſſo, & cerũſſa ora depingere, ornare crinẽ, & alienis capillis turritũ uerticẽ ſtruere. Vt taceã de inauriũ pcijs, cãdore margaritarũ, rubri maris ꝓfunda teſtantiũ, ſmaragdorũ uirore, ceraunioꝝ flãmis, hiacynthoꝝ pelago, ad quæ ardet & inſaniũt ſtudia matronarũ. Nũc aũt quia ſeculũ reliquiſti, & ſecũdo poſt baptiſmum gradu, iniſti pactũ cũ aduerſario tuo, dicẽs ei: Renuncio tibi diabole & ſeculo tuo, & põpæ tuæ, & opibus tuis: ſerua fœdus quod pepigiſti, & eſto cõſentiens, pactũq; cuſtodiens cũ aduerſario tuo, dũ es in uia huius ſeculi, ne fortè tradat te iudici, & te de ſuo aliquid uſurpaſſe cõuincat: tradariſq; miniſtro: q ipe eſt, & inimicus & uindex, & mittaris in carcerẽ & in tenebras exteriores, quę quãto à Chriſto uero lumine ſeperamur, tãto nos maiori

A maiori horrore circūdāt,& nō inde exeas,niſi ſoluas nouiſſimū quadrantē,id eſt,minimū
quodcꝫ delictū,qa &,ꝑ ocioſo uerbo reddituri ſumus rationē in die iudicij.Hęc dicta ſint,
nō infauſto cōtra te uaticinio,ſed pauidi cautiqꝫ monitoris officio:ea quoqꝫ in te,quæ tuta
ſunt formidātis.Si ſpiritus,inquit,poteſtatē habētis aſcēdit ſuper te,locū tuū ne dimiſeris,
Quaſi in ꝓcinctu,& in acie ſtamus ſemper ad pugnā.Vult nos loco mouere hoſtis,& de
gradu decedere,ſed ſolidāda ueſtigia ſunt,& dicēdū:Statuit ſupra petrā pedes meos,& pe
tra refugiū leporibus.Pro quo multi Herinacios legūt,animal paruū,& fugax & ſpinarū
ſentibus prægrauatū.Sed ideo Ieſus ſpinis coronatus eſt,& noſtra delicta portauit,& pro
nobis doluit,ut de ſentibus & tribulatiōibus fœminarū,ad quas dicit:In anxietatibus,&
doloribus paries mulier,& ad uirū cōuerſio tua,& ipſe tui dominabit:roſa uirginitatis,&
lilia caſtitatis naſcerētur.Vnde & ſpōſus paſcit inter lilia,& inter eos qui ueſtimēta ſua nō
coinquinauerūt:uirgines eñi permāſerūt,audierūtqꝫ præceptū:Cādida ſint ſemper ueſti-
mēta tua,& quaſi autor uirginitatis & princeps,loquit cōfidēter:Ego flos cāpi,& liliū cō-
ualliū.Petra igit leporū eſt,qui in perſecutiōibus fugiūt de ciuitate in ciuitatē. Nec timent
illud ꝓpheticū:Perijt fuga à me.Mōtes aūt excelſi ceruis,quorū colubri cibus ſunt:quos
educit puer paruulus de foramine,qñ pardus & hædus requieſcūt ſimul:& bos & leo co-
medūt paleas,ut nequaqꝫ bos diſcat feritatē,ſed leo doceatur manſuetudinē.Reuertamur
ad ꝓpoſitū teſtimoniū.Si ſpūs poteſtatē habētis aſcenderit ſuper te,locū tuū ne dimiſeris.
Poſt quod ſequit:Quia curatio quieſcere facit peccata maxima.Qui uerſiculus hūc habet
ſenſum:Si in cogitatiōes tuas coluber aſcēderit,omni cuſtodia ſerua cor tuū. Et cū Dauid
canito:Ab occultis meis munda me dñe:& ab alienis parce ſeruo tuo,& ad pctm̃ maximū
quod opere perpetrat,nequaqꝫ peruenies,ſed incētiua uitiorū ſtatim in mente iugulabis,
& paruulos Babylonis allides ad petrā:in qua ſerpētis ueſtigia nō reperiūtur,cauteqꝫ dño
promittes:Si mei nō fuerint dominati:tūc immaculatus ero,& emūdabor à delicto maxi-
B mo.Hoc eſt quod alibi ſcriptura teſtatur:Peccata patrū reddā in filios , in tertiā & quartā
generationē,ut cogitatiōes noſtras mētiſqꝫ decretū,nō ſtatim puniat,ſed reddat in poſte-
ris,id eſt,in malis operibus,& in delictoꝝ perſeuerātia,quoniā per Amos loquitur:Super
tribus & quatuor impietatibus illius,& illius ciuitatis,nónne auerſabor eam?Hæc curſim
quaſi de prato pulcherrimo ſanctarū ſcripturarū,paruos flores carpſiſſe ſufficiat ꝓ cōmo
nitione tui,ut & claudas cubiculū pectoris,& crebro ſignaculo crucis munias frontē tuā,
ne exterminator Aegypti in te locū reperiat,ſed primogenita,quę apud Aegyptios pereūt
in tua mente ſaluētur,& dicas cū ꝓpheta:Paratū cor meū deus,paratū cor meū:cātabo &
pſallā.Exurge gloria mea,exurge pſalteriū & cithara.Quā aſſumere iubet & Tyrus,mul-
tis peccatorū cōfoſſa uulneribus:ut agat pœnitentiā,& maculas priſtinæ fœditatis cū Pe-
tro amaris lachrymis abluat.Verū nos ignoremus pœnitētiā,ne facile peccemus.Illa qua-
ſi ſecūda poſt naufragiū miſeris tabula ſit:in uirgine integra ſeruet nauis.Aliud eſt quære
re quod perdideris:aliud eſt poſſidere qd' nunqꝫ amiſeris.Vnde & Apoſtolus caſtigabat
corpus ſuū,& in ſeruitutē redigebat:ne alijs prædicās,ipſe reprobus inueniret:corporiſqꝫ,
ex perſona generis humani inflāmatus ardoribus,loquebat:Miſer ego homo,quis me li-
berabit de corpore mortis huius?Et iterū:Scio quia nō habitat in me,hoc eſt in carne mea
bonum:Velle eñi adiacet mihi,ut faciē autē bonū,nequaqꝫ.Neqꝫ enim quod uolo bonū,
ſed quod nolo malū,hoc facio.Et denuo:Qui in carne ſunt,deo placere nō poſſunt.Vos
autē non eſtis in carne,ſed in ſpiritu:ſi tamē ſpiritus dei habitat in uobis.Poſt cogitationū
diligentiſſimā cautionē,ieiuniorum tibi arma ſumēda ſunt,& canēdum cū Dauid:Humi-
liaui in ieiunio animā meā.Et,cinerē tanqꝫ panem māducaui.Et,cum moleſti erāt mihi,in-
duebar cilicio.Eua per cibū eiecta eſt de paradiſo. Helias quadraginta dierum exercitatus
ieiunio,igneo curru rapitur in cœlū.Moyſes quadraginta diebus ac noctibus,familiarita-
te & ſermone dei paſcit:in ſe ueriſſimū probās quod dicitur:Nō in ſolo pane uiuit homo,

C ſed in omni uerbo quod ꝓcedit de ore dei. Saluator generis humani, qui uirtutũ & cõuer-
ſationis ſuæ nobis reliquit exẽplũ: poſt baptiſmũ ſtatim aſſumitur à ſpiritu, ut pugnet cõ-
tra diabolũ, & oppreſſum atq; cõtritum, tradat diſcipulis cõculcãdũ. Vnde & Apoſtolus
loquitur: Deus aũt cõteret ſatanã ſub pedibus noſtris uelociter. Et tamen hoſtis antiquus
poſt quadraginta dierũ ieiuniũ, per cibũ molitur inſidias, & dicit: Si filius dei es: dic ut lapi
des iſti panes fiãt. In lege, mẽſe ſeptimo poſt clangorẽ tubarũ decimo die mẽſis, totius gen
tis Hebrææ ieiuniũ eſt, & exterminatur illa anima de populo ſuo, quæ ſaturitatẽ prætulerit
cõtinentiæ. In Iob ſcriptũ eſt de dracone. Virtus eius in lũbis eius, & fortitudo illius ſuper
umbilicũ uẽtris eius. Aduerſum iuuenes & puellas, ætatis ardore hoſtis noſter abutitur, et
inflãmat rotã natiuitatis noſtræ, & implet illud Oſee: Oẽs adulterãtes, quaſi clibanus cor
da eorũ, quæ dei miſericordia, & ieiuniorũ rigore reſtinguũtur. Hæc ſunt ignita diaboli ia
cula, quæ ſimul & uulnerãt & inflãmãt, & à rege Babylonio tribus pueris præparãtur, q
ſuccẽdit fornacẽ quadragintanouẽ cubitorũ, habẽs & ipſe ſeptẽ hebdomadas ad perditio-
nẽ, quas dñs obſeruari iuſſerat ad ſalutẽ. Sed quomodo ibi quartus ſpeciẽ habẽs quaſi filij
hominis, immẽſos mitigauit ardores, & inter camini æſtuãtis incẽdiũ docuit flãmas calorẽ
amittere, & aliud oculis cõminari, aliud præbere tactui: ſic & in animo uirginali, rore cœle
leſti & ieiuniorũ rigore, calor puellaris extinguit̃, & in hũano corpore, angeloꝝ impetrat̃
cõuerſatio. Quã ob rẽ & uas electiõis de uirginibus ſe dicit dñi nõ habere præceptũ, quia
cõtra naturã, imò ultra naturã eſt, nõ exercere qđ nata ſis: interficere in te radicẽ tuã, & ſo
la uirginitatis poma decerpere: neſcire thorũ, omnẽ uirorũ horrere cõtactũ, & in corpore
uiuere ſine corpore. Neq; uero immoderata tibi imperamus ieiunia, & enormẽ ciborũ ab-
ſtinentiã, quibus ſtatim corpora delicata frãgũtur, & ante ægrotare incipiũt, q̃ ſanctæ cõ-
uerſationis iacere fundamẽta. Philoſophorũ quoq; ſentẽtia eſt μεσότητας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας
D εἶναι, qđ Latinus ita poteſt ſermo reſonare, moderatas eſſe uirtutes: excedẽtes modum atq;
mẽſurã, inter uitia deputari. Vnde & unus de ſeptẽ ſapiẽtibus μηδὲν ἄγαν, id eſt, ne quid, ait,
nimis. Qđ tam celebre factũ eſt, ut comico quoq; uerſu expreſſum ſit. Sic debes ieiunare,
ut nõ palpites, & reſpirare uix poſſis, & comitũ tuarũ, uel porteris, uel traharis manibus,
ſed ut fracto corporis appetitu, nec in lectiõe, nec in pſalmis, nec ĩ uigilijs ſolito qđ minus
facias. Ieiuniũ nõ perfecta uirtus, ſed cæterarũ uirtutũ fundamẽtũ eſt, & ſanctificatio atq;
pudicitia: ſine qua nemo uidebit deũ. Gradus præbet ad ſumma ſcãdẽtibus: nec tamẽ ſi ſo
la fuerit, uirginẽ poterit coronare. Legamus euãgeliũ ſapiẽtiũ & ſtultarũ uirginũ: quarum
aliæ cubiculũ ſpõſi ingrediũtur: aliæ bonorũ operũ oleũ nõ habẽtes extinctis lãpadibus
excludũtur. Latus eſt ſuper ieiunijs cãpus: in quo & nos ſæpe cucurrimus, & multorũ ꝓ-
prij habẽtur libri, ad quorũ te mittimus lectionẽ, ut diſcas quid boni habeat cõtinẽtia, &
quid ecõtrario mali, ſaturitas. Imitare ſpõſum tuũ. Eſto auiæ matriq; ſubiecta. Nullũ ui-
rorũ et maxime iuuenũ, niſi cũ illis, uideas. Nullũ ſcias, quẽ illi neſciãt. Secularis quoq; ſen
tentia eſt: Eadẽ uelle, & eadẽ nolle, ea demũ firma amicitia eſt. Vt appeteres uirginitatẽ, ut
Chriſti p̃cepta cognoſceres, ut ſcires qđ tibi expediret, qđ diligere deberes: illarũ te exẽpla
docuerũt: ſctã domi inſtruxit cõuerſatio. Nõ igit̃ ſolũ putes tuũ eſſe qđ tuũ eſt, ſed earũ, q̃
ſuã in te exp̃ſſere pudicitiã, & honorabiliũ nuptiarũ, cubiliſq; immaculati p̃cioſiſſimũ ger
minauere te florẽ: qui pfectos afferet fructus, ſi humiliaueris te ſub potẽti manu dei, & ſcri
ptũ ſemper memineris: Superbis deus reſiſtit, humilibus aũt dat gratiã. Vbi aũt gratia: nõ
operũ retributio, ſed donãtis eſt largitas, ut impleatur dictũ Apoſtoli: Nõ eſt uolẽtis, neq;
currẽtis: ſed dei miſerẽtis. Et tamẽ uelle & nolle noſtrũ eſt: ipſumq; qđ noſtrũ eſt, ſine dei
miſeratione noſtrũ nõ eſt. Eunuchorũ quoq; tibi & puellarũ ac ſeruulorum mores, magis
eligãtur q̃ uultuũ elegãtia, quia ĩ oĩ ſexu & ætate & trũcatoꝝ corpoꝝ uiolẽta pudicitia,
animi cõſiderãdi ſunt: qui amputari, niſi Chriſti timore nõ poſſunt. Scurrilitas atq; laſci-
uia, te præſente nõ habeat locũ. Nũq; uerbũ inhoneſtũ audias: aut ſi audieris, nõ ineſceris.

Perditæ

A Perditæ mentes hominũ,uno frequẽter leuiq; ſermone,tentant clauſtra pudicitiæ.Ride-
re & rideri,ſecularibus derelinque.Grauitas tuã perſonã decet.Catonẽ quoq; (illum dico
4 Cẽſoriũ) & ueſtræ quondã urbis principẽ,qui extrema ætate Græcas literas,nec erubuit
cẽſor,nec deſperauit ſenex diſcere.Et.M.Craſſum ſemel in uita ſcribit riſiſſe Lucilius.Fue
rit illa affectata ſeueritas,& gloriã quærẽs auráq; popularẽ:nos affectus & ꝑturbationes,
ꝙdiu in tabernaculo corporis huius habitamus,& fragili carne circũdamur:moderari &
regere poſſumus:amputare non poſſumus,Vnde & Pſalmiſta dicit:Iraſcimini, & nolite
peccare.Quod Apoſtolus ediſſerẽs:Sol,inquit,nõ occidat ſuper iracundiã ueſtrã,quia &
iraſci hominis eſt,& finẽ iracũdiæ imponere Chriſtiani. Superfluũ reor te monere cõtra
auariciã,cũ generis tui ſit,& habere & calcare diuitias,& Apoſtolus doceat auariciam eſſe
idolorũ cultũ:dominusq; reſpõdeat ſciſcitãti:Magiſter bone,quid boni faciẽs: uitã æter-
nã poſſidebo?Si uis eſſe perfectus,uade uẽde omnia quæ habes,& da pauperibus , & ha-
bebis theſaurũ in cœlis,& ueni ſequere me.Apoſtolici faſtigij eſt perfectæq; uirtutis,uẽde
re omnia,& pauperibus diſtribuere,& ſic leuẽ atq; expeditũ , cũ Chriſto ad cœleſtia ſub-
uolare.Nobis imò tibi,diligẽs credita eſt diſpẽſatio,quãq; in hoc,omni ætati omniq; per
ſonæ,libertas arbitrij relicta ſit.Si uis,inquit,eſſe perfectus:Nõ cogo,nõ impero,ſed pro
pono palmã,oſtẽdo præmia,tuũ eſt eligere,ſi uolueris in agone atq; certamine coronari.
Et cõſideremus ꝙ ſapiẽter ſapiẽtia ſit loquuta:Vẽde quæ habes. Cui iſta præcipiuntur?
Nẽpe illi,cui dictũ eſt:Si uis eſſe perfectus.Nõ partẽ bonorũ tuorũ uẽde:ſed oĩa.Cũq;
uẽdideris,quid ſequit?Et da pauperibus.Nõ diuitibus,non ꝓpinquis,nõ ad luxuriã,ſed
ad neceſſitatẽ.Siue ille ſacerdos ſit,ſiue cognatus & affinis,nihil in illo aliud cõſideres , ꝙ
paupertatẽ.Laudẽt te eſurientiũ uiſcera:nõ ructantiũ opulẽta cõuiuia.In Actis Apoſtolo
rũ:quãdo domini noſtri adhuc calebat cruor,& feruebat recẽs in credẽtibus fides: uende
B bant omnes poſſeſſiones ſuas,& precia earũ ad Apoſtolorũ deferebãt pedes,ut oſtẽderẽt
pecunias eſſe calcãdas:dabaturq; ſingulis,prout cuiq; opus erat.Ananias & Saphyra di-
ſpẽſatores timidi,imò corde duplici,& ideo cõdẽnati:quia poſt uotũ obtulerũt quaſi ſua:
& nõ eius,cui ſemel ea uouerãt:partẽq; ſibi alienæ ſubſtãtiæ reſeruauerũt,metuẽtes famẽ,
quã uera fides nõ timet:præſentẽ meruere uindictã:nõ crudelitate ſentẽtiæ,ſed correptio
nis exẽplo.Deniq; & apoſtolus Petrus nequaꝗ imprecatur eis mortẽ,ut ſtultus Porphy
rius calũniatur,ſed dei iudiciũ prophetico ſpiritu annũciat,ut pœna duorum hominũ, ſit
doctrina multorũ.Ex eo tẽpore quo uirginitati ꝑpetuæ cõſecrata es:tua,nõ tua ſunt:imò
uere tua,quia Chriſti eſſe cœperũt,quæ auia uiuẽte uel matre,ipſarũ arbitrio diſpenſanda
ſunt.Sin aũt obierint & ſomno ſanctorũ requieuerint (ſcio eñ & hoc illas optare,ut te ha
beãt ſuperſtitẽ) cũ ætas maturior fuerit,& uolũtas grauior,firmiorq; ſentẽtia,facies qđ ti
bi uiſum fuerit,imò qđ dominus imperat:ſcitura nihil te habiturã:niſi quod in bonis ope
ribus erogaueris.Alij ædificẽt eccleſias,ueſtiant parietes marmorũ cruſtis,columnarũ mo
les aduehãt:earumq; deaurent capita:precioſum ornatũ non ſentientia:ebore argentoq;
ualuas & gẽmis aurata diſtinguant altaria.Non reprehendo,non abnuo. Vnuſquiſq; in
ſenſu ſuo abũdet.Meliusq; eſt hoc facere,quàm repoſitis opibus incubare.Sed tibi aliud
propoſitũ eſt.Chriſtum ueſtire in pauperibus,uiſitare in languentibus, paſcere in eſuriẽti
bus,ſuſcipere in his qui tecto indigẽt,& maxime in domeſticis fidei, uirginũ alere mona-
ſteria:ſeruorũ dei,& pauperũ ſpiritu,habere curã:qui diebus & noctibus ſeruiunt domi-
no tuo:qui in terra poſiti,imitantur angelorũ conuerſationem,& nihil aliud loquuntur,
niſi quod ad laudes dei pertinet:habẽtesq; uictum & ueſtitũ,his gaudẽt diuitijs, qui plus
habere nolunt,ſi tamen ſeruant propoſitũ.Alioqui ſi amplius deſiderant:his quoq; quæ
neceſſaria ſunt,probãtur indigni.Hæc ad uirginẽ diuitẽ:& uirginẽ nobilẽ ſum loquutus.

Nunc tantum ad uirginem loquar,id eſt,non ea quæ extra te,ſed in te ſunt conſideràs.
Præter pſalmorum & orationis ordinem,quod tibi hora tertia,ſexta,nona,ad ueſperum,
media

C media nocte & mane ſemper eſt exercendũ: ſtatue quot horis ſanctam ſcripturã ediſcere
debeas: quãto tẽpore legere, nõ ad laborẽ, ſed ad delectationẽ & inſtructionẽ animę. Cũq;
hæc finieris ſpatia, & frequẽter te ad figenda genua, ſolicitudo animæ ſuſcitauerit: habeto
lanam ſemper in manibus, uel ſtaminis pollice fila deducito, uel ad torquẽda ſubtegmina
in alueolis fuſa uertantur: aliarũq; neta, aut in globum collige, aut texenda cõpone. Quæ
texta ſunt, inſpice, quæ errata, reprehende: quæ facienda, cõſtitue. Si tantis operũ uarieta-
tibus fueris occupata, nunquã dies tibi longi erunt, ſed quamuis æſtiuis tendãtur ſolibus,
breues uidebuntur, in quibus aliquid operis prætermiſſum eſt. Hæc obſeruãs, & teipſam
ſaluabis, & alias, & eris magiſtra ſanctæ cõuerſationis, multarũq; caſtitatẽ, lucrũ tuum fa
cies, ſcriptura dicẽte: In deſiderijs eſt omnis anima ocioſi. Nec idcirco tibi ab opere ceſſan-
dum eſt, quia deo propitio nulla re indiges: ſed ideo cũ omnibus laborandũ eſt, ut per oc-
caſionem operis, nihil aliud cogites, niſi quod ad domini pertinet ſeruitutẽ. Simpliciter lo
quar. Quãuis omnẽ cenſum tuum in pauperes diſtribuas, nihil apud Chriſtũ erit precio-
ſius: niſi quod manibus tuis ipſa cõfeceris: uel in uſus proprios, uel in exemplũ uirginum
cæterarũ, uel quod auiæ matriq; offeras, maiora ab eis in refectionẽ pauperũ precia rece-
ptura. Penè prætérij, quod uel præcipuũ eſt. Dũ eſſes paruula, & ſanctæ ac beatæ me-
moriæ Anaſtaſius epiſcopus Romanã regeret eccleſiam, de oriẽtis partibus hæreticorum
ſæua tẽpeſtas, ſimplicitatẽ fidei, quæ Apoſtoli uoce laudata eſt, polluere & labefactare co
nata eſt. Sed uir ditiſſimæ paupertatis & Apoſtolicæ ſolicitudinis, ſtatim noxiũ perculit
caput, & ſibilantia hydræ ora cõpeſcuit. Et quia uereor, imò rumore cognoui, in quibuſ-
dam adhuc uiuere & pullulare uenenata plãtaria: illud te pio charitatis affectu, præmonẽ
dam puto, ut ſancti Innocẽtij, qui apoſtolicę cathedræ, & ſupradicti uiri ſucceſſor & filius
eſt, teneas fidẽ: nec peregrinã, quãuis tibi prudẽs callidaq; uidearis, doctrinã recipias. So-
D lẽt enim huiuſcemodi per angulos muſſitare, & quaſi iuſticiã dei quærere. Cur illa anima
in illa eſt nata prouincia? Quid cauſæ extitit, ut alij de Chriſtianis naſcantur parentibus,
alij inter feras & ſæuiſſimas nationes, ubi nulla dei noticia eſt? Cũq; hoc quaſi ſcorpionis
ictu ſimplices quoſq; percuſſerint, & fiſtulato uulnere, locum ſibi fecerint, uenena diffun-
dũt. Putáſne fruſtra infans paruulus, & qui uix matrẽ riſu, & uultus hilaritate cognoſcat,
qui nec boni aliquid fecit nec mali, dæmone corripit, morbo opprimit regio: & ea ſuſtinet
quæ uidemns impios homines nõ ſuſtinere, & ſuſtinere deo ſeruiẽtes? Sin aũt iudicia ſunt
inquiunt, domini uera, iuſtificata in ſemetipſis, & nihil apud deũ iniuſtũ eſt: ipſa ratione cõ
pellimur, ut credamus animas fuiſſe in cœleſtibus, & propter quædã antiqua peccata dã-
natas in corporibus humanis, & ut ita loquamur, ſepultas, noſq; in ualle lachrymarũ pœ
nas luere ueterum peccatorum. Vnde & propheta dicit: Priuſq; humiliarer ego peccaui.
Et: educ de carcere animã meã. Et, iſte peccauit, ut cęcus ex utero naſceret, an parẽtes eius?
& cætera his ſimilia. Hæc impia & ſcelerata doctrina olim in Aegypto & oriẽtis partibus
uerſabatur, & nũc abſcõdite, quaſi in foueis uiperarũ apud pleroſq; uerſatur: illarũq; par
tiũ polluit puritatẽ, & quaſi hęreditario malo, ſerpit in paucis, ut perueniat ad plurimos:
Quã certus ſum, quod ſi audieris nõ recipias. Habes eñ apud deũ magiſtras, quarũ fides
norma doctrinę eſt. Intelligis quid loquar. Dabit eñ tibi deus in omnibus intellectũ. Nec
ſtatim aduerſum ſæuiſſimã hæreſim, & multo his nequiora quę dixi, reſpõſionẽ hominis
flagitabis: ne nõ tã ꝓhibuiſſe uidear, q̃ cõmonuiſſe: cũ præſentis operis ſit inſtituere uirgi
nẽ, nõ hereticis reſpõdere. Cæterũ omnes fraudulẽtias eorũ, & cuniculos quibus nitũtur
ſubuertere ueritatẽ, in alio opere deo adiuuãte, ſubuertimus: quod ſi uolueris, prõpte libẽ
terq; mittemus. Vltroneas eñ, aiũt, putere merces: & precia facilitate decreſcũt: quę ſemꝑ
in raritate maiora ſunt. Solet inter pleroſq; eſſe certamẽ, utrum ſolitaria, an cũ multis uita
melior ſit: quarũ prior pręfert quidẽ ſecũdę: ſed ſi in uiris periculoſa eſt, ne abſtracti ab ho
minũ frequẽtia, ſordidis & impijs cogitationibus pateant: & pleni arrogãtiæ & ſupercilij,

cunctos

A cunctos deſpiciant,armētq; linguas ſuas,uel clericis,uel alijs monachis detrahēdo,de qui
bus rectiſſime dicitur:Filij hominū,dentes eorū arma & ſagittæ:& lingua eorum gladius
acutus:quanto magis in fœminis,quarū mutabilis fluctuansq; ſentētia:ſi ſuo arbitrio re-
linquatur,cito ad deteriora delabitur? Noui ego in utroq; ſexu,per nimiam abſtinentiā,
cerebri ſanitatē quibuſdā fuiſſe uexatam.Præcipueq; in his,qui in humectis & frigidis ha
bitauerunt cellulis:ita ut neſcirent quid agerēt,quóue ſe uerterēt: quid loqui, quid tacere
deberēt.Certe ſi rudes ſecularium literarum,de tractatibus hominum diſertorum quippiā
legerint,uerboſitatē ſolam diſcunt,abſq; noticia ſcripturarū:& iuxta uetus elogiū: quum
loqui neſciant,tacere nō poſſunt:docentq; ſcripturas quas nō intelligunt:& quū alijs per
ſuaſerint,eruditorū ſibi aſſumunt ſupercilium:prius imperitorum magiſtri,quàm docto-
rum diſcipuli.Bonū eſt igitur obedire maioribus,parere perfectis:& poſt regulas ſcriptu- *Aliter præfe-*
rarū,uitæ ſuæ tramitem ab alijs diſcere: nec præceptore uti peſſimo, ſcilicet præſumptio- *ctis.*
4 ne ſua.De talibus fœminis & Apoſtolus loquit̃:Quæ circūferūtur omni uēto doctrinæ:
ſemper diſcentes,& nunq̃ ad ſcientiā ueritatis peruenientes.Matronarū, maritis ac ſeculo
ſeruientiū,tibi cōſortia declinentur,ne ſolicitetur animus,& audias,quid uel maritus uxo
ri,uel uxor loquuta ſit uiro.Venenatæ ſunt huiuſcemodi cōfabulatiōes.Super quarū da-
mnatione,ſecularē uerſum aſſumēs Apoſtolus,fecit eccleſiaſticū:Corrumpunt mores bo
5 nos,cōfabulationes peſſimæ.Cuius Iambici metrū:dum uerbū ſeruat ex uerbo; nequaq̃
expreſſit Latina trāslatio.Graues fœminæ,& maxime uiduæ,ac uirgines,tibi comites eli-
gantur:quarū probata eſt cōuerſatio,ſermo moderatus, ſancta uerecundia. Fuge laſciuiā
puellarū,quæ ornāt capita,crines à fronte demittūt,cutē poliunt,utuntur pigmētis,aſtri-
ctas habēt manicas:ueſtimenta ſine ruga,ſoccoſq; criſpātes:ut ſub nomine uirginali,uen-
dibilius pereant.Mores enī & ſtudia dominarū,plerunq; ex ancillarū & comitū moribus
iudicātur.Illa tibi ſit pulchra,illa amabilis,illa habenda inter ſocias:quæ ſe neſcit eſſe pul-
B chrā,quæ negligit formæ bonū:& procedēs ad publicū,non pectus & colla denudat:nec
pallio reuoluto ceruicē aperit:ſed quæ celat faciē,& uix uno oculo,qui uiæ neceſſarius eſt
patēte,ingreditur.Dubito an loquar:ſed uelim nolim,quia crebro fit,dicendū eſt:nō quo
hæc in te timere debeā:quæ iſta forſitā neſcias,nec unq̃ audieris:ſed quo per occaſionem
tui,cæteræ præmonendæ ſint. Cincinnatulos pueros & calamiſtratos,& peregrini muris
olētes pelliculas:de quibus illud Arbitri eſt:Nō bene olet,ꝗ bene ſemꝑ olet:quaſi quaſdā
peſtes & uenena pudicitiæ uirgo deuitet:ut taceā de cæteris,quarū importuna uiſitatio,&
ſe infamat & alias:ut etiā ſi nihil mali perpetrēt:tamē hoc ſit uel maximū malū,fruſtra pa-
tere maledictis et morſibus ethnicorū.Nec hoc de omnibus dicimus,ſed de his quos eccle
ſia ipſa reprehēdit:quos interdū abijcit:in quos nōnunq̃ epiſcoporū & presbyterorū cē-
ſura deſæuit:ut prope periculoſius ſit laſciuis puellis ad loca religionis, q̃ ad publicū pro
cedere.Quæ uiuunt in monaſterio:& quarū ſimul magnus eſt numerus,nūq̃ ſolæ, nūq̃
ſine matre procedant.De agmine columbarū,crebro accipiter unam ſeparat, quā ſtatim
inuadat & laceret,cuius carnibus & cruore ſaturēt.Morbidæ oues ſuū relinquunt gregē,
& luporū faucibus deuorantur.Scio ego ſanctas uirgines,quæ diebus feſtis, propter fre-
quentiā populorū,pedē domi cohibent,nec tūc egrediuntur,quando maior eſt adhibēda
cuſtodia,& publicū penitus deuitandum.Ante annos circiter triginta, de uirginitate ſer-
uanda ædidi librū,in quo neceſſe fuit mihi ire contra uitia:& propter inſtructionem uirgi
nis,quā monebā,diaboli inſidias patefacere.Qui ſermo offendit plurimos,dum unuſquiſ
q; in ſe intelligens quod dicebatur,non quaſi monitorem libenter audiuit:ſed quaſi crimi
natorē ſui operis auerſatus eſt.Verūtamen quid profuit armaſſe exercitum reclamantiū,
& uulnus cōſcientiæ dolore mōſtraſſe?Liber manet,homines præterierunt.Scripſi ad ple
raſq; uirgines ac uiduas σπουδάσματα, & quicquid dici poterat,in illis opuſculis defloratum
eſt:ut aut ſuperfluo eadem à nobis repetantur:aut nunc prætermiſſa, plurimum noceāt.

Certe

C Certe & beatus Cyprianus, egregiũ de uirginitate uolumen ædidit, & multi alij, tam Lati
no ſermone quàm Græco. Omniumq; gẽtium literis atq; linguis, in eccleſijs Agnes uita
laudata eſt. Sed hoc ad eas pertineat, quæ needũ elegerunt uirginitatem, & exhortatione
indigent, ut ſciant quale ſit, quod eligere debeãt. Nobis electa ſeruãda ſunt, & quaſi inter
ſcorpiones & colubros incedendum, ut accinctis lumbis, calciatis pedibus, & apprehenſis
manu baculis, iter per inſidias huius ſeculi, & inter uenena faciamus, ut poſſimus ad dul-
ces Iordanis peruenire aquas, & terrã repromiſſionis intrare, & ad domum dei aſcendere,
ac dicere cum propheta: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ
tuæ. Et illud: Vnam petij à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini, omni
bus diebus uitæ meæ. Felix illa conſcientia & beata uirginitas, in cuius corde, præter amo
rem Chriſti, qui eſt ſapientia, caſtitas, patientia atq; iuſtitia, cæteræq; uirtutes, nullus alius
uerſatur amor, nec ad recordationẽ hominis, aliquando ſuſpirat: nec uidere deſiderat, quẽ
cum uiderit, nolit dimittere. Sanctum uirginum propoſitum & cœleſtis angelorumq; fa-
miliæ gloriam, quarundam non bene ſe agentium, nomen infamat. Quibus aperte dicen-
dum eſt, ut aut nubant, ſi ſe non poſſunt continere, aut contineant ſi nolunt nubere. Di-
gna res riſu: imò planctu, incedentibus dominis, ancilla uirgo procedit ornatior, ut pro
nimia conſuetudine quam incomptam uideris, dominam ſuſpiceris. Nonnullæ ſeparata
abſq; arbitris quærunt hoſpitia, ut uiuant licentius: utãtur balneis: faciantq; quod uolũt,
& deuitent conſcientias plurimarum. Hæc uidemus & patimur, & ſi aureus nummus af-
fulſerit, inter bona opera deputamus. Finem iungo principio: nec ſemel monuiſſe conten
tus ſum: Ama ſcripturas ſanctas, & amabit te ſapientia: dilige eam, & ſeruabit te: honora il
lam, & amplexabitur te. Hæc monilia in pectore, & in auribus tuis hæreant. Nihil aliud
nouerit lingua, niſi Chriſtũ. Nihil poſſit ſonare, niſi quod ſanctum eſt. Auiæ tuæ tibi ſem-
per ac matris in ore dulcedo uerſetur. Quarum imitatio, forma uirtutis eſt. B

D

## SCHOLIA

PRoborum & Olibriorum.) Auunculus alter erat Probus, alter Olibrius, tertius Probi-
1 nus, quæ nomina tum nobilium erant Romæ. Veſte polymita.) Id eſt, uerſicoloribus con
texta filis. Nam μίτος Græci filium appellant, & πολὺ multum, quaſi dicas, multifilam ueſtem.
Et omni retro.) Retro uocat, quod iam præterijt, hoc eſt, ſuperiori. Filiarum Philippi.)
Hunc Actuum capite uigeſimoprimo, Lucas euangeliſtam appellat, ſcribens ei quatuor fuiſſe uirgi-
nes prophetantes. Pronuba.) Sic uocatur mulier, quæ parat ea quæ ad nuptiarum ritum, & ſpon-
ſam inſtruendam pertinent. Feſcennina.) Id eſt, carmina nuptialia, à Feſcennio oppido Campaniæ
ſic dicta. Procacia.) Solent huiuſmodi cantiones eſſe petulantiores. Vnde Catullus, Feſcenninam
licentiam uocat. Conſentaneum eſt autem apud barbaros multo petulantiores eſſe. Tulliani flu-
minis.) Tullio tribuit copiam fluentem, Demoſtheni uim & acrimoniam, & apte contorta enthy-
memata. Magalia.) Apte uſus eſt Punica uoce, de Africa loquens. Etenim rureſtris domus, ea
lingua Magar uocatur. Vergilius, Miratur molem Aeneas, Magalia quondam. Apud eundem le-
gimus & Mapalia. Et raris habitata Mapalia tectis, quum de caſulis ruſticanis loquatur. Vnde ſiue le-
2 gas Magalia, ſiue Mapalia, nihil refert. Non ſic poſt Trebiam.) Trebia, fluuius eſt iuxta Placen-
tiam Romanorum clade inſignis. Nam illic ſecundo iam cum Hannibale congreſſi infeliciter pu-
gnarunt Romani, fuſi paulo ante ad Ticinum amnem. Ad Thraſymenum.) Ad hunc fluuium
rurſus Romanus exercitus fuſus eſt, ab Hannibale circunuentus, temeritate ducis Caij Flaminij.
Ad hæc ſex milia, perfidia Hannibalis uincta ſunt. Cannas.) Hic cæſa leguntur Romanorum qua-
draginta quinque milia. Cæſus eſt & Paulus Aemylius uir eximius, unà cum ſenatoribus nonaginta,
conſularibus atque prætorijs, aut ædilicijs, triginta. Autor Titus Liuius. Tanti, ut dicitur, uitrũ.)
Vſus eodem in ſuperioribus epiſtolis. Vitrum imitatur gemmas, cum ſit uiliſſimum. Si non lo-
cas homini ſponſo, niſi integram, quanto magis conuenit integram conſecrare Chriſto uirginem, qui
tanto præſtat homini, quanto gemma uitro? Olim margaritis ſummus erat honos inter gemmas.
A ſancta Chriſti Synoride.) Quædam exemplaria uetuſta ſic habebant: à ſanctis fœminis, non
detractum, ſed uirgini traditum. Ne ſponſo fieret.) Sponſum uirginis Chriſtum uocat. Pro
ba illa.) Proba, nomen eſt proprium hoc loco. Mater fuit trium conſularium, Auia ſicuti uidetur De-
metriadis. Caſſa nomina.) Id eſt, inania nomina, cum re ſint ſeculares. Si fractus illabatur.)
3 Hæc Horatius in Odis, de Stoico ſapiente ſcripſit. Brennus noſtri tempo.) Sic uocat ducem bar-
barum,

A barum,alludens ad Brennum illum Gallorum ducem, à quo Romani ſalutem auro redimere ſunt coacti:teſtatur in uita Camilli Plutarchus. Vnum illud.) Carmen eſt Maronis, Nata deo:nam Vergilius habet,nate dea. Quid eſt νοῦς.) νοῦς Græce mentem ſignificat,hoc eſt, ſummam animi partem, qua intelligimus ea,quæ maxime abſunt à ſenſibus corporeis. Alienis capillis.) Id eſt,appoſititijs, quo res magis ſit ridicula:& elegantiſſime dixit,ſtruere uerticem. Candore margar.) Nam uniones præcipue cõmendat candor & læuor:ut teſtis eſt Plinius. Maris profunda.) Quod in conchis naſcatur hæc gemma,præcipue in mari Perſico. Cerauniorum.) Ceraunos Græce fulmen eſt. Hinc gemmæ datum nomen,quod fulgur quoddam iacere uideatur. Hiacynthorũ pelago.) Quod undas imitentur. Smaragdorum uirore.) Quoniam nihil his comparatum magis uiret: ut inquit Plinius.

μεσότητας, ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι.) Id eſt,mediocritates,uirtutes:exceſſus,uitia eſſe. Sic enim ad uerbum reddi poſſunt. Et Horatius: Virtus eſt medium uitiorum utrinq; redactum. μηδὲν ἄγαν.) Id eſt, ne quid nimis. Vtitur Terentius in Andria. Nec erubuit cẽſor,nec deſperauit ſenex.) Nihil dici potuit uenuſtius. Cato literas aggreſſus eſt ſenex,Græcas autẽ literas extrema ætate,iam ſeptuagenarius.

Si audieris,non iraſcaris.) Iraſcaris,adulterina uox eſt. Fortè legendum,ineſceris,aut aliud ſimile.

Cenſorium.) Tanta erat Catonis ſeueritas,ut à cenſura rigide geſta,Cenſorius ſit dictus. Quin & al-
4 terius tanta fuit ſeueritas,ut eo præſente,non poſſent agi Floralia;cum nec ille uultum mutare poſſet nec illi auderent eo ſpectante agere. Illum dico.) Nam multi fuere Catones. Maior dictus eſt Cenſorius,minor Vticenſis. Marcum Craſſum.) Hic Craſſus Licinius fuit auus M. Craſſi in Parthis interempti, quẽ Lucilius Satyricus,ob morum ſeueritatem, ſemel in uita riſiſſe ſcribit: teſtes Plinius & M. Tullius. Riſit autem dictum illud:Similes habent labra lactucas,ſicuti retulimus in Chiliadibus noſtris. Ornatum nõ ſententia.) Sic enim emendauimus. Nam ornant columnarũ capita,perinde quaſi ſentiant ornatum,ſententia Chriſti mẽbra negligunt. Præter pſalmorũ.) Et hic locus non uno modo deprauatus erat in exemplaribus. Fortè ſic reſtitui poterat,ut legas,præter pſalmorum ordinem, & orationis pẽſum,quod tibi &c. Quæ Apoſtoli uoce.) Sic enim Paulus ſcribit ad Romanos cap. 1. Primum quidem gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus uobis,quod fides ueſtra annũciatur in uniuerſo mundo. Anaſtaſius epiſcopus.) Hic à Damaſo fuit tertius: hic uetuit, ne peregrini maximeq; tranſmarini reciperentur in numerũ clericorũ Romanorũ,niſi quinq; epiſcoporũ chirographo cõmendati,idq; propter Manichæos excludendos. Ditiſſimæ paupertatis.) Feſtiuiter copulauit duo cõtraria. Cenſu pauperrimus erat,eruditione diues [redacted]
B 5 .De hac hæreſi plura leges in epitaphio Paulæ. Cuius iambici metrum.) Eſt eñ Græcis ſenarius iambicus ex Menãdri comœdia: φθείρουσιν ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαί. Carmen ſat cõmode reddi poterat ad hũc modũ: Mores bonos,colloquia corrũpunt mala. Cincinnatulos.) Cincinni capilli ſunt arte intorti. Diminuit autem,cincinnatulos,ut molliciem exaggeret. Calamiſtratos.) Quorum capilli acu candente, quã calamiſtrũ uocant,criſpati ſunt. Peregrini muris.) Sic eñ uocãt hoc genus animãtis,cuius pellicula mire olet. De quibus illud Arbitri eſt.) Aut memoria lapſus eſt Hieronymus: aut uerſum hũc Martialis ab Arbitro Petronio mutuatus eſt. Extat eñ apud Martialẽ in Neuolũ: Neuole,nõ bene olet,q bene ſemp olet. Plautus itẽ ſcripſit,mulierẽ eam optime olere,quæ nihil oleret:quẽadmodũ & Plinius ſcribit,eam aquã eſſe optimã,quæ nihil ſapiat:hæc eſt eñ aquæ natura. Virgines ac uiduas σπουδάσματα.) Sic fermè codices omnes habebant:ut certe σπούδασμα,quæ uox ſtudium ſignificat:In uno duntaxat legi ſpudaſmena,unde ſuſpicor legendum ἐσπουδασμένα, id eſt,elaborata ſiue elucubrata.

ANTIDOTVS. [redacted]

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Saluina mulier nobiliſſima, puella adhuc, iuuenem maritũ ac nobilem amiſerat; relicto Nebridio

C puero,& huius ſorore. Maritum laudat Hieronymus: liberos ſuperſtites, ut diligẽter educet, admonet. Quibus rationibus caſtimoniam & famam tueri poſſit, docet: ab iterãdis nuptijs uehemẽter deterret.

## HIERONYMVS AD SALVINAM de ſeruanda uiduitate.

VEreor ne officium putetur ambitio: & quod illius exemplo facimus, qui ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: gloriæ facere appetitione dicamur: & non uiduam alloqui in anguſtia conſtitutam, ſed aulæ nos inſinuare regali: & ſub occaſione ſermonis, amicitias potentium quærere. Quod liquido non putabit, qui ſcierit eſſe præceptum. Perſonam pauperis non accipies in iudicio, ne ſub prætextu miſericordiæ, quod iniuſtum eſt, iudicemus. Vnuſquiſque enim non hominum, ſed rerum pondere iudicandus eſt. Nec diuiti obſunt opes, ſi eis bene utatur: nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit: ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueat. Ad utriuſque nobis rei teſtimonium, & Abraham patriarcha, & quotidiana exempla ſuppeditant: quorum alter in ſummis diuitijs amicus dei fuit, alij quotidie in ſceleribus deprehenſi, pœnas legibus ſoluunt. Alloquimur igitur diuitem pauperem, ut neſciat ipſa quæ poſſidet. Neque enim marſupium eius diſcutimus, ſed animæ puritatem.
1 Loquimur ad eam, cuius faciem ignoramus, & uirtutes nouimus, quam nobis fama cõmendat: cuius uenerabiliorem pudicitiam adoleſcentia facit. Quæ mortem iuuenis mariti ſic fleuit, ut exemplum coniugij dederit. Sic extulit, ut eum profectum crederes, non amiſſum. Orbitatis magnitudo, religionis occaſio fuit. Nebridium ſuum ſic quærit abſentem, ut in Chriſto præſentem nouerit. Cur ergo ad eam ſcribimus, quam ignoramus? Triplex nimirum cauſa eſt. Prima, quia pro officio ſacerdotij omnes Chriſtianos filiorum loco diligimus, & profectus eorum noſtra eſt gloria. Altera, quia pater defuncti
D intima mihi neceſſitudine copulatus fuit. Extrema, quæ & ualidior, quod filio meo Auito roganti, negare nihil potui: qui crebris literis interpellatricem duri iudicis ſuperans, & multorum mihi, ad quos ante ſuper eadem materia ſcripſeram, exempla proponens: ita ſuffudit pudorem negantis, ut plus conſiderarem quid ille cuperet, quàm quid me facere conueniret. Alius forſitan laudet Nebridium, quod de ſorore generatus Auguſtæ, & in materteræ nutritus ſinu, inuictiſſimo principi ita charus fuit, ut ei coniugem nobiliſſimam quæreret: & bellis ciuilibus Africam diſſidentem, hac uelut obſide ſibi fidam redderet. Mihi à principio ſtatim illud eſt prædicandum, quod quaſi uicinæ mortis præſcius, inter fulgorem palatij, & honorum culmina, quæ ætatem anteibãt, ſic uixit, ut ſe ad Chriſtum crederet profecturum. Sacra narrat hiſtoria, Cornelium centurionem cohortis Italicæ intantum acceptũ deo, ut angelum ad eum [illegible], & omne myſterium, quo Petrus de circunciſionis anguſtijs transferebatur ad [illegible] latitudinem, ad illius merita pertineret: qui primus ab Apoſtolo baptizatus [illegible] gentium dedicauit. Scriptumque eſt de eo: Erat uir quidã in Cæſarea, nomine Cornelius, cẽturio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus, & timens deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & orans deum ſemper. Quicquid de illo dicitur, hoc nomine commutato, in Nebridio meo [illegible]co. Sic religioſus fuit, & amator pudicitiæ, ut uirgo ſortiretur uxorem: ſic timens deũ cum omni domo ſua, ut oblitus dignitatis, omne conſortiũ cũ monachis haberet & clericis: tantaſq; eleemoſynas faceret in populis, ut fores eius pauperum ac debilium obſiderent examina. Certe ſic ſemper orans deum, ut illi quod optimum eſſet, eueniret. Raptus eſt, ne malitia mutaret mẽtem eius, quia placita erat anima illius deo. Vnde & ego poſſum ſuper eo uere abuti Apoſtoli uoce, dicẽtis: In ueritatẽ cognoui, quoniã nõ eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni propoſito, qui timet deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Nihil nocuit militanti paludamentum, & baltheus & apparitorum cateruæ: quia ſub habitu alterius, alteri militabat. Sicut econtrario alijs nihil prodeſt uile palliolum, furua tunica,

corporis

A corporis illuuies,& ſimulata paupertas,ſi nominis dignitatē operibus deſtruant.Legimus
& in Euangelio de alio centurione dñi teſtimonium:Nec in Iſraël tãtam fidem inueni.Et ut
ad ſuperiora redeamus,Ioſeph,qui in egeſtate & in diuitijs dedit experimēta uirtutum,qui
& ſeruus & dñs,docuit animæ libertatem:nónne poſt Pharaonem regijs ornatus inſigni-
bus,ſic deo charus fuit,ut ſuper omnes patriarchas duarum tribuū pater fieret? Daniël &
tres pueri ſic præerant Babyloniæ opibus,& ſic erãt inter principes ciuitatis,ut habitu Na
buchodonoſor,deo mēte ſeruirēt.Mardochæus & Heſter inter purpurã, ſericū & gēmas
ſuperbiam humilitate uicerunt,tantiq; fuere meriti,ut captiui uictoribus imperarent.Hæc
illuc tendit oratio,ut oſtēdam iuuenē meum cōiunctionem ſanguinis regalis,& affluētiam
diuitiarum,atq; inſignia poteſtatis,materiã habuiſſe uirtutum,dicēte Eccleſiaſte:Sicut ꝓte-
git ſapientia,ſic protegit & pecunia.Nec ſtatim illud huic teſtimonio putemus aduerſum:
Amen dico uobis,difficile diues intrabit in regnum cœlorū.Et rurſum dico uobis:Facilius
eſt camelum per foramē acus tranſire,quàm diuitē intrare in regnum cœlorum. Alioquin
Zachæus publicanus,quē ditiſſimum cōmemorat ſcriptura,cōtra hanc ſententiam ſalua-
tus uidebitur.Sed quomodo quod apud homines impoſſibile eſt, apud deū poſſibile fiat,
Apoſtoli cōſilium docet ſcribētis ad Timotheum:Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſu-
perbe ſapere,nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarum , ſed in deo uiuo,qui præſtat nobis
omnia abundãter ad fruēdum.Benefaciãt,ſint diuites in operibus bonis,facile tribuãt:cō-
municent,theſaurizent ſibi bonum fundamētum in futurū,ut apprehendãt ueram uitam.
Didicimus quomodo camelus introire poſſit per foramē acus:quomō animal tortuoſum,
B depoſito pondere ſarcinarū,aſſumat ſibi pennas columbæ,& requieſcat in ramis arboris,
quæ de ſinapis ſemēte ſuccreuit.Legimus in Eſaia,camelos Madian & Epha & Saba,aurū
& thus ad urbē domini deportãtes,in typo horum camelorum. Iſmahelitæ negociatores,
ſtacten & thymiama,& reſinã,quæ naſcitur in Galaad,& cutē uulneribus obducit,Aegy-
ptijs deferunt:tantæq; felicitatis ſunt,ut emant & uēdant Ioſeph,& mercimonium eorum
mundi ſalus ſit.Docet & Aeſopi fabula,plenū muris uētrem per anguſtum foramen egre-
di nō ualere.Ergo Nebridius meus quotidie illud reuoluēs:Qui uolūt diuites fieri,incidūt
in tentationē & laqueum diaboli,& deſideria multa. Quicquid & imperatoris largitio,&
honoris infulæ dederãt,in uſus pauperum cōferebat.Nouerat enim à dño eſſe præceptū:
Si uis perfectus eſſe,uade,uende omnia quæ habes,& da pauperibus , & ueni ſequere me.
Et quia hanc ſententiã implere nō poterat,habens uxorē & paruulos liberos,& multã fa-
miliam,faciebat ſibi amicos de iniquo mammona,qui ſe reciperent in æterna tabernacula.
Nec ſemel abijciebat ſarcinam,quod fecerunt Apoſtoli,patrē,rhete,nauiculã relinquētes:
ſed ex æqualitate,aliorum inopiæ ſuã abundantiam cōmunicabat,ut poſtea illorū diuitiæ,
huius indigentiã ſuſtentarēt.Scit ipſa,cui libellus hic ſcribitur,me nō nota,ſed audita nar-
rare:nec ex aliquo in me beneficio,ſcriptorum more Græcorū,gratiã lingua reddere. Pro-
cul à Chriſtianis iſta ſuſpicio.Habētes uictum & ueſtitum,his cōtenti ſumus. Vbi uile olu-
ſculum,& cibarius panis , & cibus potuſq; moderatus:ubi diuitiæ ſuperuacuæ,ibi nulla
adulatio,quæ uel præcipue fructū reſpicit.Ex quo colligitur,fidele eſſe teſtimonium,quod
cauſas nō habet mētiendi.Ac ne quis putet me ſolas in Nebridio prædicare eleemoſynas,
quanq; & has exercuiſſe ſit magnum,de quibus dicitur:Sicut aqua extinguit ignē,ita elee-
moſyna extinguit peccatum:ad cæteras uirtutes eius ueniã, quas ſingulas in paucis homi-
nibus deprehendimus.Quis fornacem regis Babylonij ſine aduſtione ingreſſus eſt?Cuius
adoleſcētis Aegyptia domina pallium nō tenuit?Quæ uxor Eunuchi nullos creat liberos
uoluptate tranſacta?Quē hominū diſputatio illa nō terreat:Video aliã legem in membris
meis,repugnantē legi mētis meæ,& captiuū me ducentem in lege peccati, quæ eſt in mem-
bris meis?Mirum dictu eſt,nutritus in palatio,cōtubernalis & condiſcipulus Auguſtorū,
quorum menſæ miniſtrat orbis,& terræ ac maria ſeruiunt,inter rerū omniū abundãtiam,

C in primo ætatis flore tantæ uerecundiæ fuit,ut uirginalē pudorē uinceret,et ne leuē quidē
obſcœni rumoris in ſe fabulā daret.Deinde purpuratoꝝ propinquus,ſocius,cōſobrinus,
ijſdem cum ambobus ſtudijs eruditus (quæ res etiā externorum mētes ſibi cōciliat) nō eſt
inflatus ſuperbia,nec cæteros homines adducta fronte cōtēpſit:ſed cunctis amabilis,ipſos
principes amabat ut fratres,uenerabatur ut dominos:& in illorū ſalute,ſuā ſalutē poſitam
fatebatur.Miniſtros autē eorum,& uniuerſum ordinem palatij,quo regalis frequentatur
ambitio,ſic ſibi charitate ſociarat,ut qui merito inferiores erāt,officijs ſe pares arbitrarent.
Difficile factu eſt,gloriam uirtute ſuperare:& ab his diligi,quos præcedas.Quæ uidua nō
huius auxilio ſuſtentata eſt?Quis pupillus nō in eo repperit patrē?Totius Oriētis epiſco-
pi ad hunc miſerorum preces,& laborātium deſideria cōferebāt.Quicquid ab imperatore
poſcebat,eleemoſyna in pauperes,precium captiuorū,miſericordia in afflictos erat.Vnde
& ipſi principes libenter præſtabant,quod ſciebant,nō uni,ſed pluribus indulgeri. Quid
ultra differimus?Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos fœni.Reuerſa eſt ter-
ra in terram ſuā:dormiuit in dño,& appoſitus eſt ad patres ſuos,plenus dierū ac luminis,
& nutritus in ſenectute bona.Cani enim hominis ſunt ſapiētia eius.In breui ætate tempo-
ra multa compleuit.Tenemus pro eo dulciſſimos liberos.Vxor hæres pudicitiæ precium
eſt.Nebridius puſio,patrē quærentibus exhibet.Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat.
Scintilla uigoris paterni lucet in filio:& ſimilitudo morum per ſpeculū carnis erūpens,in-
gentes animos anguſto in pectore uerſat.Iungitur ei germana,roſarum & liliorū calathus,
eboris oſtriq; cōmercium.Sic refert ore patrem,ut ad uenuſtatē propēſior ſit. Sic matrem
mixta ſimilitudine pingit,ut in uno corpore utrūq; agnoſcas.Ita ſuauis eſt,& mellitula,ut
honor ſit omniū ꝓpinquorum.Hanc tenere nō dedignatur Auguſtus:hāc fouere in ſinu,
regina lætatur.Certatim ad ſe omnes rapiūt.Pendet ex collo,hæret in brachijs ſingulorū.
D Garrula atq; balbutiēs,linguæ offenſione fit dulcior.Habes igitur Saluina quos nutrias,
in quibus uirum abſentē tenere te credas.Ecce hæreditas dñi,filij merces,fructus uentris.
Pro uno homine duos filios recepiſti,auctus eſt numerus charitatis.Quicqd debebas ma-
rito,redde filijs.Amore præſentiū,abſentis deſideriū tempera.Non eſt parui apud deum
meriti,bene filios educare.Audi Apoſtolū cōmonentē:Vidua eligatur nō minus annorū
ſexaginta,quæ fuerit unius uiri uxor,in bonis operibus habēs teſtimonium,ſi filios educa
uit,ſi hoſpitalis fuit,ſi ſanctorum pedes lauit,ſi afflictis abundāter præbuit, ſi omne opus
bonū ſubſecuta eſt.Didiciſti catalogū uirtutū tuarū,quid debeas nomini tuo,quibus meri
tis ſecundū pudicitię gradū poſſideas.Nec te moueat,quod ſexagenaria eligatur in uiduā,
& putes adoleſcētulas ab Apoſtolo reprobari.Et te crede eligi ab eo,qui diſcipulo dixerat:
Nemo adoleſcētiam tuā cōtemnat,nō continentiā,ſed ætatem.Alioquin omnes quæ ante
ſexaginta annos uiduatæ ſunt,hac lege accipiēt maritos. Sed quia rudem Chriſti inſtitue-
bat eccleſiā,& omni ordini prouidebat,præcipueq; pauperibus,quoꝝ ei cura cū Barnaba
fuerat demādata:illas uult eccleſiæ opibus ſuſtētari,quæ ꝓprijs manibus nō queunt labo
rare,quæ uere uiduæ ſunt,quas & ætas ꝓbat,& uita.Heli ſacerdos offendit deū ob uitia li-
berorū.Ergo ecōtrario placatur deus uirtutibus eorū,ſi permāſerint in fide & charitate,&
ſanctitate cū pudicitia.O Timothee:teipſam caſtā cuſtodi.Abſit ut ſiniſtrum quippiā mihi
de te ſuſpicari liceat,ſed ex abundātia lubricam ætatē monuiſſe,pietatis eſt. Quæ dicturus
ſum,nō tibi,ſed puellaribus annis dicta intellige.Vidua quæ in delicijs eſt,uiuens mortua
eſt.Hoc uas electiōis loquit:& de illo ꝓfertur theſauro,qui cōfidēter aiebat:An experimē-
tum quæritis eius,qui in me loquit Chriſtus?Hoc ille ꝓnunciat,qui libere ſub perſona ſua
fragilitatē humani corporis fatebatur.Nō em̄ quod uolo bonū,hoc operor,ſed quod no-
lo,malum.Et propterea ſubijcio & redigo in ſeruitutē corpus meū,ne alijs prædicans,ipſe
reprobus inueniar.Si ille timet,quis noſtrū poteſt eſſe ſecurus? Si Dauid amicus domini,
& Solomon amabilis eius,uicti ſunt quaſi homines,ut & ruinæ nobis ad cautionē,& pœ-

nitudinis

A nitudinis ad ſalutẽ exẽpla præberent, quis in lubrica uia lapſum non metuat? Procul ſint
4 à cõuiuijs tuis Phaſides aues, craſſi turtures, attagen Ionicus: & omnes aues, quibus am-
pliſſima patrimonia auolãt. Nec ideo te carnibus ueſci nõ putes, ſi ſuũ, leporũ, atq; ceruo-
rum, & quadrupedũ animantiũ eſculentias reprobes. Non enim hæc pedum numero ſed
ſuauitate guſtus iudicantur. Scimus ab Apoſtolo dictum: Omnis creatura dei bona eſt, &
nihil reijciendũ: quod cum gratiarum actione percipitur. Sed idem loquitur: Bonũ eſt ui-
num nõ bibere, & carnẽ non manducare. Et in alio loco: Nolite inebriari uino, in quo eſt
luxuria. Omnis creatura dei bona eſt. Audiãt hæc mulieres, quæ ſolicitæ ſunt, quomodo
placeant uiris. Comedãt carnes, quæ carni ſeruiunt, quarũ feruor deſpumat in coitũ, quæ
maritis alligatæ, generationi ac liberis dant operã. Quarũ uteri portant fœtus, carũ & inte
ſtina carnibus impleant. Tu uero quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter uolupta-
tes: quæ litã purpuriſſo & ceruſſa faciẽ, ſuper feretrũ eius lachrymis diluiſti: quæ pullã tu-
nicam, nigrosq́; calceolos, candidæ ueſtis & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, nihil habes
neceſſe aliud, niſi perſeuerare in ieiunio. Pallor & ſordes gẽmæ tuæ ſint: plumarum molli
cies iuuenilia mẽbra nõ foueat. Balnearũ calor nouum adoleſcẽtulæ ſanguinẽ nõ incẽdat.
Audi quid ex perſona uiduæ cõtinentis ethnicus poëta decantet: Ille meos, primus qui
me ſibi iunxit, amores, Abſtulit, ille habeat ſecũ, ſeruetq́; ſepulchro. Si tanti uiliſſimũ
uitrũ, quanti precioſiſſimũ margaritũ? Si cõmuni lege naturæ damnat omnes gentilis ui-
dua uoluptates, quid expectandũ eſt à uidua Chriſtiana, quæ pudicitiã ſuam nõ ſolum ei
debet, qui defunctus eſt, ſed & ei, cũ quo regnatura eſt? Quæſo te, ne generalia monita, &
cõueniens puellari ſermo perſonæ ſuſpicionẽ tibi iniuriæ moueant, & arbitreris me obiur
gantis animo ſcribere, nõ timentis: cuius uotũ eſt, te neſcire quæ metuo. Tenera res in fœ-
minis fama pudicitiæ eſt: & quaſi flos pulcherrimus cito ad leuẽ marceſſit aurã, leuiq́; fla-
tu corrũpitur, maxime ubi & ætas cõſentit ad uitiũ: & maritalis deeſt autoritas, cuius um-
B bra tu tamẽ uxoris eſt. Quid facit uidua inter familiæ multitudinẽ? inter miniſtrorum gre
ges? Quos nolo cõtẽnat ut famulos, ſed ut uiros erubeſcat. Certe ſi ambitioſa domus hæc
officia flagitat, præficiat his ſenẽ honeſtis moribus, cuius honor dominæ dignitas ſit. Scio
multas, clauſis ad publicũ foribus, nõ caruiſſe infamia ſeruulorũ, quos ſuſpectos faciebat
aut cultus immoderatus, aut craſſi corporis nitor, aut ætas apta libidini, aut ex cõſcientia
amoris occulti, ſecurus animi tumor: qui etiã bene diſſimulatus, frequẽter erũpit in publi-
cũ, & cõſeruos quaſi ſeruos deſpicit. Hoc ex abũdãtia dictũ ſit: ut omni diligẽtia cuſtodias
cor tuum: & caueas quicquid de te fingi poteſt. Nõ ambulet iuxta te calamiſtratus procu-
rator, nõ hiſtrio fractus in fœminã, nõ cãtoris diabolici uenenata dulcedo, nõ iuuenis cul-
tus & nitidus. Nihil artiũ ſcenicarũ, nihil tibi in obſequijs molle iungatur. Habeto tecũ ui
duarum & uirginũ choros, habeto tui ſexus ſolatia. Ex ancillarũ quoq; moribus dominæ
iudicantur. Certe cum tecum ſancta ſit mater, & lateri tuo amita hæreat uirgo perpetua,
nõ debes periculoſe externorũ cõſortia quærere, de tuorũ ſocietate ſecura. Semper in ma-
nibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebræ orationes, ut omnes cogitationum ſagittæ, qui-
bus adoleſcẽtia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo repellãtur. Difficile eſt, quin potius impoſ
ſibile, perturbationis initijs carere quẽpiã, quas ſignificãtius Græci προπαθείας uocant: nos,
ut uerbũ uertamus è uerbo: antepaſſiones poſſumus dicere, eo quod incentiua uitiorũ, o-
mniũ titillent animos: & quaſi in meditullio noſtrũ iudiciũ ſit, uel abijcere cogitata, uel re-
cipere. Vnde & naturæ dominus in Euangelio loquebatur: De corde exeũt cogitationes
malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Ex quo pſpi
cuum eſt, iuxta alterius libri teſtimoniũ, procliuius eſſe cor hominis à pueritia ad malũ: &
inter opera carnis & ſpiritus, quæ Apoſtolus enumerat, mediã animã fluctuare, nũc hæc,
nunc illa cupientẽ. Nã uitijs nemo ſine naſcitur. Optimus ille eſt, qui minimis urgetur: ue
lut ſi egregio inſperſos reprehẽdas corpore neuos. Hoc eſt qđ alijs uerbis propheta ſigni

C ficat: Turbatus ſum, & non ſum locutus. Et in eodẽ uolumine: Iraſcimini, & nolite pecca-
re. Et illud Architæ Tarẽtini, ad uillicũ negligẽtẽ: Iam te uerberibus enecaſſem, niſi iratus
eſſem. Ira eñ uiri, iuſtitiã dei nõ operatur. Quod de una perturbatione dictũ eſt, referamus
ad cæteras. Sicut iraſci hominis eſt, & iram nõ perficere, Chriſtiani: ſic omnis caro cõcupi-
ſcit quidẽ ea, quæ carnis ſunt: & quibuſdã illecebris ad mortiferas animam uoluptates tra
hit: ſed noſtrũ eſt, uoluptatis ardorem maiore Chriſti amore reſtinguere, & laſciuiæ iumẽ-
tum frenis inediæ ſubiugare: ut nõ libidinẽ, ſed cibos quærat ac deſideret, & ſeſſorẽ ſpiritũ
ſanctũ, moderato atq; cõpoſito portet inceſſu. Quorſum iſta? Vt hominẽ eſſe te noueris,
& paſſionibus humanis, niſi caueris, ſubiacere. De eodẽ cuncti facti ſumus luto, ijſdem cõ
pacti exordijs. In ſerico & in pãnis eadẽ libido dominatur. Nec regũ purpuras timet, nec
mendicantiũ ſpernit ſqualorẽ. Multoq; melius eſt, ſtomachum dolere, quàm mentẽ: im-
perare corpori, quàm ſeruire: greſſu uacillare, quàm pudicitia. Nec ſtatim nobis pœniten-
tiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia. Cauendũ eſt uulnus, quod dolore
curatur. Aliud eſt, integra naue & ſaluis mercibus portum ſalutis intrare: aliud, nudũ hæ
rere tabulæ, & crebris fluctuum recurſibus ad aſperrima ſaxa collidi. Neſciat uidua diga-
miæ indulgentiã, nec nouerit illud Apoſtoli, Melius eſt nubere, quàm uri. Tolle qđ peius
eſt uri, & per ſe bonũ nõ erit nubere. Procul ſint hæreticorum calũniæ. Scimus honorabi
les nuptias, & cubile immaculatũ. Etiã de paradiſo expulſus Adam, unam uxorẽ habuit.
Primus Lamech maledictus & ſanguinarius, & de Cain ſtirpe deſcẽdẽs, unam coſtam di-
uiſit in duas, & plantariũ digamiæ protinus diluuij pœna ſubuertit. Vnde illud Apoſto-
li: quod fornicationis metu indulgere cõpellitur, ſcribẽs ad Timotheum: Volo adoleſcen
tulas nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullã occaſionẽ dare aduerſario maledi
cti cauſa. Cur indulſerit, ſtatim ſubiecit: Iam quędã declinauerũt poſt Satanã. Ex quo intel
D ligimus, illũ nõ ſtantibus coronã, ſed iacentibus manũ porrigere. Vide qualia ſint ſecũda
matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur, quia declinauerunt quædã poſt Satanam.
Ideo adoleſcentula uidua, quæ ſe nõ poteſt cõtinere, uel non uult, maritũ potius accipiat,
quàm diabolũ. Pulchra nimirum & appetenda res, quæ Satanæ cõparatione ſuſcipitur.
Fornicata eſt quondã & Hieruſalẽ: & diuaricauit pedes ſuos omni trãſeunti. In Aegypto
primũ deuirginata eſt, & ibi fractæ ſunt mammæ eius. Cumq; ad deſerta ueniſſet, & mo-
rarum Moyſi ductoris impatiens, quaſi Oeſtro libidinis furibũda dixiſſet: Iſti ſunt dij tui
Iſraël qui te eduxerũt de terra Aegypti: accepit præcepta nõ bona, & iuſtificationes peſſi-
mas, in quibus nõ uiueret, ſed puniretur. Quid ergo mirũ, ſi & laſciuiẽtibus uiduis, de qui
bus in alio loco Apoſtolus dixerat: Cũ luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere uolũt, haben
tes damnationẽ, quia primã fidem irritam fecerũt: conceſſit digamiæ præcepta nõ bona,
& iuſtificationes peſſimas: ita ſecundum indulgens maritũ, ut & tertium, ſi liberet, etiã ui-
ceſimum: ut ſcirẽt ſibi nõ tam uiros datos, quàm adulteros amputatos? Hæc filia in Chri-
ſto chariſſima inculco, & crebrius repeto: ut poſteriorũ oblita, in priora te extẽdas, habẽs
tui ordinis quas ſequaris, Iudith de Hebræa hiſtoria, & Annam filiam Phanuelis de Euã-
gelij charitate, quæ diebus & noctibus uerſabantur in templo, & orationibus atq; ieiunijs
theſaurũ pudicitiæ cõſeruabãt. Vnde & altera in typo eccleſiæ, diabolũ capite truncauit:
altera ſaluatorẽ mũdi prima ſuſcepit, ſacramentorũ conſcia futurorũ. Illud in calce ſermo-
nis quæſo, ut breuitatem libelli, nõ de inopia eloquij, uel de materiæ ſterilitate, ſe de pudo
ris magnitudine exiſtimes accidiſſe: dum uereor me ignotis diu ingerere auribus, & occul
tum legentium iudicium pertimeſco.

## SCHOLIA.

1 CVius uenerabiliorem.) Alias uiduas ætas & forma ſuſpectas reddit: hæc ita uiuebat, ut hoc
eſſet uenerabilior, quod adoleſcens etiam caſtitatem amplecteretur. Sic fleuit.) Mire con-
iunxit hæc duo: officium fidæ coniugis, dum lachrymas dat marito defuncto: & fortitudinẽ
animi Chriſtiani, dum ſtatim poſt ſepulturam ſic ſe gerit, ut uideretur maritus nõ mortuus,

ſed

A ſed aliquò profectus. Sic extulit.)Id eſt,ad ſepulchrum detulit.Defuncti dicũtur efferri,quod olim
extra mœnia ſepeliri conſueuerint cadauera. Duri iudicis.)Eſt Deuteronomij cap.25. de quo dixi-
mus ſuperius. Paludamentum & baltheus.) Paludamentum ueſtis eſt militaris:unde qui ad bellum
exeunt,paludati uocantur,Baltheus cingulum eſt militare. Camelum per foramen acus.) Quidam
theologi,cum intelligant abſurde dictum de camelo tranſeunte per foramen acus,acum faciunt unam
è portis urbis Hieruſalem.Verum camelus Græcis ambigua uox eſt, ſignificans & animal ingens ac
diſtortum:& funem ab huius ſimilitudine dictum, quem Latini rudentem uocant. Atqui nec iſtud,
inquies, fieri poteſt. Fateor, uerum cum de rudente accipis, abſurditas ſermonis adempta eſt,non
τὸ ἀδύνατον. Nam in hoc ipſum Chriſtus adhibuit,ut oſtenderet id fieri non poſſe, quemadmodum pau
lò poſt palàm explicat.Tametſi Suidas κάμιλον cum eſt rudens,per iota ſcribit,non per κ, differentiæ
cauſa;non quam ipſa uox habeat,ſed quam grammatici,præſertim Græci,ſuo arbitratu ſoleant adde-
2 re.Mirum eſt autem nec Hieronymum animaduertiſſe de fune. Iſmahelitæ nego.) Locus eſt in Ge-
neſi cap.38.Et ſedentes ut comederent panem,uiderunt Iſmahelitas uiatores uenire de Galaad, & ca-
melos eorum portantes aromata & reſinam & ſtacten. Per hos ſeruatus eſt Ioſeph. Docet & Aeſo-
pi fabula.) Horatius in epiſtolis, hunc apologum transfert ad uulpem & muſtelam. Fortè per an-
guſtam tenuis uulpecula rimam Repſerat in cameram frumenti,paſtaq; rurſus Ire foras pleno ten-
debat corpore fruſtra: Cui muſtela procul, ſi uis,ait,effugere iſtinc, Macra cauum repetas arctum,
quem macra ſubiſti. Honoris infula.) Imperatoriæ aulæ proceres, ut paludamentum,ita infulam
honoris cauſa geſtabant.Eſt autem infula diadematis, ni fallor, genus. Sed ex æqualitate.) Refert
locum qui eſt apud Paulum in epiſtola ad Corinthios ſecunda, capi.8. Sed ex æqualitate in præſenti
tempore, ueſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat:ut & illorum abundantia, ueſtræ inopiæ ſit
ſupplementum,ut fiat æqualitas. Scriptorum more Græcorum.) Vox hæc,ſcriptorum,mihi uidetur
eradenda. Taxat autem Græcorum adulationem. Quæ uxor Eunuchi.) Nam ea quæ ſolicitauit
Ioſeph ad concubitum,uxor Putifaris Eunuchi Pharaonis fuit.Quod autem uerecunde ac tecte Hie-
ronymus innuit,huiuſmodi eſt:Nulla eſt uxor,ſi maritum habeat Eunuchum,hoc eſt,ſegnem & igna
3 uum ad coitum,quæ non gignat ex adultero,cum maritus ſit ſterilis. Quæ res etiam exter.) Mirus
amor naſcitur ex ſocietate ſtudiorum,ut Germanus etiam Hiſpanum aut Gallum diligat,quem in lite-
ris habuerit ſocium. Furua tunica.) Furuum,antiqui nigrum aut fuſcum dicebant. Difficile fa-
ctu.) Hic puto pro gloriam,ſcribendum eſſe,inuidiam. Puſio.) Diminutiuũ eſt à puero. Sic ocu-
B los.) Carmen eſt Maronis:quemadmodum & quod ſequitur:Ingentes animos:quod mire ab apibus
ad puerum traxit. Vxor hæres pudici.præ.eſt.) Id eſt,quod maritus uxorem ſcripſit hæredem in hoc
retulit gratiam illius pudicitiæ,teſtatusq; eſt ſe reperiſſe pudicam. Roſarum & liliorum calathus.)
Hoc loco mihi uidetur eradendum,floris,quod in uulgatis codicibus perperam additum eſt.Siquidem
diuus Hieronymus diuerſa metaphora bis idem ſignificauit.In eadem filia, ſimilitudinem patris & ma
tris,uocat calathum roſarum & liliorum:roſas ad patrem,lilia ad matrem referens. Rurſum commer-
cium eboris & oſtri.Alludens ad illud Vergilianum:Vel ebur cõfunditur oſtro. Ebur candet:oſtrũ,
hoc eſt,purpura,rubet.Vt igitur in calatho mixto lilijs & roſis apparet uterq; color, item in mixtura
eboris & purpuræ: ita in eadem puella ſimilitudo matris ac patris. Vt ad uenuſtatem.) Venuſtas
mulierum eſt magis quàm uirorum. Similis erat uultu patri,ſic tamen,ut gratia formæ magis expri-
meret matrem,& tamen utriuſq; parẽtis ſimilitudinem agnoſceres. Quid debeas nomini tuo.) Id eſt,
uiduæ.Et cum Paulus ſanctam uiduam deſcribit,illa uirtutum ſuarum catalogum audiuit, quæ talis
ſit uidua. Phaſides aues,craſ.tur.) Ea præcipua turturum laus,ut pingues ſint,alioqui parum grati.
4 Vnde Martialis: Cum pinguis mihi turtur erit, lactuca ualebis. Attagen Ionicus.) Attagen auis
eſt,olim inter raras epulas habita.Ionicum addit Hieronymus,imitatus Horatium & Martialem,quo
rum ille in Odis:Non Attagen Ionicus,hic in epigrãmatis.Inter ſapores fertur alitum primus,Ionica-
rum guſtus Attagenarum.Cæterũ Ionicus uocatur,ab Ionia Aſiæ parte,in qua eſt Epheſus,quod illic
laudatiſſimæ habeantur.Quanq; M.Varro apud Gellium primam laudem tribuat Phrygijs,Phrygia,
inquit,Attagena.Sic enim declinat,hæc Attagena:quanq; Horatius illi ſexũ mutauit. Patrimonia
auolant.) Feſtiuiter dixit,auolant,pro conſumũtur,cum de auibus loquatur,in quas res domeſtica im-
penditur. Ille meos primus.) Ita loquitur Dido apud Vergilium, nolens Aeneæ nubere,ne primo
marito Sicheo faciat iniuriã. Si tanti uiliſſimũ.) Hoc uſurpat in epiſtola ad Demetriadẽ, tanq; pro-
uerbio dici ſolitũ:Si tanti,ut dicitur,uitrum,quãti margaritũ:De precio margaritorũ,quos & uniones
uocant,multa Plinius.Vitrum imitatur gẽmas,etiam ſi uiliſſimũ.Hoc ſermone ſignificabãt ſummam
inæqualitatem rei contemptiſſimæ,quale eſt uitrũ:& precioſiſſimæ,quale eſt margaritum.Vitrum aũt
gemmas imitatur. Quas ſignificãtius Græce προπαθείας.) πάθος Græci uocant,quod nos nũc affectũ,
nunc perturbationẽ,nunc motũ aut morbũ animi dicimus:πρὸ ſignificat ante. Vnde primos affectuũ
motus προπαθείας appellãt,quæ nõ ſunt noſtri arbitrij. Mediã animã fluctuare.) Reſpexit ad locum
qui eſt in priore ad Theſſalonicenſes epiſtola cap.5.Vt integer ſpiritus ueſter,ut anima,ut corpus ſine
querela in aduẽtum domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.Partitur enim hominis animũ in treis parteis,

C in ſummam ac deo proximã,quam uocat ſpiritũ:in imam,qua trahimur ad turpia,quã appellat corpus:
in animam mediam,qua diligimus parentes &c.Qua de re copioſius diſſeruimus in Enchiridio militis
5 Chriſtiani. Nam uitijs nemo.) Carmen ex Satyris Horatij. Velut ſi.) Hoc addit ex alio loco,nẽ-
pe ex Satyra:Nõ quia Mecœnas.Neuus macula eſt,quales aliquãdo innatos uidemus uultui aut bra-
chijs hominum. Archytæ Tarentini.) Hic philoſophus fuit Pythagoricus,cuius meminit Horatius
in Odis,Quanq; hoc dictũ aſſcribitur & alijs. Primus Lamech.) Hic fuit filius Mathuſalẽ, qui duas
duxit uxores omniũ primus,Ada,& Sella.Is Geneſis cap.5.ſic alloquitur uxores ſuas:Quoniam occidi
uirum in uulnus meum,& adoleſcentulũ in liuorem meum,ſeptuplũ dabitur ultio in Cain,de Lamech
uero ſeptuagieſſepties. Vnã coſtam.) Elegãter alluſit ad allegoriam. Deus nõ niſi unã coſtã eduxit
de latere Adam,ueluti ſignificans eum unica uxore contẽtum eſſe debere. Oeſtro libidinis.) Oeſtrũ
pro ſtimulo poſuit.Nam genus eſt muſcæ,quã eandem Vergilius Aſylum uocat. Ea boues & equos
in rabiem agit.Vnde qui magno animi motu rapiuntur,Oeſtro perciti dicuntur. Diabolum capite
truncauit.) De Holoferne loquitur, quem diabolum humani generis hoſtem interpretantur. De
Anna filia Phanuelis.) Legis apud Lucam in Euangelio cap.2. Occultum legentis.) Timet ne ui-
deatur captare fauorem potentis fœminæ,quod idem dixerat in fronte huius epiſtolæ.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Furiam uiduam,Titianæ filiã,Probi cõſulis nurũ,hortatur ut in cœlibatu perſeueret,nec iteret matrimoniũ,& quoniã adhuc uirẽti erat ætate,q̃bus modis pudicitiã ſimul ac famã tueri debeat,præcipit.

## HIERONYMVS AD FVRIAM DE VIDVITATE SERVANDA.

OBſecras literis,& ſuppliciter deprecaris, ut tibi reſcribam:imò ſcribã,quomo-
do uiuere debeas,& uiduitatis coronam illæſo pudicitiæ nomine conſeruare.
Gaudet animus,exultant uiſcera,geſtit affectus,hoc te cupere eſſe poſt uirum,
quod ſanctæ memoriæ mater tua Titiana multo tẽpore fuit ſub marito.Exau
ditæ ſunt preces & orationes eius.Impetrauit in unica filia,quod uiuens ipſa poſſederat.
1 Habes præterea generis tui grande priuilegium,quod exinde à Camillo,uel nulla,uel ra-
ra ueſtræ familiæ ſcribitur ſecundos noſſe concubitus : ut non tam laudanda ſis,ſi uidua
D perſeueres,quàm execranda,ſi id Chriſtiana nõ ſerues,quod per tanta ſecula gentiles fœ-
minæ cuſtodierunt.Taceo de Paula & Euſtochio,ſtirpis ueſtræ floribus : ne per occaſio-
nem exhortationis,illas laudare uidear.Bleſillamq; prætereo,quæ maritũ ſuũ,tuũ ſecuta
Germanum,in breui uitæ ſpacio tempora uirtutũ multa compleuit.Atq; utinã præconia
fœminarum imitarẽtur uiri:& rugoſa ſenectus redderet,quod ſponte offert adoleſcentia.
Sciens & uidens in flammã mitto manũ,adducẽtur ſupercilia,extendetur brachiũ. Ira-
tusq; Chremes tumido deſæuiet ore. Conſurgẽt proceres aduerſus epiſtolã meã, turba
patritia detonabit,me Magum, me ſeductorẽ clamitãs , & in terras ultimas deportandũ.
Addant,ſi uolunt,& Samaritẽ,ut domini mei titulũ recognoſcã. Certe filiam à parẽte nõ
diuido,nec dico illud de Euangelio:Sine ut mortui ſepeliãt mortuos ſuos.Viuit em̃, qui-
cunq; credit in Chriſtum.Et qui in illum credit,debet utiq; quomodo ille ambulauit , &
ipſe ambulare.Faceſſat inuidia,quam nomini Chriſtiano maledicorum ſemper genuinus
infigit:ut dum probra metuũt,ad uirtutes prouocẽtur. Exceptis epiſtolis,ignoramus al-
terutrum.Solaq; cauſa pietatis eſt,ubi nulla carnis noticia eſt.Honora patrẽ tuũ , ſed ſi te
à uero patre nõ ſeparat.Tamdiu ſcito ſanguinis copulã,quãdiu ille ſuũ nouerit creatorẽ.
Alioqui Dauid protinus tibi canet:Audi filia,& uide & inclina aurẽ tuã,& obliuiſcere po
pulum,& domũ patris tui:& cõcupiſcet rex decorẽ tuũ,quoniã ipſe eſt dñs tuus.Grande
præmiũ parentis obliti:Cõcupiſcet rex decorẽ tuũ.Quia audiſti,quia uidiſti,quia inclina-
ſti aurẽ tuã,& populi tui,domusq; patris tui oblita es,idcirco cõcupiſcet rex decorẽ tuũ,
& dicet tibi:Tota pulchra es amica mea,& macula nõ eſt in te.Quid pulchrius aĩa,quæ
dei filia appellatur,& nullos extrinſecus quærit ornatus?Credit in Chriſtũ, & hac ambi-
tione pergit ad ſpõſum,eundẽ habẽs dominũ,quẽ & uirum. Quid anguſtiarum habeãt
nuptiæ,didiciſti in ipſis nuptijs:& quaſi coturnicũ carnibus uſq; ad nauſeam ſaturata es:
amariſſimam choleram tuæ ſenſere fauces. Egeſſiſti aceſſentes & morbidos cibos:releua-
ſti æſtuantem ſtomachum.Quid uis rurſum ingerere,quod tibi noxiũ fuit? Canis reuer-
tens

A tens ad uomitum,& ſus lota,ad uolutabrum luti. Bruta quoq; animalia & uagæ aues, in eaſdem pedicas rhetiaq; nō incidunt. An uereris,ne proles Furiana deficiat, & ex te parēs tuus nō habeat puſionē:qui reptet in pectore,& ceruicē eius ſtercore linat? Quippe ni oēs habent filios,qui habuere matrimonia? & quibus nati ſunt liberi,ſuo generi reſponderūt? Exhibuit Ciceronis filius patrē in eloquentia. Cornelia ueſtra, pudicitiæ ſimul & fœcunditatis exēplar,Gracchos ſe genuiſſe lætata eſt. Ridiculum eſt ſperare pro certo,quod multos,& nō habere uideas,& cum habuerint,perdidiſſe. Cui dimittes tātas diuitias? Chriſto, qui mori non poteſt. Quem habebis hæredem? Ipſum,quē & dn̄m. Contriſtabitur pater, ſed lætabitur Chriſtus:lugebit familia,ſed angeli gratulabuntur. Faciat pater quod uult de ſubſtantia ſua:nō es eius cui nata es,ſed cui renata:& qui te grandi precio redemit, ſanguine ſuo. Caue nutrices & gerulas,& iſtiuſmodi uenenata animalia,quæ de corio tuo ſaturari uentrē ſuū cupiunt. Nō ſuadent quod tibi,ſed quod ſibi proſit. Et ſæpe illud obgāniunt: Solā ne perpetua mœrēs carpere iuuēta? Nec dulces natos,Veneris nec præmia noris? Vbi pudicitiæ ſanctitas,ibi frugalitas eſt. Vbi frugalitas, ibi damna ſeruulorum. Quicquid non tulerint,ſibi ablatū putant:nec cōſiderant de quanto,ſed quantū accipiāt. Vbicunq; uiderint Chriſtianum,ſtatim illud de triuio, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης,uocāt impoſtorem, detrahunt:Hi rumores turpiſſimos ſerunt:& quod ab ipſis egreſſum eſt,id ab alijs audiſſe ſe ſimulant,ijdem autores & exaggeratores. Exit fama de mēdacio:quę cum ad matronas peruenerit,& earū linguis fuerit uētilata,prouincias penetrat. Videas pleraſq; rabido ore ſæuire,& tincta facie,uiperinis orbibus,dētibus pumicatis carpere Chriſtianos. Hic aliqua,cui circa humeros hiacynthina læna eſt, Rancidulū quiddā, balba de nare loquuta Perſtrepit,ac tenero ſupplantat uerba palato. Omnis cōſonat chorus,& latrāt uniuerſa ſubſellia. Iungunt noſtri ordinis,qui & rodunt & rodunt. Aduerſus nos loquaces,pro
B ſe muti,quaſi & ipſi aliud ſint,q̄ monachi: & nō quicquid in monachos dicitur, redūdet in clericos,qui patres ſunt monachorū. Detrimentū pecoris,paſtoris ignominia eſt. Sicut è regione,illius monachi uita laudāda eſt,qui uenerationi habet ſacerdotes Chriſti:& non detrahit gradui,per quē factus eſt Chriſtianus. Hæc loquutus ſum in Chriſto filia,nō dubitans de ꝓpoſito tuo (nunq̄ enim exhortatorias literas poſtulares,ſi ambigeres de bono monogamiæ) ſed ut nequitiā ſeruulorum,qui te uenalē portāt,& inſidias affinium,ac piū parentis errorem intelligeres:cui ut amorē in te tribuam, amoris ſcientiā nō cōcedo, dicēs aliquid cum Apoſtolo:Confiteor,zelum dei habent,ſed non ſecundū ſcientiā. Imitare potius (crebro enim id ipſum repetam) ſanctā matrem tuā,cuius ego quoties recordor,uenit im mentem ardor in Chriſtum,pallor ex ieiunijs,eleemoſynæ in pauperes, obſequium in ſeruos dei,humilitas ueſtium & cordis,atq; in cunctis ſermo moderatus. Pater tuus (quē honoris cauſa nomino,nō quia cōſularis & patritius,ſed quia Chriſtianus eſt) impleat nomen ſuū:Lætetur filiā genuiſſe Chriſto,nō ſeculo. Quin potius doleat,quod & uirginitatem fruſtra amiſeris,& fructus perdideris nuptiarū. Vbi eſt maritus quē tibi dedit? Etiā ſi amabilis,ſi bonus fuiſſet,mors rapuiſſet oīa:& copulā carnis ſoluiſſet interitus. Arripe, quæſo,occaſionē,& fac de neceſſitate uirtutē. Nō quærunt in Chriſtianis initia, ſed finis. Paulus male cœpit,ſed bene finiuit. Iudæ laudātur exordia, ſed finis proditione damnat. Lege Ezechielem:Iuſticia iuſti nō liberabit eū,in quacūq; die peccauerit. Et impietas impij nō nocebit ei,in quacūq; die cōuerſus fuerit ab impietate ſua. Iſta eſt ſcala Iacob:per quam angeli conſcendunt & deſcendunt:cui dominus innititur,laſſis porrigens manū:& feſſos aſcendentiū gradus,ſui contēplatione ſuſtētans. Sed ſicut nō uult mortē peccatoris tantū, quantum ut conuertat & uiuat:ita tepidos odit,& cito ei nauſeā faciūt. Cui plus dimittit, plus diligit. Meretrix illa in euangelio baptizata lachrymis ſuis:& crine, quo multos ante deceperat,pedes dn̄i tergēs,ſaluata eſt. Nō habuit criſpātes mitras,nec ſtridētes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos. Quāto fœdior,tanto pulchrior. Quid faciat in facie Chriſtianæ,

C næ,purpuriſſus & ceruſſa? Quorũ alterum ruborem genarũ labiorumq; mentitur: alterũ
candorẽ oris & colli,ignis iuuenum,fomenta libidinũ,impudicæ mentis indicia. Quomo-
do flere poteſt pro peccatis ſuis,quæ lachrymis cutẽ nudat,& ſulcos ducit in facie? Orna-
tus iſte nõ dñi eſt,uelamen iſtud antichriſti eſt. Qua fiducia erigit ad cœlũ uultus, quos cõ
ditor nõ agnoſcit? Fruſtra obtenditur adoleſcentia,& ætas puellaris aſſeritur. Vidua quę
marito placere deſinit,& iuxta Apoſtolum uere uidua eſt,nihil habet neceſſariũ, niſi perſe
uerantiam. Meminit priſtinæ uoluptatis: ſcit quid amiſerit,quo delectata ſit. Ardẽtes dia-
boli ſagittæ, ieiuniorum & uigiliarũ rigore reſtinguẽdæ ſunt. Aut loquendũ nobis eſt,ut
ueſtiti ſumus: aut ueſtiendũ,ut loquimur. Quid aliud pollicemur,& aliud oſtẽdimus? Lin
gua perſonat caſtitatẽ,& totum corpus præfert impudicitiã. Hoc quantũ ad habitũ perti-
5 net & ornatum. Cæterũ uidua quæ in delicijs eſt(nõ eſt meũ,ſed Apoſtoli)uiuens mortua
eſt. Quid ſibi uult hoc quod ait: uiuens mortua eſt? Viuere quidẽ uidetur ignorantibus,&
nõ eſſe peccato mortua: ſed Chriſto,quẽ ſecreta nõ fallunt,mortua eſt. Anima quæ pecca-
uerit,ipſa morietur. Quorundã hominũ peccata manifeſta ſunt,præcedentia ad iudicium:
quoſdam autẽ & ſubſequuntur. Similiter & facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe ha-
bent abſcõdi nõ poſſunt. Quod dicit,iſtiuſmodi eſt: Quidam tam libere & palàm peccãt,
ut poſtq; eos uideris,ſtatim intelligas peccatores. Alios aũt qui callide occultant uitia ſua,
ex ſequẽti cõuerſatione cognoſcimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo ſunt,
in alijs longo uſu diſcimus. Quid ergo neceſſe eſt nos iactare pudicitiã,quæ ſine comitibus
& appendicijs ſuis cõtinentia & parcitate,fidẽ ſui facere nõ poteſt? Apoſtolus macerat cor
pus ſuum,& animæ ſubijcit imperio: ne quod alijs præcipit,ipſe nõ ſeruet: & adoleſcẽtula
feruente cibis corpore,de caſtitate ſecura eſt? Neq; uero hæc dicens cõdemno cibos,quos
D deus creauit ad utendum cum gratiarum actione,ſed iuuenibus & puellis incẽtiua aufero
6 uoluptatum. Non Aetnæi ignes,nõ Vulcania tellus,non Veſeuus & Olympus tantis ar-
doribus æſtuant,ut iuueniles medullæ uino plenæ,& dapibus inflãmatæ. Auaricia calcat̃
à pleriſq;,& cũ marſupio deponitur. Maledicam linguã,indictum emendat ſilentiũ. Cul-
tus corporis & habitus ueſtium,unius horæ ſpatio cõmutatur. Omnia alia peccata extrin
ſecus ſunt: & quod foris eſt,facile abijcitur. Sola libido inſita à deo,ob liberorũ procreati-
onem: ſi fines ſuos egreſſa fuerit,redundat in uitiũ,& quadã lege naturæ in coitũ geſtit erũ
pere. Grãdis igitur uirtutis eſt,& ſolicitæ diligẽtiæ,ſuperare quod nata ſis: in carne,nõ car
naliter uiuere: tecum pugnare quotidie,& incluſum hoſtẽ Argi (ut fabulæ ferunt) centum
oculis obſeruare. Hoc eſt quod Apoſtolus uerbis alijs loquebat̃: Omne peccatũ quod fe-
cerit homo,extra corpus eſt. Qui aũt fornicat̃,in corpus ſuũ peccat. Aiũt medici,& qui hu
manorũ corporũ ſcripſere naturas,præcipueq; Galenus in libris,quorũ titulus περὶ ὑγιεινῶν,
puerorum & iuuenũ,ac perfectæ ætatis uirorũ mulierumq; corpora inſito calore feruere,
& noxios illis eſſe cibos ætatibus,qui calorẽ augeant: ſanitatiq; cõducere frigida quæq; in
eſu & potu ſumere. Sicut ecõtrario ſenibus,qui pituita laborãt & frigore,calidos cibos, &
uetera uina prodeſſe. Vnde & ſaluator: Attẽdite,inquit,uobis, ne forte grauentur corda ue
ſtra in crapula & ebrietate,& curis huius uitę. Et Apoſtolus: Vinũ in quo eſt luxuria. Nec
mirũ hoc figulũ ſenſiſſe de uaſculo quod ipſe fabricatus eſt,cũ etiã Comicus,cuius finis eſt
humanos mores noſſe,atq; deſcribere,dixerit: Sine Cerere & Libero friget Venus. Primũ
igitur,ſi tñ ſtomachi firmitas patit̃,donec puellares annos trãſeas,aquã in potu ſume, quę
natura frigidiſſima eſt. Aut ſi hoc imbecillitas ꝓhibet,audi cum Timotheo: Vino modico
utere propter ſtomachũ,& frequẽtes tuas infirmitates. Deinde in ipſis cibis calida quæq;
deuita: nõ ſolũ de carnibus loquor,ſuper quibus uas electionis profert ſententiã: Bonũ eſt
uinũ nõ bibere,& carnẽ nõ manducare: ſed etiã in ipſis leguminibus inflãtia quæq; & gra
uia declinãda ſunt: nihilq; ita ſcias cõducere Chriſtianis adoleſcẽtibus,ut eſũ olerũ. Vnde
& in alio loco: Qui infirmus eſt,ait,olera mãducet, ardorq; corporũ frigidioribus epulis
tempe

A temperãdus eſt. Sic aũt tres pueri & Daniel leguminibus ueſcebãtur. Pueri erãt, necdum
ad ſartaginem uenerãt, in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit. Nobis nõ corporis cul
tus, qui in illis (excepto priuilegio gratiæ dei) ex huiuſcemodi cibis enituerat, ſed animæ
uigor quæritur, quæ carnis infirmitate fit fortior. Inde eſt quod nõnulli uitã pudicã appe
tentiũ, in medio itinere corruũt, dum ſolã abſtinẽtiã carniũ putãt: & leguminibus onerãt
ſtomachum, quę moderate parceq́ ſumpta, innoxia ſunt. Et, ut quod ſentio loquar, nihil
ſic inflãmat corpora, & titillat mẽbra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructusq́ cõuulſus.
7 Malo apud te filia, uerecũdia parumper, q̃ cauſa periclitari. Quicquid facit ſeminariũ uo
luptatum, uenenũ puta. Parcus cibus, & uẽter ſemper eſuriẽs, triduanis ieiunijs præfert.
Et multo melius eſt quotidie parum, q̃ raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſen=
ſim deſcendit in terrã. Subitus & nimius imber in præceps, arua ſubuertit. Quãdo come=
dis, cogita quod ſtatim tibi orandũ, ilico & legẽdum ſit. De ſcripturis ſanctis habeto fixũ
uerſuum numerũ, iſtud pẽſum domino tuo redde. Nec ante quieti mẽbra cõcedas, quàm
calathum pectoris tui, hoc ſub tegmine impleueris. Poſt ſcripturas ſanctas, doctorũ homi
num tractatus lege: eorũ duntaxat, quorũ fides nota eſt. Nõ neceſſe habes aurum in luto
quęrere: multis margaritis unã redime margaritam. Sta, iuxta Hieremiã, in uijs pluribus,
ut ad illam uiã, quæ ad patrem ducit, peruenias. Amorẽ monilium atq́ gẽmarum ſerica=
rumq́ ueſtium, transfer ad ſciẽtiam ſcripturarum. Ingredere terrã repromiſſionis, lacte &
melle manantẽ. Comede ſimilam & oleũ: ueſtire cũ Ioſeph uarijs indumẽtis: perforentur
aures tuæ cũ Hieruſalem ſermone dei, ut precioſa ex illis nouarũ ſegetũ grana dependeãt.
Habes ſanctum Exuperiũ, probatæ ætatis & fidei, qui te monitis ſuis frequẽter inſtituat.
Fac tibi amicos de iniquo mãmona, qui te recipiãt in æterna tabernacula. Illis tribue diui
tias tuas, qui non Phaſides aues, ſed cibarium panẽ comedant: qui famem expellant, non
B qui augeant luxuriam. Intellige ſuper egenũ & pauperẽ. Omni petenti te, da, ſed maxime
domeſticis fidei: nudum ueſti, eſuriẽtem ciba, ægrotãtem uiſita. Quotieſcunq́ manũ extẽ=
dis, Chriſtum cogita. Caue ne mendicãte domino deo tuo, alienas diuitias augeas. Iuue=
num fuge cõſortia. Comatulos, comptos, atq́ laſciuos, domus tuæ tecta nõ uideãt. Can=
tor pellatur, ut noxius. Fidicinas & pſaltrias, & iſtiuſmodi chorꝫ diaboli, quaſi mortiferas
Sirenarum carmina, proturba ex ædibus tuis. Noli ad publicũ ſubinde procedere, & ſpa
donũ exercitu præeunte, uiduarũ circũferri libertate. Peſſimæ cõſuetudinis eſt, cũ fragilis
ſexus & imbecilla ætas ſuo arbitrio abutitur: & putat licere, quod libet. Om̃ia quidẽ licet,
ſed nõ omnia expediũt. Nec procurator calamiſtratus, nec formoſus collactaneus, nec cã=
didulus & rubicũdus aſſecla adhæreat lateri tuo. Interdũ animus dominarũ ex ancillarũ
habitu iudicatur. Sanctarũ uirginũ & uiduarũ ſocietatẽ appete. Et ſi ſermocinãdi cũ uiris
incubuerit neceſſitas, arbitros ne deuites: tantaq́ cõfabulãdi fiducia ſit, ut intrãte alio, nec
paueas, nec erubeſcas. Speculũ mẽtis eſt facies: & taciti oculi, cordis fatẽtur arcana. Vidi=
mus nuper ignominioſum quẽdã per totũ Orientẽ uolitaſſe rumorẽ. Et ætas, & cultus, et
habitus, & inceſſus, & ĩdiſcreta ſocietas, exq́ſitæ epulæ, regius apparatus, Neronis & Sar=
danapali, nuptias loquebãtur. Aliorꝫ uulnus, noſtra ſit cautio. Peſtilẽte flagellato, ſapiens
ſapiẽtior erit. Sanctus amor impatientiã non habet. Falſus rumor cito opprimitur: & uita
poſterior iudicat de priore. Fieri quidẽ nõ poteſt, ut abſq́ morſu hominũ, uitæ huius cur=
ricula quis pertrãſeat: malorumq́ ſolatiũ eſt, bonos carpere, dum peccatium multitudine
putant culpã minui peccatorũ. Sed tamẽ cito ignis ſtipulæ cõquieſcit: & exundans flãma,
deficiẽtibus nutrimẽtis, paulatim emoritur. Si anno præterito fama mẽtita eſt, aut certe ſi
uerũ dixit: ceſſet uitiũ, ceſſabit & rumor. Hæc dico, nõ quod de te ſiniſtrũ quid metuã, ſed
quod pietatis affectu, etiã quæ tuta ſunt, pertimeſcã. O ſi uideres ſororẽ tuã, & illud ſacri
oris eloquium coràm audire te contingeret, cerneres in paruulo corpuſculo ingentes ani=
mos. Audires totã ueteris & noui teſtamenti ſuppellectilem ex illius corde feruere. Ieiunia

pro ludo

C pro ludo habet,orationem pro delitijs. Tenet tympanum in exemplũ Mariæ,& Pharao-
ne merſo,uirginũ choro præcinit:Cantemus dño,glorioſe enim magnificatus eſt,equum
& aſcẽſorem deiecit in mare.Has docet pſaltrias Chriſto,has fidicinas erudit ſaluatori.Sic
dies,ſic nox ducitur:& oleo ad lãpades præparato,ſponſi expectat̃ aduẽtus.Imitare ergo
& tu conſanguineã tuã. Habeat Roma,quod anguſtior urbe Romana poſſidet Bethlehẽ.
Habes opes,facile tibi eſt indigẽtibus uictus ſubſidia miniſtrare. Quod luxuriæ paraba-
tur,uirtus inſumat:nulla nuptias cõtẽptura,timeat egeſtatẽ.Redime uirgines, quas in cu-
biculũ regis inducas.Suſcipe uiduas,quas inter uirginũ lilia,& martyrũ roſas,quaſi quaſ-
dam uiolas miſceas:pro corona ſpinea,in qua Chriſtus mundi delicta portauit, talia ſerta
compone.Lætetur & adiuuetur nobiliſſimus pater tuus:diſcat à filia,qđ didicerat ab uxo-
re.Iam incanuit caput,tremũt genua,dentes cadũt:& frõte ob ſeniũ rugis arata,uicina eſt
mors in foribus,deſignatur rogus prope. Velimus,nolimus,ſeneſcimus. Paret ſibi uiati-
cum,quod lõgo itineri neceſſariũ eſt.Secum portet,quod inuitus dimiſſurus eſt,imò præ-
mittat in cœlum. Quod ſi negauerit,terra ſumptura eſt.Solẽt adoleſcẽtulæ uiduæ,quarũ
nõnullæ abierũt retro poſt Satanã,cũ luxuriatæ fuerint in Chriſto,nubẽtes dicere:Patri-
moniolum meũ quotidie perit:maioꝝ hæreditas diſſipatur:ſeruus cõtumelioſe loquutus
eſt:imperiũ ancilla neglexit.Quis procedet ad publicũ?quis reſpõdebit pro agrorũ tribu-
tis?Paruulos meos quis erudiet,& uernulas quis educabit?Et hãc,proh nefas,cauſam op-
ponunt matrimonij,quæ uel ſola debuit nuptias impedire.Superducit mater filijs,nõ nu-
tritium,ſed hoſtẽ:non parentẽ,ſed tyrãnũ. Inflãmata libidine,obliuiſcitur uteri ſui:& in-
ter paruulos,ſuas miſerias neſciẽtes,lugens dudũ,noua nupta cõponitur.Quid obtendis
matrimoniũ? Quid ſuperbiã ſeruulorum?Cõfitere turpitudinẽ.Nulla idcirco maritũ du-
cit,ut cũ marito nõ dormiat.Aut ſi certe libido nõ ſtimulat:quæ tanta inſania eſt,in morẽ
ſcortorũ proſtituere caſtitatẽ,ut augeantur diuitiæ:& propter rem uilem atqꝫ perituram,
D pudicitia,quę & precioſa & æterna eſt,polluatur?Si habes liberos,nuptias quid requiris?
Si non habes,quare expertam nõ metuis ſterilitatẽ:& rem incertam,certo præfers pudo-
ri?Scribuntur tibi nunc ſponſales tabulæ,ut poſt paululũ teſtamentũ facere compellaris.
Simulabitur mariti infirmitas:& quod te moriturã facere uolet,ipſe uicturus faciet:aut ſi
euenerit,ut ex ſecũdo marito habeas filios,domeſtica oritur pugna,inteſtinũ præliũ. Nõ
licebit tibi amare liberos,nec æquis aſpicere oculis,quos genuiſti.Clã porriges cibos,inui-
debit mortuo:& niſi oderis filios,adhuc eorũ amare uideberis patrem.Quod ſi de priore
9 uxore ſobolem habẽs,domũ te introduxerit,etiã ſi clemẽtiſſima fueris,omnes comœdi,et
mimographi,& cõmunes rhetorũ loci,in nouercam ſæuiſſimã declamabũt. Si priuignus
languerit,& cõdoluerit caput,infamaberis ut uenefica.Si nõ dederis cibos,crudelis:ſi de-
deris,malefica diceris. Oro te,quid habẽt tantũ boni ſecũdæ nuptiæ,ut hæc mala ualeãt
compenſare? Volumus ſcire quales eſſe debeãt uiduæ?Legamus Euangelium ſecundum
Lucam:Et erat,inquit,Anna prophetiſſa,filia Phanuelis de tribu Aſer. Anna interpretat̃
gratia.Phanuel in lingua noſtra reſonat,uultũ dei.Aſer,uel in beatitudinẽ, uel in diuitias
uertitur.Quia igitur ab adoleſcentia uſqꝫ ad octogintaquatuor annos,uiduitatis onus ſu-
ſtinuerat,& non recedebat de templo dei,diebus ac noctibus inſiſtens ieiunijs & obſecra-
tionibus:idcirco meruit gratiam ſpiritualem,& nuncupari filia uultus dei,& ataui beatitu-
dine diuitijſqꝫ cenſeri. Recordemur uiduæ Sareptanæ,quæ & ſuæ & filiorũ ſaluti,Heliæ
prætulit famem:ut in ipſa nocte moritura cum filio,ſuperſtitem hoſpitẽ relinqueret:ma-
lens uitam perdere,quàm eleemoſynam:& in pugillo farris,ſeminarium ſibi meſſis domi-
nicæ præparauit.Farina ſeritur,& olei capſaces naſcit̃.In Iudæa frumẽti eſt penuria.Gra-
num enim tritici ibi mortuũ fuerat,& ingentia uiduæ olei fluenta manabant. Legimus in
Iudith (ſi cui tamen placet uolumen recipere) uiduam confectã ieiunijs,& habitu lugubri
ſordidatam,quæ nõ lugebat mortuũ uirum,ſed ſqualore corporis, ſponſi quærebat ad-

uentum

A uentum. Video armatam gladio manũ, cruentã dexteram. Recognoſco caput Holopher-
nis de medijs hoſtibus reportatũ. Vincit uiros fœmina, & caſtitas truncat libidinẽ: Habi-
tuq́; repente mutato, ad uictrices ſordes redit, omnibus ſeculi cultibus mundiores. Qui-
dam imperite, & Deboram inter uiduas numerant, ducemq́; Barach arbitrãtur Deboræ
filium, cum aliud ſcriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quod prophetiſſa
fuerit, & in ordine iudicum ſupputetur. Et quia dicere poterat: Quàm dulcia gutturi meo
eloquia tua: ſuper mel & fauum ori meo: Apis nomen accepit, ſcripturarum floribus pa-
ſta, ſpiritus ſancti odore perfuſa, & dulces Ambroſiæ ſuccos prophetali ore componens.
Noëmi, quæ nobis ſonat παρακεκλημένη, quam interpretari poſſumus, conſolatam: marito &
liberis peregre mortuis, pudicitiam reportauit in patriam, & hoc ſuſtentata uiatico, nurũ
Moabitidem tenuit. Vt illud Eſaiæ uaticinium compleretur: Emitte agnum domine do-
minatorem terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Sion. Venio ad uiduam de euangelio:
uiduam pauperculam, omni Iſraëlitico populo ditiorem, quæ accipiens granum ſinapis,
& mittens fermentum in farinæ ſatis tribus, patris & filij confeſſionem, ſpiritus ſancti gra-
tia temperauit, & duo minuta miſit in Gazophylacium. Quicquid habere poterat in ſub-
ſtantia ſua, uniuerſasq́; diuitias in utroq́; fidei ſuæ, obtulit teſtamento. Hæc ſunt duo ſera-
phim ter glorificãtia trinitatem, & in theſauros eccleſiæ condita. Vnde & forcipe utriuſq́;
teſtamenti, ardens carbo cõprehenſus, purgat labia peccatoris. Quid uetera repetã, & uir-
tutes fœminarum de libris proferam, cum poſſis multas ante oculos tibi proponere in ur-
be qua uiuis, quarum imitari exemplum debeas? Et ne uidear adulatione per ſingulas cur-
rere, ſufficit tibi ſancta Marcella, quæ reſpondens generi ſuo, aliquid nobis de euangelio
retulit. Anna ſeptem annis à uirginitate uixerat cũ marito: iſta ſeptem menſibus. Illa Chri-
ſti expectabat aduentum: iſta tenet, quem illa ſuſceperat. Illa uagientem cernebat, iſta præ-
B dicat triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus, qui expectabãt redemptionẽ Iſraël:
hæc cum redemptis gentibus clamitat: Frater non redimit, redimet homo. Et de alio pſal-
mo: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã altiſſimus. Scio me ante hoc fermè bienniũ,
ædidiſſe libros cõtra Iouinianum, quibus uenientes econtrario quæſtiones, ubi Apoſto-
lus concedit ſecunda matrimonia, ſcripturarum autoritate contriui. Et non eſt neceſſe ea-
dem ex integro ſcribere, cum poſſis inde quæ ſcripta ſunt mutuari. Hoc tantum, ne modũ
egrediar epiſtolæ, admonitam te uolo. Cogita quotidie te eſſe morituram, & nunquã de
ſecundis nuptijs cogitabis.

## SCHOLIA.

1 A Camillo.) Apparet hanc à Camillo Romano duce duxiſſe genus: cuius prænomen habet. Dictus eſt enim ille Furius Camillus. Iratusq́; Chremes.) Feſtiuiter intertexuit carmen Horatianum ex arte poëtica. Conſurgunt proceres.) Hemiſtichium eſt. Patricia turba.) Nobiles Romæ, quiq́; plebeij non eſſent, patricij uocabãtur. In terras ultimas.) Erat olim pœnæ genus, deportatio in inſulas deſertas. Domini mei titulum.) Nam Chriſtum Iudæi Samaritanum in euangelio uocant, per contumeliam. Faceſſat inuidia.) Inuidiam hoc loco, non uſurpauit uulgato illo more, quo ſignificat dolorem ex aliena felicitate: ſed odium & atrocitatem qua premitur is qui male audit. Coturnicum carnibus.) Alluſit ad hiſtoriam Exodi. Aceſcentes.) Id enĩ accidit in cruditate, cum ſtomachus cibum acceptum non poteſt concoquere. Ad uolutabrum.) Recte reddidit Græca: κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, id eſt, Canis reuerſus ad proprium uomitum, & ſus lota ad uolutabrum cœni. In eaſdem pedicas.) Hoc & Græco prouerbio teſtatum eſt οὐκ αὖθις ἀλώπηξ, id eſt, non iterum uulpes, ſubaudi, capitur. Puſionẽ qui &c.) Miris modis rem uerbis deiecit. Quippe ni.) Ironice legẽdum eſt. Vt hoc aliquid ſit, dare patri pue-
2 rum, qui pectus illius ſtercore linat, nec omnibus id contingit: Aut ſi contingit, non ſemper contingũt liberi ſimiles maiorum. Exhibuit Ciceronis fili.) Cicero filius Ciceronis, nulla in re retulit patrem, præterquàm in facetia, quemadmodum teſtatur Seneca in controuerſijs. Temulentus erat, obliuioſus, infans, indoctus. Nihil cum laude geſſit, nullum ſuæ uirtutis monumentum reliquit. Cornelia ueſtra.) Paula duxit genus à Gracchis, ut teſtatur Hieronymus in eius epitaphio, Gracchorum ſoboles Agamemnonis inclyta proles. Et Furiã Paulæ cognatã fuiſſe, teſtatur in hac epiſtola: ob id addidit,

C ueſtra. Legendus eſt & hic locus per ironiam. Nam uterq; Corneliæ filius, calamitoſe perijt. Siquidem
Tiberius Gracchus per tumultum occiſus eſt; corpus in Tyberim abiectum. Caius item Gracchus cũ
peteretur ad necem; ſua manu, aut certe ſerui interemptus eſt, ut mater non ſit gauiſa, ſe tales genuiſſe,
tam ſeditioſos & reip. peſtilentes. Ridiculum eſt ſperare.) Vt eleganter gradus conſtituit argumen
torum. Primus eſt: Non magnum ſi contingat puſio, qui ſtercore pectus auitum collinat. Secundus:
Nec hoc ipſum omnibus contingit. Tertius: Et ſi contingit, plerunq; tales naſcuntur liberi, ut pœni-
teat fœcunditatis. Quartus: Vt maxime contingant quales optas, mors eripit, & orbitas moleſta eſt.
Cui nata.) Feſtiuiſſima προσονομασία, in nata & renata. De corio tuo.) Hoc eſt, tuo malo, tuoq; peri
culo. Eſt autem ſermo prouerbialis. Sola ne perpetua mœrens.) His uerbis Anna impellit Dido ſo-
3 rorem, ut aſſentiatur nouo coniugio apud Vergilium, Aeneidos quarto. Quicquid non tulerint.)
Tulerint pro impetrarint, ſiue acceperint poſuit. Vbicunque uiderint Chriſtianum.) Locus qui ſe
quitur, in omnibus exemplaribus deprauatus eſt. Verum coniecturis hinc, & hinc collatis: legendum
opinor: Vbicunque uiderint Chriſtianum, ſtatim illud de triuio, ὁ τραγικὸς Θεοκρίνης, id eſt, Tragicus
Theocrines. Sic enim reperio in Græcorum adagiorum collectaneis. Addunt Demoſthenem eo uſum
aduerſus Aeſchynem. Theocrinem autem calumniatorem & Sycophantem fuiſſe. Vnde prouerbium
quadrat in reprehenſorem faſtuoſum & magniloquum. Sic autem uocabant per contumeliam Chri-
ſtianum, quod ipſe malus, tamen in aliorum uitia declamaret, ſimulatione ſanctimoniæ. Niſi magis
placet, ὁ τραγικὸς πίθηκος, id eſt, Tragica ſimia, quod in eadem oratione à Demoſthene dictum eſt in Ae-
ſchynem, quem ſimiam uocat, quod ſimularet probum ciuem, cum non eſſet. Tragicum autem quod
homo nihili, ſplendidis uerbis uteretur. Quidam non indoctus, aſſcripſerat hoc loco, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης,
Id eſt, Græcus impoſtor, quod non improbarim, ſi modo ἐπιθέτης in eo ſignificatu reperitur apud
Græcos. Illud de triuio.) Subaudi dicunt. De triuio ſumptum dicitur quod eſt uulgari ſermone
iactatum. Vnde & triuialia dicuntur, uulgaria & protrita. Cæterum hæc uerba, uocant impoſto-
rem, uidentur adiectitia, nec habentur in uetuſtiſſimis exemplaribus. Exit fama de mendacio.)
Alluſit ad illud Maronis: Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuncia ueri. Nam aliquando uel de nihi-
lo ingens oritur fama. Prouincias penetrat.) Iuxta illud, Parua metu primo, mox ſeſe attollit in
4 auras. Viperinis coloribus.) Nam plerique ſerpentes maculis picti ſunt. Quidam codices habebãt,
uiperinis orbibus, ut de oculis intelligas. Dentibus pumicatis.) Id eſt, candidis ac politis. Nam pu-
mice poliebant. Et hoc uiperinum, niueo denticulo lætale uirus infundere. Hic aliquis cui.) Refert
D uerba Perſij è ſatyra prima in effœminatum recitatorem. Læna genus eſt ueſtis delicatæ. Hiacyn-
thina, id eſt, colore hiacynthi floris. Et uenuſte addidit, Chorus, alludens ad choros Tragœdiarum, in
quibus multorum una uox eſt. Iunguntur noſtri ordinis.) Id eſt, qui ſunt eiuſdem inſtituti. Sentit
autem de clericis ac monachis. Terentius: Mei loci atque ordinis hominem, idq; Hieronymus non ſine
alluſione dixiſſe uidetur. Quem honoris cauſa nomino.) Hoc ſolenniter addere ſolent oratores, ſi
quem in publica concione nominaſſent. Vt amorem concedam.) Vt, hoc loco concedentis eſt,
poſitum pro etſi, ſiue quamuis: ſic Iuuenalis: Serui ut taceant, iumenta loquentur. Impleat no-
men ſuum.) Apparet appellatum fuiſſe, Lætum. Quin potius doleat.) Nihil hac correctione fe-
ſtiuius. Nec habuit criſpantes.) Mitra, barbarum capitis ornamentum. Vergi. Mæonia mentum
mitra crinemq; madẽtem Subnixus. Criſpantes dixit, ob rugas arte inductas mitræ. Stridentes cal-
ceolos.) Vel ob ornamenta addita, uel ob ſoleam ſubere ſuppactam, quod preſſum ſtridet. Nec or-
bes.) Videlicet oculorum. Stibium lapis eſt, qui adhibetur dilatandis ac pingendis nigrore oculis. Vn-
de fuliginatos dixit, pro nigrifactos. Nam fuligo nigror eſt adhærens è fumo. Quæ lachrymis cu-
tem.) Id enim uſu uenit fuco pictis, ut lachrymæ ſulcos faciant per colores, faciemq; tectorio fuci in-
5 cruſtatam aperiant. Vnde Iuuenalis: Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit. Viuens 4
mortua eſt.) Hic palàm diſtinxit hanc partem à ſuperioribus: uulgus enim ſic accipit: Vidua quæ
in delitijs eſt uiuens, ea mortua eſt, cum ſit ſenſus: Vidua quæ delitioſe uiuit, uiuens non uiuit, ſicut
in annotationibus noſtris indicauimus. Quorundam hominum.) Locus eſt apud Paulum in pri-
ma ad Timotheum epiſtola capite quinto. Sed incentiua aſſero.) κέντρον Græce ſtimulus, & κεντέω
ſtimulo. Inde Latini maxime Chriſtiani uocem hanc compoſuerunt, qua ſignificant iritamenta. Hic lo
cus diuerſus habetur in exemplaribus. Nonnulli ſcriptum habent, incentiua aſſero uoluptatum,
nonnulli, incentiua aſſero eſſe. Ego planè legendum cenſeo, incentiua aufero uoluptatum.

Aetnæi ignes.) Aetna mons eſt Siciliæ, quondam perpetuo flagrans incendio. De quo Plinius:
Mons Aetna nocturnis mirus incendijs. Multa ſuper hoc Claudianus in raptu Proſerpinæ. Vul-
cania tellus.) Theraſiam ſignificat inſulam, quæ ſita eſt inter Liparam & Siciliam. Cui poſtea muta-
tum eſt nomen, dictaq; Hiera, id eſt, ſacra, quod ſacra eſſet Vulcano: in ea collis eſt nocturnas euomens
6 flammas. Autor Plinius libro tertio. Non Veſeuus & Olympus.) Iuxta hunc montem perijt Pli-
nius maior, ut in epiſtola quadam huius nepos deſcribit. Eſt autem in Campania haud procul à No-
la, quondam Aetnæ more flagrans: Nunc frigidus, quemadmodum & Aetna. Hunc quidam Ve-
6 ſuuium uocant. Vergilius, Vicina Veſeuo Ora iugo. Et olympus.) Suſpicor hæc duo uerba ad-
dita à

A dita à quopiam. Nec enim adhuc apud ullum legere memini. Olympum ardere.) Eſt autem mons Theſ-
ſaliæ, prodigioſæ altitudinis. Nec Solinus quicquam meminit de incendio, cum huius montis miracu
la perſequatur. Argi.) Hunc Iuno addidit cuſtodem uaccæ, in quam Iupiter uerterat puellã. Et pro-
pter uigilantiam dictus eſt habere centum oculos. περὶ ὑγιεινῶν.) Id eſt, de ſalutaribus, hoc eſt, de tuen-
da corporis ſanitate. Id opus Galeni adhuc extat, ac iam dudum in manibus eſt Thomæ Linacro medi-
co Britanno, uiro undecunq; doctiſſimo, breui, ut ſpero, Latinum proditurum. Eſt eodem titulo liber
Pauli Aeginitæ, quem Gulielmus Copus Baſilienſis traduxit. Eſt & Plutarchi, quem nos nuper uerti
mus. Pituita.) Humor eſt ſuperuacaneus, qui in ſenibus abundat ob inopiam caloris, qui huiuſmo-
di concoquere ſolet. Vetera uina.) Quoniam ea maxime calefaciunt, etiam Varrone teſte. Cuius
finis eſt.) Comœdia ſpeculum eſt humanæ uitæ. Itaq; Comicus hoc agit, ut ætatum, ſexus, conditionis
omnis, affectus & ingenium repræſentet. Sine Cerere & Libero.) Id eſt, abſque cibo & potu. Eſt in
Eunucho Terentiana. Bonum eſt uinum non bibere.) Hic locus eſt in epiſtola Pauli ad Romanos,
quanquam hunc diuus Hieronymus, ſancte quidem ac ſalubriter, ſed tamen uiolenter detorſit alior-
ſum quàm Paulus ſcripſit. Sentit enim illic Apoſtolus per ſe non eſſe malum ueſci carnibus, aut bibe
re uinum, ſed offendiculum ubique uitandum. Similiter & eum locum, qui ſequitur de eſu olerum, de-
torſit ad ſuum uſum. Nec enim Paulus illic loquitur de infirmitate, qua procliues ſumus ad libidinẽ, ſed
7 de opinione, qua putat aliquis ſibi non licere ueſci carnibus, cum nefas non ſit. Malo apud te &c.)
Malo uideri parum uerecunde loqui, quàm ea tacere, quæ ad rem neceſſaria ſunt. Subtegmine im-
pleueris.) Alluſit ad penſum puellarum texentium. Nam telæ pars eſt ſubtegmen. Porrò penſum ca-
latho imponebant. Sta iuxta Hiere.) Retulit quod eſt Hieremiæ capite ſexto, State ſuper uias, & ui-
dete & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium ani
mabus ueſtris. Comede ſimilam & oleum.) Alluſit ad locum, qui eſt Exodi cap. uigeſimonono. Tol
le uitulum de armento, & arietes duos, immaculatos, paneſq; azymos, & cruſtulam abſque fermento,
quæ conſperſa ſit oleo, lagena quoque azyma oleo lita. Veſtire cum Ioſeph.) Reſpexit ad id quod le
gitur Geneſeos trigeſimoſeptimo. Iſraël autem diligebat Ioſeph ſupra omnes filios, eo quod in ſenectu
te genuiſſet eum, fecitq; ei tunicam polymitam. Polymitam uocat ueſtem uerſicolorem, & pluribus te
xtam licijs. Nam πολὺ Græce multum ſignificat, & μίτος filum. Perforentur aures tuæ.) Reſpexit
ad hoc, quod delicatæ matronæ ex auribus perforatis ſuſpendunt baccas & ſmaragdos: Iuuenalis: Et cũ
B auribus exterſis magnos commiſit elenchos. Videtur autẽ alluſiſſe ad id quod ſcripſit Hieremias capi.
ſecundo. Vade & clama in auribus Hieruſalem. Niſi mauis referre ad ſeruum cupientem ultro ſeruire:
cuius aures iubentur perforari ſubula, Exod. cap. 21. Caue ne mendicante.) Admonet opes nõ qui-
buslibet elargiendas eſſe, ſed duntaxat Chriſti pauperibus. Alioqui qui cognatis dant, cũ non egeant,
8 alienas opes augent, cum Chriſtus in ſuis membris egeat. Spadonum præeunte.) Spadones uocantur
quibus execti ſunt teſtes. Hij quondam potentibus matronis in delitijs erant. Viduarum circumfer
ri.) Vidua libera eſt ab imperio mariti. Ea libertate non debet in hoc abuti, ut paſſim uagetur per uias.
Collactaneus.) Delicato uerbo ſignificauit æqualem. Candidulus & rub.) Nam rubor candori
mixtus, præcipua formæ laus eſt. Apparatus Neronis & Sard.) De luxu Neronis multa Iuuenalis.
Sardanapalus Aſſyriorum rex fuit, uoluptatum ſtudio nobilitatus. Nuptias loquebantur.) Apte
abuſus eſt uerbo loquebantur, pro indicabant. Vt Cicero: Nequitiam clamitant. Fronte obſcœna.)
Obſcœna mihi uidetur à quopiam additum: forte pro obſcœna, legendum, ob ſenium. Rogus pro-
pè.) Rogus ignis, quo olim cadauera comburebantur. Simulabitur mariti.) Significat maritum
hoc conſilio illam ducturum, ut hæres illi ſit, idq; uti conſequatur, finget morbum: & cõdito teſtamẽ-
to, illam ſcribet hæredem, ut uxor prouocata exemplo, idem faciat, ſi contingat ægrotare. Nã eſt & hoc
captandarum hæreditatum genus. Omne genus comœdiæ.) Nam plurima ſunt genera, ut oſtendit
Donatus in præfatione commentariorum in Terentium. Mimographi.) Qui mimos ſcribũt, id eſt,
9 uerſus agendos in ſcena. Communes rhetorum loci.) Aliquando dicuntur loci communes, qui tra
ctantur per affectus, ut contra luxuriam, contra ſtuprum, contra odium nouercale, de his ſentit hoc lo
co. Declamabunt.) Sunt complures declamationes hoc argumento, de priuigno & nouerca. Vt
uenefica.) Quaſi ueneno dato, morbum feceris. Si dederis malefica.) Quaſi uenenum pro cibo de-
deris, ſi contingat eum mori. Nã maleficia dicuntur aliquando, quæ malis artibus fiunt, ut ueneno aut
incantamentis. Superſtitem hoſpitem.) Sentit Heliam prophetam. Capſaces.) Vaſis genus olearij:
quo uerbo & alibi uſus eſt Hieronymus, & item Cyprianus. Granum enim ibi mor.) Alluſit ad euã
gelium: Niſi granum frumenti. Nam Chriſtus in Iudæa fuit occiſus. Viduam, intelligit gentilitatem.
Quæ nobis ſonat.) Nobis, id eſt, Græce ſcientibus, παρακαλῶ conſolor, unde & paracletus.

ANTIDOTVS. [redacted]

C [redacted]

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Gerontiam uiduam dehortatur à digamia, hoc eſt, ſecundis nuptijs: refellens eos, qui ex uerbis diui Pauli probabant iteratas nuptias. Epiſtola eſt cũ primis erudita & eloquens. Primam partem habet laudatoriam, ueluti per excurſum, quo ferè ſolet uti. In ſecunda tractat argumẽtis rem ipſam. In tertia rurſum expatiatur in locum communem, de calamitatibus rerum humanarum. Sed mirum, quàm ſcite utrãq; digreſſionem ad propoſitum argumentum accomodet, optimus artifex.

AD GERONTIAM VIDVAM DE MONOGAMIA.

1 IN uetere uia, nouam ſemitam quærimus, & in antiqua detritaq; materia, rudẽ artis excogitamus elegantiam: ut nec eadem ſint, & eadem ſint. Vnum iter, & perueniendi quò cupias, multa cõpendia. Sæpe ad uiduas ſcripſimus, & in exhortationem earum multa de ſcripturis ſanctis exempla repetentes, uarios teſtimoniorum flores, in unam pudicitiæ coronã texuimus. Nunc ad Gerontiam nobis ſermo eſt,

2 quæ quodã uaticinio futurorũ, ac dei præſidentis auxilio, nomen accepit. Quam auiæ, matris, amitæq; probatarũ in Chriſto fœminarum, nobilis turba circumſtat: Quarum auia Metronia, per quadraginta annos uidua perſeuerãs, Annam nobis filiam Phanuelis de euãgelio retulit. Benigna mater, quartũ & decimum uiduitatis implens annum, centenario uirginũ choro cingitur. Soror Celerini patris Gerontiæ: quæ paruulam nutriuit infantẽ, & in ſuo natam ſuſcepit gremio: per annos uiginti mariti ſolatio deſtituta: erudit neptem, docens quod à matre didicit. Hæc breui ſermone perſtrinxi, ut oſtendã adoleſcentulam meam nõ præſtare Monogamiam generi ſuo, ſed reddere: nec tam laudandam

D eſſe ſi tribuat, quàm omnibus execrandam, ſi negare tentauerit: præſertim cũ poſthumus eius Simplicius, nomen patris referat, & nulla ſit excuſatio deſertæ ac ſine hæredibus domus, ſub quorũ patrocinio interdũ ſibi libido blanditur: ut quod propter intẽperantiã ſuam faciunt, uideantur facere deſiderio liberorũ. Sed quid ego quaſi ad retrectantẽ loquor cũ audiam eam multos palatij procos, eccleſiæ uitare præſidio: quos certatim diabolus inflammat, ut uiduæ noſtræ caſtitatẽ probent, quam & nobilitas, & forma, & ætas, & opes faciunt cũctis appetibilem: ut quãto plura ſunt, quæ impugnant pudicitiã: tanto uictricis maiora ſint præmia? Et quia nobis de portu egredientibus, quaſi quidã ſcopulus opponitur, ne poſſimus ad pelagi tuta decurrere, & Apoſtoli Pauli ſcribẽtis ad Timotheũ profertur autoritas, in qua de *uiduis diſputãs*, ait: Volo aũt iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullã occaſionem dare aduerſario, maledicti gratia. Iam enim quædã

3 abierunt retro poſt ſatanã: oportet primum ſenſum tractare præcepti, & omnem loci huius continentiã diſcutere, atq; ita Apoſtolicis ueſtigijs inſiſtentem, ne trãſuerſum quidem, ut dici ſolet, unguem in partẽ alterã declinare. Supra ſcripſerat qualis uidua eſſe deberet: unius uiri uxor, quæ liberos educauit, quæ in bonis operibus habuit teſtimoniũ, quæ tribulatis de ſua ſubſtãtiola ſubminiſtrauit, cuius ſpes deus eſt, & quæ permanet in obſecratione, & orationibus nocte ac die. Poſt quæ iũgit cõtraria: Quæ autẽ in delitijs eſt, uiuens mortua eſt. Statimq; infert, ut diſcipulũ ſuũ muniat omni arte doctrinæ: Adoleſcentiores autem uiduas deuita, quæ cũ laſciuierint in Chriſto, nubere uolũt: habẽtes damnationem quod primã fidem irritam fecerunt. Propter has igitur, quæ fornicatæ ſunt in iniuriã uiri [redacted] olus alterum ma= [redacted]

Ne metu

A Ne metu partus ex adulterio filios necare cogantur. Matreſfamilias eſſe. Quare obſecro?
Quia multo tolerabilius eſt digamam eſſe, q̃ ſcortum: & ſecundum habere uirum, q̃ plu-
res adulteros. In altero enim miſeriarũ cõſolatio, in altero pœna peccati eſt. Sequit̃: Nullã
occaſionem dare aduerſario maledicti gratia: in quo breui accinctoq́; præcepto, multa ſi-
mul monita cõtinentur. Ne propoſitum uiduæ exquiſitior cultus infamet. Ne oculorum
nutibus & hilaritate uultus, iuuenum poſt ſe greges trahat. Ne aliud uerbo, aliud habitu
4 polliceatur, & cõueniat ei uerſiculus ille uulgatus: Riſit, & arguto quiddã ꝓmiſit ocello.
Atq; ut omnes nubendi cauſas breui ſermone cõcluderet, cur hoc præcepiſſet oſtendit, di
cens: Iam enim quædã abierunt retro poſt ſatanã. Ideo ergo ſecunda: &, ſi neceſſe eſt, tertia
incõtinentibus aperit matrimonia: ut à ſatana abſtrahat: ut magis mulierem qualicũq; ui-
ro iunctam faciat eſſe, q̃ diabolo. Sed & ad Corinthios tale quid loquitur: Dico autẽ innu
ptis & uiduis: bonũ eſt illis, ſi ſic permanſerint ut ego. Si autem nõ ſe cõtinent, nubãt: Me-
lius enim eſt nubere, q̃ uri. Cur Apoſtole? Statim intulit, quia peius eſt uri: Alioquin abſo
lutum bonũ eſt, & ſine comparatione peioris, eſſe quod Apoſtolus eſt, id eſt, ſolutũ non li
gatatum: nec ſeruum, ſed liberum: cogitantem ea quæ dei ſunt, nõ ea quæ uxoris. Et pro-
tinus in conſequentibus: Mulier, inquit, alligata eſt uiro, q̃diu uir eius uiuit, quod ſi dor-
mierit uir eius, libera eſt: cui uult nubat, tantum in domino. Beatior aũt erit, ſi ſic permãſe-
rit ſecundum conſilium meum: Puto aũt quod & ego ſpiritum dei habeã, & in hoc idem
ſenſus eſt, quia idem ſpiritus: Diuerſæ epiſtolæ, ſed unus autor epiſtolarum. Viuente uiro
mulier alligata eſt, & mortuo, ſoluta. Ergo matrimonium uinculũ eſt, & uiduitas ſolutio.
Vxor alligata eſt uiro, & uir uxori alligatus eſt: intantum, ut ſui corporis non habeãt pote
ſtatem, & alterutrum debitũ reddant. Nec poſſint habere pudicitiæ libertatẽ: qui ſeruiunt
B dominatui nuptiarum. Quodq́; addidit, tantũ in domino, amputat ethnicorum cõiugia.
De quibus & in alio loco dixerat: Nolite iugum ducere cũ infidelibus. Quæ enim partici-
patio iuſticiæ cũ iniquitate? Aut quæ ſocietas luci cum tenebris? Quæ cõuentio Chriſti cũ
Belial? Aut quæ pars fideli cũ infideli? Qui conſenſus templo dei cũ idolis? Ne ſcilicet are-
mus in boue & aſino: ne tunica nuptialis, uario ſit texta ſubtegmine. Extemploq́; tollit qđ
conceſſerat, & quaſi pœniteat eũ ſententiæ ſuæ, retrahit: Beatior erit, ſi ſic permãſerit: ſuiq́;
hoc magis eſſe conſilij. Quod ne cõtemnatur ut hominis: ſpiritus ſancti autoritate confir-
mat, ut non indulgens homo fragilitati carnis humanæ, ſed in Apoſtolo ſpiritus ſanctus
præcipiens audiatur. Nec ſibi in eo annorũ puellarium debet uidua blandiri, quod nõ mi
nus ſexagenariã eligi præcipit: Neq; enim innuptas, uel iuuenculas cogit, ut nubãt, qui de
nuptijs quoq; loquitur: Tempus breue eſt: Supereſt, ut & qui habẽt uxores, ſic ſint, quaſi
non habeãt: ſed de his uiduis diſputat, quæ ſuorũ nutriuntur alimentis, quæ filiorũ & ne-
potum ceruicibus imponuntur. Quibus imperat, ut diſcant domũ ſuam colere: & remu-
nerari parentes, ſufficienter eis tribuere: ut nõ grauetur eccleſia: ut poſſit certis uiduis mini
ſtrari. De quibus ſcriptũ eſt: Honora uiduas, quæ ueræ uiduæ ſunt, hoc eſt, quæ omni ſu-
orum auxilio deſtitutæ, quæ manibus ſuis laborare nõ poſſunt: quas paupertas debilitat:
ætasq́; cõficit: quibus deus ſpes eſt, & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, adoleſcẽ-
tulas uiduas, exceptis his quas excuſat infirmitas, uel ſuo labori, uel liberorum ac propin-
quorum miniſterio delegari. Honor aũt impræſentiarũ, uel pro eleemoſyna, uel pro mu-
nere accipitur, ut eſt illud: Presbyteri duplici honore digni habeãtur, maxime qui laborãt
in uerbo & doctrina. Et in euangelio dominus diſſerit mandatum legis, in quo dicitur: Ho
nora patrem tuũ, & matrem tuã: non in uerborum ſono, qui inopiam parentum, caſſa po
teſt adulatione fruſtrari, ſed in uictus neceſſarijs miniſtrandis debere intelligi. Iubẽte enim
domino, ut filij alerent parentes pauperes, & redderent beneficia ſenibus, quæ paruuli ac-
ceperant: ſcribæ & phariſæi econtrario docebant filios, ut parentibus reſponderent: Cor-
ban, hoc eſt, donũ quod altari pollicitus ſum, & in templi dona promiſi: ſi tu à me accepe-

C ris cibos,uertetur in tuum refrigeriũ. Atq; ita fiebat,ut egentibus patre & matre, ſacrificiũ
offerrent filij,quod ſacerdotes ſcribæq; cõſumerent. Si ergo Apoſtolus pauperes uiduas
(eas tamen quæ adoleſcẽtulæ ſunt,& nulla debilitate frangũtur) cogit ſuis manibus labo
rare,ne grauetur eccleſia,& poſſit anus uiduas ſuſtẽtare: qua excuſatione utetur,quæ opi-
bus mundi affluit,quæ poteſt etiã alijs miniſtrare,& de iniquo mammona ſibi facere ami-
cos,qui poſſint eã in æterna tabernacula recipere? Simulq; conſidera,quod uidua non eli
gatur,niſi unius uiri uxor,& nos putabamus ſacerdotũ hoc tantũ eſſe priuilegium: ut nõ
admittatur ad altare,niſi qui unã habuerit uxorem. Nõ ſolũ enim ab officio ſacerdotij di-
gamus excluditur,ſed & ab eleemoſyna eccleſiæ,dum indigna putatur ſtipe,quæ ad ſecũ-
da coniugia deuoluta eſt. Quanq; lege ſacerdotali teneatur & laicus,qui talem præbere ſe
debet,ut poſſit eligi in ſacerdotiũ. Nõ enim eligitur,ſi digamus fuerit. Porrò eliguntur ex
laicis ſacerdotes. Ergo & laicus tenetur mãdato:per quod ad ſacerdotium peruenit. Aliud
eſt quod uult Apoſtolus:aliud quod cogitur uelle. Vt cõcedat ſecunda matrimonia meæ
eſt incontinentiæ,nõ illius uolũtatis. Vult omnes eſſe ſicut ſeipſum,& ea cogitare quę dei
ſunt,& ſolutos nequaq; ultra alligari. Sed ſi labentes,per incontinentiam ad barathrũ ſtu
pri uiderit peruenire:digamiæ porrigit manum: ut cũ una magis,q; cum pluribus uolu-
tentur. Quod nequaq; ut amare dictum,& contra Apoſtoli regulam,ſecundus nuptiator
exaudiat. Duæ enim ſunt Apoſtoli uoluntates. Vna quæ præcepit: Dico autem innuptis
& uiduis: bonum eſt illis ſi ſic permanſerint,ſicut ego. Altera qua indulget: Si aũt nõ ſe cõ
tinent,nubant. Melius eſt enim nubere,q; uri. Primum quid uelit: deinde quid cogatur
uelle,demonſtrat. Vult nos permanere poſt nuptias,ſicut ſeipſum: Et propoſitæ beatitu-
dinis,Apoſtolicum ponit exemplum. Sin autem nos uiderit nolle quod ipſe uult:inconti-
nentiæ noſtrę tribuit indulgentiã. Quam è duabus eligimus uoluntatẽ,quod magis uult,
D & quod per ſe bonum eſt: an quod mali comparatione fit leuius,& quodammodo nec bo
num eſt,quia præfertur malo? Ergo ſi eligimus,quod Apoſtolus non uult:ſed uelle com-
pellitur,imò acquieſcit deteriora cupientibus: nõ Apoſtoli,ſed noſtram facimus uolunta-
5 tem. Legimus in ueteri teſtamento: Semel maritatas filias ſacerdotũ: ſi uiduæ fuerint: ueſci
debere de ſacerdotalibus cibis,mortuisq;,ſic à patre exhibendum inferiarum officiũ. Sin
autem alios uiros acceperint: alienas eas,& à patre & à ſacrificijs fieri,& inter externas de-
bere deputari. Quod quidẽ obſeruat & gentilitas,in cõdemnationem noſtri, ſi hoc nõ ex-
hibeat ueritas Chriſto,quod tribuit mẽdacium diabolo: qui & caſtitatẽ reperit perditricẽ.
Hierophanta apud Athenas euiratur,& æterna debilitate fit caſtus. Flamen unius uxoris
ad ſacerdotium admittitur: Flaminea quoq; unius mariti eligitur uxor. Ad tauri Aegyptij
6 ſacra ſemel maritus aſſumitur. Vt omittam uirgines Veſtæ & Apollinis,Iunonisq; Achi-
uæ & Dianæ ac Mineruæ,quæ perpetua ſacerdotij uirginitate marceſcunt: Stringam bre
uiter reginam Carthaginis,quæ magis ardere uoluit,q; Hiarbæ regi nubere: Et Haſdruba
lis uxorem,quæ apprehenſis utraq; manu liberis, in ſubiectum ſe præcipitauit incendiũ,
ne pudicitiæ damna ſentiret: Et Lucretiam,quæ amiſſa gloria caſtitatis, noluit pollutæ cõ
ſcientiæ ſuperuiuere. Ac ne multa longo ſermone contexam,quæ potes de primo contra
Iouinianum uolumine ad ædificationem tuam ſumere: unum tantum, quod in patria tua
geſtum eſt,repetam: ut ſcias pudicitiam etiam barbaris ac feris & ſanguinarijs gẽtibus eſſe
7 uenerabilem. Gens Theutonum ex ultimis Gallorũ oceani atq; Germaniæ profecta litto-
ribus,omnẽ Galliam inundauit: ſæpiusq; cæſis Romanis exercitibus apud aquas Sextias
Mario pugnante, ſuperata eſt. Quorum trecentæ matronæ, cum alijs ſe uiris captiuita-
tis conditione,tradendas eſſe didiciſſent: primum conſulem deprecatæ ſunt,ut templo Ce
reris ac Veneris in ſeruitium traderentur. Quod cum non impetrarent, ſubmouente eas
lictore, paruulis cæſis liberis: mane mortuæ ſunt repertæ: ſuffocatis laqueo faucibus, &
mutuis cõplexibus ſe tenẽtes. Quod igitur barbaræ caſtitati non potuit inferre captiuitas,
hoc ma

A hoc matrona nobilis faciet? & experietur alterum uirum, quæ priorem aut bonū perdidit,
aut malum experta eſt, ut rurſum contra iudicium dei, facere nitatur? Quid ſi ſtatim ſecun-
dum perdiderit, ſortietur & tertium? & ſi ille dormierit, in quartū quintumq́ procedet, ut
nihil ſit quo à meretricibus differat? Omni ratione uiduæ ꝓuidendum eſt: ne caſtitatis pri-
mos excedat limites. Quos ſi exceſſerit, & uerecūdiam ruperit matronalem in omnem de-
bacchabitur luxuriam, ita ut prophetam mereatur audire dicētem: Facies meretricis facta
eſt tibi: Impudorata es tu. Quid igitur? Damnamus ſecunda matrimonia? Minime, ſed pri-
ma laudamus. Abijcimus de eccleſia digamos? Abſit: Sed Monogamos ad continentiam
prouocamus. In arca Noē non ſolum munda, ſed & immunda fuerūt animalia. Habuit ho
mines, habuit & ſerpentes. In domo quoq́ magna, uaſa diuerſa ſunt: alia in honorem, alia
in cōtumeliam. Eſt crater ad bibēdum, eſt & matula ad ſecretiora naturæ. Nam cum in ſe-
mente terræ bonæ, centeſimum & ſexageſimum & trigeſimum fructum, euāgelia doceāt,
& centenarius pro uirginitatis corona, primum gradum teneat; ſexagenarius pro labore
uiduarum, in ſecūdo ſit numero: tricenarius fœdera nuptiarum, ipſa digitorū cōiunctione
teſtetur: digamia in quo erit numero? Imò extra numerum. Certe in bona terra nō oritur,
8 ſed in uepribus, & ſpinetis uulpium, quæ Herodi impijſſimo cōparantur, ut in eo ſe putet
eſſe laudabilem, ſi ſcortis melior ſit: ſi publicarum libidinum uictimas ſuperet, ſi uni ſit ꝓ-
ſtituta, nō pluribus. Rem dicturus ſum incredibilē, ſed multorum teſtimonijs approbabo.
Ante annos plurimos, cum in chartis eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ urbis epi
ſcopum, & orientis atq́ occidentis ſynodicis cōſultationibus reſponderem: uidi duo inter
ſe paria, uiliſſimorum è plebe hominum cōparata, unum qui uiginti ſepeliſſet uxores, alte-
ram quæ uiceſimumſecundum habuiſſet maritū: extremo ſibi, ut ipſi putabant, matrimo-
B nio copulatos. Summa omnium expectatio, uirorum pariter ac fœminarum: poſt tātas ru-
9 des, quis quem prius efferret. Vicit maritus, & totius urbis populo confluente, coronatus
& palmam tenens adoreamq́, per ſingulos ſibi acclamantes: uxoris multinubæ feretrum
præcedebat. Quid dicemus tali mulieri? Nēpe illud, quod dn̄s Samaritanæ: Vigintiduos
habuiſti maritos, & iſte à quo ſepelieris, nō eſt tuus. Itaq́ obſecro te religioſa in Chriſto fi-
lia, ut teſtimonia iſta nō noueris: quibus incontinentibus, & miſeris ſubuenitur, ſed illa po-
tius lectites, quibus pudicitia coronatur. Sufficit tibi quod primum perdidiſti uirginitatis
gradum, & per tertium ueniſti ad ſecundum, id eſt, per officium cōiugale, ad uiduitatis cō-
tinentiam. Extrema, imò abiecta, ne cogites: nec aliena & longe poſita exempla perquiras.
Habes auiam, matrem, & amitam. Quarum tibi abundans imitatio atq́ doctrina, & præce
pta uiuendi, norma uirtutum eſt. Si enim multæ in cōiugio, uiuentibus adhuc uiris, intelli-
gunt illud Apoſtoli: Omnia licent, ſed non omnia expediunt: & caſtrant ſe propter regna
cœlorum, uel à ſecunda natiuitate poſt lauacrum ex conſenſu, uel poſt nuptias ex ardore
fidei, cur uidua quæ iudicio dei, uirum habere deſijt: nō illud lætabunda congeminet: Dn̄s
dedit, dominus abſtulit, & oblatam occaſionem arripiat libertatis, ut ſui corporis habeat
poteſtatem, nec rurſum ancilla fiat hominis? Et certe multo laborioſius eſt, non frui eo qđ
habeas, quàm deſiderare quod amiſeris. Vnde & uirginitas in eo facilior eſt, quod carnis
incentiua non nouit, & uiduitas in eo ſolicitior, quod præteritas animo recolit uoluptates:
maxime ſi ſe uirum putet perdidiſſe, non præmiſiſſe: quorum alterū doloris, alterum gau-
dij eſt. Primi hominis creatura nos doceat, plures nuptias refutare. Vnus Adam & una
Eua, imò una ex eo coſta, ſeparatur in fœminam. Rurſumq́ quod diuiſum fuerat, nuptijs
10 copulatur, dicente ſcriptura: Erunt duo in carnem unam: nō in duas, nec in treis. Propter
quod relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: certe nō uxoribus. Qđ
teſtimonium Paulus ediſſerens, ad Chriſtum refert & ad eccleſiā, ut primus Adam in car-
ne: ſecundus in ſpiritu Monogamus ſit. Sit una Eua, mater cunctorum uiuentium, & una
eccleſia parens omniū Chriſtianorū. Sicut illā maledictus Lamech in duas diuiſit uxores,

C ſic hanc hæretici in plures eccleſias lacerāt,quæ iuxta Apocalypſim Ioānis ſynagogæ ma-
gis diaboli appellādæ ſunt,quàm Chriſti cōciliabula.Legimus in carminū libro:ſexagin-
ta ſunt reginæ,& octoginta cōcubinæ,& adoleſcentulæ,quarum nō eſt numerus.Vna eſt
columba mea,perfecta mea:una eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ.Ad quam ſcribit idem
Ioannes epiſtolā:Senior electæ dominæ,& filijs eius.Sed & in Arcam quam Petrus Apo-
ſtolus ſub typo interpretatur eccleſiæ:Noë cum tribus filijs,ſingulas,nō binas uxores in-
troduxit.Etiam de immūdis animalibus bina ſumuntur,maſculus & fœmina:ut ne in be-
ſtijs quidem,ſerpentibusq́;,crocodilis ac lacertis,digamia habeat locum.Quod ſi de mun-
dis ſeptena ponuntur,id eſt,imparia:& in hoc uirginitatis ac pudicitiæ palma mōſtratur.
Egreſſus enim de arca Noë:deo uictimas immolauit:nō utiq; de pari,ſed de impari nume-
ro,quia alterum fœtibus atq; coniugio,alterum ſacrificio præparatum eſt. Et patriarchæ
non ſingulas habuerunt uxores,imò & concubinas habuere plurimas.Et,ne hoc parū ſit:
Dauid multas,& Solomon habuit innumerabiles.Iudas ad Thamar,quaſi ad ſcortum in-
greditur.Et iuxta occidentem literam,Oſee propheta non ſolum meretrici,ſed etiam adul-
teræ copulatur.Quod ſi & nobis iure conceditur:adhinniamus ad omnes fœminas,& in
exemplū Sodomæ & Gomorræ,ab ultimo die deprehendamur uendentes & ementes nu-
bentes & nuptui tradētes:& tunc ſit finis cōiugij,quando terminus uitæ.Quod & ſi poſt
diluuium,& ante diluuium uiguit iſta ſentētia:Creſcite & multiplicamini, & replete terrā:
quid ad nos,in quos fines ſeculorum decurrerunt,quibus dicitur:Tēpus breue eſt,& iam
ſecuris ad radices arborum poſita eſt,quæ ſyluam legis & nuptiarum euangelica caſtitate
ſuccidat?Tempus amplexandi,& tempus lōge fieri ab amplexibus.Hieremias captiuitate
propinqua,uxorē ꝓhibetur accipere.Ezechiel in Babylone:mortua eſt,inquit,uxor mea:
& apertum eſt os meū.Nec ducturus uxorem,nec ille qui duxerat,poſſunt in opere cōiu-
gali libere ꝓphetare.Olim gloriæ erat illum audire uerſiculū:Filij tui ſicut nouellæ oliua-
D rum,in circumitu menſæ tuæ:& uideas filios filiorum tuorū.Nunc de continentibus dici-
tur:Qui adhæret dño,unus ſpiritus eſt.Et adhæſit anima mea poſt te:me ſuſcepit dextera
tua.Tunc oculum pro oculo:nunc uerberāti maxillam,præbemus & alteram.Illo tēpore
bellatoribus dicebatur:Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potētiſſime:modo audit
Petrus:Conde gladium tuum in uaginā.Qui enim gladio percutit,gladio morietur. Hæc
11 dicimus,non ſeparantes legē & euangelium,ut Marcion calumniatur,ſed unum atq; eun-
dem ſuſcipientes deum:qui pro uarietate temporum atq; cauſarū principium & finis:ſerit,
ut metat,plantat,ut habeat quod ſuccidat.Iacit fundamētum:ut ædificationi, cōſummato
ſeculo,culmen imponat.Alioqui ſi ad ſacramenta ueniamus & futurorum typos,non no-
ſtro arbitrio,ſed Apoſtolo diſſerente:Agar & Sara,uel mons Sina & Sion , duo teſtamēta
ſignificant.Lia lippiētibus oculis,& Rachel quā Iacob amabat plurimum ſynagogā eccle-
12 ſiamq́; teſtātur.Vnde & Anna prius ſterilis,Fenēnæ ubertate fœcundior eſt.Licet & Mo-
nogamia nos Iſaac & Rebecca præceſſerit:cuius ſolius partus dñi reuelatio eſt.Nec ulla alia
fœminarum deum per ſeipſam cōſulit.Quid loquar de Thamar:quæ Eſron,& Phares ge
minos fudit infantes?In quorū natiuitate diuiſa maceria,duos populos ſeparauit:Et ligata
manus coccino,cōſcientiam Iudæorū iam tūc Chriſti paſſione reſperſit. Ac de ſcorto pro-
phetico:cuius ſimilitudo uel eccleſiā ſignificat de gētibus cōgregatā:uel(quod ipſi loco ma
gis cōuenit) ſynagogā primum aſſumptam de idololatris per Abraham & Moyſen:Dein-
de poſt adulterium,& negationē ſaluatoris:ſedētem plurimo tempore ſine altari:ſacerdoti
bus ac prophetis,& uiri priſtini cōſortium præſtolantē:ut poſtq; ſubintrauerit plenitudo
gentium:tūc omnis Iſraël ſaluus fiat. Quaſi in breui tabella latiſſimos terrarū ſitus oſten
dere uolui,ut pergam ad alias quæſtiūculas:quarum prima de Annæ cōſilio eſt. Sola ne
perpetua mœrēs carpere iuuēta? Nec dulceis natos,Veneris nec præmia noris? Id cine
rem,aut manes credis curare ſepultos? Cui breuiter reſpōdeat ipſa quæ paſſa eſt: Tu la-
chrymis

A chrymis euicta meis: tu prima furentem His germana malis oneras, atq; obijcis hoſti. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ, taleis nec tãgere curas. Non ſeruata fides cineri promiſſa Sicheo. Proponis mihi gaudia nuptiarũ: ego tibi opponam, pyram, gladiũ, & incendiũ. Non tãtũ boni eſt in nuptijs quod ſperamus, quantum mali, quod accidere poteſt & timendũ eſt. Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem, nũquam ſatiatur: & extincta redaccẽditur. Vſu creſcit, & deficit: nec ratiõi paret, quæ impetu ducitur. Sed dices: Amplæ opes & diſpẽſatio rei familiaris egent autoritate uiri. Scilicet perierunt domus cœlibũ, & niſi cum ſeruulis tuis ipſa ſeruieris, familiæ tuæ imperare nõ poteris. Auia tua, mater & amita, nónne autoritatis priſtinæ, honorisq; maioris ſunt, dum eas & tota prouincia, & eccleſiarũ principes ſuſpiciunt? Ergo milites & peregrinantes, ſine uxoribus ſua hoſpitiola nõ regũt? & nec inuitãt ad cõuiuia, nec inuitãtur? Quaſi nõ poſſis probatæ ætatis habere famulos, uel libertos: in quorũ nutrita es manibus: qui præſint domui, ad publicũ reſpondeãt, tributa perſoluant: quin te ſuſpiciãt, ut patronam: diligant, ut alumnam: uenerẽtur, ut ſanctã. Quære primum regnũ dei, & hæc omnia adijcientur tibi. Si de ueſte cogitaueris: lilia tibi de Euangelio proponũtur. Si de cibo, remitteris ad aues quæ nõ ſerunt, neq; metunt, & pater tuus cœleſtis paſcit illas. Quãtæ uirgines & uiduæ abſq; ulla ſorde rumoris, ſuã ſubſtãtiolam gubernarũt? Caue ne iungaris adoleſcentulis: ne his adhæreas, propter quas Apoſtolus cõcedit ſecunda matrimonia, & ſuſtineas in media tranquillitate naufragium. Si Timotheo dicitur: Adoleſcẽtiores uiduas deuita. Et iterum: Ama anus, ut matres: adoleſcẽtulas, ut ſorores cũ omni caſtitate, quare tu me cõmonentem nõ audias? Fuge perſonas, in quibus poteſt malæ cõuerſatiõis eſſe ſuſpicio, nec paratũ habeas illud è triuio: ſufficit mihi cõſcientia mea: nõ curo quid de me loquantur homines. Et certe Apoſtolus prouidebat bona: nõ tantum coram deo, ſed

13 B etiam coram hominibus, ne per illũ nomen dei blaſphemaretur in gẽtibus. Habebat utiq; poteſtatem ſororem mulierẽ circũducendi, ſed nolebat ſe iudicari ab infideli cõſcientia. Et cum poſſet de Euangelio uiuere: diebus ac noctibus laborabat manibus ſuis, ne quẽ grauaret credẽtium. Si ſcandalizat, inquit, eſca fratrẽ: in æternũ carnem nõ manducabo. Dicamus & nos: Si ſcandalizat ſoror, uel frater: non unũ & alterũ, ſed totam eccleſiã: nec ſororem uidebo, nec fratrẽ. Melius eſt rem familiarẽ minui, quam ſalutẽ animæ perire. Melius eſt amittere: quod (uelimus, nolimus) aliquãdo periturũ eſt. Melius eſt ſponte dimittere, ꝗ id amittere, pro quo omnia dimittẽda ſunt. Quis noſtrũ, nõ dicam cubitũ, quod enorme eſt, ſed unius unciolæ decimã partem adijcere poteſt ad ſtaturam ſuã? Et ſoliciti ſumus quid manducemus, aut quid bibamus? Ne cogitemus ergo de craſtino. Sufficit diei malitia ſua. Iacob fratrẽ fugiẽs, magnis in patris domo diuitijs derelictis, nudus pergit in Meſopotamiã, & ut nobis fortitudinis præberet exemplũ: lapide capiti ſuppoſito, uidit ſcalã ad cœlum uſq; ſubrectã, & dominũ innitentẽ ſuper eã: per quam aſcendebãt angeli, & deſcendebant: ut nec peccator deſperet ſalutem, nec iuſtus de ſua uirtute ſecurus ſit. Atq;, ut multa prætereã (neq; enim tẽpus eſt, ut aſſumpti teſtimonij omnia ediſſeram) poſt annos uiginti diues dominus, & pater ditior: qui dudũ Iordanem in baculo tranſierat, cũ tribus turmis gregum in patriã reuertitur. Apoſtoli toto orbe peregrini: nõ es in zona, nõ uirgã in manu, nõ caligas habuere in pedibus, & tamen dicere poterãt: Nihil habẽtes, & omnia poſſidentes. Et, aurũ & argentũ non eſt nobis, quod aũt habemus, hoc tibi damus: in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge & ambula. Nõ enim erãt diuitiarũ ſarcina prægrauati. Et ideo ſtantes cum Helia in foramine petræ, per anguſtias acus tranſire poterãt, & poſteriora domini contemplari. Nos uero ardemus auaricia, & cõtra pecunias diſputãtes, auro ſinum expandimus: nihilq; nobis ſatis eſt. Et illud, quod de Megarenſibus dicitur, iure miſeris coaptari poteſt: Aedificant quaſi ſemper uicturi: uiuũt quaſi altera die morituri. Et hæc facimus, quia domini uerbis nõ credimus, & quia ætas optata cunctis non uiciniam mortis,

C mortis,quæ debetur mortalibus lege naturæ:ſed caſſa ſpe,annorum nobis ſpatia pollice-
tur.Nemo enim tã fractis uiribus,& ſic decrepitæ ſenectutis eſt,ut nõ putet ſe unũ adhuc
annum eſſe uicturũ.Vnde ſubrepit obliuio cõditionis ſuæ,ut terrenũ animal, & iã iamq́;
14 ſoluendũ erigatur in ſuperbiã,& animo cœlũ teneat. Verum quid ago? Fracta naui de
mercibus diſputo.Qui tenebat,de medio fit,& nõ intelligimus Antichriſtum appropin-
quare,quẽ dominus Ieſus Chriſtus interficiet ſpiritu oris ſui.Væh prægnãtibus,et nutriẽ
tibus in illa die:quorũ utrũq; de fructibus nuptiarũ eſt.Præſentium miſeriarũ pauca per-
curram.Quod rari hucuſq; reſidemus:nõ noſtri meriti, ſed domini miſericordiæ eſt. In-
numerabiles & ferociſſimæ natiões,uniuerſas Gallias occuparũt.Quicquid inter alpes et
Pyrenæum eſt,quod Oceano & Rheno includitur:Quadus,Vuandalus, Sarmata,Hala
15 ni,Gipedes,Heruli,Saxones,Burgundiones,Alemani &(ò lugẽda reſpublica)hoſtes Pã-
16 nonij uaſtarũt.Etenim Aſſur uenit cũ illis.Maguntiacũ nobilis quondam ciuitas,capta
atq; ſubuerſa eſt,& in eccleſia multa hominũ milia trucidata.Vangiones lõga obſidione
17 deleti.Remorũ urbs præpotẽs,Ambiani,Attrebatæ,extremiq́; hominũ Morini,Torna-
cus,Nemete,Argentoratus:translati in Germaniã.Aquitaniæ,nouẽq; populoꝝ Lugdu
18 nenſis,& Narbonenſis prouinciæ:Præter paucas urbes populata ſunt cuncta. Quas &
ipſas foris gladius,intus uaſtat fames.Nõ poſſum abſq; lachrymis Toloſæ facere mẽtio-
nẽ,quæ ut hucuſq; nõ rueret,ſancti epiſcopi Exuperij merita præſtiterũt. Ipſæ Hiſpaniæ
iam iamq́; perituræ,quotidie cõtremiſcunt,recordãtes irruptiõis Cimbricæ, & quicquid
alij ſemel paſſi ſunt,illæ ſemper timore patiũtur.Cætera taceo,ne uidear de dei deſperare
clemẽtia.Olim à mari Pontico,uſq; ad alpes Iulias,nõ erãt noſtra,quę noſtra ſunt. Et per
annos triginta,fracto Danubij limite,in medijs Romani imperij regiõibus pugnabatur.
Aruerũt uetuſtate lachrymæ.Præter paucos ſenes,omẽs in captiuitate,& obſidione gene
D rati:nõ deſiderabant,quam nõ nouerãt libertatẽ. Quis hoc credet? Quæ digno ſermone
hiſtoriæ cõprehendent?Romã in gremio ſuo:nõ pro gloria,ſed pro ſalute pugnare?Imò
ne pugnare quidẽ,ſed auro & cuncta ſupellectile uitã redimere?Quod nõ uitio principũ:
qui uel religioſiſſimi ſunt,ſed ſcelere ſemibarbari accidit proditoris:qui noſtris cõtra nos
opibus armauit inimicos.Aeterno quõdam dedecore Romanum laborabat imperiũ,qđ
19 Gallis cuncta uaſtãtibus:fuſoq; apud Italiã exercitu,Romam Brennus intrauit. Nec pri-
ſtinam poterat abolere ignominiã,donec & Gallias genitale Gallorũ ſolũ, & Gallogræ-
ciam,in qua conſederãt oriẽtis occidẽtiſq; uictores,ſuo imperio ſubiugaſſet. Hannibal de
20 Hiſpaniæ finibus orta tempeſtas,cũ uaſtaſſet Italiã:uidit urbẽ,nec auſus eſt obſidere.Pyr-
rhum tanta tenuit Romani nominis reuerẽtia,ut deletis omnibus,è propinquo recederet
loco:nec audebat uictor aſpicere,quam regum didicerat ciuitatẽ.Et tamen pro hac iniuria
(nõ enĩ dicã ſuperbia) quæ bonos exitus habuit:alter toto orbe fugitiuus:tãdẽ Bithyniæ
mortẽ ueneno reperit:Alter reuerſus in patriã,in ſuo regno occubuit. Et utriuſq; prouin-
ciæ,populi Romani uectigales ſunt.Nũc ut omnia proſpero fine eueniãt:præter noſtra q̃
amiſimus,nõ habemus quod uictis hoſtibus auferamus.Potẽtiam Romanæ urbis,ardẽs
21 poëta deſcribẽs,ait: Quid ſatis eſt,ſi Roma parum eſt?Quod nos alio mutemus elogio.
Quid ſaluũ eſt,ſi Roma perit? Nõ mihi ſi linguæ cẽtũ ſint,oraq; cẽtũ: Ferrea uox,oẽs
captoꝝ dicere pœnas: Omnia cæſorũ percurrere nomina poſſim. Et hæc ipſa quæ di-
xi,periculoſa ſunt,tam loquẽtibus,q̃ audiẽtibus:ut ne gemitus quidẽ liber ſit:nolẽtibus,
imò nec audiẽtibus nobis flere,q̃ patimur.Reſpõde mihi chariſſima in Chriſto filia:inter
iſta,nuptura es?Quẽ acceptura uirũ,cedo? fugiturũ,an pugnaturũ? Quid utrũq; ſequat̃
intelligis.Et ꝓ Feſcẽnino carmine:terribilis tibi rauco ſonitu buccina cõcrepabit:ut quas
habes ꝓnubas,habeas forte lugẽtes.Aut q̃bus delitijs affluas:quæ poſſeſſionũ tuarũ re-
ditus perdidiſti,quæ obſeſſam familiolã tuã,morbo & fame cernis cõtabeſcere?Sed abſit,
ut de te talia ſentiã,ut ſiniſtrũ quippiã ſuſpicer de ea,quæ ſuã dñõ animã cõſecrauit. Non

tam tibi,

A tam tibi, quàm ſub tuo nomine alijs ſum loquutus: quæ ocioſæ, & curioſæ, atq; uerboſæ
domos circumeunt matronarum: quarum deus uenter eſt, & gloria in cõfuſione earum,
quæ nihil aliud de ſcripturis, niſi digaminæ præcepta nouerunt: quæ in alieno corpore,
ſua deſideria conſolãtur, ut quod ipſe fecerunt, alias facere uideant, & malarum ſocietate
palpentur. Quarum cum impudentiam & propoſitiones, apoſtolicarum ſententiarũ in-
terpretatione cõtriueris: legito quomodo tibi in uiduitate ſeruanda uiuendum ſit, librum
ad Euſtochium de uirginitate ſeruanda, et alios ad Furiam atq; Saluinam: Quarum altera
Probi quondam conſulis nurus: altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia eſt. Hic libellus
de monogamia ſub nomine tuo, titulum poſſidebit.

## SCHOLIA.

1 IN uetere uia.) Id ſignificat, quod in arte poëtica præcipit Horatius, ut uulgatum & à mul-
tis tractatum argumentum, ita tractemus, ut nouum reddatur. Publica materies, priuati
iuris erit &c.) Via publica eſt, quam Græci uocant λεωφόρον, quod populus per eam ambu-
let: nam λεὼς Atticis populus eſt. Semita uia eſt anguſtior, & à publica diuertens. Ad
Gerontiam.) Nomen huius fœminæ uarie ſcriptum reperitur in omnibus exemplaribus. Quædã ha-
bent Geruntiam, quædam Gerutiam, quædam Aggerochiam, alia Acheruſiam. Nec magnopere per-
tinebat ad rem, quo nomine uocaretur, niſi quod mox ſubijcit: Quæ quodam uaticinio futurorum, ac
dei præſidentis auxilio, nomen accepit. Fortaſſe legendum, Gyrutiam, propter id quod mox ſequitur:
Quam matris, auiæ, amitæq; probatarum in Chriſto fœminarum, nobilis in Chriſto turba circunſtat.
Gyrus enim circulus eſt. Aut Gerutiam, ut à Græco ſermone ducatur, γέρας enim Græce honorem ac
præmium ſignificat. Aut certe Ageruſiam, à Græco uerbo ἀγείρω, quod eſt congrego, & concilio. In-
uenio & apud Oroſium, Gerontium quendam, à quo Conſtans Conſtantini filius interfectus eſt. Vn-
de Gerontia dicta uideri poteſt, ab honore: à quo ueteres dixere γέροντα. Honorificum autem tot egre-
2 gijs fœminis cingi. Quarum auia.) Ne intelligas hanc eſſe auiam earum, quas modo nominauit:
ſed quarum, poſuit diſtributiue, pro inter quas, ſiue ex quibus: ueluti cum dicimus, quorum fuit Pla-
to, id eſt, de quorum numero fuit. Soror Celerini patris.) Et hic locus in omnibus, quæ quidem uide-
rim exemplaribus deprauatus habetur. Verum non obſcurum eſt, quo modo reſtituendus ſit. Nimi-
B rum ut legas, ſoror Celerini patris, quæ Gerontiam nutriuit infantem, & in ſuo natam ſuſcepit gre-
mio, per annos uiginti, mariti ſolatio deſtituta: erudit neptem, quod à matre didicit. Siquidem auia Ge-
rontiæ, Metronia uocabatur, mater Benigna, Pater Celerinus: amita, hoc eſt, ſoror patris, educauit ne-
ptem Gerontiam. Niſi quod opinor aſſcriptum fuiſſe nomen amitæ, quæ Agerontia, aut ſimile
quippiam, dicta uidetur. Quod à matre.) Incertum an à matre Gerontiæ, an à ſua, ſed ueriſimilius
eſt hanc à ſorore didiciſſe, quod neptem doceret ſuam. Poſthumus.) Poſthumi uocantur, qui pa-
tre defuncto naſcuntur. Maritus igitur Gerontiæ Simplicius eſt dictus: quod nomen inditum eſt fi-
3 lio, ut patrem referret etiam nomine, nec uideretur perdidiſſe ſuum Simplicium mater. Loci huius
continentiam.) Continentiam uocat, non materiam, ut uulgus loquitur indoctum, ſed contiguita-
tem: continens enim dicitur, quod adhæret & contingit. Sentit autem ſe uelle explicare, quæ locum
hunc proxime præcedunt & quæ ſequuntur, quo melius intelligatur. Ne tranſuerſum quidem.)
Vnguem latum intelligit, quod prouerbio ſolet dici, pro minimo ſpatio. Hoc enim καταστρηνιάσωσι,
Græcus ſ.ſ.) στρηνιᾶν eſt licentius & immoderatius agere, quod mihi uidetur commodiſſime reddi poſſe,
ſi dixerimus laſciuire. Vocem compoſitam putãt, παρὰ τὸ στερεῖν, quod eſt auferre & ἡνία, id eſt, habenæ: ut
tranſlatum ſit ab animantibus brutis, quæ freno, uel habenis reuulſis, ſuo feruntur arbitrio, & paſtu
ferocientia non obtemperant habenis. Siue à στρηνόν, quod eſt durum, propterea, quod iam intractabi-
les ſint, nec regi poſſint. Deinde præpoſitio κατὰ addita in compoſitione, ſignificat incommodum ali-
quod eius qui apponitur in genitiuo. Siquidem hæc præpoſitio, quoties hunc aſciſcit caſum, reddit
uerbum relatiuum, & ferè ſignificat in malam partem, ut καταφρονῶ & καταψηφίζομαι, id eſt, ſentio in
contemptum alicuius, & fero ſuffragium aduerſus hunc aut illum. Ita καταστρηνιᾶν τοῦ Χριστοῦ, eſt laſciuire
in contumeliam & iniuriam Chriſti, ſeu ferocire aduerſus Chriſtum, cuius prætextu alitæ ſunt uſq;
ad intemperantiam. Ambroſius utitur huiuſmodi tranſlatione. Cum enim in delitijs egerint in Chri-
ſto, nubere uolunt. Proinde miror, unde inuaſerit hoc uerbum, fornicatæ fuerint. Magis quadrat, quod
habetur in æditione uulgata, luxuriatæ. Aliud enim luxuria, aliud libido. Sed de his copioſius diſſe-
4 ruimus in Annotationibus noſtris in nouum teſtamentum æditis. Riſit & arguto.) Verſus eſt ex
Elegijs amatorijs Ouidij. In boue & aſino.) Hoc Iudæis erat prohibitum, ne ararent in boue & aſi-
no, ut patet Deuteronomij cap. 20. Quem locum diuus Hieronymus traxit ad allegoriam imparis ma-
trimonij, ſic enim uocauit ſuperius, quod fidelem copulat cum infideli. Ne tunica nuptialis.) Eſt in
eodem capite: ne fas eſſet uti ueſte, partim ex lana, partim ex lino cõtexta. Nõ minus ſexagenariã.)

Paulus

C Paulus in epiſtola ad Timotheum prima cap.5.uatat ne qua uidua recipiatur in miniſterium eccleſiæ,
minor ſexaginta annis. Quæ ueræ uiduæ ſunt.) Reſpexit ad etymologiam uerbi,nam Latinis pri-
ſcis,uiduare erat ſpoliare & orbare. Vnde & uiduertatem,calamitatem appellant. Et Græcis χήρα dici-
tur,à χωρῶ, quod eſt ſeparo,aut à χαρὰ quod eſt gaudium, κατ᾽ἀντίφρασιν, quaſi ſit omnibus oblectamen-
tis orbata. Corban.) In euangelio Matthæi cap.15. δῶρον legitur,id eſt,donum.Hieronymus hic He-
braicam addidit uocem קרבן, quod ea ſignificet,non quoduis donum, ſed proprie quod templo di-
5 catur.Vnde & locum in quo dona huiuſmodi ſeruabantur, corbanam uocabant. Inferiarum offi-
cium.) Inferias parentalia uocant,ab inferendo ultimum illum honorem,quem cognati exhibent de-
functis.Vetat autem lex Moſaica ſacerdotem contaminari ullius funere, niſi uxoris,matris,filiæ &
ſororis,ſi uirgo fuerit. Caſtitatem repperit perditricem.) Vel quia debilitato corpore, uel quia im-
pia ſit,& nihil conferens ad ſalutem. Hierophanta.) Græce ἱεροφάντης dicitur, qui oſtendit & ordi-
nat myſteria ſacrorum,ab ἱερὸν ſacrum, & φαίνω oſtendo. Ponitur & pro ſacrifico, nonnunquam pro
æditauo. Euirat uirum.) Ita quidem conſentiunt exemplaria.Ego tamen legendum arbitror, euira-
tur:ut intelligas hierophantem, hoc eſt, ſacerdotem apud Athenienſes caſtrari, execari, ne libidine
contaminetur:cuiuſmodi ſunt Galli Cybelis ſacerdotes.At nunc non admittuntur, niſi hac quoque
parte integri. Flamen.) Flamines erant ſacerdotes quidam Romæ, ſic dicti, quaſi filamines, quod
in ſummo uertice lanea fila geſtarent.Alij putant à pileo dictos, quaſi pileamines. Tauri Aegy-
6 ptij.) Apim bouem intellige, quem olim Aegyptij numinis loco colebant. De quo permulta He-
rodotus in Thalia. Veſtæ uirgines.) Veſtales uocantur quæ æternum ignem ſeruabant, harum ſi
qua inceſtus conuicta fuiſſet,uiua defodiebatur.De quibus copioſiſſime Plutarchus in uita Numæ.
De ſacerdote lex extat apud Senecam: Sacerdos pura ſit è puris, caſta è caſtis. Iunoniſq; Achiuæ.)
Opinor legendum, Argiuæ pro Achiuæ:cuius mentionem facit & Vergilius. Apollinis.) De A-
polline & Diana teſtatur Horatius in Odis: Dianam teneræ dicite uirgines. Intonſum pueri di-
cite Cinthium. Haſdrubalis uxorem.) Huius meminit L. Florus in librum T. Liuij 51. præterea
Valerius Maximus lib.3.capi.2.Carthagine,inquit,capta,uxor Haſdrubalis exprobrata ei impietate,
quod à Scipione ſoli ſibi impetrare uitam contentus fuiſſet,dextra læuaq; treis communes filios mor-
tem non recuſantes trahens,incendio ſe flagrantis patriæ obiecit.Cæterum Lucretiæ fabula, quæ ſibi
ſua manu necem conſciuit,notior eſt,quàm ut hic ſit recenſenda. Reginam Carthaginis.) Didonem
intelligit,quæ cum procum Hiarbam ſpreuiſſet,& ab Aenea deſereretur,gladium adegit pectori,mo-
D rimalens,quàm procos comtemptos rurſum ſequi,corpus exanime rogo impoſitum,quem ipſa extru
7 xerat.Narrat Vergilius in 4.Aeneidos. Gens Theutonum.) Hæc hiſtoria narratur à Valerio Ma-
ximo,libro memorabiliũ ſexto,capite de pudicitia, ſed paulò diuerſius quàm Hieronymus.Ait enim
uxores Cimbrorum à uictore petiſſe, ut uirginibus ueſtalibus dona mitterentur,nec minus caſte,
quàm illas ſe uicturas.Id cum eſſet negatum, mortis conſilium ceperunt. Refert Plutarchus in uita
Marij,& Florus in epitoma Liuianæ hiſtoriæ lib.68.ſi quis fortè plenius de his edoceri cupiet. Ce-
reris ac Veneris) Suſpicor hic ſubeſſe mendum,etiamſi ad hunc modum conſtanter habent exempla-
ria.Arbitror pro Veneris ſcriptum fuiſſe,Veſtæ, quam uocem cum ſciolus ille quiſquis fuit,in ſuo
Catholico non reperiſſet,Veſtam mutauit in Venerem. Siquidem Cereri quoq; à puris mulieribus
ſacra fiebant,adeò ut nefas eſſet uiros intereſſe. Ipſa digitorum coniunctio.) Vt nunc calculis, ita
quondam digitorum notis ſupputabant, ut teſtatur Iuuenalis, Plinius & Donatus in Adelphos Te-
rentij,hoc eſt,explicitis aut contractis digitis,numerum quem uolebant,ſignificabãt.Quæ ratio com-
putandi manet hodie quoq;,ſed diuerſa.Porrò ueteres molliter coniunctis digitis, triginta ſignifica-
bant:reliquis digitis uno ſuperiore preſſis, ſexaginta. Porrò poſt nonaginta nouem, à ſiniſtra ad de-
xtram transferebatur ſupputatio,iiſdemq; digitis, ſed non eadem manu, uelut in circulum computa-
tio recurrebat.Hæc ad hunc locum intelligendum ſatis ſunt.Qui plura uolet cognoſcere,legat noſtra
8 in primum aduerſus Iouinianum librum ſcholia. Herodi impijſſimo.) Chriſtus apud Lucam ad-
monitus ut ſecederet,quod Herodes eum pararet occidere. Ite,inquit, & dicite uulpi illi: Ecce eijcio
dæmonia & ſanitates perficio hodie & cras. Vulpes autem habent ſuas latebras in ſpinetis.Vnde,uul-
pes foueas habent.Mundi amatores neglecto ſermone diuino, in diuitijs acquieſcunt. Publicarum
libidinum uictimas.) Iiſdem uerbis & ſuperius ſignificauit paſſim proſtitutam pudicitiam. Ante
annos plurimos.) Ex hoc loco apparet diuum Hieronymum aliquando Damaſo à ſacris libellis fuiſſe,
quem nunc ſecretarium uocant, in his quæ pertinent ad conſultationes Synodicas. Poſt tantas ru-
des.) Niſi locus deprauatus eſt,ſentit toties libertatem redditam,mortua uxore ſeu marito.Nam ru-
dis,uirga,qua gladiatores miſſionem acipiebant à ſanguinario ludo. Vnde & milites ab onere militiæ
9 dimiſſi,rudiarij uocantur.Fit autem liber maritus, ſi moriatur uxor, & quaſi rude donatur. Quem
quis prior efferret.) Elegantius erat, uter utrum efferret.Quanquam & hæc loquendi forma reperi-
tur apud autores.Cæterum efferret,pro ſepeliret,elegantiſſime dixit. Verum totus hic locus in exem-
plaribus habebatur confuſiſſimus, nec uno modo deprauatus. Nos collatis ac penſiculatis diligẽter
omnibus, ita legendum cenſemus.Poſt tantas rudes,quem quis prior efferret, uicit maritus:& totius
urbis

A urbis populo confluente coronatus,& palmam tenens adoriamq́;,per ſingulos ſibi acclamantes,uxo-
ris multinubæ feretrum præcedebat. Nam ueteres gloriam ſeu uictoriam, adoriam uocabant. Quo
uerbo uſus eſt & in Odis Horatius: ab ador, quod illi far dicebant, & palma uictoris inſigne erat.
Porrò uictori in triumpho incedenti, acclamabatur undique:Io triumphe.Huc lepide alluſit Hiero-
nymus.Feſtiuiter autem nouauit compoſitionē huius uerbi multinubæ,Græcos imitatus, πολυγάμους:
ſicut ſuperius nouam uocem finxit,nuptiator,cum ea nuſquam ſit apud autores. Quarum tibi abū-
dans.) Si liceret ab exemplaribus conſentientibus diſſentire,malim,abunde,legi. In eo facilior eſt.)
10 Nonnulli codices habebant,in eo felicior:utraq; lectio tolerabilis. Erunt duo in carnem unam.) Vi
des Hieronymum non ita citare hunc locum,ut habetur in uulgatis exemplaribus:Erunt duo in car-
ne una,ſed in carnem unam.Sic enim ſcribendum eſſe,ſatis declarat quod ſequitur:Et non in duas nec
in treis.Et Græca reſpondent καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, ut intelligas è duobus, uelut unum hominē
fieri matrimonio.Quanquam hunc locum nonnihil torquet Hieronymus. Quanquam Chriſti con-
ciliabula.) Quid ad hunc locum dicent,qui conciliabulum interpretantur diaboli concilium,quaſi per
contemptum dicatur conciliabulum? Hieremias captiuitate prod.) Hoc legitur apud hunc prophe
tam cap.16. Mortua eſt,inquit.) Et hunc locum nonnihil torquet Hieronymus.Eſt autem apud ip-
ſum prophetam cap.24.Loquutus ſum ergo ad populum mane,& mortua eſt uxor mea ueſpere &c.
11 Nec ducturus uxorem.) Hieremias ducturus erat,niſi fuiſſet prohibitus.Ezechiel duxerat,ſed libera
tus eſt,ut explicaret ænigma. [redacted] Marcion calu[redacted].) Hic hæreſiarcha fuit Cerdonis dogmata ſequutus. Is
duo pri[redacted] pugnantia finxit:eum qui deus eſt legis ac prophetarum, negauit patrem eſſe
Chriſti:quod Chriſti pater bonus eſſet,ille iuſtus eſſet,non bonus:atque ita ſeparauit legem & Euange
lium,quaſi nec ab eodem profecta:& illa eſſet iuſtitiæ,hoc bonitatis.Autor Auguſtinus in libro de hæ
reſibus ad Quoduultdeū. Principio & fine.) Magis arridet quod in ſcriptis inuenio codicibus,prin
cipium & finis: ut eundem deum dicat principium & finem, alpha & ω. Principium in lege Moſai-
ca,finem in Euangelio. Feruente fœcunditate.) Ita habebant exemplaria quæ uiderim. Verum du-
bium non eſt,quin legendum ſit,Fenennæ.Helcana duas habuit uxores,Annam,& Fenennam.Anna
B poſt diutinum tædium ſterilitatis,tandem peperit Samuelem tantum uirum.Hiſtoria eſt in primo Re-
gum libro,cap. primo. Licet monogamia,nos.) μόνος Græce ſolus, γάμος coniugium ſignificat:in-
de monogami,qui ſemel & uni duntaxat nubunt.Nec enim Iſaac aliam habuit uxorem, nec Rebecca
12 alium uirum. Cuius ſolius partus.) Nulli contigit grauidæ,ut dominus prædiceret,quid eſſet futu-
rum:Duo,inquit,populi ex utero tuo diuidentur,& minor ſuperabit maiorem.Et ſola Rebecca per ſe
conſuluit dominum,quid eſſet quod ſentiret infantes in utero concertantes. De ſcorto prophetico.)
Eſt in Oſee de uxore fornicaria & filijs fornicationis. De Annæ conſilio.) Intelligit inutile & perni-
cioſum conſilium.Anna ſoror Didus,apud Verg.in quarto libro Aeneidos, eam impulit in amorem
Aeneæ,prætextu coniugij. Promiſſa Sichei.) Sic habebant omnia exemplaria,uerum Seruius admo
net legendum,Sicheo,pro Sicheio,ut ſit adiectiuum.Hoc admonui,ne quis ſtatim deprauet hunc lo-
cum. Si Timotheo dicitur.) Et huic loco nonnullam uim facit diuus Hieronymus. Nec enim illic
agit Paulus de periculo quod immineat pudicitiæ Timothei,ſed de uiduis,quæ ſint ſuſcipiendæ in cu-
ram eccleſiæ,& eccleſiaſtica ſtipe ſuſtinendæ,nec eſt Græce,deuita,ſed παραιτοῦ, id eſt, reijce ac refuta, ſi-
ue ne admittas. Pyram,gladium & incendium.) Pyram,id eſt,rogum quem Dido domi extruxerat,
ad exurenda monumenta Aeneæ.Gladium, ab illo relictum quo ſe confodit. Et incendium, hoc ex
13 hiſtoria,ut opinor,addidit Hieronymus.Nam Vergilius aliter rem narrat. Sororem mulierem.)
Hoc ſcribit Paulus primo ad Corinthios capite nono quod cum Cephas,reliquiq́; apoſtoli,circunduce
rent mulieres,quæ ſumptus ad Euangelium ſubminiſtrabant,ipſe tamen noluerit idem facere, ut pu-
re prædicaret Chriſtum abſq; ulla quæſtus ſuſpitione. Vnius unciolæ.) Aſſis uncia & cætera hu-
iuſmodi nomina,cōmunia ſunt ad pondera,menſuras & numeros. Malitia ſua.) κακία,quod miſeriam
quoque ſignificat.Malum apud Latinos aliquando ſignificat non uitium,ſed incommodum. Malitia
non item.At κακία apud Græcos utrunq;:& magis conueniebat hic miſeria.Iubet enim, ne ſolicitudi-
ne futuri ſimus miſeri ante tempus,& calamitatem uitæ duplicemus. In nomine domini.) Verba
ſunt Petri ad claudum Actuum capite tertio. De Megarenſibus.) Megara Græca ciuitas, media in-
ter Peloponneſum, Atticam & Bœotiam.Hij quondam male audiebant, id quod declarat & prouer-
bium,quo dictum eſt,Megarenſes neque tertios eſſe,neque quartos, nec in ullo numero. Dictum eſt
14 autem hoc in eos,quo ædificarent magnifice,& ijdem uiuerent uitam uoluptariam:ita fruētes gaudijs
uitæ,quaſi poſtridie è uita migraturi.Auidius enim fruimur ijs,quibus mox circituri ſumus. Qui te-
nebat de medio.) Refert Pauli uerba ex epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes capite ſecundo. Tantum
ut qui tenet nunc,teneat,donec de medio fiat.Hoc quidam de Nerone dictum accipiūt, Hieronymus
alio uidetur deflectere. Reſidemus.) Dixit pro reſidui ſeu reliqui ſumus:unde & reſidem dicimus.

C Inter alpes & Pyrenæum.) Nam Galliarum finis eſt mons Pyrenæus, quà ſpectant Hiſpaniam, Alpibus ab Italia diuiduntur, Rheno à Germania. Et altero latere Tuſcum pelagus attingunt, altero Oceanum, ut refert Pomponius Mela. Sentit igitur uniuerſam Galliam. Quadus, Vuandalus.) Et de nominibus harum gentium, & unde uenerint, magna apud ſcriptores diſſentio eſt. Satis conſtat ex ultimis Germaniæ Galliarumq; finibus exortos: non ſolum Gallias, uerumetiam Italiam, Pãnonias, Hiſpaniam, Græciam peruaſiſſe. De quibus qui plenius uolet cognoſcere, legat ſeptimũ Oroſianæ hi-
15 ſtoriæ librum. Scholijs breuitas conuenit. Et ô lugenda reſpublica.) Hic interpoſuit exclamationẽ, quod ipſe Pannonijs finitimus eſſet, ut teſtatur in Catalogo ſuorum operum, Stridonis oppidum, in quo natus fuit, Pannoniæ Dalmatiæq; confinium fuiſſe, ſubuerſum à Gotthis. Quãquam hic locus mihi non uidetur uacare mendo. Suſpicor legendum: & ô lugẽda res, ac publica, additum fuiſſe à ſcriptore parum erudito. Porrò quod hoſtes hic addidit, quaſi illi hoſtes non fuerint, ad emphaſim facit, eos hoſtes eſſe, quos conueniebat eſſe amicos, utpote Romano ſubditos imperio. Etenim Aſſur uenit.) Retulit locum ex pſalmo octogeſimoſecũdo, ubi commemoratis multis hoſtium nominibus, Idumæis, Iſmahelitis, Moabitis, Agarenis, Gebalitis, Ammonitis, Amalechitis, Alienigenis, Tyrijs, ad ſummam uelut acerrimum hoſtem ſubiecit. Etenim Aſſur, inquit, uenit cum illis. Facti ſunt in adiutorium filijs
16 Lot. Ita dolet Pannonios adiunctos fuiſſe barbaris. Magontiacum.) Extat hodiernis quoque temporibus inclyta ciuitas Magontia, ſiue Magontiacum (utrunque enim apud Oroſium legitur) cum plurimis alijs inſignis dotibus, [redacted]ens, celebri bonarum literarum Gymnaſio nobilis, ac multis adhuc anti[redacted] Poſtremo [redacted] hoc [redacted] clara literis; ſed [redacted] ingenijs [redacted] alios [redacted]ctrinæ genere præſtantes uiros ædidit, tum uero præcipue Theodoricum Greſmundum, homi[redacted] ab ipſa natura ad humanitatem, ad bonas literas, ad eloquentiam illam uere Atticam, ſculptum ac factum. Huic urbi omnes bonarum literarum ſtudioſi, non parum debent, ob egregium illud ac penè diuinum inuentum, ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant. Gens olim annumerata Gallijs, utpote citeriorem Rheni ripam incolens, nunc & ditione, & cultu, & lingua: denique (quod eſt præcipuum) morum quoque humanitate, modeſtia, fide ſic Germana, ut non alia Germa-
17 nior. Extremiq; hominum Morini.) Maronis hemiſtichium retulit ex octauo Aeneidos. Hos Solinus ad Gallicum Oceanum extremos orbis facit, niſi ſequeretur inſula Britannia, uelut alter orbis.
D Extat, imò extabat hoc nomine in Picardia ciuitas epiſcopalis, quam uulgus Terrouanam uocat. Ea cum hæc ſcriberemus, magna ui oppugnabatur à duobus regibus, Henrico octauo Britanniæ principe: & Maximiliano imperatore, adiuuantibus & Burgundionibus noſtratibus. Deditio facta eſt: dimiſſi milites incolumes: poſtea noſtris, opinor, agentibus, oppidum indignè deletum eſt. Tornacus.) Hæc ciuitas, ut in hoc catalogo ſuccedit Morinis, ita in calamitate ſucceſſit. Mox enim à Morinis deletis, Tornacum opulentiſſimum ac florentiſſimum oppidum obſideri cœptum. Et quoniam parum conueniebat inter plebeios & nobiles, deditio facta eſt, ut omnibus ſaluis, in ditionem Britannorum uenirent, ciuitas alioqui libera: cuiuſmodi ſunt aliquot in confinijs Francicæ ditionis, & Burgundicæ. Sed quoniam uidebantur ſemper in Gallos propenſiores fuiſſe, quàm in noſtros, & quia bellum oppidum, bello tentatum eſt, non euerſum. Tenetur etiamnum ab Anglis. Atque utinam Chriſtiani principes, quos maximè conueniebat autores pacis eſſe, ſi modo uere Chriſto adhærerent, uel decimã partem earum pecuniarum, ſolicitudinum, laborum, periculorum inſumerẽt ad pacem tuendã, ad Remp. benè adminiſtrandam, quæ nunc in teterrimum bellum inſumunt, nimirum aut nulla eſſent bella, aut certe pauciſſima. Nemo neſcit, Morinum alterum minoris extrui potuiſſe, quàm obſeſſum fuit: & tamẽ uix duos menſes ea durauit obſidio. Nec unquam ad manus uentum eſt, neque enim unicum illud prælium, quo proceres aliquot Gallorum in Britanniam abducti ſunt, nominatim eximius iuuenis, dux Longeuillenſis, & præfectus Claremontanus, prælium appellari poteſt. Verum hæc aliâs de-
18 plorabimus, nunc ſcholiorum meminiſſe præſtiterit. Nouemq; populorum.) At Plinius plures etiam commemorat Lugdunenſis Galliæ populos. Irruptionis Cimbricæ.) De qua ſuperius dictum eſt, cum de Theutonibus loqueremur à Mario deuictis. Nemetæ.) Hos nunc Spirenſes eſſe, doctorum cenſensus eſt. Vrbs hodie inter Germanicas haudquaquam poſtremi nominis: neq; ſolum epiſcopali ſede inſignis, uerumetiam templo admirandæ ſtructuræ, & regum Germaniæ ſepultura nobilitata. Argentoratus.) Hæc ciuitas hodie inter Germanicas uel florentiſſima eſt, non ſolum opibus ac non Rheno tantum præterfluente, libertate perpetua, diuturna pace, qua iam olim ſub clementiſſimo Cæſare Maximiliano ſemper Auguſto, fruuntur: uerum multo magis ciuium moribus, magiſtratuum prudentia, ſimul & integritate: quorum opera fit, ut quemadmodum olim à Maſſilienſium, ita nunc ab Argentoratorum republica, uniuerſa uirtutum & rectæ inſtitutæ ciuitatis exempla petere poſſis. Ad hæc, quod ego ſanè uel in prima nobilitatis parte poſuerim, in nulla gente plus honoris habetur, uel egregiæ uirtuti, uel excellentibus ingenijs. Vnde fit, ut non alia magis abundet ſummis uiris, in quibus & eruditionem commendat morum integritas, & morum integritatem ornat eruditio. Vulgò nunc Strasburgum appellãt, nõnulli Argentinam: cui ſi quis ex re nomen cõmutare uelit, non

A lit,non abs re dixerit Aurẽtinam.Huius nunq́ ſatis laudatæ urbis,laudibus diutius immorari liberet, niſi uererer,ne quis me dicat Scholiorum oblitum,ſcribere Panegyricum. Vangiones.) Hos pleri-que Vuormacienſes uideri uolunt. Romã Brennus.) Brennus dux erat Gallorũ,à quibus olim Ro-
19 ma capta fuit.Sed hos Camillus,dum aurũ quod erat pactũ appẽderetur,expulit urbe.Narrat Plutarchus in uita Camilli,& Liuius primæ Decadis libro quinto. Gallogræciam.)Quã alio nomine Galatiam uocant,Græciæ pars eſt,quam Galli occuparant. Semibarbari proditoris.) Niſi fallor,intelligit Rufinũ,aut certe Stiliconẽ,de quo ſuperius dictum eſt.Eundẽ notauit in epiſtola ad Demetriadem.

Hannibal de Hiſpaniæ finibus.) Primum eñ transſito cõtra fœdus Ibero flumine,Saguntũ Hiſpaniæ oppidum,Romanis ſocietate iunctũ,expugnauit.Cæterũ ipſum Hannibalẽ tempeſtatem uocat. Quod autem hic narrat Hieronymus,id accidit poſt Cannẽſem pugnam,in qua ceciderunt Romanorum quadragintaquinq́ milia.Tantaq́ Romæ cõſternatio fuit,ut ſi Hannibal Maharbalis conſilium ſequutus,cum uictore exercitu rectà Romam,quæ iam in conſpectu erat,perrexiſſet,actum fuiſſet de imperio Romano.Vnde cum pœniteret Hannibalem,quod ea nõ eſſet uſus occaſione, dictũ eſt illud: Vincere ſcis Hannibal,uictoria uti neſcis.Aut potius cũ uia Appia profectus ad Anienem fluuium tertio ab urbe miliario conſedit,magna omniũ conſternatione.Sed religione quadã abſtinuit, quod diceret capiendæ urbis,modo non dari uoluntatẽ,modo non dari facultatẽ,ut teſtatur & Oroſius. Pyr-
20 rhum tanta.) Hic rex fuit Epirotarũ,longo bello conflictatus cum Romanis;qui ad uigeſimũ ab urbe lapidem caſtra poſuit. Olim à mari Pontico.) Locus hic nonnihil uidetur deprauatus,quamuis cõſentiunt exemplaria,quæ quidem uiderim.Arbitror ita fuiſſe ſcriptum à Hieronymo, Olim à mari Põtico,uſq́ ad Alpes Iulias,nõ ſunt noſtra,quæ noſtra ſunt:& per annos triginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani imperij regionibus pugnatur. Aruerunt &c.) Oſtendit enim hoc malum tã diutinum eſſe ac uetus,ut exhauſtæ ſint lachrymæ longo fletu. Alter toto orbe.) Hannibalem intellige, qui apud Pruſiam Bithyniæ regem ueneno ſe peremit,cum depoſceretur à Romanis. Bonos exitus.) Id eſt,iuſtos.Nam Hannibal crudelis male perijt:alter ob reuerentiã Romanæ urbi habitam, in regno occubuit.Aut bonos,id eſt,felices:quia neuter uicit Romam.Nam hoc explicant quæ ſequun-
21 tur:Et utriuſq́ prouinciæ Romani populi uectigales ſunt. Ardens poëta.) Id eſt, Lucanus, quod ſit cõcitatus & uehemens. Non mihi ſi linguæ centum.) Maronis carmeñ,mutatis aliquot uerbis, ad ſuam accõmodauit ſententiã. Fugiturum an pugna.)Elegans dilemma,quanq́ id quod inferendum erat,cogitationi relinquit,ut ſit atrocius.Eſt enim & hoc rhetorici ſchematis genus. Pro feſcẽnino.)
B Id eſt,pro nuptiali carmine:de quo ſuperius dictũ eſt. Quæ ocioſæ & curioſæ.) His uerbis deſcribit Paulus uiduas,quæ non ſunt uere uiduæ. Malarum ſocietate palpentur.) Id eſt,demulceantur.Vnde & palpones uocamus adulatores,quod adulãtes caput demulceant,& eodẽ modo blandimur equis. Subeſt autẽ ſententia,quæ uulgò tritiſſima eſt,miſerũ eſſe ſolatij genus,ſocium habere miſeriæ.

[redacted]

ALIVD. In eadẽ ſcribit,laicos eadẽ lege teneri,qua ſacerdotẽ,nempe monogamiæ. Quod non accipi debet ueluti decretũ,ſed uelut ab argumentante dictum ad præſentem utilitatem cauſæ.

ALIVD. In Paulo duas ponit uoluntates.Alteram,qua uoluit id quod uere probauit,hoc eſt,monoganiam.Alteram,qua nolens uoluit,hoc eſt,permiſit quod non probauit,ne quid deterius accideret,ut digamiam.Sed hiſce de rebus plura dicemus in libros aduerſus Iouinianum.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad preces amici Gaudentij,docet quibus rudimentis imbuẽda ſit rudis ætas puellæ,uirginitati deſtinatæ,priuſquam boni maliq́ diſcrimen nouerit.

C HIERONYMVS AD GAVDENTIVM DE
Pacatulæ infantulæ educatione.

1 CAuſa difficilis paruulæ ſcribere, quæ non intelligit quid loquaris: cuius ani-
mum neſcias: de cuius uoluntate periculoſe promittas: ut ſecundum præclari
oratoris exordium: ſpes in ea magis laudanda ſit, quàm res. Quid enim horte-
ris ad continentiam, quæ placentas deſiderat? quæ in ſinu matris garrula uo-
ce balbutit: cui dulciora ſunt mella, quàm uerba? Audiat profunda Apoſtoli quæ anili-
bus magis fabulis delectatur? Prophetarum ænigmata ſentiat, quam triſtior gerulæ ul-
tus exagitat? Euangelij intelligat maieſtatem, ad cuius fulgura omnis mortalium ſenſus
hebetatur? Vt parenti ſubijciatur horter, quæ manu tenera ridentem uerberat matrem?
Itaq; Pacatula noſtra hoc epiſtolium poſt lectura ſuſcipiat. Interim modo literarum elemẽ-
ta cognoſcat: iungat ſyllabas, diſcat nomina, uerba cõſociet: atque ut uoce tinnula iſta me-
ditetur, proponantur ei cruſtula, mulſa præmia: & quicquid guſtu ſuaue eſt, quod uernat
2 in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in puppis, acceptura feſtinet. Interim
& tenero tentet pollice fila ducere: rumpat ſæpe ſtamina, ut aliquando non rumpat: poſt
laborem luſibus geſtiat: de matris pendeat collo, rapiat oſcula propinquorum: pſalmos
mercede decantet: amet quod cogitur diſcere, ut non opus ſit, ſed delectatio: non neceſſi-
tas, ſed uoluntas. Solent quædam, cum futuram uirginem ſpoponderint, pulla tunica eã
induere, & fuluo operire pallio, auferre linteamina, nihil in collo, nihil in capite auri ſine-
re: reuera bono conſilio, ne habere diſcat in tenero, quod poſtea ponere cõpellatur. Alijs
uero econtra uidetur. Quid enim, aiunt, ſi ipſa non habuerit, habentes alias non uidebit?
φιλόκοσμον genus fœmineum eſt, multasq; etiam inſignis pudicitiæ, quamuis nulli uiro-
rum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari. Quin potius habendo ſatietur: & cernat laudari
D alias, quæ iſta non habeant. Meliusq; eſt, ut ſatiata contemnat, quàm non habendo ha-
bere deſideret. Tale uero quid & Iſraëlitico feciſſe populo dominum, ut cupientibus Ae-
gyptias carnes, uſque ad nauſeam & uomitum præberet examina coturnicum: multosq;
ſeculi prius homines, [redacted]
pelle circũdatus, non quærat uirginitatis & æternæ pudicitiæ nuditatẽ, quam ſemel habe-
re deſiuit, ſed utatur uaſe ſuo in ſanctificatione & pudicitia, bibatq; de fontibus ſuis, & nõ
3 quærat ciſternas luparũ diſſipatas, quæ puriſſimas aquas pudicitiæ cõtinere nõ poſſunt.
Vnde & idem Paulus in eodem capitulo, de uirginitate & nuptijs diſputans, ſeruos car-
nis uocat in matrimonio conſtitutos. Liberos eos, qui abſq; iugo nuptiarũ, tota domino
ſeruiunt libertate. Quod loquimur, non in uniuerſum loquimur, ſed in parte tractamus:
nec de omnibus: ſed de quibuſdam dicimus. Ad utrumq; enim ſexum, non ſolum ad uas
infirmum

A infirmum,noſter ſermo dirigitur. Virgo es,quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilem & ſubtilem ratem magnis cōmittis fluctibus,& grande periculum nauigationis incertæ ſecurus aſcendis? Neſcis quid deſideres,& tamē ſic eis iungeris,quaſi aut ante deſideraueris,aut (ut leuiſſime dicam) poſtea deſideraturus ſis. Sed ad miniſterium iſte ſexus eſt aptior. Elige ergo anū deformem:elige probatæ in domino cōtinentiæ. Quid te adoleſcētula,quid pulchra,quid luxurioſa delectat? Vteris balneis,cute nitida,rubicūdis genis incedis,carnibus ueſceris,affluis diuitijs,precioſa ueſte circūdaris,& iuxta ſerpentē mortiferum ſecure dormire te credis? At nō habitas in eodē hoſpitio. In nocte duntaxat. Cæterū totos dies in huius cōfabulatione conſumis. Quare ſolus cū ſola,& nō cum arbitris ſedes: ut cum ipſe non pecces,alijs peccare uidearis:ut exemplo ſis miſeris,qui nominis tui autoritate delinquāt? Tu quoq; uirgo uel uidua,cur tam longo ſermone uiri retineris? Cur cū ſolo relicta nō metuis? Saltem alui te,& ueſicæ cogat neceſſitas, ut exeas foras:ut deſeras in hac re eum,cū quo licētius,quàm cum germano:multo inuerecūdius,quàm cū marito egiſti. Sed de ſcripturis ſanctis aliquid interrogas. Interroga publice,audiant pediſſequæ, audiant comites tuæ. Omne quod manifeſtatur,lux eſt. Bonus ſermo ſecreta nō quærit, quin potius delectatur laudibus ſuis,& teſtimonio plurimorum. Magiſter egregius contemnit uiros,deſpicit fratres,& in unius mulierculæ ſecreta eruditione deſudat. Declinaui parumper de mea diſputatione,aliorū occaſione:& dum infantē Pacatulā inſtituo,imò et nutrio, multarū ſubito mihi male pacatarū bella ſuſcepi. Reuertar ad ꝓpoſitū. Sexus fœmineus ſuo iungatur ſexui: neſciat, imò timeat cū pueris ludere. Nullū impudicū uerbū nouerit. Et ſi fortè in tumultu familiæ diſcurrētis aliquid audiat,nō intelligat. Matris nutum pro uerbis ac monitis,& pro imperio habeat. Amet ut parentē, ſubijciatur ut dominæ,timeat ut magiſtrā. Cum aūt uirgunculā rudem & edentulam,ſeptimus ætatis annus

B exceperit,& cœperit erubeſcere:ſcire quid taceat,dubitare qđ dicat,diſcat memoriter pſalterium,& uſq; ad annos pubertatis libros Solomonis,Euāgelia,Apoſtolos & prophetas ſui cordis theſaurū faciat. Nec liberius procedat ad publicū,nec ſemper eccleſiarū quærat celebritatem. In cubiculo ſuo totas delitias habeat. Nunq; iuuēculos, nunq; cincinnatos uideat,uocis dulcēdines per aurem animā uulnerātes,puellarumq; laſciuia repellat. Quæ quanto licētius adeunt,tanto difficilius euitātur:& quod didicerunt,ſecreto docēt,incluſamq; Danaën uulgi ſermonibus uiolant. Sit ei magiſtra comes,pædagoga cuſtos: Non multo uino dedita:nō iuxta Apoſtolū ocioſa atq; uerboſa,ſed ſobria,grauis,lanifica:et ea tantum loquēs,quæ animū puellarē ad uirtutem inſtituat. Vt enim aqua in areola digitū ſequitur præcedentē,ita ætas mollis & tenera in utrāq; partem flexibilis eſt, & quocunq; duxeris,trahitur. Solent laſciui & comptuli iuuenes blādimentis,affabilitate,munuſculis, aditum ſibi per nutrices aut alumnas quærere. Et cū clemēter intrauerint,de ſcintillis incēdia concitare,paulatimq; proficere ad impudētiam:& nequaq; poſſe prohiberi, illo in ſe uerſiculo comprobato: Aegre reprehendas,quod ſinis cōſueſcere. Pudet dicere,& tamē dicendum eſt: Nobiles fœminæ,quæ nobiliores habuere neglectui procos,uiliſſimæ cōditionis hominibus & ſeruulis copulātur,ac ſub nomine religionis & umbra cōtinentiæ, interdum deſerunt uiros Helenæ,ſequūtur Alexandros,Menelaos pertimeſcūt. Vident hæc,planguntur,& nō uindicātur:quia multitudo peccātium,peccandi licētiam ſubminiſtrat. Proh nefas,orbis terrarū ruit,in nobis peccata non ruunt. Vrbs inclyta & Romani imperij caput,uno hauſta eſt incendio. Nulla eſt regio,quæ nō exules Romanos habeat. In cineres ac fauillas ſacræ quondā eccleſiæ cōciderunt,& tamen ſtudemus auariciæ. Viuimus quaſi altera die morituri, & ædificamus quaſi ſemper in hoc ſeculo uicturi. Auro parietes,auro laquearia,auro fulgent capita columnarū,& nudus atq; eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. Legimus Aaron pontificē iſſe obuiā furētibus flammis,& accenſo thuribulo,dei iram cohibuiſſe. Stetit inter mortē & uitā ſacerdos magnus,

i 3 nec

C nec ultra ueſtigia eius ignis procedere auſus eſt. Moyſi loquitur deus: Dimitte me, & dele
bo populum iſtum. Quādo dicit: dimitte me, oſtendit ſe teneri poſſe, ne faciat quod mina-
tus eſt. Dei enim potentiā, ſerui preces impediebāt. Quis putas ille ſub cœlo eſt, qui nunc
iræ dei poſſit occurrere? qui obuiare flāmis? & cum Apoſtolo dicere: Optabam ego ana-
thema eſſe pro fratribus meis? Pereunt cum paſtoribus greges, quia ſicut populus, ſic ſa-
cerdos. Moyſes cōpaſſionis loquebatur affectu: Si dimittis populo huic, dimitte: ſin autē,
dele me de libro tuo. Vult perire cū pereuntibus, nec propria ſalute contentus eſt. Gloria
quippe regis, multitudo populi. His Pacatula noſtra nata eſt tēporibus. Inter hæc crepun
dia primam carpit ætatem, ante lachrymas ſcitura, quàm riſum: prius fletum ſenſura, quā
gaudium. Necdum introitus, iam exitus. Talem ſemper putet fuiſſe mundū: Neſciat præ-
terita, fugiat præſentia, futura deſideret. Hæc ut tumultuario ſermone dictarem, & poſt
neces amicorum, luctumq́ perpetuū, infanti ſenex longo poſtliminio ſcriberem, tua Gau
denti frater impulit charitas: maluiq́ parum, quàm nihil omnino poſcenti dare; quia in al
tero uoluntas oppreſſa luctu, in altero amicitiæ diſſimulatio eſt.

SCHOLIA.

CAuſa difficilis.) Cauſam pro re, ſiue negocio poſuit. Oratoris exodium.) Ita uocat ſenten
1 tiam celebratam: ſumpta metaphora à cantoribus. Quæ placentas deſiderat.) Infantulis
placentula, cruſtulóue blandiri mos erat. Nec is cibus faciebat ad continentiam. Hoc epi-
ſtolium.) Diminuit, ſicut Pacatula diminutiuum eſt nomen. Interim modo.) Modo, pro
tantūmodo dixit. Cruſtula.) Panis genus erat. Sic & Horatius: Vt pueris quondam dant cruſtula
blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Mulſa præmia.) Quidā codices habēt, mulſipre-
2 ma, ut intelligas oſſulas mulſo intinctas, quanq́ mulſo quoq́ puellis blandiebātur. Quod blāditur
in puppis.) Puppæ factitiæ quædam erant imagunculæ puellarū, quibus oblectatur ætas prima puel
larum. Perſius: Nempe id quod Veneri donatæ à uirgine puppæ. Furuo operire pallio.) Furuū
D nigrum eſt, ſiue fuſcum, ut & pullum. Auferre linteamina.) Et hic uides linteorū uſum olim in de-
litijs fuiſſe: ſicut admonuimus alibi. φιλόκοσμον genus fœmineū.) κόσμος ornatus, ſiue mundus repoſi
tus, & φιλῶ amo. Hinc φιλόκοσμος, ſtudioſus & auidus ornatus. Illos uitare pœnitendo.) Qui guſta-
3 uerunt uoluptatem, dum pœnitet guſtaſſe, magis uitāt inſidioſam dulcedinē. Ciſternas luparum.)
Lupas meretrices & proſtibulas appellat. Virgo es.) Iuxta Pauli ſententiā diſtinguit uocabulū uir-
ginis & mulieris. Diuiſa eſt mulier & uirgo. Incluſamq́ Danaën.) Danaën puellam ne uiolaretur,
pater Acriſius æreæ turri incluſerat. Hanc Iuppiter per impluuium illapſus, ſpecie imbris aurei corru
pit. Hieronymus accōmodat fabulam ad uirginem, quæ domi incluſa alitur. Aqua in areola.) Sen-
4 tit de areolis hortorum, in quibus ſulco facto, digiti ductu ſequitur quò uelis aqua. Et cum clemen
ter.) Id eſt, blande & comiter. Aegre reprehendas.) Trimeter eſt iambicus, quo uſus eſt & alibi.
Habuero neglectui procos.) Quædam exemplaria habebant, nobiliores habituræ procos: utraq́ le
ctio probe quadrat. Deſerunt Helenæ.) Helenas uocat, quæ illius Græcæ Helenæ exemplo, Mene-
laum, hoc eſt, proprium maritum deſerentes, Alexandrum ſiue Paridem, hoc eſt, adulterum ſequūtur.
Viuimus quaſi altera die.) Hoc dictum eſt in gentem quandam: ſic auidæ rapiunt occaſionem uo-
luptatum, quaſi poſtridie his cari turi: ſic ædificant, quaſi ſemper uicturi.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulinus iuuenis eloquens & monachus, ut tum quidem erant monachi, Hieronymum literis, cum
alijs nominibus, tum his præcipue laudarat, quod ſenex in ſanctis ageret locis. Miſerat unà librum, quē
in defenſionem Theodoſij imperatoris ſcripſerat: rogans ut ſibi præſcriberet, quam uitæ formam po-
tiſſimum ſequi deberet. Hunc igitur collaudatum ob inſignem eloquentiam, hortatur ut arcanarum
literarum ſcientiam adiungat. Hic Paulinus, Paulæ, ni fallor, cognatus, poſtea Nolanæ ciuitatis epiſco
pus fuit: ut teſtatur Gennadius. Puto diuerſum ab eo, quem diuus Hieronymus in epitaphio Mar-
cellæ, teſtatur Antiochenæ in Syria epiſcopum fuiſſe: à quo Romam cum Epiphanio retractus eſt,
cuius meminit & in Epitaphio Paulæ.

HIERONYMVS AD PAVLINVM DE inſtitutione monachi.

BOnus homo, de bono cordis theſauro profert ea quæ bona ſunt: & ex fructi-
bus arbor cognoſcit. Metiris nos uirtutibus tuis, & paruos magnus extollis:
ultimamq́ partem conuiuij occupas, ut patrisfamilias iudicio prouueharis. Quid
enim in nobis, aut quantulum eſt, ut doctæ uocis mereamur præconiū? Vt illo
ore quo

A ore quo religioſiſſimus princeps defenditur,humiles modiciq; laudemur? Noli igitur fra
ter chariſſime,annorum nos æſtimare numero:nec ſapientiam canos reputes,ſed canos ſa
pientiam,Solomone teſtante:Cani hominis prudentia eius. Nam & Moyſes ſeptuaginta
presbyteros iubetur eligere,quos ipſe ſciret eſſe presbyteros:utiq; non æuo , ſed pruden-
tia iudicandos.Et Daniel adhuc puer,longæuos iudicat, atq; impudicos ſenes ætas laſci-
ua condemnat.Noli,inquam:fidem penſare temporibus:nec me idcirco meliorem putes,
quod prior in Chriſti exercitu cœperim militare. Paulus apoſtolus , & uas electionis de
perſequutore mutatus,nouiſſimus in ordine , primus in meritis eſt : quia extremus licet,
plus omnibus laborauit.Iudas qui quondam audierat:Tu autem homo,qui ſimul mecũ
dulces capiebas cibos,dux meus & notus meus, in domo dei ambulauimus cum conſen-
ſu,proditor amici & magiſtri:Saluatoris arguitur uoce,& nodum informis lœti, trabe ne
ctit ab alta.Econtrario latro crucem mutat paradiſo,& facit homicidij pœnam martyriũ.
Quanti hodie diu uiuendo portant funera ſua,& quaſi ſepulchra dealbata,plena ſunt oſ-
ſibus mortuorum? Subitus calor,longum uincit teporem.Denique & tu , audita ſenten-
tia Saluatoris:Si uis perfectus eſſe,uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus,&
ueni ſequere me:uerba uertis in opera,& nudam crucem nudus ſequens,expeditior & le-
uior ſcandis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cum animo:nec pleno marſupio,glorioſas ſor
des appetis:ſed puris manibus & candido pectore,pauperem te & ſpiritu & operibus glo
riaris.Nihil eſt enim grande,triſti & lurida facie,uel ſimulare,uel oſtentare ieiunia, poſſeſ-
ſionum redditibus abundare,& uile iactare palliolum.Crates ille Thebanus,homo quon
dam ditiſſimus:cum ad philoſophandum Athenas pergeret,magnum auri pondus abie-
cit.Nec putauit ſe ſimul poſſe & uirtutes & diuitias poſſidere.Nos ſuffarcinati auro,Chri
ſtum pauperem ſequimur:& ſub prætextu eleemoſynæ,priſtinis opibus incubantes,quo
modo poſſumus aliena fideliter diſtribuere,qui noſtra timide reſeruamus? Plenus uenter
B facile de ieiunijs diſputat.Non Hieroſolymis fuiſſe,ſed Hieroſolymis bene uixiſſe,laudã-
dum eſt.Illa expetenda eſt ciuitas,non quæ occidit prophetas, & Chriſti ſanguinem fudit
ſed quam fluminis impetus lætificat : quæ in monte ſita , cælari non poteſt : quam ma-
trem ſanctorum Apoſtolus clamitat: In qua ſe municipatum cum iuſtis lætatur habere.
Neq; uero hoc dicens,memetipſum inconſtantiæ redarguo,damnoq; quod facio:ut fru-
ſtra uidear ad exemplum Abraham,& meos & patriam reliquiſſe:ſed nõ audeo dei omni
potentiam anguſto fine concludere,& coartare paruo terræ loco,quem nõ capit cœlum.
Singuli quiq; credentium,non locorum diuerſitatibus,ſed fidei merito ponderantur. Et
ueri adoratores,neq; Hieroſolymis , neq; in monte Gazarim adorant patrem : quia deus
ſpiritus eſt , & adoratores eius in ſpiritu & ueritate adorare oportet. Spiritus ſpirat ubi
uult.Domini eſt terra & plenitudo eius.Poſtq; ſiccato Iudææ uellere,uniuerſus orbis cœ
leſti rore perfuſus eſt,& multi de Oriẽte & Occidẽte uenientes,recubuerunt in ſinu Abra
hæ:deſijt notus eſſe tantũ in Iudæa deus,& in Iſraël magnũ nomen eius:ſed in omnẽ ter-
ram exiuit ſonus apoſtolorũ,& in fines orbis terræ uerba eorũ.Saluator ad diſcipulos lo-
quens cũ eſſet in templo:Surgite,inquit,abeamus hinc.Et ad Iudæos:Relinquetur uobis
domus ueſtra deſerta.Si cœlum & terra tranſibunt , utiq; tranſibunt omnia quæ terrena
ſunt.Et crucis igitur & reſurrectionis loca proſunt his,qui portant crucẽ ſuã,& cum Chri
ſto reſurgunt quotidie,qui dignos ſe tãto exhibẽt habitaculo.Cæterũ qui dicũt: Tẽplum
domini,templũ domini:audiant ab Apoſtolo:Vos eſtis templum domini,& ſpiritus ſan-
z ctus habitat in uobis.Et de Hieroſolymis & de Britãnia æqualiter patet aula cœleſtis: Re-
gnũ eñ dei intra uos eſt.Antonius,& cũcta Aegypti,& Meſopotamiæ,Ponti,Cappado-
ciæ,& Armeniæ examina monachorũ,nõ uidere Hieroſolymã:& patet illis abſq; hac ur-
be paradiſi ianua.Beatus Hilarion:cũ Palæſtinus eſſet,& in Palæſtina uiueret, uno tantũ
die uidit Hieroſolymã,ut nec cõtemnere loca ſancta propter uiciniam,nec rurſus dominũ

C loco claudere uideretur. Ab Hadriani tẽporibus uſq; ad imperium Conſtãtini, per annos
circiter centũ octoginta, in loco reſurrectiõis ſimulacrũ Iouis: in crucis rupe, ſtatua ex mar
more Veneris à gẽtibus poſita colebat̃, exiſtimãtibus perſequutionis autoribus, qđ tolle-
rẽt nobis fidẽ reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. Bethlehẽ nũc no
ſtram, & anguſtiſſimũ orbis locum, de quo pſalmiſta canit: Veritas de terra orta eſt, lucus
3 inumbrabat Thamus, id eſt, Adonidis: & in ſpecu, ubi quondã Chriſtus paruulus uagijt,
Veneris amaſius plangebatur. Quorſum, inquies, hæc tam longo repetita principio? Vi-
delicet ne quicq; fidei tuæ deeſſe putes, quia Hieroſolymã nõ uidiſti: nec nos idcirco melio
res exiſtimes, quod huius loci habitaculo fruimur: ſed ſiue hic, ſiue alibi, ęqualẽ te pro ope
ribus tuis apud dñm noſtrũ habere mercedem. Re uera, ut ſimpliciter motus mentis meæ
fatear, cõſiderans & propoſitum tuum, & ardorem quo ſeculo renunciaſti: differentias in
locis arbitror, ſi urbibus & frequẽtia urbium derelicta, in agello habites, & Chriſtũ quæ-
ras in ſolitudine, & ores ſolus in mõte cum Ieſu, ſanctorumq; tãtum locorũ uicinitatibus
perfruaris, id eſt, ut & urbe careas, et propoſitũ monachi nõ amittas. Quod loquor, nõ de
epiſcopis, nõ de preſbyteris, nõ de clericis loquor, quorũ aliud officiũ eſt: ſed de monacho,
& monacho quondã apud ſeculum nobili: qui idcirco precium poſſeſſionum ſuarum ad
pedes apoſtolorum poſuit, docens pecuniam eſſe calcandam, ut humiliter & ſecretò uicti
tans, ſemper contemnat quod ſemel contempſit. Si crucis & reſurrectionis loca non eſſent
in urbe celeberrima, in qua curia, in qua aula militum, in qua ſcorta, mimi, ſcurræ, & om-
nia ſunt, quæ ſolent in cæteris urbibus: uel ſi monachorum turbis ſolũmodo frequentare
tur, expetendum re uera huiuſcemodi cunctis monachis eſſet habitaculũ. Nunc uero ſum
mæ ſtulticiæ eſt renunciare ſeculo, dimittere patriam, urbes deſerere, monachum profite-
ri, & inter maiores populos peregre uiuere, quàm eras uicturus in patria. De toto huc or-
be cõcurritur. Plena eſt ciuitas uniuerſi generis hominũ: & tanta utriuſq; ſexus conſtipa-
D tio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum ſuſtinere cogaris. Quia igitur fraterne in-
terrogas, per quã uiam incedere debeas, reuelata tecum facie loquar. Si officium uis exerce
re presbyteri, ſi epiſcopatus te, uel opus, uel honor fortè delectat, uiue in urbibus & caſtel
lis, & aliorum ſalutẽ, fac lucrum animæ tuæ. Sin autẽ cupis eſſe, quod diceris monachus,
id eſt, ſolus: quid facis in urbibus, quæ utiq; nõ ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum?
Habet unumquodq; propoſitum principes ſuos. Romani duces imitentur Camillos, Fa-
britios, Regulos, Scipiones. Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonẽ,
Ariſtotelem. Poëtæ æmulentur Homerum, Vergilium, Menandrum, Terentiũ. Hiſtori-
ci, Thucydidem, Saluſtium, Herodotum, Liuiũ. Oratores, Lyſiam, Gracchos, Demoſthe-
nem, Tullium. Et ut ad noſtra ueniamus, epiſcopi & presbyteri habeant in exemplum
apoſtolos, & apoſtolicos uiros: quorum honorem poſſidentes, habere nitantur & meri-
tum. Nos autem habeamus propoſiti noſtri principes, Paulos & Antonios, Iulianos, Hi-
larionem, Macarios. Et ut ad ſcripturarum autoritatem redeam, noſter princeps Helias,
noſter Heliſæus, noſtri duces filij prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudinibus,
& faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis. De his ſunt & illi filij Rechab, qui ui-
num & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui dei per Hieremiam uoce
laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de ſtirpe eorum uir ſtans coram domino.
Hoc reor & ſeptuageſimi pſalmi titulum ſignificare: Filiorum Ionadab, & eorum qui pri-
mi in captiuitatem ducti ſunt. Iſte eſt Ionadab filius Rechab, qui in Regnorum libro ſcri-
bitur currum aſcendiſſe cum Hieu. Et huius filij ſunt, qui in tabernaculo ſemper habitan
tes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hieroſolymam intrare com-
pulſi, hanc primi captiuitatem ſuſtinuiſſe dicuntur, quod poſt ſolitudinis libertatẽ, urbe
quaſi carcere ſunt recluſi. Obſecro itaq; te, ut quoniã ſanctę ſororis tuæ ligatus es uinculo
& nõ penitus expedito pergis gradu, ſiue hic, ſiue ibi, multitudines hominũ & officia & ſa

lutationes

A lutationes & conuiuia, ueluti quaſdam catenas fugias uoluptatum. Sit uilis ueſpertinus cibus, holera & legumina: interdumq; piſciculos, pro ſummis ducas delitijs. Qui Chriſtū deſiderat, & illo pane ueſcitur: nō quærit magnopere de quàm precioſis cibis ſtercus con-ficiat. Quicquid poſt gulam non ſentitur, idem tibi ſit quod panis & legumina. Habes ad-uerſus Iouinianū libros de cōtemptu uentris & gutturis plenius diſſerētes. Semper in ma-nu tua ſacra ſit lectio. Frequenter orandum flexo corpore, mens erigenda ad dominum. Crebræ uigiliæ, & uentre uacuo ſæpius dormiendū. Rumuſculos & gloriolas & palpan-tes adulatores, quaſi hoſtes fuge. Pauperibus & fratribus, refrigeria ſumptuū manu pro-pria diſtribue. Rara eſt in hominibus fides. Non credis uerū eſſe quod dico? Cogita Iudæ loculos. Humilitatem ueſtium tumenti animo nō appetas. Secularium, & maxime poten-tium conſortium deuita. Quid tibi neceſſe eſt ea uidere crebrius, quorum contemptu mo-nachus eſſe cœpiſti? Soror præcipue tua, matronarum declinet cōſortia. Nec inter ſericas ueſtes & gemmas circūſedentium fœminarum ſe ſordidatam, aut doleat, aut miretur: quia

4 alterū propoſiti pœnitentia, alterum iactantiæ ſeminariū eſt. Caue ne quaſi fidelis & famo ſus tuorū quondam diſpenſator, alienam pecuniam diſtribuendā accipias. Intelligis quid loquar. Dedit enim tibi dominus in omnibus intellectū. Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiq; machineris dolos: & ſerpentis aſtutiam, ne aliorū ſupplanteris inſidijs: Nō multū diſtat in uitio, uel decipere poſſe, uel decipi Chriſtianū. Quem ſenſeris tibi aut ſemper aut crebro de nummis loquentem, excepta eleemoſyna, quæ indifferenter omnibus patet, in-ſtitorem potius habeto, quàm monachū. Præter uictum & ueſtitum & manifeſtas neceſſi-tates, nihil cuiq; tribuas, ne filiorum panem canes comedāt. Verum Chriſti templi anima credentis eſt: illam exorna, illam ueſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe. Quæ uti-litas eſt parietes fulgere gemmis, & Chriſtum in paupere fame periclitari? Iam nō ſunt tua quæ poſſides, ſed diſpenſatio tibi credita eſt. Memēto Ananiæ & Saphiræ. Illi ſua timide

B ſeruauerunt: tu conſidera, ne Chriſti ſubſtantiā imprudēter effundas, id eſt, ne immodera-to iudicio rem pauperū tribuas, non pauperibus, & ſecundum dictum prudentiſſimi uiri,

5 liberalitate liberalitas pereat. Noli reſpicere ad phaleras & nomina uana Catonum. Ego te, inquit, intus & in cute noui. Eſſe Chriſtianū grande eſt, non uideri. Et neſcio quomodo plus placent mundo, qui Chriſto diſplicent. Hæc non, ſicut aiunt, Sus mineruā, ſed ingre-dientem pelagus, amicus amicū monui, malens à te facultatē meā requiri, quàm uolunta-tem: ut in quo ego lapſus ſum, tu firmo pergeres gradu. Librum tuum, quē pro Theodo-ſio principe prudenter ornateq; compoſitum tranſmiſiſti, libenter legi, & præcipue mihi in eo ſubdiuiſio placuit. Cumq; in primis partibus uincas alios, in penultimis teipſum ſu-

6 peras. Sed & ipſum genus eloquij preſſum eſt & nitidum: & cū Tulliana luceat puritate, crebrum eſt in ſentētijs. Iacet enim (ut ait quidam) oratio, in qua tantum uerba laudātur. Præterea magna eſt rerum cōſequentia, & alterum pendet ex altero. Quicquid aſſumpſe-ris, uel finis ſuperiorum, uel initium ſequentiū eſt. Felix Theodoſius, qui à tali Chriſti ora-tore defenditur. Illuſtraſti purpuras eius, & utilitatē legū futuris ſeculis cōſecraſti. Macte uirtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O ſi mihi liceret iſtiuſmo-di ingenium non per Aonios montes & Heliconis uertices, ut poëtæ canunt, ſed per Sion & Itabirium, & Sina excelſa ducere. Si contingeret docere quæ didici: & quaſi per manus myſteria tradere ſcripturarum, naſceretur nobis aliquid quod docta Græcia non haberet.

7 Audi ergo mi conſerue, amice, germane, auſculta pauliſper, quo in ſcripturis ſanctis cal-le gradiaris. Totum quod legimus in diuinis libris: nitet quidem, & fulget etiam in corti-ce, ſed dulcius in medulla eſt. Qui edere uult nucleum, frangat nucem. Reuela, inquit Da-[redacted]

poſitum

C poſitum eſt. Turbis ſaluator in parabolis loquebatur, & conteſtans myſticum eſſe quod A
dicebatur, aiebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Niſi aperta fuerint uniuerſa quæ ſcri-
pta ſunt ab eo, qui habet clauẽ Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit:
nullo alio reſerante pandentur. Si haberes hoc fundamentũ, imò ſi quaſi extrema manus 3
operi tuo induceretur, nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilq́; Latinius tuis ha-
beremus uoluminibus. Tertullianus creber eſt in ſentẽtijs, ſed difficilis in loquendo. Bea-
tus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus: & cũ totus ſit in exercita-
tione uirtutũ, occupatus perſequutionũ anguſtijs, de ſcripturis diuinis nequaq́; diſſeruit.
Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui nõ poteſt. Lactãtius quaſi
quidam fluuius eloquẽtiæ Tullianæ, utinam tam noſtra cõfirmare potuiſſet, quàm facile
aliena deſtruxit. Arnobius inæqualis & nimius, & abſq; operis ſui partitione cõfuſus. Sã- 4
ctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur: & cum Græciæ floribus adornetur, longis
interdum periodis inuoluitur, & à lectione ſimpliciorum fratrũ procul eſt. Taceo de cæte-
ris, uel defunctis, uel etiam adhuc uiuẽtibus, ſuper quibus in utraq; parte poſt nos alij iu-
dicabunt. Ad teipſum ueniam Symmyſten, ſodalem meum & amicum: amicum inquam,
meum, anteq́; notum: & precabor, ne aſſentationẽ in neceſſitudine ſuſpiceris: quin potius
uel errare me exiſtimato, uel amore labi, quàm amicum adulatione decipere. Magnũ ha-
bes ingenium, & infinitam ſermonis ſupellectilẽ: & facile loqueris & pure, facilitasq́; ipſa
& puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippe ſano, omnes ſenſus uigent. Huic prudẽtiæ
& eloquentiæ ſi accederet uel ſtudium, uel intelligẽtia ſcripturarum, uiderem te breui arcẽ
tenere noſtrorum: & aſcendentem cum Iacob tectum Sion, canere in domatibus, quod in 5
cubilibus cognouiſſes. Accingere quæſo te, accingere. Nihil ſine magno labore uita dedit
mortalibus. Nobilẽ te eccleſia habeat, ut prius ſenatus habuit. Præpara tibi diuitias, quas
D quotidie eroges: & nunq́; deficiant, dum uiget ætas: dum nondum canis ſpargitur caput,
anteq́; ſubeant morbi, triſtisq́; ſenectus, Et labor, & diræ rapiat inclementia mortis. Nihil B
in te mediocre eſſe cõtentus ſum: totum ſummũ, totum perfectum deſidero. Sanctum Vi-
gilantium presbyterum qua auiditate ſuſceperim, melius eſt ut ipſius uerbis, quàm meis
diſcas literis: qui cur tam cito à nobis profectus ſit, & nos reliquerit, nõ poſſum dicere, ne
lædere quempiam uideam. Tamen quaſi prætereuntem & feſtinãtem paululum retinui, &
guſtum ei noſtræ amicitiæ dedi, ut per eum diſcas, quid in nobis non deſideres. Sanctam
conſeruam tuam, & tecum domino militantem, per te ſalutari uolo. 6

## SCHOLIA

VLtimamq́; partem cõuiuij.) Alluſit Ad Euãgelicam admonitionem: Cum fueris inuitatus,
1 accumbe in extremo &c. Quo religioſiſſimus princeps.) Scripſit enim Panegyricum ad
Theodoſium imperatorem, uti teſtatur Gennadius. Frater chariſſime.) Fratrẽ uocat mo-
nachus monachum, ſed nondum epiſcopũ. Quos ipſe ſciret eſſe presbyteros.) Ita legis in
Numeris capite undecimo: Cõgrega mihi ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſraël, quos tu noſti quod
ſenes populi ſunt. Et nõdum informis lœti.) Verſus eſt Maronis ex libro duodecimo. In qua mu-
nicipatum.) Reſpexit huc, quod Paulus municeps eſſet Romanę ciuitatis: ut ipſe teſtatur in Actis. At
idem uocat Hieruſalem matrẽ fidelium. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.
Nec in monte Gazarim.) Mons eſt Iudææ, & reſpexit ad id quod in Euangelio Ioannis, Chriſtus di-
xit mulieri Samaritanæ. Siccato Iudææ uellere.) Quod legimus de uellere Gedeonis, ad allegoriam
traxit. Templum domini.) Apud Hieremiam capite ſeptimo, dominus reijcit eos, qui fiderent cere-
monijs & ſanctimoniæ locorum, dicentes: Templũ domini, templum domini, templum domini, cum
2 interim impie uiuerent. Et de Hieroſolymis.) Apparet illis temporibus admodum barbaram fuiſſe
habitam, cum diuus Hieronymus Hieroſolymis loco ſanctiſſimo Britanniam opponat, ceu regionem
maxime profanam, & Hieroſolymis diſſimillimam. Nec uno in loco nominat hanc inſulam, ſed quoties
de barbaricis eſt mentio. Nũc Gallorum & Germanorum incurſionibns, mediocriter culta eſt. [redacted]

A [redacted] Thamus.) Hieronymus exponens octauum caput Ezechie-
3 lis, indicat Hebræo Syroq́ ſermone תמוז Thamus dici, quem nos uocamus Adonidem. Quo
nomine illi menſem etiam Iulium uocent, quod in hoc putent extinctum Adonidem Veneris
amaſium. Fabula notior eſt, quàm ut hic ſit referenda. In urbe celeberrima.) Mirum eſt tum quo-
que Hieroſolymam adeò celebrem fuiſſe, cum eſſet à Romanis principibus funditus euerſa. Sed Ha-
drianus reſtituit. Fraterne interrogas.) Id eſt, amice: ob id aperte tecum agam & libere, quod uer-
bis Paulinis dixit, reuelata facie. Camillos, Fabricios.) Feſtiuiter commutauit numerum uni-
tatis in numerum multitudinis. Filij Rechab.) De his legis Hieremiæ cap. 35. ſicut indicauimus in
ſuperioribus ſcholijs. Filiorum Rechab.) Hic eſt titulus ſeptuageſimi pſalmi in quo laborat di-
4 uus Auguſtinus, quod nuſquàm filij Rechab legatur ducti in captiuitatem. Iſte eſt Ionadab filius.)
Locus eſt libro Regum quarto, capite decimo: quemadmodum Hieu Ionadab filium Rechab for-
tè obuium, data dextra in currum ſuum ſuſtulerit, habiturus eum zeli ſui & teſtem & adiutorem
Fidelis & famoſus tuorum.) Hic famoſus in bonam accepit partem, ut & alibi famoſa quæſtio.
Inſtitorem.) Id eſt, negociatorem ſeu mercatorem. Et interdum piſciculos.) Quoniam rem ean-
dem alijs explicat uerbis, ſuccurrit in epiſtola ad Lætam, cuius initium: Apoſtolus Paulus: ubi con-
ijciebamus ſcribi poſſe, è ſimila garoq́ piſciculi, magis eſſe legendum ad hunc modum: Cibus eius
oluſculum ſit & ſimila, raroq́ piſciculi: ut intelligas comedi piſciculos ceu delitias, & raro ſumen-
dos. Verum Chriſti templum.) Rurſum extenuat illorum pietatem, qui ſuas opes in templorum
ſtructuras aut ornamenta conferunt. Liberalitas liberalitate.) Ciceronem uirum prudentiſſimum
appellat, quoniam ſanctum uocare non potuit. Is enim in ſecundo de officijs libro ſcripſit in hunc
modum: Itaq; benignitas benignitate tollitur. Eleganter autem interpretatus eſt hanc uocem, beni-
gnitas, quæ propriè ad bene faciendi largiendiq́; promptitudinem pertinet, cum illiterati putent
5 eſſe clementiam & humanitatem. Reſpicere ad phaleras.) Retulit carmen è ſatyra. Ego te intus
& in cute noui.) Perſianum hemiſtichium, quod compluſculis inſulſit locis. Significat idem quod
intus & foris. Sus Mineruam.) Id eſt, indoctus doctum, prouerbium eſt, ut in Chiliadibus indica-
uimus. Ingredientem pelagus.) Et hac ſimilitudine Ciceronis ſubinde gaudet uti, de eo qui de-
functus nauigatione, monet ingreſſurum mare. Ita ſenex admonet iuuenem. Facultatem meam re-
B quiri.) Requiri poſuit, pro deſiderari, quod idem facit M. Tullius. Deſideramus autem quod ſigni-
ficamus deeſſe. Senſus hic eſt: Si non ſcripſiſſem rogatus, putaſſes mihi uoluntatem defuiſſe. Nunc
cum utcunq; ſcribo, intelligis me non potuiſſe præſtare potius, quàm noluiſſe id quod rogaſti. Pro
Theodoſio.) Apparet non tam Panegyricum fuiſſe, quàm Apologiam aduerſus calumnias. Id &
ſuperius ſignificauit, cum ait: In ore, quo religioſiſſimus princeps defenditur. Subdiuiſio placuit.)
Difficillimum eſt, apte diuidere: Siquidem niſi propoſitiones ſcite repertæ fuerint, nullo modo re-
cte partiri potes. Iam illis repertis, eſt aliquid apte collocare. Et ne ſtatim nimis anxia ſectione mole-
6 ſtus ſis, quædã poſtea ſuo loco rurſus ſunt diuidenda, quod hic appellat ſubdiuiſionem. [redacted] Preſſum & nitidum.) Quod erat
Atticorum, cum Cicero nonnihil habeat Aſiaticum. Difficile eſt autem hæc duo coniungere, preſſum
illud quod uocat, & perſpicuitatem. Iacet enim oratio.) Iacere dicitur, quod friget, quodq́; caret actu
uitaq́; & uigore. Horatius huiuſmodi ſcripta nugas appellat canoras. Magna eſt rerum conſequen-
tia.) Hoc præſtat apta diſpoſitio, ut aliud ex alio ſequatur: quam uirtutem Caligula deſiderabat in Se-
neca: Cuius orationem ſolitus eſt uocare, arenam ſine calce. Cicero orationem parum ſibi cohærentẽ,
ſcopas diſſolutas appellat. Per Sion, Itabirium, & Sina.) Montes ſunt Iudææ, qui in diuinis literis ſi-
gnificant aſcenſum ad culmen ueræ pietatis. Cæterum modeſte ſignificat Paulino alioqui facundiſſi-
mo defuiſſe ſcientiam arcanæ ſcripturæ, quam ſibi uindicat, & optimo iure uindicat Hieronymus.
Per manus myſteria tradere.) Prouerbiali figura dictum eſt: per manus tradere, id eſt, quod ab alijs
7 didici, uiciſſim docere. Quod docta Græcia.) Significat Græcis nullum fuiſſe temporibus illis, qui
inſignem eloquentiam cum inſigni diuinarum literarum cognitione coniunxiſſet. Qui edere uult
nucleum.) Mire Plautinum dictum ad rem ſacram accõmodauit. Extrema manus.) Id eſt, perfectio.
Symmyſten.) Symmyſtæ dicuntur iiſdem initiati ſacris ac myſterijs, ut Chriſtianus Chriſtiano, ſa-
cerdos ſacerdoti, monachus monacho Symmyſtes eſt. Arcem tenere noſtrorum.) Id eſt, Latinorum.
Porrò arcem dixit, pro principatu, ſiue ſummo loco: nec id ſine prouerbiali figura. Cum Iacob.)
Alluſit ad duo, ad ſcalam Iacob, & ad cœnaculum Sion, in quod diſcipuli leguntur aſcendiſſe poſt aſcẽ
ſionem. Cane, in domatibus.) Alluſit ad Euangelicum illud: Quod in aure audiſtis, prædicate ſuper
tecta. Nil ſine magno.) Carmen eſt Horatianum è ſermonibus. Antequam ſubeant morbi.) Et
hos uerſus aſſuit ex Vergilij Georgicis ſumptos.

In epiſtolam

C

## IN EPISTOLAM SEQVENTEM CENSVRA.

CElantiæ matronæ, quomodo ſe debeat erga maritum & familiam gerere, præſcribit illud admonens, in matrimonio perpetuæ continentiæ uotum non eſſe ſuſcipiendũ, niſi ex utriuſq; conſenſu. Epiſtola cũ primis eloquens & erudita, uerum ab Hieronymiano ſtilo plurimum diſcrepans. Cõiecturis aliquot huc adducor, ut exiſtimẽ eſſe Paulini. Primũ, quod talis huius dicendi character ſit, qualem illius in ſuperiori epiſtola depinxit Hieronymus. Deinde, quod inter Paulini lucubrationes, epiſtolarũ quas de mundi contemptu ſcripſerit ad ſororẽ, meminit Gẽnadius. Sunt & aliæ quædam, quas ſtilus arguit eiuſdẽ eſſe autoris. Admixtas autẽ Hieronymianis fuiſſe conſentaneum eſt; uel quod eloquentiã illius propemodum æquent, uel quod conſimilia tractent argumenta, uelut æmulante præceptorem Hieronymũ Paulino: uel quod ob familiaritatẽ, quæ illi cum diuo Hieronymo ſumma fuit, conuenire uiſum ſit, ut adiungeretur. Atq; utinã omnes quæ diui Hieronymi titulo circũferuntur, huiuſmodi ſint. Hanc unã hoc loco inſerendã duximus, partim ob affinitatem argumenti, partim, ut ſi forte lector requirat, ſpecimẽ aliquod habeat eloquentiæ Paulinianæ, tantopere ab eloquentiſſimo Hieronymo laudatæ. Cæteræ, quas huius eſſe ſuſpicamur, ſuũ habebunt tomũ. Quandoquidem animus eſt, nihil eorũ prorſus amputare, quæ falſò licet Hieronymi titulo recepta ſunt. Eruditis ac mediocribus, ſuus dabitur locus. Porrò quæ, neſcio quis data opera ſuppoſuit, blateramenta uerius, quàm libros aut epiſtolas, ſi quis fortè requiret, & hæc in ſuo reperiet ordine. Qui fuerit, incertum. Illud certum, prodigioſum rabulam & impoſtorem fuiſſe, cui præcipuũ ſtudiũ ac libido fuiſſe uidetur: ut quemadmodũ Coccyx oua ſua in nidos ſubdit alienos, ita ſuas nænias nõ minus ineptas & infantes, quàm ineruditas, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij ſcriptis admiſceret. Nam eũdem eſſe, flos uidelicet ac lepos ſermonis arguit. Proinde ſi cui tantum erit ocij, aut certe hoc animi, ut impoſtoris indocta blateramenta, quàm eruditas ſanctorum lucubrationes legere malit: age, nec hunc ſua fraudabimus uoluptate. Dabitur ſua Cyprio boui merenda. Reperiet huius epiſtolas aliquot perbellas, reperiet monacharum regulam, reperiet Hieronymi miracula, Cyrilli, Auguſtini, & Euſebij titulo ψευδεπίγραφα. His affatim expleat ſeſe, cui tales placent delitiæ. Quod ſi qui ſtomachabuntur in me, qui priſtinos titulos auſus ſim conuellere, hi, ſi libet, eoſdem auro bracteatis reponant literis. Quod ſi parum uidetur hoc quoq;, diui Lucæ, aut Pauli titulos reponant, ſi blateronis ineptias cupiunt magni nominis umbra commendare ſtultis. Certè non dubito, quin eruditis ac non omnino deploratis ingenijs, ſuo loco ſim ſatisfacturus. Efficiam enim, ut intelligant me non animi mei ſomnia, ſed multas ac certiſſimas cõiecturas hac in re ſequutum fuiſſe, cum iſti nihil habeant niſi titulum: quaſi uero magni negocij ſit, nomen quoduis aſſcribere libro. Quàm multa paſſim in omni ſcriptorum genere, falſis notata titulis, ſtili duntaxat indicio reijciuntur. Inter eloquentes etiam Hieronymus libros quoſdam uindicat ab ijs, quorum habebant inſcriptionem, & proprijs dominis aſſerit. Librum Pamphili, quem alij negabant eſſe Pamphili, unico duntaxat argumento confirmat illius eſſe. Vnde, inquit, ſciam quod Pamphili ſit: Videlicet ſtilus & ſaliua docere me poterunt. Tot hominum milia, faciei diſcerniculo dignoſcis, uoce diſtinguis. At pauciora ſunt uultus & uocis diſcrimina, quàm ingeniorum. Nec perinde facies hominis relucet in ſpeculo, ut ingenij uis in ſtilo. Tu formoſum à formoſo oris lineamẽtis dijudicas, & nobis ſcriptis palàm diuerſis, omne iudicandi ius adimis: nec uis ſimiam, hominis inſcriptam titulo, ab homine dignoſcere. Hieronymus ſtili ſaliuam ſequutus, eloquentem ab eloquente, uelut à luſcinia luſciniam, eruditum diſcernit ab erudito: & tu negas ullis notis diſtingui poſſe à luſcinia Coccycem, infantem ab eloquentiſſimo, rabulam ab expolito, indoctum ab eruditiſſimo: deniq; à uiro ſanctiſſimo nebulonem. Nam quo potius appelles nomine tam perfrictæ frontis hiſtrionem, ut planè barbarus & infans, uiri omnium doctiſſimi ſimul & eloquentiſſimi titulum ſibi non ueritus ſit imponere, Cumanum etiam aſinum, de quo eſt in prouerbijs, ſuperans: Et ſub huius nomine mentitur ſe raptũ ultra tertiũ cœlum: & plus uidiſſe, quàm unq; uiderit Paulus. Vſqueadeò putauit neminem mortalium futurũ, cui quicq; eſſet emunctæ naris. De hac epiſtola cuius ſit, nolim pronũciare: illud interim certiſſimũ eſt, Hieronymi non eſſe. Candidior eſt ſermo quàm Hieronymianus, non minus lucidus, ſed facilior, ac lenius fluẽs: ille multo ardentior, tum denſior in inculcandis remotioribus diuinæ ſcripturæ locis: ad hoc ſalſior, & ſatyricum quiddã referens. Poſtremo non perinde æquus atq; hic eſt, matrimonio Hieronymus. Verũ notulas, quibus Hieronymi lucubrationes ab aliorum ſcriptis ceu lydio lapide dignoſci queant, ſuo loco diligentiſſime demonſtrabimus. Nunc Chriſtianum Ciceronem audiamus.

D

## AD CELANTIAM MATRONAM DE RATIONE pie uiuendi, fortè Paulini Nolani epiſcopi epiſtola.

VEtus ſcripturæ celebrata ſentẽtia eſt: Eſſe pudorẽ, quo gloria inueniat & gratia: & eſſe rurſus pudorẽ, qui ſoleat parere peccatũ. Cuius dicti ueritas, quanq; ſatis ad omniũ intelligentiã ipſa ſui luceat claritate, mihi tamen, neſcio quomodo in præſenti cauſa, propius innotuit. Prouocatus enim ad ſcribẽdum literis

tuis,

A tuis:quæ miris hoc à me obſecrationibus flagitabãt:diu fateor de reſpõſione dubitaui:ſi‑lentium mihi imperãte uerecundia. Cui tamẽ fortiſſime reſiſtebat & uim faciebat,precum tuarum fidelis ambitio. Pugnabatq; acriter cum hæſitatione mea humilitas obſecrantis:et magna quadã fidei uiolẽtia,oris clauſtra pulſabat. Cumq; ſic animũ utroq; nutantẽ,cogi‑tatio diuerſa libraret:penè pudor excluſit officium,ſed me illa,quam ſupra poſui, ſapiẽtis ſententia,armauit ad depellendam inutilem uerecundiã,& damnoſum ſilentium reſoluen dum,cum utiq; ipſam ſcribendi cauſam,tam honeſtam uiderem eſſe,tam ſanctã:ut pecca‑re me crederem,ſi tacerem:illud mecum ſcripturæ reputans:Tempus tacendi, & tempus loquendi. Et iterum:Ne retineas uerbũ in tempore ſalutis. Et illud Petri:Parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti uos rationem. Petis namq; & ſolicite ac uiolenter petis, ut tibi certam ex ſcripturis ſanctis præfiniamus regulã,ad quã ordines curſum uitæ tuæ, ut co‑gnita dñi uoluntate,inter honores ſeculi & diuitiarum illecebras,morum magis diligas ſu pellectilem,atq; ut poſſis in cõiugio conſtituta,non ſolum cõiugi placere, ſed etiam ei qui indulſit coniugiũ. Cui tam ſanctæ petitioni tamq; pio deſiderio,nõ ſatisfacere:quid aliud eſt,quàm profectum alterius nõ amare? Parebo igitur precibus tuis,teq; paratam ad im‑plendam domini uoluntatem,ipſius nitar incitare ſententijs. Idẽ enim uerus omnium do‑minus ac magiſter:qui nos placere ſibi iubet, etiã docet quomodo placere poſſimus. Ipſe itaq; te informet,ipſe te doceat:qui interrogãti in euangelio adoleſcẽti,quid faceret ut me‑reretur uitam æternam:diuina cõtinuo mandata proponit,oſtendens nobis eius uolunta tem eſſe faciendã,à quo ſperamus & præmia. Propter quod alio teſtatur loco:Nõ omnis qui dicit mihi domine domine,intrabit in regnum cælorũ:ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt,ipſe intrabit in regnũ cœlorũ. Quo manifeſte illud oſtenditur, nos nõ ſola dei confeſſione tanti præmij magnitudinẽ promereri:niſi fidei & iuſticiæ opera cõiũ‑cta ſint. Qualis enim eſt illa cõfeſſio,quæ ſic deo credit, ut pro nihilo eius ducat imperiũ?
B Aut quomodo ex animo,ac uere dicimus,domine,domine:ſi eius quẽ dñm confitemur, præcepta contemnimus? Vnde ipſe in euãgelio dicit:Quid autem uocatis me domine do‑mine,& nõ facitis quæ dico? Et iterum:Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Et rurſum loquitur per prophetam:Filius honorificat patrẽ, & ſeruus do‑minum ſuum timet. Et ſi pater ego ſum: ubi eſt honor meus? & ſi dominus ego ſum:ubi eſt timor meus? Ex quo apparet,nec honorari ab eis dominũ,nec timeri:qui eius præcepta non faciunt. Et ad Dauid expreſſius dicitur,qui peccatum admiſerat:Et pro nihilo duxiſti deum,& ad Heli fit ſermo domini:Qui honorificat me,honorificabo eum,qui autem pro nihilo me habẽt,ad nihilum redigẽtur. Et nos ſecuro ac bono animo ſumus:qui per ſingu la quæq; præcepta,inhonorantes deum clemẽtiſſimum,ad iracundiam ꝓuocamus,eiuſq; imperium ſuperbiſſime cõtemnendo,in tantæ maieſtatis imus iniuriam? Quid enim unq; tam ſuperbum,quid uero tam ingratum uideri poteſt, quàm aduerſus eius uiuere uolun‑tatem,à quo ipſum uiuere acceperis? quàm illius præcepta deſpicere, qui ideo aliquid im‑perat,ut cauſas habeat remunerãdi? Neq; enim obſequij noſtri deus indiget,ſed nos illius indigemus imperio. Mãdata eius deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum nimis, & dulciora ſuper mel & fauum:quoniam in cuſtodiẽdis illis retributio multa. Et ideo no‑bis iraſcitur,idcirco magis illa immenſa dei bonitas offenditur,quia eam per tãti etiã præ‑mij detrimenta cõtemnimus:nec ſolũ imperata,ſed etiã promiſſa illius ꝓ nihilo ducimus. Vnde ſæpe,imò ſemper,illa nobis domini reuoluẽda ſentẽtia:Si uis ad uitã uenire,ſerua mandata. Hoc enim tota nobiſcum lege agitur. Hoc ꝓphetæ,hoc Apoſtoli docent:hoc à nobis,& uox Chriſti & ſanguis efflagitat:Qui ideo ꝓ omnibus mortuus eſt,ut qui uiuũt, iam non ſibi uiuant,ſed ei,qui pro illis mortuus eſt. Viuere aũt illi:nõ eſt aliud,quàm eius præcepta ſeruare,quæ nobis ille quaſi certũ quoddã dilectionis ſuæ pignus ſeruãda man dauit:Si diligitis,inquit,me:mãdata mea ſeruate. Et qui habet mandata mea, & ſeruat ea,

C ille eſt qui diligit me. Ac rurſus: ſi quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit, & pater meus
diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me,
ſermones meos nõ ſeruat. Grandem uim obtinet uera dilectio. Et qui perfecte amatur, to-
tam ſibi amantis uendicat uolũtatem. Nihil eſt imperioſius charitate. Nos ſi uere Chriſtũ
diligimus: ſi eius nos redẽptos ſanguine recordamur, nihil magis uelle, nihil omnino debe
mus agere, quàm quod illum uelle cognoſcimus. Duo autem ſunt genera mãdatorum, in
quibus clauditur tota iuſticia. Prohibendi unum eſt, iubendi alterum. Vt enim mala ꝓhi-
bentur: ita præcipiuntur bona. Ibi ocium operatur, hic ſtudium. Ibi coërcetur animus, hic
incitatur. Hic feciſſe, illic nõ feciſſe, culpabile eſt. Vnde & ꝓpheta dicit: Quis eſt homo qui
uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Prohibe linguã tuam à malo, & labia tua ne loquã
tur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Et beatus Apoſtolus: Odientes malũ, adhærẽ-
tes bono. Hoc itaq; duplex diuerſumq́; præceptum, prohibẽdi ſcilicet & imperãdi, æquo
omnibus iure mãdatum eſt. Non uirgo, non uidua, non nupta, ab hoc imperio libera eſt.
In quouis propoſito, in quouis gradu: æquale peccatũ eſt, uel ꝓhibita admittere, uel iuſſa
non facere. Neq; uero eorũ te ſeducat error, qui ex arbitrio ſuo eligunt, quæ potiſſimũ dei
mandata contemnant, quæ ue quaſi uilia ac parua deſpiciant: Nec metuunt: ne ſecundum
diuinam ſententiã, minima cõtemnendo, paulatim decidant. Stoicorum quidẽ eſt peccato
rum tollere differentiam, & delicta omnia paria iudicare: nec ullum inter ſcelus & erratum
diſcrimẽ facere. Nos uero & ſi multum inter peccata diſtare credimus: quia & legimus: ta-
men ſatis prodeſſe ad cautionẽ dicimus, etiã minima pro maximis cauere. Tanto enim fa-
cilius abſtinemus à quocunq; delicto: quanto illud magis metuimus. Nec cito ad maiora
progreditur, qui etiam parua formidat. Et ſanè neſcio, an poſſimus leue aliquod peccatũ
dicere, quod in dei cõtemptũ admittitur. Eſtq; prudẽtiſſimus qui nõ tam cõſiderat quod
D iuſſum ſit, quàm illum qui iuſſerit: nec quantitatẽ imperij, ſed imperãtis cogitat dignitatẽ. F
Aedificanti itaq; tibi ſpiritualẽ domum: non ſuper leuitatem arenæ, ſed ſuper ſoliditatem
petræ, innocẽtiæ in primis fundamẽtum ponatur, ſuper quod facilius poſſis arduum cul-
men iuſticiæ erigere. Maximam enim partẽ æquitatis impleuit, qui nulli nocuit. Beatusq;
eſt, qui poteſt cum ſancto Iob dicere: Nulli nocui hominũ: iuſte uixi cum omnibus. Vnde
audenter & ſimpliciter loquebatur ad dominũ: Quis eſt ille qui iudicetur mecũ, id eſt, quis
tuum aduerſum me poteſt implorare iudiciũ, ut ſe læſum à me conuincat? Puriſſimæ con-
ſcientiæ eſt, ſecure canere cũ propheta: Perambulabã in innocẽtia cordis mei: in medio do-
mus tuæ. Vnde idem alibi dicit: Nõ fraudauit eos deus bonis, qui ambulãt in innocentia.
Itaq; maliciam, odium atq; inuidiam, quæ uel maxima, uel ſola ſemina ſunt nocẽdi, Chri-
ſtiana à ſe propellat anima: neq; manu tãtum, aut lingua: ſed corde quoq; cuſtodiat inno-
centiam: nec opere modo, ſed uoto etiam nocere formidet. Quantũ enim ad peccati ratio-
nem pertinet, nocuit & qui nocere diſpoſuit. Multi nomen illud abſolute atq; integre defi
niunt, innocentem: qui ne in eo quidem ulli noceat quo ꝓdeſſe deſiſtat. Quod ſi eſt uerũ,
tum demum lætare de innocẽtiæ conſcientia, ſi cum potes adiuuare nõ deſinas. Si uero di-
uiſa inter ſe iſta atq; diſtincta ſunt: aliudq́; eſt nõ nocere quod ſemper potes, aliud ꝓdeſſe
cum poſſis, aliud malum non facere, aliud operari bonum: illud tibi rurſum occurrat: non
ſufficere Chriſtiano, ſi partem unam iuſticiæ impleat: cui utrũq; præcipitur. Neq; eñ de-
bemus ad multitudinis exempla reſpicere: quæ nullã harum diſciplinam ſequẽs, nullum
uiuendi tenens ordinem, nõ tam ratione ducitur, quàm quodã impetu fertur. Nec imitan
di nobis illi ſunt, qui ſub Chriſtiano nomine gentilem uitã agunt, & aliud ꝓfeſſione, aliud
conuerſatione teſtãtur: atq;, ut Apoſtolus ait, deum cõfitentur ſe noſſe, factis autẽ negant.
Inter Chriſtianum & gentilẽ: non fides tantum debet, ſed etiã uita diſtinguere: & diuerſam
religionem, per diuerſa opera monſtrare. Nolite, ait Apoſtolus, iugum ducere cum infide-
libus. Quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras?

Quæ

A Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autē conſenſus templo dei cum idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima ſeparatio. Diſiūgitur certo diſcrimine error & ueritas. Illi terrena ſapiant, qui cœleſtia promiſſa nō habēt. Illi breui huic uitæ ſe totos implicent, qui æterna neſciunt. Illi peccare nō metuant, qui peccatorum impunitatē putant. Illi ſeruiant uitijs, qui nō ſperāt futura præmia uirtutū. Nos uero qui puriſſima confitemur fide: omnem hominē manifeſtandum eſſe ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſqȝ propria corporis ſui, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: procul eſſe debemus à uitijs, dicente Apoſtolo: Qui enim Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cū uitijs & concupiſcētijs. Nec turbam ſequantur errantem, qui ſe ueritatis diſcipulos confitentur. Duas certe conuerſationis uias, & diſtincta in diuerſum itinera uiuendi, ſaluator in euangelio oſtēdit. Quam, inquit, ſpacioſa uia, quæ ducit ad mortē, & multi ſunt qui intrāt per eam. Et rurſum: Quam arcta uia & anguſta eſt, quæ ducit ad uitā, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Vide quāta inter has uias ſeparatio ſit, quātumqȝ diſcrimen. Illa ad mortē, hæc tendit ad uitā. Illa celebratur & teritur à multis, hæc uix inuenitur à paucis. Illa enim uitijs per conſuetudinē, quaſi decliuior ac mollior, & uelut quibuſdā amœna floribus uoluptatum, facile ad ſe rapit cōmeantium multitudinē: Hæc uero inſueto calle uirtutum triſtior atqȝ horridior: ab his tantū eligitur, quibus nō tam delectatio itineris cordi eſt, quàm utilitas manſionis. Aſperam enim nobis, & inſuauem uirtutū uiam, nimia facit uitiorū cōſuetudo, quæ ſi in partē alteram transferatur: inuenietur, ſicut ſcriptura dicit, ſemita iuſticiæ leuis. Ponamus ergo iam rationē uitæ noſtræ, & per quam potiſſimū gradiamur uiā, conſcientia teſte diſcamus. Omne enim quod agimus: omne quod loquimur, aut de lata, aut de anguſta uia eſt. Si cum paucis, anguſtū iter & ſubtilē quandā ſemitam inuenimus, ad uitam tendimus. Si uero multorū comitamur uiam, ſecundum domini ſentētiam imus

B ad mortem. Si ergo odio atqȝ inuidia poſſidemur, ſi cupiditati & auariciæ cedimus, ſi præſentia cōmoda futuris præferimus: per ſpacioſam uiā incedimus. Habemus enim ad hæc comitum multitudinem, & late ſimilium ſtipamur agminibus. Si iracundiam libidinemqȝ explere uolumus, ſi iniuriam uindicamus, ſi maledicenti remaledicimus, & aduerſum inimicum inimico animo ſumus, æque cū pluribus ferimur. Si uel adulamur ipſi, uel adulantem libenter audimus, ſi uerū dicere gratia impedimur, & magis offendere animos hominum timemus, qȝ non ex animo loqui, de multorū item uia ſumus. Tot noſtri ſunt ſocij: quot extranei ueritatis. At è contrario, ſi ab omnibus uitijs ſumus extranei, ſi purū ac liberum animū præſtamus, & omni cupiditate calcata, ſolis ſtudemus diuites eſſe uirtutibus: per anguſtam uiam nitimur. Conuerſatio enim iſta paucorū eſt. Eſtqȝ perrarum atqȝ difficile, idoneos huius itineris comites reperire. Quinetiam multi hac ire ſe ſimulant, & per diuerſa errorum diuerticula, ad uiā multitudinis reuertuntur. Ideoqȝ timendum eſt, ne quos duces recti huius itineris habere nos credimus: eos comites habeamus erroris. Si igitur inueniuntur exempla, quæ nos per hanc ducant uiam, & rectū euangelij tramitem teneant: ſequenda ſunt. Sin uero ea uel deficiūt, uel deficere putantur: Apoſtolorū forma uniuerſis propoſita eſt. Clamat uas electionis Paulus: noſqȝ quaſi ad anguſtū hoc iter conuocans, dicit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Certe quod eſt amplius omībus, ipſius domini relucet exemplum, qui in euangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego requieſcere faciam uos. Tollite iugū meū ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Si periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitandi ſint: hunc certe imitari tutiſſimū eſt, atqȝ eius ueſtigia ſequi, qui dixit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Nunquā enim errat, qui ſequitur ueritatē. Vnde & apoſtolus Ioānes ait: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, et ipſe ambulare. Et beatus Petrus ait: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, uobis relinquens exemplū, ut ſequamini ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec eſt inuētus dolus in ore eius. Qui cū malediceretur, non maledicebat: cū pa-

D teretur,non cõminabatur. Tradebat autẽ iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra,ipſe per-
tullit in corpore ſuo ſuper lignũ,ut peccatis mortui,iuſticiæ uiuamus. Ceſſet omnis excu-
ſatio errorũ. Auferantur peccãdi fœda ſolatia. Nihil omnino agimus,qui nos per multitu
dinis exempla defendimus,& ad conſolationẽ noſtrã,aliena ſæpe numerantes uitia: deeſſe
nobis dicimus,quos debeamus ſequi. Ad illius exemplũ mittimur,quem omnes fatemur
imitãdum. Atq; ideo præcipua tibi cura ſit,legem noſſe diuinã: per quã poſſis, quaſi præ-
ſentia cernere exempla ſanctorũ: quid faciendum ſit,q́uidue uitãdum illius conſilio diſce.
Maximum enim ad iuſticiam auxiliũ,eſt implere diuinis eloquijs animum,& quod opere
exequi cupias,ſemper corde meditari. Rudi adhuc populo,& hominibus ad obedientiam
inſuetis,per Moyſen imperatur à dño,ut in ſignum memoriæ, qua præcepta domini re-
cordentur: per ſingulas ueſtimentorũ fimbrias,habeãt cum cocco hiacynthini coloris inſi
gnia,ut etiam caſu huc illucq́; reſpiciẽtibus oculis,mandatorũ cœleſtium memoria naſca-
tur. De quibus fimbrijs phariſæi redarguuntur à dño,quod eas peruerſo uſu,nõ ad com
monitionem præceptorũ dei,ſed ad oſtẽtationem ſui habere cœperint, ut ſcilicet quaſi de
maioris obſeruationis diligentia,ſancti à populo iudicarẽtur. Tibi uero ſeruanti: non iam
literæ præcepta,ſed ſpiritus,diuinorum mãdatorum memoria ſpiritualiter excolenda eſt.
Cui non tam frequenter recordãda ſunt præcepta domini,quàm ſemper cogitanda. Sint
ergo diuinæ ſcripturæ ſemper in manibus tuis,& iugiter mẽte uoluãtur. Nec ſufficere tibi
putes mandata dei memoria tenere,& operibus obliuiſci. Sed ideo illa cognoſce, ut facias
quicquid faciendum didiceris. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores
legis iuſtificabũtur. Latus quidẽ & immẽſus diuinæ legis campus extẽditur. Qui diuerſis
teſtimonijs ueritatis,uelut cœleſtibus quibuſdã floribus uernans: mira oblectatione legen
C tis animum paſcit ac refouet. Quæ omnia ſemper cognoſcere,ſecumq́; reuoluere,ingẽs ad
conſeruandam iuſticiam beneficiũ eſt. Sed quaſi ad cõpendioſum locũ, quoddam cõmo-
nitorium,illa tibi euãgelij eligenda ſentẽtia eſt,& ſuperſcribenda cordi tuo,quæ ad totius
iuſticiæ breuiarium,dominico ore profertur: Omnia quæcunq; uultis ut faciãt uobis ho-
mines,hæc & uos facite illis: Cuius præcepti uires exprimẽs,iungit ac dicit: Hæc eñ lex &
prophetæ. Infinitæ nanq; ſunt ſpecies,parteſq́; iuſticiæ: quas nõ modo ſtilo perſequi,ſed
cogitatione etiã capere difficillimũ eſt. Quas omnes una ac breui ſententia cõprehendit,&
latẽtem hominũ conſciẽtiam,ſecreto animi iudicio,aut abſoluit, aut damnat. Ad omnem
igitur actum,ad omne uerbum,ad omnem etiam cogitatũ,hæc ſententia retractetur: quæ
tibi quaſi ſpeculum quoddam paratum,& ad manum ſemper poſitum,qualitatẽ tuæ uo-
luntatis oſtendat: ac etiam uel de iniuſto opere redarguat,uel de iuſto lætificet. Quotieſcũ-
q; enim talem in alterum habueris animum,qualem in te ab altero ſeruari cupis: æquitatis
uiam tenes. Quoties uero talis erga alterum fueris,qualem in te uis neminem: iter iuſticiæ
dereliquiſti. En totũ illud diuinæ legis arduũ totumq́; difficile. En ob quam cauſam dura
imperia,Domino reclamamus,& dicimus nos,uel difficultate,uel impoſſibilitate manda-
torum premi. Nec ſufficit,quod iuſſa nõ facimus: niſi etiã iubentem,iniuſtum pronuncie-
mus,dum ipſum æquitatis autorem,nõ modo dura & ardua,ſed etiã impoſſibilia præce-
piſſe conquerimur. Omnia,inquit,quæcũq; uultis,ut faciant uobis homines, hæc & uos
facite illis. Coniungi uult inter nos atq; connecti,per mutua beneficia charitatẽ. Omneſq́;
homines uicario inter ſe amore copulari,ut id unoquoq; præſtãte alteri,qđ ſibi ab omni-
bus præſtari uelit: tota iuſticia,& præceptum hoc dei,cõmunis ſit utilitas hominum. Et ò
miram clementiam domini,ò ineffabilem dei benignitatem. Præmium nobis pollicetur ſi
nos inuicem diligamus,id eſt,ſi nobis ea præſtemus inuicem, quorũ uiciſſim indigemus.
Et nos ſuperbo ſimul & ingrato animo,eius renitimur uoluntati: cuius etiam imperiũ be-
neficium eſt: Nulli unquam omnino detrahas,nec aliorũ uituperatione te laudabilem ui-
deri uelis. Magiſq́; uitam tuã ordinare diſce,quàm alienam capere. Ac ſemper ſcripturæ
memor

A memor eſto dicentis: Noli diligere detrahere: ne eradiceris. Pauci admodum ſunt, qui huic uitio renuncient, raroq; inuenies, qui ita uitam ſuā irreprehenſibilē exhibere uelint, ut non libenter reprehendāt alienam. Tantaq; huius mali libido mētes hominum inuaſit, ut etiam qui procul ab alijs uitijs receſſerūt: in iſtud tamen quaſi in extremum diaboli laqueū incidant. Tu uero hoc malum ita effuge, ut nō modo ipſa nō detrahas, ſed ne alij quidē detrahenti, aliquando credas. Nec obtractatoribus autoritatē de conſenſu tribuas: ne eorū uitiū nutrias annuendo. Noli, inquit ſcriptura, cōſentaneus eſſe cum derogantibus aduerſus ꝓximum tuū, & nō accipies ſuper illum peccatum. Et alibi: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequā. Vnde & beatus Dauid, diuerſas innocētiæ ſpecies iuſticiæq; dinumerans, de hac quoq; uirtute nō tacuit, dicendo: Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos: Propterea quod ipſe non ſolum aduerſatur, ſed etiam perſequitur detrahentem. Ait enim: Detrahentē ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Eſt ſane tale hoc uitiū quod uel in primis extingui debeat, & ab eis qui ſe ſancte inſtituere uolūt, prorſus excludi. Nihil enim tam inquietat animum: nihil eſt quod ita mobilem mētem ac leuem faciat, ꝙ facile totum credere, & obtrectatorum uerba, temerario mētis aſſenſu ſequi. Hinc enim crebræ diſſenſiones, hinc odia iniuſta naſcuntur. Hoc eſt quod ſæpe de amiciſſimis etiā inimicos facit, dum concordes quidem, ſed credulas animas, maliloqua lingua diſſociat. At cōtra, magna quies animi, magnaq; eſt morū grauitas: nō temere de quoq; ſiniſtri quid audire. Beatuſq; eſt qui ita ſe contra hoc uitium armauit; ut apud eum detrahere nemo audeat. Quod ſi hæc in nobis eſſet diligentia, ne paſſim obtrectatoribus crederemus: iam omnes detrahere timerent: ne non tam alios, ꝙ ſeipſos uiles detrahendo facerēt. Sed hoc ideo malum celebre eſt, idcirco in multis feruet hoc uitium, quia pene ab omnibus libenter auditur. Adulatorum quoq; aſſentationes, & noxia blandimenta fallaciæ: uelut quaſdā peſtes animæ fuge. Nihil

B eſt quod tam facile corrumpat mentes hominū, nihil quod tam dulci & molli uulnere animum feriat. Vnde & quidam ſapiens ait: Verba adulatorum mollia: feriunt autē interiora uentris. Et dominus loquitur per prophetam: Populus meus qui beatificant uos, ſeducūt uos, & ſemitas pedum ueſtrorū diſſipāt. In multis, iſto maxime tempore, regnat hoc uitiū, quodq; eſt grauiſſimum, humilitatis ac beneuolētiæ loco ducitur. Eo fit, ut qui adulari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus putetur. Eſt ſane grande & ſubtile artificium, laudare alterū in commendationem ſui, & decipiēdo, animum ſibi obligare decepti, quodq; hoc maxime uitio agi ſolet, fictas laudes, certo precio uendere. Quæ hæc tanta eſt leuitas animi, quæ tanta uanitas: relicta propria conſcientia, alienam opinionem ſequi, & quidē fictam atq; ſimulatam? Rapi uento falſæ laudationis, gaudere ad circumuentionē ſuam, & illuſionem pro beneficio accipere? Tu ergo ſi uere laudabilis eſſe cupis: laudem hominū ne requiras. Illicq; præpara conſcientiam tuam, qui & illuminabit abſcōdita tenebrarum, & manifeſtabit cōſilia cordium, & tunc laus tibi erit à deo. Sit igitur intentus ac uigilans, & aduerſus peccata ſemper armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus & parcus, & qui neceſſitatē magis loqui indicet, quàm uoluntatem. Ornet prudētiam uerecūdia, quodq; præcipuum in fœminis ſemper fuit, cūctas in te uirtutes pudor ſuperet. Diu ante cōſidera, quid loquendum ſit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium, animi libra diſpenſet. Vnde ſcriptura dicit: Argētum & aurū tuū cōfla, & uerbis tuis facito ſtatheram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris lingua. Nunq; malum uerbū de ore tuo procedat, quæ ad cumulum benignitatis iuberis etiā maledicentibus benedicere. Miſericordes, inquit, modeſti, humiles, non reddētes malum pro malo, neq; maledictum pro maledicto, ſed ecōtrario benedicētes. Mentiri uero atq; iurare, lingua tua prorſus ignoret: tantuſq; in te ſit ueri amor, ut quicquid dixeris, iuratū putes. De quo ſaluator ad diſcipulos ait: Ego autē dico uobis, non iurare omnino. Et paulopoſt, Sit autē ſermo ueſter, eſt, eſt, non, non: Quod autē his abundantius eſt, à malo eſt. In omni

C igitur actu atq; uerbo, quieta mens & placida ſeruetur: ſemperq́; cogitationi tuæ dei præſentia occurrat: ſit humilis animus, ac mitis: & aduerſus ſola uitia erectus. Nunq̃ illũ, aut ſuperbia extollat, aut auaricia inflectat, aut ira præcipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil deniq; pulchrius ea mente eſſe debet, quæ in dei habitaculũ præparanda eſt, quẽ non auro templa fulgentia, nõ gemmis altaria diſtincta delectant, ſed anima ornata uirtutibus. Ideo & templum dei, ſanctorum corda dicuntur, affirmante Apoſtolo, qui ait: Si quis templum dei uiolauerit, diſperdet illum deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Nihil habeas humilitate præſtãtius, nihil amabilius. Hæc eſt eñ præcipua cõſeruatrix, & quaſi cuſtos quædã uirtutũ omnium: nihilq́; eſt quod nos ita & hominibus gratos & deo faciat, q̃ ſi uitæ merito magni, humilitate infimi ſimus. Propter qđ ſcriptura dicit: Quãto magnus es, humilia te in omnibus, & corãm deo inuenies gratiã. Et dñs loquitur per prophetam: Super quẽ alium requieſcã, niſi ſuper humilẽ, & quietum, & trementẽ uerba mea? Verũtamen humilitatẽ ſequere: nõ quæ oſtẽditur, atq; ſimulatur geſtu corporis, aut fracta uoce uerborũ, ſed quæ puro affectu cordis exprimit. Aliud eſt enim uirtutẽ habere, aliud uirtutis ſimilitudinẽ: aliud eſt rerum umbram ſequi, aliud ueritatem. Multo deformior illa eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet. Neſcio enim quomodo turpiora ſunt uitia, quæ uirtutum ſpecie cælãtur. Nulli te unquam de generis nobilitate præponas, neq; obſcuriores quaſq; & humiliore loco natas, te inferiores putes. Neſcit religio noſtra perſonas accipere: nec cõditiones hominũ, ſed animos inſpicit ſingulorũ. Seruum & nobilem, de moribus pronũciat. Sola apud deum libertas eſt, nõ ſeruire peccatis. Summa apud deum eſt nobilitas, clarum eſſe uirtutibus. Quid apud deũ in uiris nobilius Petro, qui piſcator & pauper fuit? Quid in fœminis beata Maria illuſtrius, quæ ſpõſa fabri deſcribitur? Sed illi piſcatori & pauperi cœleſtis regni à Chriſto creduntur claues. Hæc ſpõſa fabri meruit eſſe mater illius, à quo ipſæ claues datæ ſunt. Elegit enim deus ignobilia & cõtẽptibilia

D huius mundi, ut potentes ac nobiles, ad humilitatẽ facilius adduceret. Nam & aliàs fruſtra ſibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum uniuerſi paris honoris, & eiuſdem apud deum precij ſint, qui uno Chriſti ſanguine ſunt redempti: nec intereſt qua quis conditione natus ſit, cum omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur. Nã & ſi obliuiſcimur, quia ex uno omnes generati ſumus: ſaltem id ſemper meminiſſe debemus, quia per unũ omnes regeneramur. Caue ne ſi ieiunare aut abſtinere cœperis, te putes eſſe iam ſanctã. Hæc enim uirtus adiumentum eſt, non perfectio ſanctitatis. Magiſq́; id prouidẽdum eſt: ne tibi hoc, cum licita contemnas, ſecuritatem quandam illicitorum faciat. Quicquid ſupra iuſticiam offertur deo: non debet impedire iuſticiam, ſed adiuuare. Quid autem prodeſt tenuari abſtinentia corpus, ſi animus intumeſcat ſuperbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, ſi inuidia liuidi ſimus? Quid uirtutis habet uinum non bibere, & ira atq; odio inebriari? Tunc, inquam, præclara eſt abſtinentia, tunc pulchra atq; magnifica caſtigatio corporis, cum eſt animus ieiunus à uitijs. Imò qui probabiliter ac ſcienter abſtinẽtiæ uirtutem tenent: eo affligunt carnem ſuam, quo animæ frangũt ſuperbiam: ut quaſi de quodam faſtidio cõtemptus ſui atq; arrogantiæ, deſcendãt ad implendam domini uoluntatẽ, quæ maxime in humilitate perficitur. Idcirco à uarijs ciborum deſiderijs mentẽ retrahunt, ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutum. Iamq́; minus ieiuniorum & abſtinẽtiæ laborem caro ſentit, anima eſuriente iuſticiam. Nam & uas electionis Paulus dum caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur: nõ ad ſolam, ut quidam imperiti putant, hoc facit caſtitatem: Non enim huic tantummodo, ſed omnibus omnino uirtutibus abſtinẽtia opitulatur. Neq; magna aut tota Apoſtoli gloria eſt, nõ fornicari: ſed hoc agit, ut caſtigatione corporis, erudiatur animus: quantoq́; nil ex uoluptatibus cõcupiſcit, tantomagis poſſit de uirtutibus cogitare: ne perfectionis magiſter, imperfectũ aliquid in ſe oſtendat: ne Chriſti imitator, extra præceptũ quicq; aut uoluntatẽ Chriſti faciat, neue

minus

A minus exemplo,q̃ uerbo doceat,cumq́; alijs prædicauerit,ipſe reprobetur,audiatq́; cum
phariſæis:Dicunt enim & nõ faciũt. Apoſtolici uero & præcepti eſt,& exempli:ut habea=
mus rationem,non cõſcientiæ tantũ,ſed etiã famæ. Nõ ſuperfluum & à fructu uacuũ,gẽ=
tium magiſter hoc docet: Vult enim etiã extraneos ad fidem homines, per fidelium opera
proficere,ut religionẽ ipſam,religionis diſciplina cõmendet. Et ideo ſicut luminaria in mũ
do lucere nos iubet,in medio nationis prauæ & peruerſæ,ut incredulæ mẽtes errantiũ,ex
noſtrorum actuũ lumine,ignorantiæ ſuæ tenebras deprehendant. Vnde & ipſe ad Roma
nos ait:Prouidentes bona:non ſolũ coràm deo,ſed etiam coràm hominibus. Et alibi:Sine
offenſione eſtote Iudæis,& gentibus,& eccleſiæ dei,ſicut ego per omnia omnibus placeo,
non quærens quod mihi utile eſt,ſed quod multis. Beatus eſt qui tam ſancte,tamq́; graui=
ter diſpoſuit uitam ſuã,ut de eo ſiniſtri aliquid ne fingi quidẽ poſſit: dum aduerſus obtre=
ctatorum libidinem,pugnat meriti magnitudo: nec fingere quiſq́; auſus eſt, quod à nullo
putat eſſe credendũ. Quod ſi id aſſequi difficile atq; nimis arduũ eſt: ſaltem hanc adhibea=
mus uitæ noſtræ diligentiã:ne malæ mẽtes,occaſionẽ inueniant detrahendi. Ne ex nobis
ſcintilla procedat:per quã aduerſus nos ſiniſtræ famæ flãma cõfletur. Alioqui fruſtra ira=
ſcimur obtrectatoribus noſtris,ſi eiſipſis obtrectãdi materiã miniſtramus. Si aũt nobis di=
ligenter atq; ſolicite omnia ad honeſtatẽ prouidentibus,cũctiſq́; actibus noſtris timorem
dei præferentibus,illi nihilominus inſaniunt:cõſoletur nos cõſcientia noſtra, quæ tũc ma
xime tuta eſt:tũc optime ſecura eſt,cũ ne occaſionẽ quidẽ male de ſe ſentiẽdi dedit. Illis em̃
uæ dicitur per prophetã,qui dicunt,quod bonũ eſt malum, qui lucẽ appellãt tenebras,&
quod dulce eſt,amarũ uocant. Nobis ergo ſaluatoris aptabitur ſermo:Beati eſtis cum uo=
bis maledixerint homines,mẽtientes. Nos modo id agamus,ut male de nobis nemo loqui
abſq; mendacio poſſit. Ita habeto ſolicitudinẽ domus, ut aliquã tamen uacationẽ animæ
B tribuas. Eligatur tibi opportunus,et aliquantũ à familiæ ſtrepitu remotus locus,in quẽ tu
uelut in portũ,quaſi ex multa tempeſtate curarũ te recipias, & excitatos foris cogitationũ
fluctus,ſecreti trãquillitate cõponas. Tantũ ibi ſit diuinæ lectionis ſtudiũ, tam crebræ ora
tionum uices,tã firma & preſſa de futuris cogitatio,ut omnes reliqui tẽporis occupatiões,
facile hac uacatione cõpenſes. Nec hoc ideo dicimus,quo te retrahamus à tuis,imò id agi=
mus,ut ibi diſcas,ibiq́; mediteris,qualẽ tuis præbere te debeas. Familiã tuã ita rege & con
foue,ut te matrẽ magis tuoꝝ,q̃ dominã uideri uelis,à quibus benignitate potius,q̃ ſeue=
ritate exige reuerentiã. Fidelius & gratius ſemper obſequiũ eſt,quod ab amore, q̃ quod à
metu proficiſcitur. Præcipue aũt in cõiugio uenerabili atq; immaculato, apoſtolicæ regu=
læ ordo teneat. Seruetur in primis uiro autoritas ſua,totaq́; à te diſcat domus, quantũ illi
honoris debeat. Tu illũ dominũ obſequio tuo,tu magnũ illum tua humilitate demõſtra,
tanto ipſa honoratior futura,quanto illũ amplius honoraueris. Caput enim, ut ait Apo=
ſtolus,mulieris,eſt uir:nec aliunde magis reliquum corpus ornat, q̃ ex capitis dignitate.
Vnde idẽ alibi dicit:Mulieres ſubditæ eſtote uiris,ſicut oportet in dño. Sed & beatus Pe=
trus apoſtolus ait:Similiter aũt mulieres ſubditę ſint uiris,ut & ſi qui nõ credũt uerbo:per
mulieris conuerſationẽ,ſine uerbo lucrifiãt. Si ergo etiã gẽtilibus maritis debet̃ honor iure
cõiugij:quãtomagis reddẽdus eſt Chriſtianis? Atq; ut oſtẽdat,quibus ornamentis etiã ui=
ris iũctæ fœminæ decorari debeãt,ait:Quarũ ſit nõ extrinſecus capillatura,aut circũdatio
auri,aut ueſtimentoꝝ cultus,ſed qui abſcõditus cordis eſt homo,incorruptibilitate quieti
& modeſti ſpiritus,qui eſt in cõſpectu dei locuples. Sic em̃ aliqñ & ſanctæ mulieres ſperã=
tes in domino ornabãt ſe,ſubiectæ ꝓprijs uiris,ſicut Sara obediebat Abrahę,dñm ſuũ uo
cans. Hæc aũt pręcipiẽs,nõ eas iubet ſqualore,ſordibus,& horrẽtibus pannorũ aſſumẽtis
tegi,ſed immoderato cultui,& nimis exq̃ſito interdicit ornatui,ſimplicẽq́; cõmẽdat orna=
tũ atq; habitũ. De quo & uas electiõis ait:Similiter aũt & mulieres in habitu ornato, cũ ue
recundia & ſobrietate:ornãtes nõ in tortis crinibus,aut auro,aut margaritis,uel ueſte pre=

C cioſa,ſed quod decet mulieres,promittētes caſtitatē per opera bona. Reperi uero te miræ fidei ardore ſuccenſam,aliquot iam ante annos cōtinentiam propoſuiſſe,& reliquum uitæ tuæ tempus,pudicitiæ cōſecraſſe.Magni hoc animi ſignū & perfectæ uirtutis indiciū eſt, renunciare ſubito expertæ uoluptati,fugere notas carnis illecebras,& calētis adhuc ætatis flammas,fidei amore reſtinguere. Sed illud quoqꝫ ſimul didici, quod me nō mediocriter angit ac ſtimulat:te uidelicet tantū hoc bonū,abſqꝫ cōſenſu & pacto uiri ſeruare cœpiſſe, cum hoc apoſtolica omnino interdicat autoritas,quæ in hac dūtaxat cauſa,nō modo uxorem uiro,ſed etiā uirū uxoris ſubiecit poteſtati:Vxor,inquit,ſui corporis poteſtatē nō habet,ſed uir.Similiter aūt uir poteſtatem non habet ſui corporis,ſed mulier. Tu uero quaſi oblita fœderis nuptialis,pactiqꝫ huius ac iuris immemor,incōſulto uiro uouiſti dn̄o caſtitatem.Sed periculoſe promittitur quod adhuc in alterius poteſtate eſt.Et neſcio ꝗ ſit grata donatio,ſi unus offerat rem duorū.Multa iam per huiuſcemodi ignorantiā, & audiuimus,& uidimus ſciſſa cōiugia,quodqꝫ recordari piget,occaſione caſtitatis adulteriū perpetratum.Nam dū una pars ſe etiā à licitis abſtinet:altera ad illicita delapſa eſt.Et neſcio in tali cauſa,quis magis accuſari,quis amplius culpari debeat,utrū ille qui repulſus à cōiuge fornicatur,an illa quæ repellendo à ſe uirū,eum fornicationi quodāmodo obijcit.Atqꝫ ut ſuper hac cauſa,quid ueritas habeat agnoſcas: pauca mihi de diuina autoritate ponenda ſunt.Apoſtolicæ doctrinæ regula,nec cū Iouiniano æquat cōtinentiæ,opera nuptiarum, nec cū Manichæo cōiugia condemnat.Ita uas electionis ac magiſter gentiū, inter utrunqꝫ temperatus incedit ac medius,ut remediū incōtinentiæ indulgeat,& ad præmiū prouocet continentiam.Totusqꝫ in hac cauſa eius hic ſenſus eſt,ut ex utriuſqꝫ ſentētia proponatur caſtitas,aut certe ab utroqꝫ debitum cōmune ſoluatur.Sed ipſa iam Apoſtoli uerba ponamus,totamqꝫ hāc cauſam à ſui principio retractemus. Loquitur enim ad Corinthios. De

D quibus aūt ſcripſiſtis mihi:Bonum eſt homini mulierem non tangere.Et quanqꝫ hic laudauerit caſtitatē,tamen ne aliquibus uideatur prohibere cōiugia,ſubiungit:Propter fornicationem autem unuſquiſqꝫ ſuā uxorem habeat. Vxori uir debitum reddat:ſimiliter autem & uxor uiro:Mulier aūt ſui corporis poteſtatem non habet,ſed uir. Et uir ſui corporis poteſtatem non habet,ſed mulier.Nolite fraudare inuicem.Ac rurſus:ne tanta pro nuptiarū parte dicendo,uideretur excludere caſtitatem,ſequitur: Niſi forte ex cōſenſu ad tempus, ut uacetis orationi.Et ſtatim quaſi recuſat hoc,quod dixit:Ad tempus: ne non tam perpetuam,ꝗ temporalem ac breuem continentiam docere uideatur.Ait enim:propter incontinentiam ueſtram.Hoc autem dico ſecundum indulgentiā,non ſecundum imperiū. Vnde hoc quod dixit,ad tempus:docet meditationē debere fieri caſtitatis,ut per certa interualla temporum,quaſi exploratis continentiæ ſuæ uiribus, ſine periculo utrique promittant, quod ſemper eſt ab utroqꝫ ſeruandum.Quid uero abſolute uelit,manifeſte dicit:Volo autem omēs homines eſſe ſicut meipſum,id eſt,in iugi ac perpetua caſtitate uiuere. Vides ne ꝗ caute,ꝗ prouide,ꝗ ſine ullius occaſione ſcandali,magiſter firmauerit de caſtitate ſententiam:nolens tantum bonum in unius temeritate nutare, quod ligare & confirmare debet conſenſus amborum.Et re uera,quid ea caſtitate firmius eſt,quidue tutius,ꝗ quæ ex duorum cœpta ſententia,ab utroqꝫ uelut in commune ſeruatur?Nec de ſe tantum pars altera ſolicita:mutuo ſe ad uirtutis animet perſeuerantiam. Hoc enim, ſicut alia quoqꝫ bona, nō tantum cœpiſſe,ſed perfeciſſe laudandum eſt.Iamdudū,ut intelligis, ſcopuloſo difficiliqꝫ in loco uerſatur oratio,nec audet in alterutram declinare partem,dum æqualiter utrunqꝫ formidat,ſed ex noſtra difficultate,tuū agnoſce diſcrimen. Maluimus enim te contriſtare forſitan uera dicendo,quàm ficta adulatione ducere.Duplex,ut uides,malum,æquale & anceps periculū eſt.Ex utroqꝫ arctaris,ex utroqꝫ cōſtringeris.Cōtemnere omnino uirum atqꝫ deſpicere,aperte cōtra Apoſtoli ſententiā eſt:Prodere uiro tanti temporis caſtitatē,& deo nō reddere quod promiſeras,timendū atqꝫ metuendū eſt. Vt uulgo dicitur: facile ex

amico

A amico inimicũ facies,cui promiſſa nõ reddas.Sicut enim ſcriptura dicit: Quod ſi uoueris
uotum domino deo,nõ moreris reddere illud,quia quærens quærit illud dominus deus
abs te:Erit enim in peccatũ.Ait ergo:Debitã honorificentiã uiro exhibe, ut ex utroq; do=
mino debitum quod uouiſti reddere poſſis.De cuius cõſcientia nõ diffidimus , ſi paululũ
expectaſſes:nõ quo te à bono caſtitatis retrahamus,ſed huius animum ad caſtitatis oracu
lum totis uiribus incitemus,ut uoluntariũ ſacrificium offerat deo,in odorẽ ſuauitatis , ut
exuta mens à cũctis retinaculis mũdanis,atq; corporalibus uoluptatibus ſit,ut ualeas ple
nius inhærere dominicis præceptis. Quod tamẽ ne quid à nobis negligẽter eſſe dictum ar
bitreris,diuinarũ ſcripturarũ teſtimonijs edocuimus,ſicut etiam Apoſtolus dicit : Et erũt
duo in carne una:iam nõ una caro,ſed unus ſpiritus.Hoc ſacramentum magnum eſt, ar=
duumq; eſt iter caſtitatis,ſed magna ſunt præmia. Vocatq; nos dominus in euãgelio, di=
cẽs:Venite benedicti patris mei,poſſidete præparatũ uobis regnũ ab origine mũdi. Idem
ipſe dominus dicit:Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis , & ego uos reficiã.
Tollite iugũ meũ ſuper uos,& diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde , & inuenietis
requiem animabus ueſtris.Iugũ enim meũ ſuaue eſt,& onus meũ leue.Dicit enim idẽ do=
minus his,qui ad ſiniſtrã eius erunt:Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quẽ præ
parauit pater meus diabolo & angelis eius:neſcio uos operarij iniquitatis.Erit ibi fletus et
ſtridor dentium.Illi utiq; omnes plãgent,illi lugebunt , qui ita curis ſe uitæ præſentis in=
uoluunt,ut obliuiſcantur futurã,quos ſomno quodam ignorãtiæ,& malæ ſecuritatis op
preſſos fluctibus,domini cõprehẽdet aduentus. Vnde ipſe in euangelio ait:Attendite uo=
bis,ne forte grauẽtur corda ueſtra in crapula & ebrietate,& curis huius uitæ: Ne forte ſu
perueniat in uos repẽtina dies illa,tanquã laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent
ſuper faciẽ omnis terræ.Et rurſum:Vigilate & orate:neſcitis enim quãdo tẽpus ſit. Beati
B ſunt,qui ita expectant,ita illũ ſpeculãtur diem,ut ſe ad eum quotidie præparent, qui non
de præterita ſibi iuſticia blandientes,ſecundũ Apoſtolũ,per dies ſingulos in uirtute reno
uantur.Iuſticia enim nõ proderit ei,à quo die iuſtus eſſe deſierit.Sicut etiã iniquo non no
cebit iniquitas ſua,à die quo ſe ab iniquitate cõuerterit. Nec ſanctus ergo ſecurus eſſe de=
bet,quàmdiu in huius uitæ agone uerſatur:nec deſperare peccator,qui ſecundũ prædictã
prophetæ ſententiã,uno die iuſtum ſe efficere poteſt,ſed totũ quò tenditur ſpacium uitæ
tuæ,ut peragere poſſis iuſticiã,nec de præterita iuſticia confidens remiſſior efficiaris. Sed
ſicut dicit Apoſtolus:Poſteriora obliuiſcens,ad ea aũt quæ anteriora ſunt me extẽdẽs,ad
deſtinatũ perſequar brauiũ ſupernæ uocationis,ſciẽs ſcriptũ eſſe cordis inſpectorẽ deum.
Et idcirco ſatagit,ut animã mundã habeat à peccato.Propter quod ſcriptũ eſt : Omni cu=
ſtodia ſerua cor tuum . Et iterum : Diligit dominus munda corda. Accepti autem ſunt ei
omnes immaculati . Idcirco age , ut ordines reliquum tempus uitæ tuæ ſine offenſa , ut
poſſis ſecure canere cum propheta : Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio
domus meæ . Et iterum: Introibo ad altare dei,ad deum qui lætificat iuuentutem meam.
Quia inchoaſſe non ſufficit , ſed perfeciſſe iuſticia eſt.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Pater Aſellæ ſomniarat ſe in uitrea phiala uidere puellam uirgunculam.Eam natam,& ante annos pubertatis uirginitati conſecrauit,flammeo uirginali tectam.Ea protinus poſt duodecimũ annũ monachæ uitam arripuit,ac Romę perinde quaſi in eremo uixit.Huius laudes ad Marcellã illius familiarem ſcribit,ne uideretur aſſentari,quod uiuentem adhuc tantopere laudaret.

## HIERON. AD MARCELLAM DE LAVDIBVS ASELLAE.

NEmo reprehendat quod in epiſtolis , aliquos aut laudamus , aut carpimus, cum & in arguendis malis, ſit correptio cæterorum ; & in optimis prædicãdis, bonorum ad uirtutem ſtudia concitentur . Nudiuſtertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. Ilico pupugit animum,& mihi uenit in mentem , non debere nos tacere de uirgine,qui de ſecũdo ordine caſtitatis loquuti ſumus.Igitur Aſellæ noſtrę uita

breuiter

C breuiter explicanda eſt: cui quæſo ne hanc epiſtolã legas. Grauatur quippe laudibus ſuis,
ſed his potius, quæ adoleſcentulæ ſunt, legere dignare: ut ad exemplũ eius ſe inſtituentes,
conuerſationẽ illius, perfectæ uitæ normam arbitrentur. Prętermitto, quod in matris ute
ro benedicitur ei, antequã naſcatur, quod in phiala nitentis uitri, & omni ſpeculo purioris
patri uirgo traditur per quietẽ. Quod adhuc infantię inuoluta pannis, & uix annum deci
mum ætatis excedẽs: honore futuræ beatitudinis cõſecratur. Sit gratiæ omne, quod ante
laborũ fuit: licet deus præſcius futurorum, & Hieremiam ſanctificet in utero, & Ioannẽ in
aluo matris faciat exultare, & Paulũ ante cõſtitutionem mundi, ſeparet in euangelium fi-
lij ſui. Ad ea uenio, quę poſt duodecimũ annũ ſudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœ-
pit, impleuit. Vnius cellulæ clauſa anguſtijs, latitudine paradiſi fruebatᷣ. Idẽ terræ ſolũ, &
orationis locus extitit & quietis. Ieiuniũ pro ludo habuit, inediam pro refectione. Et cum
eã nõ ueſcẽdi deſideriũ, ſed humana cõfectio ad cibum traheret: pane & ſale, & aqua frigi
da cõcitabat magis eſuriẽ, q̃ reſtinguebat. Et quia penè oblitus ſum, quod in principio de
bui dicere: Cum primũ hoc propoſitum arripuit, aurum colli ſui, quod quidẽ murenulã
1 uulgus uocat, quod ſcilicet metallo in uirgulas lenteſcente, quadã ordinis flexuoſi catena
cõtexitur, abſq; parẽtibus uendidit, & tunicam fuſciorẽ, quam à matre impetrare non po
terat induta, pro negociationis auſpicio, ſe repẽte domino cõſecrauit, ut intelligeret uniuer
ſa cognatio, nõ poſſe aliud ei extorqueri, quæ iam ſeculum dãnaſſet in ueſtibus. Sed, ut di
cere cœperamus, ita ſe ſemꝑ moderate habuit, & intra cubiculi ſui ſecreta cuſtodiuit, ut nũ
quam pedẽ proferret in publicum, nunq̃ uiri noſſet alloquiũ. Et quod magis ſit admiran
dum, ſororẽ uirginẽ amaret potius, q̃ uideret. Operabatur manibus ſuis, ſciens ſcriptum
eſſe: Qui nõ operatᷣ, nõ mãducat. Sponſo aut orans loquebatur, aut pſallens. Ad martyrũ
limina penè inuiſa properabat. Et cũ gauderet propoſito ſuo: in eo uehemẽtius exultabat
D quod ſe nullus cognoſceret. Cumq́; per omnem annũ, iugi ieiunio paſceretur, biduo tri-
duoq́; ſic permanẽs, tum uerò in quadrageſima, nauigij ſui uela tẽdebat, omnes penè he-
bdomadas uultu lætãte cõiungẽs. Et quod impoſſibile forſitan eſt hominibus ad creden-
dum, deo aũt præſtãte poſſibile eſt, ita ad quinquagenariã peruenit ætatẽ, ut non doleret
ſtomachus, nõ uiſcerũ cruciaretur iniuria, nõ ſicca humus iacentia mẽbra cõfringeret, nõ
2 ſacco aſperata cutis, fœtorẽ aliquẽ ſitumq́; cõtraheret, ſed ſana corpore, anima ſanior, ſoli
tudinẽ putaret eſſe delitias, & in urbe turbida, inueniret eremũ monachorũ. Et hæc quidẽ
tu melius noſti, à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities de genubus camelorũ in il
lo ſancto corpuſculo prę orãdi frequẽtia obcalluiſſe perſpecta eſt. Nos quod ſcire poſſu-
mus, explicamus. Nihil illius ſeueritate iucũdius, nihil ſuauitate triſtius, nihil triſticia ſua-
uius. Ita pallor in facie eſt, ut cũ cõtinẽtiã indicet, nõ redoleat oſtẽtationẽ. Sermo ſilẽs, & ſi
lentiũ loquẽs. Nec citus, nec tardus inceſſus. Idẽ ſemper habitus. Neglecta mũdicies, & in
culta ueſtis, cultus ipſe, ſine cultu. Sola uitę ſuę æqualitate ꝓmeruit, ut in urbe põpæ, laſci
uiæ, delitiarũ, in qua humilẽ eſſe miſeria eſt, & boni eã prædicẽt, & mali detrahere non au-
deant. Viduæ eã imitẽtur & uirgines. Maritatę colãt, noxiæ timeant, ſuſcipiãt ſacerdotes.

## SCHOLIA.

MVrenulam uulgus uocat.) Nimirum à ſimilitudine piſcis. Pro negociationis auſpicio.) Quia uendidit ornamenta mundana, ut emeret ueſtem monachæ, felici auſpicio euangelij: Vade & uende omnia &c. Metallo in uirgulas lenteſcente.) Metallum aurum uocat: alioqui uenæ unde aurum atque argentum, & huius generis alia proferuntur, metella dicuntur. Lenteſcere eſt flexile fieri, ita & aliâs Hieronymus, Aurum in fila lenteſcens. Penè inuiſa properabat.) Inuiſam dixit non odioſam, ſed non uiſam. Ita clanculum ibat, & celeriter redibat, ut uix à quoquam uideretur. Nauigij ſui uela tendebat.) A nautis ſumptum, qui uela pandunt, uelocius curſuri. Significat autem uehementius & acrius ieiunium, quod alijs temporibus Hieronymus uult eſſe moderatius, minusq́; perpetuum. Cruciaretur iniuria.) Iniuriam eleganter uocat moleſtiam & offenſam: unde & cœli dicimus iniuriam. Seueritate iucundius.) Miro decore coniunxit contraria. Habet hoc uera pietas, quæ à ſpiritu Chriſti proficiſcitur, ut ira quoque ſapiat amorem,

A ſeueritas habeat ſuam iucunditatem:cõtra iucunditas,habeat ſuam triſticiam, non triſtem. In humanis
affectibus,aut ſimulatis,ſecus eſt. Sermo ſilens.) Pari iucunditate iunxit pugnantia. Idem ſem-
per habitus.) Habitum uocat hic nõ cultum,ſed uultus ſpeciem,ut nec triſtior eſſet,nec hilarior.Idem
tradunt de Socrate philoſopho.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Marcella primæ nobilitatis puella,ſeptimo à nuptijs menſe fuerat orbata marito,Deinde Cerealem
conſulem nuptias illius ambiẽtem , pertinaciter reiecit,decreta iam in reliquam uitam uiduali caſtimo
nia,Monachæ uitam,prima nobilium fœminarum auſa eſt Romæ profiteri,ac multas ad idem inſtitu-
tum pertraxit. A diuo Hieronymo diuinas literas diligentiſſime didicit,cum eſſet Romæ,abſenti ſçpe
ſcripſit,& cum opibus ſuis adiuuit.Huius mulieris opera factio Origeniſtarum,quæ Hieroſolymis cœ
perat inualeſcere,prodita atq; extincta eſt,Perijt feliciter paucis diebus poſt urbem Romam à Gotthis
direptam.Scribit ad Principiam uirginem,Marcellæ quondam contubernalem ac diſcipulam.

## AD PRINCIPIAM VIRGINEM MARCELLAE uiduæ epitaphium.

SAepe & multum flagitas uirgo Chriſti Principia,ut memoriam ſanctæ fœmi-
næ Marcellæ literis recolam , & bonum quo diu fruiti ſumus,etiã cæteris no-
1 ſcendũ imitandũq́; deſcribam.Satis doleo, quod hortaris ſponte currentẽ, &
me arbitraris indigere precibus,qui ne tibi quidẽ in eius dilectione concedam:
multoq́; accipiam,quàm tribuam beneficij,tantarũ recordatione uirtutũ. Nã ut hucuſq;
reticerem,& bienniũ præterirem ſilentio,non fuit diſſimulationis, ut male exiſtimas, ſed
triſticiæ incredibilis,quæ ita meum oppreſſit animũ,ut melius iudicarẽ tacere impræſen-
tiarũ,quàm nihil dignũ illius laudibus dicere.Neq; uero Marcellam tuam , imò meã: &
ut uerius loquar,noſtrã:omniumq́; ſanctorũ, & propriæ Romanæ urbis inclytũ decus
inſtitutis rhetorũ prædicabo,ut exponã illuſtrẽ familiam,alti ſanguinis decus, & ſtemma
ta per procõſules & præfectos prætorio decurrentia.Nihil in illa laudabo,niſi quod pro
B priũ eſt,& eo nobilius,quod opibus & nobilitate cõtẽpta,facta eſt paupertate & humili-
tate nobilior.Orba patris morte:uiro quoq; poſt nuptias ſeptimo mẽſe priuata eſt.Cũq́;
eã Cerealis (cuius clarũ inter cõſules nomẽ eſt) ꝓpter etatẽ & antiquitatẽ familiæ ; & inſi-
gnem (quod maxime uiris placere cõſueuit) decorẽ corporis:ac morũ tẽperantiã ambitio
ſius peteret,ſuasq́; lõgæuus polliceret̃ diuitias:& nõ quaſi in uxorẽ,ſed quaſi in filiã uel-
let donationẽ trãſfundere:Albinaq́; mater tã clarũ pręſidiũ uiduatæ domus ultro appe-
teret,illa r̃ndit:Si uellẽ nubere,& nõ æternæ me cuperẽ pudicitiæ dedicare ; utiq; maritũ
quęrerẽ,nõ hæreditatem.Illoq́; mandante, poſſe & ſenes diu uiuere , & iuuenes cito mo-
ri:eleganter luſit.Iuuenis quidem poteſt cito mori,ſed ſenex diu uiuere non poteſt. Qua
ſententia repudiatus,exemplo cæteris fuit,ut eius nuptias deſperarent.Legimus in euan-
gelio ſecundum Lucam:Et erat Anna propheti ſſa filia Phanuelis de tribu Aſer: Et hæc
profectæ ætatis in diebus plurimis.Vixeratq́; cum uiro ſuo annis ſeptẽ à uirginitate ſua
& erat uidua annis octogintaquatuor,nec recedebat de tẽplo: Ieiunijsq́; & obſecrationi-
bus domino ſeruiens nocte ac die.Nec mirum,ſi uidere meruit ſaluatorem, quem tãto la-
bore quærebat.Conferamus ſeptem annos,ſeptem menſibus,ſperare Chriſtum & tene-
re,natum confiteri,& in crucifixum credere,paruulum non negare,& uirum gaudere re-
gnantẽ.Non facio ullam inter ſanctas fœminas differentiã,quod nonnulli inter ſanctos
uiros & eccleſiarũ principes,ſtulte facere cõſueuerũt:ſed illò tẽdit aſſertio,ut quarũ unus
eſt labor,unũ & præmiũ ſit.Difficile eſt in maledica ciuitate,et in urbe,in qua orbis quon
dam populus fuit,palmaq́; uitiorũ,ſi honeſtis detraherent,& pura ac munda macularẽt,
non aliquã ſiniſtri rumoris fabulam cõtrahere.Vnde quaſi rem difficillimã, & penè im-
poſſibilẽ optat propheta,potiusq́; præſumit,dicẽs:Beati immaculati in uia, qui ambulãt
in lege domini.Immaculatos in uia huius ſeculi appellat,quos nulla obſcœni rumoris au
ra macularit:qui opprobriũ nõ acceperint aduerſus ꝓximos ſuos.De quibus ſaluator in
euãgelio:Eſto inquit,beneuolus:ſiue bene ſentiens de aduerſario tuo,dũ es in uia cũ illo.

Quis

C Quis unquam de hac muliere,quod diſpliceret,audiuit,& crederet? Quis credidit,ut non
magis ſeipſum malignitatis & infamiæ condēnaret? Ab hac primū confuſa gentilitas eſt,
dum omnibus patuit,quæ eſſet uiduitas Chriſtiana,quā & conſcientia & habitu promit-
tebat.Illę enim ſolent purpuriſſo & ceruſſa ora depingere,ſericis nitere ueſtibus,ſplende-
re gēmis,aurū portare ceruicibus,& auribus perforatis,rubri maris precioſiſſima grana
ſuſpendere, fragrare muſco mure,maritos ita plāgere,ut tandē dominatu eorū, ſe caruiſ-
ſe lætentur,quærantq; alios:non quibus iuxta dei ſententiā ſeruiant,ſed quibus imperet.
Vnde & pauperes eligunt,ut nomen tantū uirorum habere uideantur:qui patiēter riua-
les ſuſtineant:ſi muſſitauerint,ilico proijciendi.Noſtra uidua talibus uſa eſt ueſtibus qui-
2 bus arceret frigus,nō mēbra nudaret:aurū uſq; ad anuli ſignaculum repudians & magis
in uentribus egenorū,quàm in marſupijs recondens.Nuſquam ſine matre. Nullū cleri-
corum,aut monachorum(quod amplæ domus interdum exigebat neceſſitas) uidit abſq;
arbitris.Semper in comitatu ſuo uirgines,ac uiduas,& ipſas graues fœminas habuit:ſciēs
ex laſciuia puellarū ſæpe de dominarū moribus iudicari:& qualis quæq; ſit,taliū conſor-
tio delectari.Diuinarū ſcripturarum ardor erat incredibilis:Semperq; cantabat: In corde
meo abſcondi eloquia tua,ut nō peccē tibi.Et illud de perfecto uiro:Et in lege domini uo-
luntas eius,& in lege eius meditabitur die ac nocte.Meditationem legis nō in replicando,
quæ ſcripta ſunt,ut Iudæorū exiſtimant phariſæi,ſed in opere intelligēs,iuxta illud Apo-
ſtolicum:Siue comeditis,ſiue bibitis,ſiue quid agitis omnia in gloriam domini faciētes.Et
7 prophetæ uerba,dicentis:A mādatis tuis intellexi,ut poſtquā mandata compleſſet, tunc
ſe ſciret mereri intelligentiā ſcripturarum.Quod & alibi legimus:Quia cœpit Ieſus facere
& docere.Erubeſcit enim quamuis præclara doctrina,quam propria reprehēdit conſciē-
tia.Fruſtraq; eius lingua prędicat paupertatē,& docet eleemoſynas,qui Crœſi diuitijs tu
D met:Viliq; opertus pallio:pugnat cōtra tineas ueſtium ſericarum.Moderata ieiunia, car-
nium abſtinentia:uini odor magis,quàm guſtus:propter ſtomachū & frequentes infirmi
tates.Raro procedebat ad publicū,& maxime nobilium matronarum uitabat domos:ne
cogeretur uidere quod contēpſerat:Apoſtolorum & martyrū baſilicas ſecretis celebrans
orationibus,& quæ populorum frequentiam declinarent.Matri intantū obediens,ut in-
terdum faceret,quod nolebat.Nā cum illa ſuum diligeret ſanguinem,& abſq; filijs & ne-
potibus,uellet in fratris liberos uniuerſa cōferre:iſta pauperes eligebat,& tamen matri cō
traire nō poterat:monilia,& quicquid ſupellectilis fuit,diuitibus peritura cōcedens, ma-
giſq; uolens pecuniā perdere,quàm parentis animum contriſtare.Nulla eo tēpore nobi-
lium fœminarū nouerat Romæ propoſitū monachorū,nec audebat propter rei nouita-
tem,ignominioſum, ut tunc putabatur,& uile in populis nomē aſſumere.Hæc ab Alexā
drinis ſacerdotibus,papaq; Athanaſio,& poſtea Petro,qui perſequutionē Arrianæ hæ-
reſeos declinantes,quaſi ad tutiſſimum cōmunionis ſuæ portū Romā confugerant,uitā
beati Antonij adhuc tunc uiuentis,monaſteriorūq; in Thebaide Pachumij, & uirginum
ac uiduarum didicit diſciplinā.Nec erubuit profiteri,quod Chriſto placere cognouerat.
Hanc multos poſt annos imitata eſt Sophronia & aliæ: quibus rectiſſime illud Ennianū
aptari poteſt:Vtinā ne in nemore Pelio.Huius amicitijs fruita eſt Paula uenerabilis.In hu
ius cubiculo nutrita Euſtochiū uirginitatis decus,ut facilis æſtimatio ſit:qualis magiſtra,
ubi tales diſcipulæ.Rideat forſan infidelis lector,me in muliercularū laudibus immorari:
qui ſi recordetur ſanctas fœminas,comites domini ſaluatoris,quę miniſtrabant ei de ſua
ſubſtantia,& tres Marias ſtantes ante crucem,Mariāq; proprie Magdalenæ, que ob ſe-
3 dulitatem & ardorē fidei,turritæ nomē accepit,& prima ante Apoſtolos, Chriſtū uidere
meruit reſurgentē:ſe potius ſuperbiæ,quàm nos condemnabit ineptiarū:qui uirtutes nō
ſexu,ſed animo iudicamus:contemptæq; nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriā duci-
mus.Vnde & Ieſus Ioannem Euuangeliſtā amabat plurimū:qui propter generis nobili-

A tatem erat notus pontifici,& Iudæorũ inſidias nõ timebat:intantũ,ut Petrũ introduceret
in atriũ,& ſtaret ſolus apoſtolorũ ante crucem:matremq; ſaluatoris in ſua reciperet,ut hæ
reditatem uirginis domini,uirginẽ matrẽ filius uirgo ſuſciperet. Annis igitur plurimis ſic
ſuam tranſegit ætatem,ut ante ſe uetulã cerneret,quàm adoleſcentulam fuiſſe meminiſſet:
laudans illud Platonicũ,qui philoſophiam meditationẽ mortis eſſe dixit. Vnde & noſter
4 Apoſtolus:Quotidie morior propter ueſtram ſalutem. Et dominus iuxta antiqua exem-
plaria:Niſi quis tulerit crucem ſuã quotidie,& ſequutus fuerit me,nõ poteſt meus eſſe di-
ſcipulus.Multoq; ante per prophetã ſpiritus ſanctus: Propter te mortificamur tota die,
æſtimati ſumus ut oues occiſionis.Et poſt multas ætates illa ſentẽtia:Memẽto ſemper diẽ
mortis,& nunq; peccabis.Diſertiſſimiq; præceptũ Satyrici: Viue memor lœti, fugit ho
ra:hoc quod loquor,inde eſt.Sic ergo (ut dicere cœperamus) ætatẽ duxit:& uixit, ut ſem
per ſe crederet eſſe moriturã.Sic induta eſt ueſtibus,ut meminiſſet ſepulchri, offerẽs hoſtiã
rationabilẽ,uiuam,placentem deo.Deniq; cum & me Romã cũ ſanctis põtificibus, Pauli
no & Epiphanio,eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas:quorũ alter Antiochenã Syriæ,alter Sa-
laminiam Cypri rexit eccleſiam,& uerecunde nobilium fœminarũ oculos declinarem, ita
egit ſecundũ Apoſtolum,importune opportune,ut pudorẽ meũ ſua ſuperaret induſtria.
Et quia alicuius tũc nominis eſſe exiſtimabar ſuper ſtudio ſcripturarum, nunq; conuenit,
quin de ſcripturis aliquid interrogaret:nec ſtatim acquieſceret,ſed moueret ecõtrario quæ
ſtiones:nõ ut cõtenderet:ſed ut quærendo diſceret earum ſolutiones, quas opponi poſſe
intelligebat. Quid in illa uirtutũ,quid ingenij,quid ſanctitatis, quid puritatis inuenerim,
uereor dicere:ne fidẽ credulitatis excedã,et tibi maiorem dolorem incutiam,recordãti quã
to bono carueris.Hoc ſolum dicam,quod quicquid in nobis longo fuit ſtudio congrega-
tum,& meditatiõe diuturna,quaſi in naturã uerſum,hoc illa libauit,didicit,atq; poſſedit:
ita ut poſt profectionẽ noſtram,ſi in aliquo teſtimonio ſcripturarum eſſet oborta conten-
B tio,ad illã iudicem pergeretur.Et quia ualde prudens erat,& nouerat illud,quod appellãt
5 philoſophi τὸ πρέπον, id eſt,decere quod facias.Sic ad interrogata reſpõdebat,ut etiam ſua
nõ ſua diceret,ſed uel mea,uel cuiuslibet alterius:ut in eo ipſo quod docebat, ſe diſcipulã
fateretur.Sciebat eñ dictũ ab Apoſtolo:Docere autẽ mulieri nõ permitto,ne uirili ſexui,
& interdũ ſacerdotibus,de obſcuris & ambiguis ſciſcitãtibus, facere uideretur iniuriã. In
noſtrũ locũ ſtatim audiuimus te illius adhæſiſſe cõſortio,& nunq; ab illa ne tranſuerſum
quidẽ unguem,ut dicitur,receſſiſſe.Eadem domo,eodẽ cubiculo uſam, ut omnibus in ur-
be clariſſima notũ fieret,& te matrẽ,& illã filiã repperiſſe.Suburbanus ager uobis pro mo
naſterio fuit,& rus electum pro ſolitudine.Multoq; ita uixiſtis tempore,ut ex imitatione
ueſtri,conuerſatione multarum gauderemus Romã factam Hieroſolymã.Crebra uirginũ
monaſteria,monachorũ innumerabilis multitudo:ut pro frequẽtia ſeruientiũ deo, quod
prius ignominiæ fuerat,eſſet poſtea gloriæ.Interim abſentiã noſtri mutuis ſolabamur al-
loquijs:& quod carne nõ poteramus,ſpiritu reddebamus.Sẽper obuiare epiſtolis:ſupera
re officijs,ſalutationibus præuenire.Non multum perdebat abſentia,quæ iugibus ſibi li-
teris iungebatur.In hac trãquillitate,& dñi ſeruitute,hæretica in his prouincijs exorta tẽ-
peſtas,cuncta turbauit:& in tantã rabiem concitata eſt,ut nec ſibi,nec ulli bonorũ parce-
ret.Et quaſi parũ eſſet,hic uniuerſa mouiſſe,nauem plenam blaſphemiarũ Romano intu-
lit portui.Inuenitq; protinus patella operculũ,& Romanæ fidei puriſſimum fontẽ,cœno
lutoſa permiſcuere ueſtigia.Nec mirũ ſi in plateis & in foro rerum uenaliũ, fictus ariolus
6 ſtultorũ uerberet nares,& obtorto fuſte dentes mordentium quatiat:cum uenenata ſpur
caq; doctrina Romæ inuenerit quos induceret.Tunc librorũ περὶ ἀρχῶν infamis interpreta
tio:tunc diſcipulus ὄλβιος, uere nominis ſui,ſi in talẽ magiſtrum nõ impegiſſet. Tunc no-
ſtrorum διδασκάλων contradictio,& phariſæorum turbata eſt ſchola.Tunc ſancta Marcella,
quæ diu cohibuerat,ne per æmulationẽ quippiã facere uideretur,poſtq; ſenſit fidem apo

C ſtolico ore laudatã,in pleriſq; uiolari,ita ut ſacerdotes quoq;,et nõnullos monachorũ,ma-
ximeq́; ſeculi homines,in aſſenſum ſui traheret:ac ſimplicitati illuderet epiſcopi, ꝗ de ſuo
ingenio cæteros æſtimabat:publice reſtitit,malens deo placere,quàm hominibus. Laudat
ſaluator in Euãgelio uillicum iniquitatis,quod cõtra dominũ quidem fraudulenter : atta-
men pro ſe prudẽter fecerit. Cernẽtes hæretici de parua ſcintilla maxima incẽdia cõcitari:
7 & ſuppoſitam dudum flammã,iã ad culmina perueniſſe:nec poſſe latere,quod multos de-
ceperat,petunt & impetrant eccleſiaſticas epiſtolas:ut cõmunicantes eccleſiæ,diſceſſiſſe ui-
derentur. Non multũ tẽpus in medio,ſuccedit in pontificatũ uir inſignis Anaſtaſius, quẽ
diu Roma habere nõ meruit,ne orbis caput ſub tali epiſcopo truncaretur. Imò idcirco ra-
ptus atq; translatus eſt,ne ſemel latam ſententiã,precibus ſuis flectere conaretur. Dicente
domino ad Hieremiã:Ne oraueris pro populo iſto,neq; depreceris in bonũ. Quia ſi ieiu-
nauerint,nõ exaudiam preces eorũ. Et ſi holocauſta & uictimas obtulerint,non ſuſcipiam
eas. In gladio enim & fame & peſtilẽtia ego conſumã eos. Dicas,quid hæc ad laudẽ Mar-
cellæ? Dãnationis hæreticorũ hæc fuit principiũ:dum adducit teſtes,qui prius ab eis eru-
diti,& poſtea ab hæretico fuerãt errore correpti:dum oſtẽdit multitudinem deceptorum,
dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit uolumina, quæ emẽdata manu ſcorpij monſtrabantur : dum
acciti frequẽtibus literis hæretici,ut ſe defenderent,uenire non ſunt auſi:tantaq́; uis cõſciẽ-
tiæ fuit,ut abſentes damnari,quàm præſentes coargui maluerint. Huius tam glorioſæ ui-
ctoriæ origo Marcella eſt:tuq; caput horũ & cauſa bonorũ,ſcis me uera narrare: quæ no-
ſti,uix de multis pauca me dicere,ne legẽti faſtidiũ faciat odioſa replicatio,& uidear apud
maleuolos ſub occaſione laudis alterius ſtomachum meũ digerere. Pergã ad reliqua. De
Occidẽtis partibus ad Orientẽ turbo trãſgreſſus, minitabat̃ plurimis magna naufragia.
Tunc impletum eſt:Putas ueniens filius hominis fidẽ inueniet ſuper terram? Refrigerata
charitate multorũ,pauci qui amabant fidei ueritatẽ:noſtro lateri iungebantur,quorũ pu-
D blice petebatur caput:cõtra quos opes omnes parabantur,ita ut Barnabas quoq; ducere-
tur in illam ſimulationẽ,imò apertũ parricidium:quod non uiribus,ſed uoluntate cõmi-
ſit. Et ecce uniuerſa tẽpeſtas domino flãte deleta eſt,expletũq́; uaticiniũ prophetale:Aufe-
res ſpiritũ eorũ & deficient,& in puluerem ſuũ reuertentur. In illa die peribunt omnes co-
gitationes eorũ. Et illud Euangelicũ:Stulte,hac nocte auferetur anima tua à te:quæ autem
præparaſti,cuius erũt? Dũ hæc agũtur in Iebus,terribilis de Occidẽte rumor affertur,ob-
ſideri Romã,& auro ſalutẽ ciuiũ redimi:ſpoliatosq́; rurſum circũdari,ut poſt ſubſtantiã,
uitam quoq; perderẽt. Hæret uox,& ſingultus intercipiũt uerba dictantis. Capitur urbs,
quæ totũ cepit orbẽ:imò fame perit anteq; gladio,& uix pauci qui caperẽtur inuẽti ſunt.
Ad nefandos cibos erupit eſurientiũ rabies,& ſua inuicẽ mẽbra laniarunt,dum mater nõ
parcit lactenti infantiæ:& recipit utero,quẽ paulò ante effũderat. Nocte Moab capta eſt,
nocte cecidit murus eius. Deus,uenerũt gẽtes in hæreditatẽ tuã:polluerũt templũ ſanctũ
tuũ. Poſuerũt Hieruſalẽ in pomorũ cuſtodiã:poſuerũt cadauera ſanctorꝫ tuorꝫ eſcas uola-
tilibus cœli,carnes ſanctorum tuorũ beſtijs terræ. Effuderũt ſanguinẽ eorũ ſicut aquã in
circumitu Hieruſalẽ,& non erat qui ſepeliret. Quis cladem illius noctis,quis funera fan-
do Explicet,aut poſſet lachrymis æquare dolorẽ? Vrbs antiqua ruit,multos domina-
ta per annos, Plurima perq́; uias ſpargũtur inertia paſſim Corpora,perq́; domos,&
plurima mortis imago. Cũ interim,ut in tãta cõfuſione rerũ, Marcellæ quoq; domũ cru-
entus uictor ingredit̃. Sit mihi fas audita loqui, imò à ſanctis uiris uiſa narrare : qui inter-
fuere præſentes,qui te dicũt in periculo quoq; ei fuiſſe ſociatã. Intrepido uultu excepiſſe di-
citur introgreſſos. Cũq; poſceretur aurũ & defoſſas opes,uili excuſaret tunica,nõ tamẽ fe-
cit fidem uoluntariæ paupertatis. Cæſam fuſtibus flagelliſq́;,aiunt non ſenſiſſe tormẽta:
ſed hoc lachrymis,hoc pedibus eorũ proſtratam egiſſe,ne te à ſuo cõſortio ſepararent : ne
ſuſtineret adoleſcẽtia,quod ſenilis ætas timere nõ poterat. Chriſtus dura corda molliuit,

& inter

A & inter cruentos gladios inuenit locum pietas. Cumq́ꝫ & illam & te ad apoſtoli Pauli ba-
ſilicam barbari deduxiſſent, ut uel ſalutem uobis oſtenderent, uel ſepulchrum: in tantam
læticiam dicitur erupiſſe, ut gratias ageret deo, quod te integrã ſibi reſeruaſſet: quod pau-
perem illam non feciſſet captiuitas, ſed inueniſſet: quod egeret quotidiano cibo: quod ſa-
turata Chriſto, nõ ſentiret eſuriem: quod & uoce & opere loqueretur: Nuda exiui de ute-
ro matris meæ, nuda & redeam. Sicut domino uiſum eſt, ita & factum eſt: Sit nomen do-
mini benedictũ. Poſt aliquot dies, ſano, integro, uegetoq́ꝫ corpuſculo obdormiuit in do-
mino: & te paupertatulæ ſuæ, imò per te pauperes reliquit hæredes, claudens oculos in
manibus tuis, reddens ſpiritum in tuis oſculis, dum inter lachrymas tuas illa rideret con-
ſcientia uitæ bonæ, & præmijs futurorũ. Hæc tibi Marcella uenerabilis, & tibi Principia
filia, una & breui lucubratione dictaui, non eloquij uenuſtate, ſed uoluntate in uos animi
gratiſſimi, & deo & legentibus placere deſiderans.

## SCHOLIA

1 HOrtaris ſponte currentem.) Prouerbialiter dictũ eſt, ubi quis eum incitat, qui ſatis ardet ſua
ſponte. Addit ſe dolere, quod incitetur tantopere, quaſi grauatim alioqui facturus. Stem-
mata per conſules.) Stemmata ſunt inſignia nobilium, imagines, ſtatuæ, coronæ. Erat hæc ex
proconſulibus & prætorio præfectis progenita. Suaſq́ꝫ longæuus.) Id eſt, ſenex. Hac ſpe
complures puellæ nubunt ſenibus, ut illis extinctis, nubãt iam diuites cui uelint. Maritũ quærerẽ.)
Quaſi ſenex non ſit maritus, quippe nõ idoneus gignendis liberis. Orbis populus fuit.) Quod nul-
la illic non eſſet prouincia. Palmaq́ꝫ uitiorum.) Id eſt, nuſq́ꝫ plura uitia. Malignitatis & infamiæ.)
Malignitas opponitur candori, cum ſiniſtre & inique interpretamur. Infamiã poſuit pro infamatione,
hoc eſt, illata famæ nota. Rubri maris.) Nam illic potiſſimũ naſcuntur margarita, quæ grana uocat
ob ſimilitudinem, quod in conchis ceu grana reperiantur. Sic & Horatius baccas uocat, niſi fortè pro
granis, mauis germina. Fragrare muſco mure.) Hũc aliàs peregrinum murem uocat, cuius odor &
hodie in delitijs eſt. Quidã habebant, murice, ſed mendoſe. Legẽdum arbitror, uel muſco, uel mure. Nã
muſcus Græcis paruũ murem ſignificat, μύσκος à μῦς. Quod ſi probas muſco mure: mure addidit, ne de
2 muſco acciperemus adhærente ſaxis & arboribus. Non membra nudaret.) De multicijs ſentit: quæ
B quoniam pellucebant, non tegebant corpus, ſed laſciuius oſtentabant. Et ipſas graues.) Nõ quasli-
bet uiduas, ſed probatæ uitæ: quod multæ eſſent, cum quibus nõ eſſet tutum habere conſuetudinẽ ei,
quæ decreuiſſet caſte uiuere. Pugnat contra tineas.) Quippe quæ in ſcrinijs tãtum habeat ueſtium
ſericarum, ut uix poſſit à tineis defendere. Et uile in populis.) Vile contemptum dixit, præſertim in
populis, hoc eſt, Romæ, in maxima totius orbis frequentia. Nonnulli codices pro uile, habebãt uelatæ,
ſed uile magis placet. Illud Ennianum aptari poteſt.) Significat moleſtiam quam attulerunt Orige-
niſtæ. Eſt autẽ initium carminis Enniani ex tragœdia Medea: in quo Medeæ optat pediſequa, ut nũq́ꝫ
ueniſſent in Colchidem argonautæ. Vſurpatur aliquoties à Cicerone, ueluti prouerbiale, quoties ſen
tit originem mali, hinc aut hinc profectam. Carmen integrum ſic habet: Vtinam ne in nemore Pelio
ſecuribus cæſæ Cecidiſſent abiegnæ ad terrã trabes, Neue inde nauis inchoandæ exordium Cœpiſ
ſet, quæ nunc nominatur Argo, &c. Porrò uerſus hos ob id adduxit, quod hæreſis ea uenerit in Italiã
ab ultramarinis regionibus: ſicuti teſtatur alibi. A qua non fuit alienus Ruffinus. Nauim igitur eam,
quæ aduexerat hæreticos, confert cum Argo naui, quæ aduexerat argonautas in perniciem Medeæ.
3 Turritæ nomen accepit.) Magdalum enim Hebræis turris dicitur. Magdalene, turrita ſiue muni-
ta. In ſua reciperet.) Sic erat ſcriptum in uetuſtis & minus deprauatis exemplaribus: atq́ꝫ ita legunt
Græci, εἰς τὰ ἴδια, id eſt, in propria: quaſi dicas, in numerum rerũ ſuarum. Quanq́ꝫ ad ſenſum nõ admo
dum refert, ſuã legas, an ſua. Meditationem mortis.) Nam mors abducit animam à corpore, & philo
ſophia abducit animũ à rebus corporeis ac ſenſibilibus, ad intelligibilia & æterna. Vnde fit, ut animus
philoſophi aſſuetus abeſſe à corporeis rebus & affectibus, non admodum inuitus auellatur à corpore,
cum mors aduenerit. Quod Chriſtiani quoq́ꝫ uocant cõmori Chriſto. Quotidie morior pro ueſtra
ſalute.) In epiſtola ad Corinthios 1. cap. 15. Ex Græcorum ſcholijs apparet hunc locum bifariam legi:
νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, id eſt, per noſtram gloriã, ut intelligas Paulum iurare per ſuam gloriã, qua glo-
riabatur in prædicatione Euangelij. Et, διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt, propter ueſtram gloriam: hoc eſt,
ut poſſitis gloriari de Chriſto, quod illius ſitis & uos. Hieronymus uidetur pro καύχησιν legere σωτηρίαν.
4 Porrò noſter Apoſtolus dixit propter Platonem ethnicum, quẽ modo citauerat. Et dominus iuxta
antiqua exemplaria.) In hoc loco nulla uarietas eſt in exemplaribus, niſi quod Lucas addit, quotidie.
Vnde conijcio hæc uerba, iuxta antiqua exemplaria, referenda eſſe ad locum Pauli, ut legamus ad hũc
modũ: quotidie morior pro ueſtra ſalute, iuxta antiqua exẽplaria: Et dominus &c. Niſi forte lector

C aliquis uidẽs aliter citari à Hieronymo,quàm uulgata habeat æditio,addidit in marginali ſpatio,iuxta
antiqua exemplaria:eaq́; uerba poſt ſcriba parum attentus,in contextũ retulit. Diſertiſſimiq́; præ-
ceptum Satyrici.) Nempe Perſij,quo uidetur impendiò delectatus Hieronymus. Offerens hoſtiam
rationabilem.) Quod immolaret ſeipſam,ueluti nõ pecudẽ brutam,ſed uictimã rationalem λογικὴν, ut
admonuimus aliàs. Quaſi in naturam uerſum.) Ariſtoteles ſcripſit aſſuetudinem,uelut alteram eſſe
naturam.Hoc ſoli contigit Hieronymo,ut diuinas ſcripturas penitus imbiberet & inculcaret.Cæteri
fere Latini ſcribendo didicerunt. Libauit,didicit.) Mire ſeruauit gradus.Libamus deguſtãtes:diſci-
5 mus,quod iam probauimus:poſſidemus,quod memoriæ infiximus. Quod appellant philoſophi τὸ
πρέπον.) Id eſt,decens ſiue decorum.Eſt autẽ caput artis,ut inquit Fabius,decere quod facias.Sunt enim
quædam eiuſmodi,ut neminem deceant,niſi certum hominem:ut elegãter docet Quintilianus cap.de
pronunciatione. Ne tranſuerſum quidẽ unguẽ.) Id eſt,ne minimo quidẽ ſpatio:qđ alijs uerbis dicũt,
pedẽ latũ,& unguẽ latũ. Rus electũ.) Non quoduis rus,ſed electũ:quod maxime ſemotum eſſet ab
hominum frequẽtia.Ab huiuſmodi ſeceſſibus omnia ferè monaſteria nata ſunt. Obuiare epiſtolis.)
Obuiare,pro obuiabat, ἑτέρωσις eſt,ut ſit modus uerbi pro modo. Aut obuiare ſolet, ut ſit eclipſis.

In tanta trãquillitate.) Hic aperit,quod paulò ſuperius dixit opertius,utinam ne in nemore Pelio.
Nauim plenam blaſphemiarum.) Prouerbialiter dictum eſt. Sic enim Homerus Iliados υ. Ἔστι γὰρ
ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι, πολλὰ μάλ᾽ οὐδ᾽ ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο. Lucianus ſimili figura dixit, ὅλας
ἁμάξας βλασφημιῶν. id eſt,tota plauſtra conuiciorum. Nam id Græce ſonat βλασφημία. Protinus patel-
la operculum.) Et hoc prouerbium eſt,quod alibi ſic extulit:Dignum patella cooperculum,cum diſci
pulus contingit dignus præceptori:cuiuſmodi eſt & illud:Similes habent labra lactucas. Verberet
6 nares.) Circulatores & ſcurræ circumforanei,fingunt inſpecta manu ſe diuinaturos; deinde non ob-
ſeruanti & alibi intento,pugnum in nares impingunt,atq; ita riſum mouent populo. Et obtorto fu
ſte.) Iubebat ut quiſpiam fuſtem morderet,uelut & hoc ad diuinationẽ pertineret:deinde intorquebat
apprehenſum dentibus,non ſine magno malo tenentis. Librorum περὶ ἀρχῶν.) Id eſt,de principijs;
Nam hic titulus eius libri, quem ab Origene ſcriptum uerterat Ruffinus. Hic palàm oſtendit ſe de
Ruffino & illius factionis cæteris loqui. Tunc diſcipulus ὄλβιος.) Id eſt,beatus.Notat,neſcio quem:
ipſum,opinor Ruffinum,qui in eam hæreſim inductus eſt à magiſtro quopiam.Vnde ſubijcit,uere ſui
nominis,id eſt,uere beatus,niſi incidiſſet in magiſtrum hæreticum.Siquidẽ impegiſſet dixit,pro incidiſ-
ſet. Tunc noſtrorum διαλίζων contradictio.) Quidam codices ita ſcriptum habebãt,quæ uox nihil ad
D hunc locum facit.Fortaſſe legendum,noſtrorum διαλλαγῶν contradictio. Diallage conciliatio eſt,ſiue
amicitia,ſeu fœdus:ut intelligas Hieronymum nõ agnouiſſe amicum aut collegam Ruffinum:ſic enim
ille uocabat hunc,poſteaq́; ſenſiſſet eum cum hæreticis conſpiraſſe.In nonnullis erat διδακτικῶν, quod
epitheton Paulus tribuit epiſcopis,ob docendi munus.Idq́; mihi quoq; maxime probatur, præſertim
cum ſequatur protinus,phariſæorum ſchola. Iam ad culmina.)Clanculum ſupponitur ignis:deinde
7 paulatim inualeſcens,occupat ſumma tecta,quæ culmina uocat. Quem diu Roma habere non me-
ruit.) Sedit enim tres annos & dies pauculos,cui ſucceſſit Innocentius,eius nominis primus,ad quẽ ſcri
bit & aliàs. Ne orbis caput.) Romã intelligit,quæ ſub Innocẽtio capta ac direpta fuit. Quæ emẽ
data manu ſcorpij.) Ruffinum intelligit,propter latens uenenum.Nam ſcorpius ui nocere nõ poteſt,
ſed obrepit:& cætero corpore innoxius,in cauda gerit uenenum.Huiuſmodi fuit illorum doctrina,ſi-
cuti clarius narrat in epitaphio Paulæ.Cæterũ emendata dixit εἰρωνικῶς, cum manus emendatoris eſſet
ſcorpius,hoc eſt,uenenum. Caput horum & cauſa bonorũ.) Intexuit hemiſtichiũ Maronis, mutata
uocula malorum,in bonorum. Vt Barnabas quoq;.) Habes in epiſtola ad Galatas capite ſecundo,
de ſimulatione Petri,cui Barnabas quoq; aſſenſus eſt,reſiſtente Paulo. Innuit Ruffinum prius amicũ.

Dum hæc aguntur in Iebus.) Iebus eſt Hieruſalẽ,eadem Salem,Solyma, & Helia. Nocte Moab ca
pta eſt.) Verba ſunt Eſaiæ capite decimoquinto:Quia nocte uaſtata eſt Ar,Moab cõticuit. Eſt autem
Moab ciuitas Arabiæ,ſic olim dicta ab uno filiorum Lot,poſtea mutatum eſt nomen Areopoli.Idem
eſt uocabulum totius prouinciæ Moabiticæ:uerum ipſa ciuitas nomen hoc ceu propriũ poſſedit,dicta
רבת מואב rabba Moab,id eſt,grandis Moab. Quis cladem illius noctis.) Verſus ſunt Maronis ex
ſecundo Aeneidos,cuius & illud hemiſtichium: Sit mihi fas audita loqui.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paula & Euſtochium,quæ iam demigrarant in Bethlehem,his literis adhortantur Marcellam,nobi-
lem fœminam,ut Roma,quam Babylonẽ uocant,relicta,ad loca ſancta ſeſe cõferat,fruitura tot Chriſti
monumentis. Stilus palàm indicat,mulieres in hac epiſtola diui Hieronymi opera uſas fuiſſe.

## PAVLA ET EVSTOCHIVM MARCELLAE ut commigret Bethlehem.

MEnſuram charitas non habet,& impatientia neſcit modum,& deſiderium non
ſuſtinet. Vnde & nos oblitæ uirium noſtrarũ, & nõ quid poſſumus,ſed quid

A uelimus tantum cogitãtes,magiſtram cupimus docere diſcipulæ: & ut eſt uulgare prouer
1 bium: Sus artium repertricem. Tu quæ primã ſcintillam noſtro fomiti ſubieciſti,quæ ad hoc ſtudiũ nos & ſermone hortata es & exemplo,& quaſi gallina cõgregaſti ſub alas pullos tuos:nunc nos libere abſq; matre uolitare pateris,& accipitris pauere formidinẽ,& ad omnem umbram præteruolantiũ auiũ formidare? Igitur quod ſolũ abſentes facere poſſumus,querulas fundimus preces:& deſideriũ noſtrũ non tam fletibus,q̃ eiulatibus conteſtamur,ut Marcellam noſtrã nobis reddas,& illã mitem,illam ſuauem, illam omni melle & dulcedine dulciorẽ:non patiaris apud eas eſſe rigidam,& triſtem rugare frontem,quas affabilitate ſua ad ſimile uitæ ſtudiũ prouocauit. Certe ſi ſunt meliora quæ poſcimus,non eſt impudens deſideriũ. Si cunctæ ſcripturarum uoces noſtræ ſententiæ cõgruunt,nõ facimus audacter,ad ea te prouocantes,ad quæ tu nos ſæpiſſime cohortata es. Prima dei uox ad Abraham: Exi,inquit,de terra tua,& de cognatione tua,& uade in terrã quã monſtrauero tibi. Iubetur patriarchæ,ad quẽ primũ de Chriſto facta eſt repromiſſio: ut relinquat Chaldæos:relinquat cõfuſionis urbẽ,& Rohoboth,id eſt,latitudinẽ eius: relinquat campum Sennaar,in quo ſuperbiæ uſq; ad cœlũ erecta turris eſt: & poſt fluctus huius ſeculi, poſt flumina ſuper quæ ſederunt ſancti,& fleuerunt cũ recordaretur Sion,poſt gurgitem grauem Cobar:de quo Ezechiel capillo uerticis ſubleuatus,Hieruſalẽ uſq; transfertur:habitet terrã repromiſſionis,quæ non rigatur ut Aegyptus deorſum,ſed deſurſum:nec facit holera languentiũ cibos,ſed temporaneũ & ſerotinũ de cœlo expectat imbrem. Hæc terra mõtuoſa,& in ſublimi ſita:quantũ à delitijs ſeculi uacat, tãto maiores habet delitias ſpũs. Deniq; & Maria mater domini,poſtq; ad eã angeli facta eſt promiſſio,& uterum ſuũ intellexit eſſe domum filij dei:derelictis campeſtribus,ad montana perrexit. De hac urbe,allo-
2 phylo quondã hoſte ſuperato,& diabolicæ percuſſa frontis audacia, poſtq; ille in faciem
B corruit,exultantium animarũ turba proceſſit:& cõcinens chorus decẽ milium, Dauid noſtri uictoriam prædicauit. In hac angelus gladiũ tenens,& totam impietatis deuaſtans urbem,in Orne Iebuſæorum regis area templũ domini deſignauit:iam tunc ſignificãs eccleſiam Chriſti,non in Iſraël,ſed in gentibus conſurgentẽ. Recurre ad Geneſim, & Melchiſedec regem Salem,huius principẽ inuenies ciuitatis:qui iam tunc in typo Chriſti panem & uinum obtulit,& myſterium Chriſtianũ in ſaluatoris ſanguine & corpore dedicauit. Tacita forſitan mente reprehendes,cur nõ ſequamur ordinem ſcripturarum, ſed paſſim: & ut quicq; obuiã uenerit,turbidus ſermo perſtringat. Et in principio teſtatæ ſumus, dilectionem ordinem non habere,& impatientiã neſcire menſuram. Vnde & in Canticocanticorũ quaſi difficile præcipitur: Ordinate in me charitatẽ,& nunc eadem dicimus: nos nõ ignoratione,ſed affectu labi. Deniq; ut multo ordinatius aliquid proferamus,antiquiora repetenda ſunt. In hac urbe,imò in hoc tunc loco,& habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam. Vnde & locus in quo crucifixus eſt dñs noſter,caluaria appellatur: ſcilicet quod ibi ſit antiqui hominis caluaria cõdita:ut ſecundus Adam,& ſanguis Chriſti de cruce ſtillans: primi Adam & iacentis protoplaſti peccata dilueret. Et tunc ſermo ille Apoſtoli cõpleretur: Excitare q̃ dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Quãtos hæc urbs prophetas,quantos emiſerit ſanctos uiros,longũ eſt recenſere. Totũ myſterium noſtrũ iſtius prouinciæ urbiſq; uernaculũ eſt. In tribus nominibus trinitatis demonſtrat fidem. Iebus,
3 Salem: & Hieruſalẽ appellatur. Primũ nomẽ calcata,ſecundũ pax, tertiũ uiſio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finẽ,& poſt conculcationẽ ad pacis uiſionẽ erigimur: ex quo Solomon,id eſt,pacificus,in ea natus eſt,& factus eſt in pace locus eius. Et in figura Chriſti,ſub etymologia urbis,dominus dominantiũ,& rex regum nomen accepit. Quid referemus de Dauid & tota ꝓgenie eius,quæ in hac ciuitate regnauit? Quãto enĩ Iudæa cæteris prouincijs,tanto hæc urbs cuncta ſublimior eſt Iudæa. Et (ut coactius diſſeramus) totius prouinciæ gloria metropoli uindicat: & quicquid in mẽbris laudis eſt, omne refert ad ca-

C put. Iamdudum te cupientē in uerba prorumpere, ipſi literarū apices ſentiunt, & uenientē
contra, charta intelligit quæſtionē. Reſpondebis quippe, & dices hoc olim fuiſſe, quando
dilexit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob, & fuerunt fundamenta eius
in montibus ſanctis: licet & hæc poſſint altius interpretari. Poſtquàm uero conſurgentis
domini uox illa pertonuit: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: & ruinam eius flebi-
liter prophetauit, dicens: Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos
qui ad te miſſi ſunt: quoties uolui cōgregare filios tuos, ſicut gallina cōgregat pullos ſuos
ſub alis, & noluiſti. Ecce dimittetur uobis domus ueſtra deſerta, & poſtquàm uelum tem-
pli ſciſſum eſt, & circundata ab exercitu Hieruſalem, & dominico cruore uiolata, tūc ab ea
angelorum præſidia & Chriſti gratiam receſſiſſe. Denique etiam Ioſephum, qui uernaculus
ſcriptor eſt Iudæorum, aſſerere: illo tempore quo crucifixus eſt dominus, ex adytis templi
uirtutum cœleſtium erupiſſe uoces, dicentium: Tranſmigremus ex his ſedibus. Ex quibus
& alijs apparere, ubi abundauit gratia, ibi ſuperabundaſſe peccatum: & poſtquam audierunt
apoſtoli: Euntes docete omnes gentes. Et ipſi apoſtoli dixerunt: Oportebat quidem uobis
primum annunciare uerbum dei: quoniam autem noluiſtis, ecce tranſimus ad gentes: tūc
omne ſacramentum Iudææ, & antiquā dei familiaritatem per apoſtolos in nationes fuiſſe
translatam. Valida quidē quæſtio, & quæ poſſet etiā eos qui ſcripturarum aliquid attige-
runt, cōcutere, ſed perfacile ſoluitur. Nunquam eam fleret dominus corruentē, niſi diligeret.
Fleuit & Lazarum, quia amabat eū. Et hoc tamen prima fronte cognoſcito, non loci, ſed
hominum fuiſſe peccatū. Verum quia interfectio populi captiuitas ciuitatis eſt, propterea
urbem deletam, ut populus puniretur: ideo templū ſubrutum, ut typicæ hiſtoriæ tolleren
tur. Cæterum quantū ad locū pertinet, per profectus temporū multo nunc anguſtior eſt,
quàm ante fuit. Venerabantur quondā Iudæi ſancta ſanctorū, quia ibi erāt Cherubim, &
D propiciatorium, & arca teſtamenti, manna, uirga Aaron, & altare aureum. Nónne tibi ue- I
nerabilius uidetur ſepulchrum domini? Quod quotieſcunque ingredimur, toties iacere in
ſyndone cernimus ſaluatorē: & paululum ibidem cōmorantes, rurſum uidemus angelum
ſedere ad pedes eius, & ad caput ſudarium cōuolutum. Cuius ſepulchri gloria, multo an-
tequam excideretur à Ioſeph, ſcimus Eſaiæ uaticinio prophetatum, dicētis: Et erit requies eius
honor: quod ſcilicet ſepulturæ domini locus eſſet ab omnibus honorādus. Sed dicis, quo-
modo in Apocalypſi Ioannis legimus: Et occidet illos (haud dubiū quin prophetas) be-
ſtia quæ aſcendit ex abyſſo, & corpora eorū iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uo-
catur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorū crucifixus eſt. Sic enim ait:
Ciuitas magna, in qua crucifixus eſt dominus, nulla eſt alia niſi Hieruſalem. Vbi aūt cruci
fixus eſt dominus, ſpiritualiter Sodoma appellatur & Aegyptus. Ergo Hieruſalē Sodoma
eſt & Aegyptus, in qua crucifixus eſt dominus. Primū te ſcire uolumus, omnē ſanctā ſcri-
pturam non poſſe ſibi eſſe contrariā, & maxime unum aduerſum ſe non diſcrepare librū:
& ut plus adijciamus, eundem eiuſdemque libri locum in Apocalypſi, de qua nunc teſtimo
nium protuliſti. Ante decē circiter uerſiculos ſcribitur: Surge & metire templū dei, & alta-
re, & adorantes in eo. Atrium autē quod eſt foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud,
quoniam datum eſt gentibus: & ciuitatem ſanctam calcabunt mēſibus quadragintaduo-
bus. Si enim Apocalypſis multò poſt paſſionē domini ſcripta eſt à Ioanne, & in ea Hieru-
ſalem ſancta ciuitas appellatur, quomodo rurſum ſpiritualiter Sodoma uocatur & Aegy-
ptus? Nec ſtatim potes dicere, ſanctam dici Hieruſalem cœleſtem quæ futura eſt, & Sodo-
mam quæ corruit appellari: quia de futura dicit, quod beſtia quæ aſcenſura eſt de abyſſo,
faciet aduerſus duos prophetas bellū, & uincet illos & occidet, & corpora eorum iacebūt
in platea ciuitatis magnæ. De qua ciuitate & in fine eiuſdē libri ſcribitur: Et ciuitas in qua-
dro poſita eſt, & longitudo eius & latitudo tāta eſt, quanta & altitudo: & mēſus eſt ciuita-
tem de arundine aurea, per ſtadia duodecim milia. Longitudo & latitudo & altitudo eius
æqualia

A æqualia ſunt. Et menſus eſt muros eius centum quadragintaquatuor cubitorũ mẽſura hominis, quæ eſt angeli. Et erat ſtructura muri eius ex lapide Iaſpide. Ipſa uero ciuitas auro mundo &c. Vbi quadrũ eſt, ibi nec longitudo, nec latitudo appellari poteſt. Et quæ eſt iſta menſura, ut tanta ſit longitudo & latitudo, quãta altitudo eius, & muri de lapide Iaſpide: et tota ciuitas de auro mundo, & fundamẽta & plateæ eius de lapidibus precioſis, & duodecim portæ fulgẽtes margaritis? Cũ ergo hæc nõ poſſint carnaliter accipi (abſurdũ quippe eſt, per duodecim milia ſtadiorũ tantam ciuitatis lõgitudinem & latitudinem, quantam & altitudinem prædicari) ſpiritualiter intelligẽda ſunt ſingula: & ciuitas magna, quã uidelicet prius ædificauit Cain, & nominauit eam ex uocabulo filij ſui, hic mũdus intelligendus eſt, quem accuſator fratrum ſuorum diabolus & fratricida Cain, periturus extruxit uitijs, ſceleribus cõdidit, iniquitate compleuit: quæ ſpiritualiter appellatur Sodoma & Aegyptus. De qua Sodoma ſcribitur: Reſtituetur Sodoma in antiquum: quod ſcilicet ita reſtituendus ſit mundus, ut ante fuit. Nec enim poſſumus credere rurſum ædificandã Sodomã & cæteras, Gomorram ſcilicet & Adamã & Seboim, ſed in perpetuos cineres relinquẽdas. Aegyptum autem nunq̃ pro Hieruſalẽ legimus, ſed ſemper pro hoc mundo. Et quia longũ eſt de ſcripturis innumerabilia exempla cõgerere, unum teſtimoniũ proferamus, ubi manifeſtiſſime mundus hic Aegyptus appellatur. In epiſtola canonica Iudas apoſtoli frater Iacobi ſcribit, dicens: Commonere autẽ uos uolo, ſciẽtes ſemel omnia, quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundo eos qui non crediderunt perdidit. Et ne putares de Ieſu dici filio Naue, ſtatim ſequitur: Angelos uero qui nõ ſeruauerũt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuũ domiciliũ, in iudiciũ magni diei uinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Et ut credas ubicunq̃ ſimul Aegyptus & Sodoma & Gomorra nominantur, nõ loca, ſed mũdum hunc interpretari, ſtatim ſubiũgit exemplum: Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciui-

B tates, ſimili modo fornicatæ: & abeuntes poſt carnẽ alterã, factæ ſunt exẽplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Et quid neceſſe eſt plura conquirere, cũ poſt paſſionẽ & reſurrectionem domini Matthæus euãgeliſta cõmemoret: Et petræ ſciſſæ ſunt, & ſepulchra aperta, & plurima corpora dormientiũ ſanctorũ ſurrexerunt: & egrediẽtes de ſepulchris poſt reſurrectionem ſuam, ingreſſi ſunt ſanctam ciuitatẽ, & apparuerũt multis. Nec ſtatim Hieroſolyma cœleſtis, ſicut plerięq̃ ridicule arbitrantur, in hoc loco intelligitur, cũ ſignum nullum eſſe potuerit apud homines dñi reſurgentis, ſi corpora ſanctorũ in cœleſti Hieruſalem uiſa ſunt. Cum ergo & euangeliſtæ, & omnes ſcripturæ Hieroſolymã ſanctam nominent ciuitatem: & pſalmiſta præcipiat, ut adoremus in loco, ubi ſteterunt pedes eius, ne patiaris eam appellari Sodomam & Aegyptum, per quam dñs iurare uetat, quia ſit ciuitas magni regis. Maledictam terram nominant, quòd cruorem dñi hauſerit. Et quomodo benedicta loca putãt, in quibus Petrus & Paulus Chriſtiani exercitus duces, ſanguinẽ fudere ꝓ Chriſto? Si ſeruorum & hominum glorioſa profeſſio eſt, cur dñi & dei non ſit glorioſa cõfeſſio? Et martyrum ubiq̃ ſepulchra ueneramur, & ſanctam fauillam oculis apponẽtes, ſi liceat, etiã ore contingimus: & monumentũ in quo dominus cõditus eſt, quidam exiſtimant negligẽdum? Si nobis nõ credimus, credamus ſaltẽ diabolo & angelis eius: qui quotieſcunq̃ ante illud de obſeſſis corporibus expelluntur, quaſi in cõſpectu tribunalis Chriſti ſtantes cõtremiſcunt, rugiunt, & ſe dolent crucifixiſſe, quẽ timeant. Si poſt paſſionẽ Chriſti (ut ſcelerata uox concrepat) hic deteſtabilis locus eſt: quid ſibi uoluit Paulus Hieroſolymã feſtinare, ut ibi faceret Pentecoſten? Qui retinẽtibus ſe locutus eſt, dicẽs: Quid facitis flẽtes & cõturbãtes cor meũ? Ego enim non ſolum ligari, ſed & mori in Hieruſalẽ paratus ſum pro nomine dñi Ieſu. Quid cæteri ſancti & illuſtres uiri, quorũ uota & oblationes poſt prædicationem Chriſti ad fratres, qui erãt Hieroſolymis, deferebantur? Longũ eſt nunc ab aſcenſu domini uſq̃ ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui epiſcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina eccleſiaſtica uirorum uenerint Hieroſolymam, putantes minus ſe

C religionis, minus habere ſciētiæ: nec ſummam (ut dicitur) manum accepiſſe uirtutum, niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Euangeliū de patibulo coruſcauerat. Certe etiam ſi præclarus orator, reprehendēdum neſcio quem putat, quod literas Græcas non Athenis, ſed Lilybæi: Latinas non Romæ, ſed in Sicilia didicerat: quod uidelicet una quæq; prouincia habeat aliquid proprium, quod alia æque habere nō poſſit, cur nos putamus abſq; Athenis noſtris quenquam ad ſtudiorum faſtigia perueniſſe? Nec hoc dicimus, quod renuamus regnum dei intra nos eſſe, & ſanctos uiros etiā eſſe in cæteris regionibus, ſed quo hoc aſſeramus, uel maxime eos qui in toto orbe ſunt primi, huc pariter cōgregari: ad quæ nos loca nō ut primi, ſed ut extremi uenimus, ut primos in eis omniū gentium cerneremus. Certe flos quidam & precioſiſſimus lapis inter eccleſiaſtica ornamēta, monachorum & uirginū chorus eſt. Quicūq; in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuiſus ab orbe noſtro Britannus, ſi in religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo, quærit locū fama ſibi tātum & ſcripturarū relatiōe cognitū. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indiæ, quid Aethiopum populos, ipſamq; iuxta Aegyptum, fertilem monachorum, Pontum, & Cappadociam, Syriam Coelen, & Meſopotamiam, cunctaq; Oriētis examina? Quæ iuxta ſaluatoris eloquiū, dicētis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur aquilæ: cōcurrūt ad hæc loca, & diuerſarum nobis uirtutum ſpecimen oſtendunt. Vox quidem diſſona, ſed una religio. Tot penè pſallētium chori, quot gētium diuerſitates. Inter hæc, quæ uel prima in Chriſtianis uirtus eſt, nihil arrogāt ſibi de cōtinentia ſupercilij. Humilitatis inter omnes contentio eſt. Quicūq; nouiſſimus fuerit, hic primus putatur. In ueſte nulla diſcretio, nulla admiratio. Vtcunq; placuerit incedere, nec detractionis eſt, nec laudis. Ieiunia quoq; neminem ſubleuant, nec defertur inediæ, nec moderata ſaturitas cōdemnatur. Suo domino ſtat unuſquiſq; aut cadit. Nemo iudicat alterum, ne à domino iudicetur. Et quod in pleriſq; prouincijs familiare eſt, ut genuino dente ſe lacerent, hic penitus nō habetur. Procul luxuria, procul uoluptas: tanta in ipſa urbe orationum loca, ut ad ea peragranda dies ſufficere non poſſit. Verum ut ad uillulam Chriſti & Mariæ diuerſorium ueniamus (plus enim laudat unuſquiſq; quod poſſidet) quo ſermone, qua uoce ſpeluncā tibi poſſumus ſaluatoris exponere? Et illud præſepe, in quo infantulus uagijt, ſilentio magis, quàm infirmo ſermone honorādum eſt. Vbi ſunt latæ porticus? Vbi aurata laquearia? Vbi domus miſerorū pœnis, & damnatorum labore ueſtitæ? Vbi inſtar palatij opibus priuatorū extructæ baſilicæ, ut uile corpuſculū hominis precioſius inambulet, & quaſi mundo quicq; poſſit eſſe ornatius, tecta magis ſua uelint aſpicere, quàm cœlum? Ecce in hoc paruo terræ foramine, cœlorum conditor natus eſt: hic inuolutus pānis, hic uiſus à paſtoribus, hic demōſtratus à ſtella, hic adoratus à Magis. Et hic puto locus ſanctior eſt Tarpeia rupe, quæ de cœlo ſæpius fulminata oſtendit, quod dn̄o diſpliceret. Lege Apocalypſim Ioannis, & quid de muliere purpurata, & ſcripta in eius fronte blaſphemia, ſeptē montibus, aquis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuere. Exite, inquit dn̄s, de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Fugite de medio Babylonis, & ſaluate unuſquiſq; animam ſuam. Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmonū, & cuſtodia ſpiritus immūdi. Eſt quidem ibi ſancta eccleſia, ſunt trophea apoſtolorū & martyrum: eſt Chriſti uera cōfeſſio, eſt ab Apoſtolo prædicata fides, & gentilitate calcata, in ſublime ſe quotidie erigens uocabulū Chriſtianū, ſed ipſa ambitio, potentia, magnitudo urbis, uideri & uidere, ſalutari & ſalutare, laudare & detrahere, uel audire uel proloqui: & tantā frequētiam hominū ſaltē inuitū uidere à propoſito monachorū & quiete aliena ſunt. Aut enī uidemus ueniētes ad nos, & ſilentiū perdimus: aut nō uidemus, & ſuperbiæ arguimur. Interdumq; ut uiſitātibus reddamus uicē, ad ſuperbas fores pergimus: & inter linguas rodētiū miniſtrorū, poſtes ingredimur auratos. In Chriſti uero (ut ſupra diximus) uillula tota ruſticitas, & extra pſalmos ſiletiū eſt. Quocūq; te uerteris, arator ſtiuā tenēs, alleluia decātet. Sudans

D (margin letter beside "uincijs familiare") I

dans

A dans meſſor pſalmis ſe auocat, et curua attondens uitem falce uinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc ſunt in hac prouincia carmina: hæ, ut uulgo dicitur, amatoriæ cantiones. Hic paſtorum ſibilus: hæc arma culturæ. Verum quid agimus, nec quid deceat cogitantes: ſolum quod cupimus, hoc uidemus? O quando illud tēpus adueniet, cum anhelus nūcium uiator apportet, Marcellam noſtram ad Palæſtinæ littus appulſam: & toti monachorum chori, tota uirginum agmina concrepabunt? Obuiam iam iamq; geſtimus occurrere: & non expectato uehiculo, concitum pedibus ferre corpus. Tenebimus manus, ora cernemus: & à deſiderato uix auellemur amplexu. Ergó ne erit illa dies, quādo nobis liceat ſpeluncam ſaluatoris intrare? In ſepulchro domini flere cum ſorore, flere cum matre? Crucis deinde lambere lignum, & in oliueti monte cum aſcendente domino, uoto & animo ſubleuari? Videre exire Lazarum faſcijs colligatum, & fluenta Iordanis ad lauacrum domini puriora. Inde ad paſtorum caulas pergere, in Dauid orare Mauſoleo? Amos prophetam etiam nunc buccina paſtorali in ſua cōſpicere rupe clangentem? Ad Abraham Iſaac & Iacob trium quoq; illuſtrium fœminarum, uel tabernacula properare, uel memorias? Videre fontem, in quo à Philippo eunuchus eſt tinctus? Samariam pergere, & Ioannis Baptiſtæ, Heliſæi quoq; & Abdiæ pariter cineres adorare? Ingredi ſpeluncas, in quibus perſequutionis & famis tempore prophetarum agmina ſunt nutrita? Ibimus ad Nazareth, & iuxta interpretationem nominis eius florem uidebimus Galilææ. Haud procul inde cernitur Cana, in qua aquæ in uinū uerſæ ſunt. Pergemus ad Itabyrium & tabernacula ſaluatoris, non ut Petrus quondam uoluit cum Moyſe & Helia, ſed cum patre cernemus & ſpiritu ſancto. Inde ad mare ueniemus Genezareth, & de quinq; & ſeptem panibus uidebimus in deſerto quinq; & quatuor hominum milia ſaturata. Apparebit oppidum Naim, in cuius portis uiduæ filius ſuſcitatus eſt. Videbitur & Hermonim & torrens Endor, in
B quo ſuperatur Siſara, Capharnaum quoq; ſignorum domini familiaris, & omnis pariter Gallilæa cernetur. Et tunc comitante Chriſto, cū per Silo & Bethel & cætera loca, in quibus eccleſiæ quaſi quædā uictoriarū domini ſunt erecta uexilla, ad noſtrā ſpeluncā redierimus, canemus iugiter, crebro flebimus, indeſinēter orabimus, & uulneratæ iaculo ſaluatoris in cōmune dicemus: Inueni quē quæſiuit anima mea: tenebo eū, & nō dimittā illum.

## SCHOLIA.

1 SVs artium repertricem.) Id eſt, Mineruam. Græci ſic efferunt, ὗς τὴν ἀθηνᾶν, id eſt, Sus Mineruam. Et apte mulieres religioſæ ſunt uſæ periphraſi, ne uiderentur ethnicum agnoſcere numen. Confuſionis urbem.) Babel enim confuſionem ſonat: unde Babylon dicta. Rohoboth.) רְחֹבוֹת ſiquidem Hebræis ſignificat plateas ſiue latitudines: ut intelligas uiam latam, per quam multi eunt in perditionem. Sennaar in quo &c.) Legis Geneſis capite undecimo. Porrò שִׁנְעָר lingua Hebræorum ſonat, fœtor eorum: ut intelligas ſuperbia maxime deum offendi, ut contra gratiſſimus odor eſt humilitas. Poſt gurgitem grauem Chobar.) Grauem uocat, qui illic captiuus inter captiuos erat. Non rigatur ut Aegyptus deorſum.) Negant in Aegypto pluere: ſed regionem irrigari Nilo, ſtatis anni uicibus exundante. Holera languentium cibos.) Alluſit ad illud Paulinum: Qui infirmus eſt, holus manducet. Allophylo quondam hoſte.) Allophylus Græcis alienigena eſt: ſentit autem Philiſtæum à Dauid confectum. Vnde decātatum eſt in choris: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia. Legis primo Regum libro, capite decimooctauo. Frontis audaciam.)
2 Significat Goliad ſuperbum, à Dauid in fronte percuſſum. In Ornæ Iebuſæorum regis.) Dauid iuſſu domini per Gad, emit ab Orna aream, ibiq; conſtruxit altare domino: quo in loco poſtea condita Hieroſolyma, quondam Iebus dicta à Iebuſæis, qui eam incolebant. Sed his expulſis, Dauid eam totius Iudææ metropolim eſt fabricatus. Lege Paralipomenon capite uigeſimoprimo. Sed in gentibus.) Quia alienam emit aream. Regem Salem.) Quidam ita putant, olim Melchiſedec regem eius urbis fuiſſe, quæ tum dicta fuerit Salem: unde & Hieruſalem. Eadem dicta fuit Iebus, à Iebuſæis. Et ſanguis Chriſti de cruce ſtillans.) Hieronymus enarrans quintum caput epiſtolæ Paulinæ ad Epheſios, refert ſeſe hoc à quodam apud populum concionante audiſſe, remq; magno omnium aſſenſu fuiſſe exceptam, etiam ſi negat hoc cum cæteris Pauli uerbis quadrare. Sermo Apoſtolicus.) Incertum an Paulus è propheta ſumpſerit hæc uerba, qui non extet, an ipſe prophetico afflatus ſpiritu hæc dixerit. Myſterium noſtrum.) Id eſt, Chriſtianorum. Vernaculum autem dicitur ei loco, quo natum

C 3 natum eſt aliquid. Primum nomen calcata.) Id enim Hebræis ſonat Iebus. Secundum pax.) Sa-
lem pacem ſonat Hebræorum lingua. Tertium uiſio pacis.) Hieruſalem. Et factus eſt in pace A
locus eius.) Pſalmo ſeptuageſimoquinto ſecundum literam dictum eſt de ciuitate Hieruſalem, ut
cum enarrans locum teſtatur Hieronymus. Apud Hebræos enim haberi: Et factum eſt in Salam um-
braculum eius. Siquidem in hac natus eſt Solomon, qui geſſit figuram Chriſti. Rex regum & do.)
Hæc uerba Paulus in epiſtola ad Timotheum prima, capite. 6. tribuit deo. Metropoli uindicatur.)
Id eſt, attribuitur. μητρόπολις autem primaria ciuitas, ueluti mater omnium, non à menſura, ut pu-
tat Iſidorus Sudarium conuolutum.) Ioannes capite uigeſimo, oſtendit ſudarium quo tectum fue
rat caput, repertum fuiſſe ſeparatim à cæteris linteaminibus conuolutum. Quanquam hoc loco non-
nulli codices habebant, caput ſudario conuolutum. Summam, ut dicitur, manum.) Ita uocant per
fectionem. Ab artificibus ſtatuarum ſumptum, qui primum fingunt rude ſimulacrum, deinde do-
4 lant, poſtremo poliunt: quæ ſumma manus uocatur. Non Athenis, ſed Libyæ.) Quædam exempla
ria ſcriptum habebant, Lilybei. Neutrum admodum quadrat. Fortè legendum, Lilcæ: quæ ciuitas eſt
in Phocide. Athenæ ſunt in meditullio Græciæ: Phocenſes ita Græci ſunt, ut abſint ab Athenis, quem
admodum Roma germana eſt Italia: Sicilia Italia eſt ueluti Græciſſans. Abſque Athenis noſtris.) Ita
uocat Hieroſolymam, unde nata ſit Chriſtiana religio. Quod quidam non intelligentes, locum hunc
ita deprauarunt in nonnullis codicibus, abſque Athenis quenquam noſtrum. Si in religione proceſ-
ſerit.) Apparet hic Anglos eo tempore nuper Chriſti fidem accepiſſe, nec omnes adhuc fuiſſe Chri-
ſtianos. Nam proceſſerit dixit, pro profecerit, & prouectior fuerit. Fertilem monachorum.) In hu-
ius enim ſolitudinibus maximi monachorum greges erant, ut oſtendimus alibi. Syria cœle.) Eſt cã-
peſtris Syriæ pars, quæ cœle, id eſt, caua dicitur, Græce κοίλη. Continentia ſupercilij.) Continen-
tiam uocat abſtinentiam à cibis & uoluptatibus. Supercilium appellat arrogantiam, quæ huiuſmo-
5 di ferè, quoniam ad ceremonias pertinent, comitari ſolent. Neminem ſubleuant.) Id eſt, nemini
proſunt, ſi alioqui parum ſit pius. Et defertur in eundem ſenſum, dixit, id eſt, datur priuilegium, aut
honos habetur. [redacted] Suo domino ſtat unuſquiſque.) Retulit uerba Pauli, qui neminem uo-
luit iudicari ex cibo, aut potu, aut ſimili re quapiam, quæ poſſit eſſe communis bonis & malis. Miſe-
D rorum pœnis.) Vel quod ex proſcriptorum aut mulctatorũ opibus ædificabantur: uel quod damnati,
in huiuſmodi ſubſtructionibus laborare cogebãtur. Quid de muliere purpurata.) Locus eſt in Apo
calypſi capite decimoſeptimo, ubi propemodum, quiſquis is fuit, depinxit urbem Romam ſub typo-
mulieris inſidentis beſtiæ, cui ſeptem erant capita, quæ ſeptem montes interpretatur. Roma autem B
ſepticollis eſt. Lazarum faſcijs colligatum.) Eſt in tribu Iuda, decimoquinto à Cæſarea lapide, Be-
6 thania, ubi monſtrabantur aquæ ſalubres. Ad lauacrum domini.) Fluuius eſt per ſe lympidus &
amœnus & ſalubribus aquis, quamdiu non miſcetur mari mortuo. Sed hunc puriorem factum ima-
ginatur, poſteaquam in eo baptizatus eſt dominus: quaſi non amnis purgauerit Chriſtum, ſed Chri-
ſtus amnem. In Dauid orare Mauſoleo.) Id eſt, ſepulchro. Hæc erant loca, quæ tum in Iudæa oſten-
debantur, ueterum ſanctorum & Chriſti ueſtigijs inſignia. Ad Abraham, Iſaac.) Horum ſepulchra
oſtendebantur in Arbe, quæ eadem dicitur Chebron. Eſt in tribu Iuda. Trium quoque illuſtrium
fœminarum.) Ni fallor, intelligit Iudith, Heſter, & Deboram. Vel tabernacula, uel memorias.)
Oſtendebatur quercus Abrahæ uſquæ ad Conſtãtini principis imperium, & Mauſoleum eiuſdem in
Chebron: de quo ſupra meminimus. Ea abeſt ab Helia duobus & uiginti fermè milibus paſſuum. Hic
cum eccleſiam extruxiſſent Chriſtiani, tamen à finitimis gentibus Terebinthus ſuperſtitioſe coleba-
tur, quod ſub ea arbore angelos accepiſſet hoſpitio. Rurſus ſecundo ab hac Terebintho lapide, oſten-
7 debatur tabernaculum Abrahæ. Fontem in quo Philippus.) Iuxta Bethſuram in tribu Benia-
min, oſtendebatur fons è terra bulliens, qui ab eadem abſorbebatur terra: in quo Eunuchum Candacis
reginæ à Philippo baptizatum putant: cuius rei mentio fit in Actis apoſtolicis. Samariam perge
re.) Quæ poſtea Sebaſte dicta eſt. In hac habebantur reliquiæ Ioannis Baptiſtæ, & cæterorum, quos
hic memorat. Ingredi ſpeluncas.) Nam id accidit in Samaria. Hiſtoria refertur tertio Regum li-
bro capite decimooctauo. Inde cernitur Cana.) Eſt in tribu Aſſur in Galilæa gentium. Nam eſt & al
tera eiuſdem nominis, non eiuſdem cognominis. Pergemus ad Itabyrium.) Hunc ita ſeptuaginta
uerterunt. Thabor mons eſt in medio Galilææ, mira rotunditate ſublimis. In hoc transfigurauit ſe Ie-
ſus: & Petrus errans, dixit: Domine, faciamus hic tria tabernacula. Ad mare ueniemus Genezareth.)
Nam iuxta hoc legitur id miraculi peractum. Oppidum Naim.) Aberat à monte Thabor duobus
paſſuum milibus ad meridiem. Hermon & Endor fontes, haud procul abſunt à monte Thabor. Hiſto-
ria refertur Iudicum cap. 4. de Siſara deuicto à Iahel & Debora. Capharnaum quoq;.) Oppidum eſt
8 haud procul à ſtagno Genezareth in Galilæa, ubi dominus complura prodidit miracula: & idcirco ſub
iecit: Et omnis pariter Galilæa. Nam in hac plurima commonſtrabantur Chriſti ueſtigia. Silo.)
Huc miſit cæcum, ut reciperet oculos: quo loco poſtea cõſtructa eſt eccleſia. Bethel.) Hic dormiuit
Iacob.

A Iacob,cum iret Meſopotamiam:quo loco poſtea cōſtructa eſt ædes ſacra,ut alibi teſtatur Hieronymus Nam Bethel ſonat domus dei.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Marcellam uiduam,iam monachorum inſtitutum ſequentem,hortatur,ut Roma relicta, Bethlehē ſe conferat:per contentionem oſtendens,& quantum habeat Roma moleſtiarū, & quantum commoditatum habeat rus Bethlehemiticum.

## HIERONYMVS MARCELLAM INVITAT ad rus Bethlehemiticum.

1 AMbroſius,quo chartas,ſumptus,notarios miniſtrāte,tā innumerabiles libros uere Adamantius & Chalcenterus noſter explicauit,in quadā epiſtola,quam ad eūdem de Athenis ſcripſerat:refert nunq̄ ſe cibum Origene præſente ſine lectione ſumpſiſſe:nunq̄ iniſſe ſomnū,niſi unus è fratribus ſacris literis perſonaret.Hoc diebus egiſſe uel noctibus,ut & lectio oratione exciperet, & oratio lectionem. Quid nos uentris animalia;tale unquā fecimus?Quos ſi uel ſecunda hora legētes inuenerit,oſcitamus:manu faciē defricantes,cōtinemus ſtomachum:& quaſi poſt multum laborem,mundialibus rurſum negocijs occupamur.Prætermitto prādia,quibus mēs onerata premitur.Pudet dicere frequentiam ſalutādi,qua aut ipſi quotidie ad alios pergimus,aut ad nos uenientes,cæteros expectamus.Deinceps itur in uerba, ſermo teritur,lacerantur abſentes,uita aliena deſcribitur:& mordētes inuicē,cōſumimur ab inuicē.Talis nos cibus occupat & dimittit.Cum uero amici receſſerint,ratiocinia ſupputamus.Nunc ira perſonā leonis nobis imponit:nūc cura ſuperflua in annos plurimos duratura præcogitat.Nec recordamur Euāgelij,dicētis:Stulte,hac nocte auferent animā tuam à te:quæ aut præparaſti,cuius erunt?Veſtes nō ad uſus tantū,ſed ad delitias cōquiruntur.Vbicunq̄ cōpedium eſt,uelocior pes,citus ſermo,auris attentior.Si dānū (ut ſæpe in re familiari accidere ſolet) fuerit nuntiatū,uultus mœrore deprimitur.Lætamur ad nummū,amiſſo obolo cōtriſtamur.

B Vnde cū in uno homine animorū tam diuerſa ſit facies,propheta dominū deprecatur,dicens:Domine in ciuitate tua imaginē eorū diſſipa.Cum enim ad imaginē & ſimilitudinē dei conditi ſimus,ex uitio noſtro perſonas nobis plurimas ſuperinducimus.Et quomodo in theatralibus ſcenis unus atq̄ idem hiſtrio,nūc Herculem robuſtus oſtēdit,nunc mollis in Venerem frāgitur,nūc tremulus in Cybelem:ita & nos (qui ſi de mūdo nō eſſemus,odiremur à mundo) tot habemus ꝑſonarū ſimilitudines,quot peccata.Quapropter quia multa iam uitæ ſpatia tranſmiſimus fluctuādo,& nauis noſtra nūc procellarum cōcuſſa turbine,nunc ſcopulorū illiſionibus perturbata eſt,cū primū licet,quaſi portū quēdam ſecreta ruris intremus.Ibi cibarius panis,& holus noſtris manibus irrigatū,& lac delitiæ ruſticanæ,uiles quidē,ſed innocētes cibos præbēt.Ita uiuētes nō ab oratiōe ſomnus, nec ſaturitas à lectione reuocabit.Si æſtas eſt,ſecretū arboris umbra præbebit.Si autūnus, ipſa aëris temperies,& ſtrata ſubter folia,locum quietis oſtēdunt.Vere ager floribus pingitur,& inter querulas aues,pſalmi dulcius cantabuntur.Si frigus fuerit & brumales niues,ligna nō coëmam,& calidius uigilabo,uel dormiā.Certe quod ſciā,uilius nō algebo.

2 Habeat ſibi Roma ſuos tumultus,arena ſæuiat,circus inſaniat, theatra luxurient:& quia de noſtris dicendum eſt,matronarū quotidie uiſitetur ſenatus. Nobis adhærere domino bonū eſt,& ponere in dn̄o deo ſpem noſtrā:ut cum paupertatem iſtā cœlorū regna mutauerint,erumpamus in uocē:Quid em̄ mihi eſt in cœlo,& à te quid uolui ſuper terrā?Quo ſcilicet cū tāta reperiamus in cœlo,parua & caduca quæſiſſe nos doleamus in terra.Verū ut ad uillā & ad Mariæ diuerſoriū ueniamus.Plus laudat em̄ unuſq́ſq; qđ poſſidet:quo ſermone,qua uoce tibi ſpelūcā ſaluatoris exponā?Et illud præſepe,in quo infantulus uagijt,ſilētio magis,q̄ infimo ſermone honorādū eſt.Vbi ſunt latæ porticus?ubi aurata laquearia?ubi domus miſerorū pœnis & dānatorū labore ueſtitæ?ubi inſtar palatij priuatorū extructæ baſilicæ,ut uile corpuſculū hominis ꝓcioſius inābulet,& quaſi mūdo qcq̄ poſſit

C 3 poſſit eſſe ornatius, tecta ſua magis uelint aſpicere, quàm cœlum. Bethlehem ecce in hoc
paruo terræ foramine cœlorum conditor natus eſt. Hic inuolutus pannis: hic uiſus à pa- A
ſtoribus: hic demonſtratus à ſtella: hic adoratus à Magis: & puto, ſanctior locus eſt rupe Tarpeia, quæ de cœlo ſæpius fulminata, oſtẽdit quod deo diſpliceat. Eſt quidẽ ibi ſancta eccleſia: ſunt trophęa apoſtolorum & martyrum: eſt Chriſti uera confeſſio: eſt apoſtolorũ prędicata fides, & gentilitate calcata, in ſublime quotidie erigitur uocabulum Chriſtianũ. Sed ambitio, potẽtia, magnitudo urbis, uideri & uidere, ſalutari & ſalutare, laudare & de-
trahere, uel audire uel proloqui: & tantam hominum frequẽtiam uidere, à propoſito mo- 2
nachorum, & à quiete aliena ſunt. Aut enim uidemus ad nos uenientes, & ſilentium perdimus: aut ſi non uidemus, ſuperbiæ arguimur. Interdum ut uiſitantibus reddamus uicẽ, ad ſuperbas fores pergimus. Inter linguas rodẽtium miniſtrorum, poſtes ingredimur deauratos. In Chriſti ergo uilla, ut ſupra diximus, tota ruſticitas eſt. Extra pſalmos ſilẽtium
eſt. Quocunq; te uerteris, arator ſtiuã tenens, alleluia decantat. Sudans meſſor, pſalmis ſe 3
auocat: & curua attondens uites falce uinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc ſunt in hac prouincia carmina: hæ, ut uulgò dicitur, amatoriæ cantiones. Vale.

## SCHOLIA.

1 AMbroſius, quo chartas.) Hic prius Marcionites fuerat, ſed ab Origene correctus, eccleſiæ diaconus & orthodoxus eſt factus: uir locuples, nec inelegantis ingenij: cuius ſumptu & hortatu Origenes permulta dictauit uolumina, teſtat̃ Hieronymus in Catalogo ſcriptorũ. Adamantius.) Ab adamãte lapide, qui nulla ui domari frangiúe poteſt. Vnde & ab indomita ui nomẽ habet apud Græcos. Id cognominis olim tributũ eſt Didymo grãmatico, ob indefatigabilem ſcribẽdi inſtantiã, ab hoc translatũ eſt in Origenem. Et Chalcenterus noſter.) Chalcenterum uocat, ab inteſtinis æreis, ueluti prædurum: χαλκὸς æs ſeu ferrũ, & ἔντερα uiſcera, inde χαλκέντερος. Porrò ſuum uocat, nõ quod dogmata ſequatur, ſed quod ingenio delectetur. Nunc tremulus in Cybelẽ.) Quoniam anus eſt: quippe mater omniũ deorũ. Vnde tremore corporis, uelut ob ſeniũ repræſentaba-
D tur. Sed innocentes cibos.) Quia nõ laniantur pecudes & aues. Ita Prudentius in carmine Lyrico: B
Sint fera gentibus indomitis prandia de nece quadrupedum. Nos holeris coma, nos ſiliqua, fœta le-
2 gumine multimodo pauerit innocuis epulis. Brumales niues.) Bruma pars eſt hyemis, cũ dies ſunt 1
breuiſſimi. Ligna nõ coëmam.) Ob teporem regionis, quæ uix hyemem ullam ſentit. Vilius nõ algebo.) Id eſt, hic mihi minoris conſtabit, ut non ſentiam frigus, & minore igni fuerit opus. Arena ſæuiat.) Propter gladiatores, qui in arenam producebantur, ut mutuo laniatu perirent. Circus inſaniat.) In circo agitabantur certamina uarij generis, magno ſumptu. Vnde inſaniã uocat: inſanit enĩ, qui modum nõ ſeruat. Theatra luxurient.) Hic agebãtur comœdiæ & tragediæ, magna oſtẽtatione barbaricarum opum. Et quia de noſtris dicendum.) Noſtris, id eſt, monachis, qui nobiles matronas ſolent quotidie uelut officij cauſa inuiſere. Vnde & ſenatum matronarũ dicit, quod illæ quoq; ſuã haberent maieſtatem. Et Heliogabalus mulierum ſenatũ inſtituerat, quem appellabat ſenatulum, in quo
matrem uoluit præſidere. Miſerorũ pœnis, & damnatorum labore.) Vel quod ex mulctis ædifican- 2
tur, uel quod damnati coguntur illic laborare. At nunc principes nõnunq; ex innocẽtium ciuiũ expi-
3 latione ſubſtruunt ſua palatia. Tecta ſua magis.) Pingebat teſtudines auro, gemmis, coloribus, cum cœlum pulchrius ſit pictum ſtellis, quod commune tectum eſt omnibus mortalibus. Sanctior rupe Tarpeia.) In hac erat ſuperbum illud Capitoliũ, quod aliquoties fulmine tactũ eſt, cum in eo Iuppiter præſideret. Tota ruſticitas eſt.) Quidã habebãt, tuta: ſed tota, mihi magis probatur, hoc eſt, mera ruſticitas. Sic enim Hieronymus & aliâs aliquoties loquitur: quanq; tuta quoq; quadrat, quia dixerat de
miniſtris rodentibus. Porrò ruſticitatem ſimplicitatem appellat, abſq; faſtu nobilium. 3

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Luſit in hac epiſtola ſanctis quibuſdam iocis. Euſtochium in natali diui Petri xeniola quædam miſit Hieronymo. Ea myſtica interpretatione trahit ad morum inſtitutionem, cuiuſmodi deberent eſſe Chriſtianorum ioci, ut pietatem ſaperent pariter & eruditionem.

## AD EVSTOCHIVM DE ACCEPTIS ab ea munuſculis.

PArua ſpecie, ſed charitate ſunt magna, munera accepiſſe à uirgine, armillas, epi-
1 ſtolam, & columbas. Et quoniam mel in dei ſacrificijs nõ offertur, nimia dulcedo arte mutata eſt, & quadam, ut ita dicam, piperis auſteritate condita. Apud deum enim nihil uoluptuoſum: nihil tãtum ſuaue placet, niſi quod in ſe habet

A mordacis aliquid ueritatis. Paſcha Chriſti cum amaritudinibus mãducatur. Feſtus eſt dies
& natalis beati Petri feſtiuius eſt ſolito condiendus: ita tamen, ut ſcripturarum cardinem,
iocularis ſermo non fugiat. Nec à præſcripto palæſtræ noſtræ longius euagemur. Armil-
lis in Ezechiele armatur Hieruſalem. Baruch epiſtolas accipit ab Hieremia. In colũbæ ſpe-
cie ſpiritus ſanctus allabitur. Itaq; ut te aliquid & piperis mordeat, & priſtini libelli etiam
nunc recorderis, caue ne operis ornamenta dimittas, quæ ueræ armillæ ſunt brachiorum,
2 ne epiſtolam pectoris tui ſcindas, quam à Baruch traditã nouacula rex profanus incidit:
ne ad ſimilitudinem Ephraim per Oſee audias: Facta es inſipiẽs, ut columba. Nimium re-
ſpondebis auſtere, & quod feſto non conueniet diei. Talibus ipſa muneribus prouocaſti:
dum dulcibus amara ſotiata ſunt, & à nobis paria recipies, laudem amaritudo comitabi-
tur. Verum ne uidear dona minuiſſe: accepimus & caniſtrum ceraſis refertum: talibus &
3 tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem. Siquidem
hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubiugatis, de Ceraſunto primus Romam pertulit.
Vnde & de patria arbor nomen accepit. Igitur quia in ſcripturis caniſtrum ficis plenũ le-
gimus, ceraſa uero non inuenimus, in eo quo allatum eſt: id quod allatum non eſt, prædi-
camus. Optamusq; te de illis pomis fieri, quæ contra tẽplum dei ſunt, & de quibus deus
dicit: Quia bona bona ualde. Nihil quippe ſaluator medium amat. Et ſicuti frigidum non
refugiens, calidis delectatur, ita tepidos in apocalypſi euomere ſe loquitur. Vnde nobis ſo
licitius prouidendum eſt, ut ſolennem diem, non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritus
exultatione celẽbremus. Quia ualde abſurdum eſt: nimia ſaturitate uelle honorare marty-
rem, quem ſcias deo placuiſſe ieiunijs. Ita tibi ſemper comedendum eſt, ut cibum & oratio
ſequatur, & lectio. Quod ſi aliquibus diſplicet, Apoſtoli uerba cantato: Si adhuc homini-
bus placerem, Chriſti ancilla non eſſem.

B

## SCHOLIA.

1 ET quoniam mel.) Leuitici cap. 2. uetat deus ullum mel aut fermentum adoleri in ſacrificio.
Rurſus alibi iubet, ut nullum ſacrificium offeratur abſq; ſale. Feſtiuius eſt ſolito condien-
dus.) Nam in diebus feſtis, lautius ſolito prandetur. Cardinem.) Iocandum, ſed Chriſtia-
no more. Cum amaritudinibus.) Exodi. 12. Cum lactucis agreſtibus, quæ ſubamarũ quid-
dam habent. Armillis in Ezechiele.) Cap. 16. Inter reliqua ornamenta myſtica, quæ illic commemo
rat: Et dedi, inquit, armillas in manibus tuis. Quidam codices hoc loco pro armatur, habebant ornatur.
Baruch epiſtolas accepit.) Habes apud Hieremiam capite trigeſimo ſexto. Baruch iuſſu Hieremiæ
ſcribit epiſtolam & defert ad populum. Priſtini libelli.) Significat libellum de uirginitate quem ſcri
pſit ad eandem, qui quoniam mordacior eſt, multorum cõflauit odium Hieronymo, ſicuti teſtatur ipſe.
2 Nouacula rex profanus.) Pro nouacula, noſtra æditio habet, ſcalpello ſcribæ. Locus eſt capi. 36. quẽ
modo citauimus, quemadmodum rex epiſtolam, ſiue ut habetur uolumen, diſciſſam ſcapello coniecerit
in ignem. Alluſit autem Hieronymus tacite ad illud Pauli ad Corinthios: Epiſtola noſtra uos eſtis ſcri
pta in cordibus. Et paulò poſt: Quoniam epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis & ſcripta non atramẽ
to, ſed ſpiritu dei uiui &c. Ad ſimilitudinem Ephraim.) Ita legis Oſee capi. 7. Et factus eſt Ephraim,
quaſi columba ſeducta, non habens cor. Verum ne uidear.) Quoniam non fecerat mentionem cera
ſorum. Virginali uerecundia.) Quædam matureſcentia uireſcunt, quædam flaueſcunt, ceraſum, mo
rum & cornum rubeſcunt maturitate, mox nigreſcũt, præter hæc etiam oliuæ. Vt ea nunc à Lucul-
3 lo.) Statim putreſcunt ceraſa, & ut dixi gratus ille rubor, non manet niſi recẽtibus, nec adeſt niſi matu
ris. De Lucullo ita Plinius libro decimoquinto cap. 25. Ceraſi ante uictoriam Mithridaticam L. Lucul
li non fuere in Italia. At urbis anno ſexcenteſimo octogeſimo, is primum inuexit è Ponto, anniſq; cẽ-
tum uiginti, trans Oceanum in Britanniam uſq; peruenere, eadem in Aegypto nulla cura potuere gi-
gni. Caniſtrũ ficis plenũ.) Ita legis Hieremiæ cap. 24. de duobus calathis, quorũ alter habebat ficus
bonas bonas, id eſt, ualde bonas: alter malas malas, id eſt, ualde malas. Siquidem huiuſmodi conduplica
tione uerbi, epitaſin faciunt Hebræi. Contra templum dei ſunt.) Id eſt, è regione templi, ut intelli-
gas fructus pietatis. Locus eſt, quem modo indicaui, quanquam ibi uterq; calathus ante templum oſtẽ-
ditur. In eo quod allatum eſt.) Quidam ſic habebant: In eo quo allatum eſt, id quod allatum non eſt
prædicamus. Quoniam de calatho fit in prophetis mentio, de ceraſis non fit, ſed de ficis. Vnde ex occa-
ſione calathi, laudat ficos non allatos, pro ceraſis allatis. Alij ſic habebant: In eo quod allatum eſt, id
quod allatum non eſt, prædicamus.

C ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Xeniola miſſa à Marcella, ſibi & Paulæ filiæq; huius per iocum interpretatur allegoricôs. Offer-
1 tis muſcaria.) Ea conficiuntur uel è pennis auium, uel è chartis, ad abigendas muſcas. Quia muſcæ
morituræ.) Sic Eccleſiaſtes cap. 10. Muſcæ morientes, perdunt ſuauitatem unguenti. In peruerſum
licet.) Id eſt, in malam partem. Nunc enim eadem interpretatur, ut conueniant & in peccatorem qua-
lem ſe uideri uult.

## AD MARCELLAM DE ACCEPTIS MVNVSCVLIS.

VT abſentiam corporum, ſpiritus cõfabulatione ſolemur: facit unuſquiſq; quod præualet. Vos dona tranſmittis: nos epiſtolas remittimus gratiarum. Ita tamẽ ut quia uelatarum uirginum munus eſt, aliqua in ipſis munuſculis eſſe myſteria demonſtremus. Saccus, orationis ſignum atq; ieiunij eſt. Sella, ut foras pedes uirgo nõ moueat. Cerei, ut accenſo lumine, ſponſi expectetur aduentus. Calices, mortificationem carnis oſtendũt, & ſemper animum ad martyrium præparatum. Calix quippe domini inebrians, quàm præclarus eſt. Quod autem & matronis offertis muſcaria, parua, paruis animalibus euentilandis: elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam cito reſtinguere, quia muſcæ morituræ, olei ſuauitatem luxuriæ cito cum iſto interituræ mundo, oleum uitæ ſuauioris exterminant. Hic typus ſit uirginum, hæc figura matronarum: In peruerſum licet, munera ueſtra conueniant. Sedere aptum eſt ocioſis, in ſacco iacere pœnitentibus, calices habere potantibus. Licet & propter nocturnos metus, & animos ſemper malo conſcientiæ formidantes, cereos quoq; accendiſſe ſit gratum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulum Concordienſem cẽteſimum agentẽ annum, & tamen adhuc integro uirentiq; corpore laudat, & libros aliquot ab eo petit cõmodato. Eſt autem feſtiuis iocis, nec minus ſanctis plena epiſtola.

D

## HIERONYMVS AD PAVLVM CONCORDIENSEM.

HVmanæ uitæ breuitas, damnatio delictorum eſt. Et in ipſo ſæpe lucis exordio, mors ſequuta naſcentẽ, labẽtia quotidie in uitiũ ſecula profitetur. Nã cũ primũ paradiſi colonum, uiperinis nexibus præpeditũ, coluber deduxiſſet ad terras, æternitas mortalitate mutata, in nõgentos & eo amplius annos, ſecundã quodammodo immortalitatẽ maledicti hominis diſtulerat elogium. Exinde paulatim recrude-
1 ſcente peccato, totius orbis naufragium gigantum adduxit impietas. Poſt illud, ut ita dixerim, purgati baptiſma mundi, in breue tempus hominum uita cõtracta eſt. Hoc quoq; ſpatiũ, ſceleribus noſtris ſemper cõtra diuina pugnãtibus, penè perdidimus. Quotus enĩ quiſq; aut centenariã tranſgreditur ætatem, aut non ad eam ſic peruenit, ut perueniſſe pœniteat, ſecundũ quod in libro pſalmorum ſcriptura teſtatur: Dies uitæ noſtræ ſeptuaginta anni: ſi autẽ multum, octoginta: quicquid reliquum eſt, labor & dolor. Quorſum, ais, iſta tam alto repetita principio, & ita procul cœpta, ut merito quis Horatiano de nobis poſſit ſale ludere: Et gemino bellũ Troianum orditur ab ouo? Videlicet ut ſenectutem tuã, & caput ad Chriſti ſimilitudinẽ candidum, dignis uocibus prædicemus. Ecce iam cẽtenus ætatis circulus uoluitur, & tu ſemper præcepta dñi cuſtodiens: futuræ beatitudinẽ uitæ
2 per præſentia exẽpla meditaris. Oculi puro lumine uigent: pedes imprimũt certa ueſtigia, auditus penetrabilis, dentes candidi, uox ſonora, corpus ſolidũ, & ſucci plenũ, cani cũ rubore diſcrepãt, uires cum ætate diſſentiũt. Non memoriæ tenacitatem, ut in pleriſq; cernimus, antiquior ſenecta diſſoluit. Nõ calidi acumen ingenij, frigidus ſanguis obtũdit. Nõ cõtractã rugis faciẽ, arata frons aſperat. Non deniq; tremula manus per curuos ceræ tramites errantẽ ſtilum ducit. Futuræ nobis reſurrectionis uirorem in te dominus oſtẽdit, ut
3 peccati ſciamus eſſe, quod cæteri adhuc uiuentes præmoriunt in carne, iuſticiæ, qđ tu adoleſcentiã in aliena ætate mentiris. Et quanq; multis iſtã corporis ſanitatẽ, etiam peccatoribus euenire uideamus, tamen illis hoc diabolus miniſtrat, ut peccent: tibi dominus præſtat, ut

A ſtat,ut gaudeas. Doctiſſimi quiq; Græcorū,de quibus pro Flacco agens luculenter Tul-
lius ait: Ingenita leuitas & erudita uanitas , regū ſuorū ac principū laudes accepta merce-
de, dicebant: Hoc ego nūc faciēs, preciū poſco pro laudibus. Et ne putes modica eſſe quæ
depreco margaritum de euangelio poſtularis: Eloquia domini, eloquia caſta , argentum
igne examinatū: probatū terræ, purgatum ſeptuplum ; ſcilicet commentarios Fortunatia
ni, & propter noticiā perſequutionum Aurelij Victoris hiſtoriā, ſimulq; epiſtolas Noua
tiani, ut dum ſchiſmatici hominis uenena cognoſcimus: libentius ſancti martyris Cypria-
4 ni bibamus antidotum. Miſimus interim te tibi, id eſt, Paulo ſeni Paulū ſeniorem, in quo
propter ſimpliciores quoſq; multū in deijciendo ſermone laborauimus. Sed neſcio quo-
modo, etiam ſi aqua plena ſit, tamen eundem odorem lagena ſeruat, quo dum rudis eſſet,
imbuta eſt. Si hoc munuſculum placuerit, habemus etiam alia condita, quæ cum plurimis
orientalibus mercibus ad te, ſi ſpiritus ſanctus afflauerit, nauigabunt.

## SCHOLIA.

1 Gigantum adduxit impietas.) Locus eſt Geneſis cap. 6. In Hebræo pro Gigantibus, cadentes
habetur נפילים . Symmachus uertit uiolentos. Illis temporibus ætas hominis erat, centum
uiginti anni. Tantum enim datum eſt pœnitendi ſpaciū: Sed creſcentibus indies uitijs, dilu-
uium inſecutum eſt. Purgati baptiſma mundi.) Nam ut nos baptiſmo purgati renoua-
mur, ita tunc mundus diluuio purgatus uidebatur. Et gemino bellum.) Verſus eſt Horatianus, ex
arte poëtica, penè prouerbiali ioco uſurpatus, quoties rem lōgius repetimus quàm oportet. Veluti ſi
quis bellum Troianum ſcripturus, exordiatur non à proximi belli cauſis, hoc eſt, ab Helena rapta, ſed
à partu Ledæ, quæ iuxta fabulas duo peperit oua ex Iouis concubitu, è quorum altero prodierunt Ca
ſtor & Pollux, ex altero Helena, quæ poſtea præbuit belli materiam. Ad Chriſti ſimilitudinē.) Can
2 didus enim apparuit Chriſtus tribus diſcipulis. Et agnus dei uocatus eſt. Exempla meditaris.) Ele
ganter uſus eſt uerbo meditaris. Iam enim cœperat eſſe, quod in reſurrectione futurus erat, hoc eſt in-
corrupto corpore ſemperq; florenti. Memoriæ tenacitatem.) Nam hanc primū impetit ſenectus, te-
ſte Plinio. Frigidus ſanguis.) Ita Vergilius: Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis. Et Ariſto
B teles putat in frigidis plus eſſe animi, minus ingenij. Quanquam idem ſcribit, quibus ſanguis eſt craſ-
ſior, ijs minus eſſe ingenij. Aſinis autem craſſiſſimus eſt, homini ſubtiliſſimus. Per curuos ceræ.)
Nam olim in ceratis tabulis, ſtilo æreo ſcribebant. Reſurrectionis uirorem.) Nonnulli codices ha-
bebant, uigorem: utraq; lectio quadrat. Sed uirorem magis probo. Viuentes præmoriuntur.) Defi
cientibus oculis, putreſcentibus dentibus, aut etiā elabentibus, obſurdeſcentibus auribus, euaneſcente
memoria, quid aliud eſt homo, quàm uiuum cadauer? Et Plinius negat hos annos uitæ imputādos eſſe.
3 In aliena ætate mētiris.) Mire uſus eſt uerbo mentiris in bonam partem pro imitaris. Id mollius eſt
in rebus, q̃ in perſonis. Vt ſi dicas, impudens loquacitas, mentitur eloquentiam. Et alienam ætatem uo
cat, non alterius hominis, ſed ut Vergilius Alienis menſibus æſtas, Id eſt, non ſuis: ueluti qui ſenex
amat, aliena ætate amare dicitur. Cōmentarios Fortunatiani.) Is natione Afer, epiſcopus Aquileien
ſis, in euangelia titulis ordinatis, breui ruſticoq; ſermone ſcripſit cōmentarios. Ingenita leuitas.) Eſt
illi nationi natiuum ac gentilicium malum, leuitas ac facilitas, & erudita uanitas. Vanitas mendacitas
eſt. Vnde Iuuenalis: Et quicquid Græcia mendax: Huic ſi accedat eruditio, quiduis poſſit attolle
re. Aurelij Victoris.) Hic decimuſtertius Romanæ urbis epiſcopus fuit. Epiſtolas Nouatiani.)
Hic Romanæ urbis preſbyter fuit, ſed Nouatianorum hæreſim ſequutus. Schiſmaticū uocat, quod ad-
4 uerſus Cornelium ſacerdotalem cathedram conatus ſit inuadere. Bibamus antidotum.) Antidotus
enim proprie aduerſus uenena datur. Nouatus eius hæreſis autor, ſancti Cypriani presbyter fuit. Is ne-
gabat poſt baptiſmum relapſos in peccatum eſſe recipiendos ad pœnitentiā. Aduerſus hūc ſcripſit Cy-
prianus. Paulo ſeni Paulum.) Sentit Pauli monachi uitam. In deijciendo ſtilo.) At alij laborāt in
erigendo ſtilo, cū huic laborandū fuerit, ut peius diceret. Alia condita.) Id eſt repoſita: ſignificans nō
eſſe uulgaria, neq; quibuſlibet cōmunia. Ita Vergilianus paſtor ſuum pignus cōmendat: Necdum il-
lis labra admoui, ſed condita ſeruo. Spiritus ſanctus afflauerit.) Apta uſus eſt metaphora, afflauerit.
Spiritus eñ eſt flare: cum addat nauigabunt, id ait, quod niſi per mare mitti non poterant.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Euſtochium ex omnibus Paulæ liberis ſola, perpetuam uirginitatē eſt amplexa: ſolaq; matri Bethle
hem demigrāti comes fuit. Sub huius igitur perſona, quoniam apud Romanos primæ nobilitatis fuit,
uirgines omnes docet, quomodo ſit uiuendū. Et ſicut eſt boni præceptoris officiū, non ſolum indicat
formam, quam oporteat ſequi, uerumetiā prodit & aperit technas ac fucos uirginum, monachorum, &
clericorū, qui ſub prætextu caſtimoniæ, uetri & auariciæ ſeruiebāt. Luſit autē in his depingēdis paulò
liberius, q̃ delicatæ quorundam aures ferre poſſent. Vnde alibi ſcribit libellum hunc Romæ, nam illic

 ſcripſit,

C ſcripſit,fuiſſe lapidatũ,& in epiſtola ad Demetriadem,indicat multos hoc offenſos fuiſſe. Et Ruffinus
inter cætera crimina,hoc quoq; uiro ſanctiſſimo impingit,quod inſtitutionẽ uirginis profeſſus omniũ
omnia crimina prodidiſſet. Meminit huius & Seuerus Sulpitius in dialogo quodã, ſed cũ laude. [redacted]

## HIERO. AD EVSTOCHIVM DE CVSTODIA VIRGINITATIS.

AVdi filia & uide,& inclina aurem tuã, & obliuiſcere populum tuũ, & domum
patris tui,& concupiſcet rex decorem tuum. In quadrageſimoquarto pſalmo
deus ad animam loquitur humanam,ut ſecundum exemplum Abrahæ, exiẽs
de terra ſua,& de cognatione ſua,relinquat Chaldæos:qui quaſi dæmonia in-
terpretantur,& habitet in regione uiuẽtium,quã alibi propheta ſuſpirat,dicẽs: Credo ui-
dere bona domini,in terra uiuentiũ. Verũ non ſufficit tibi exire de terra tua, niſi obliuiſca
ris populi tui,& domus patris tui,ut carne cõtempta,ſponſi iungaris amplexibus. Ne re-
ſpexeris,inquit,retro:nec ſteteris in omni circa regiõe,ſed in mõte ſaluũ te fac, ne forte cõ-
prehẽdaris. Non expedit apprehenſo aratro, reſpicere poſt tergũ, nec de agro reuerti do-
mum,nec poſt Chriſti tunicã,ad tollendum aliud ueſtimentum tecto deſcẽdere. Grãde mi
raculum:Pater filiã cohortatur,ne meminerit patris ſui. Vos de patre diabolo eſtis,& deſi
deria patris ueſtri uultis facere,dicitur ad Iudæos. Et alibi: Qui facit peccatum, de diabolo
eſt. Tali primũ parẽte generati nigri ſumus,& poſt pœnitentiã,necdum culmine uirtutis
aſcẽſo,dicimus:Nigra ſum,ſed ſpecioſa filiæ Hieruſalẽ. Exiui de domo infantiæ meæ:ob-
lita ſum patris mei,renaſcor in Chriſto. Quid pro hoc mercedis accipio? Sequitur:Et cõcu
piſcet rex decorẽ tuum. Hoc ergo illud magnũ eſt ſacramentũ. Propter hoc relinquet ho-
mo patrem & matrẽ ſuam,& adhærebit uxori ſuæ,& erũt ambo,iam nõ,ut ibi,in una car
ne,ſed in uno ſpiritu. Non eſt ſpõſus tuus arrogans:nõ ſuperbus,æthiopiſſam duxit uxo
D rem. Statim ut uolueris ſapientiã audire ueri Solomonis,& ad eum ueneris, cõfitebitur ti-
bi cuncta quæ nouit,& inducet te rex in cubiculũ ſuũ,& mirum in modũ colore mutato,
ſermo tibi ille conueniet: Quæ eſt iſta,quæ aſcendit dealbata? Hæc idcirco domina mi
Euſtochium ſcribo:dominã quippe uocare debeo ſponſam domini mei, ut ex ipſo princi-
pio lectionis agnoſceres,non me nũc laudẽ uirginitatis eſſe dicturum, quã probaſti opti-
mam,& conſequuta es:nec enumeraturum moleſtias nuptiarũ,quomodo uterus intume-
ſcat,infans uagiat,cruciet pellex,domus cura ſolicitet,& omnia quæ putãtur bona, mors
extrema præcidat,Habent eñ & maritatæ ordinẽ ſuũ,honorabiles nuptias, & cubile im-
maculatũ:Sed ut intelligeres tibi exeunti de Sodoma, timendũ eſſe Lot uxoris exemplũ.
Nulla eſt eñ in hoc libello adulatio. Adulator quippe,blãdus inimicus eſt. Nulla erit rhe
torici põpa ſermonis,quæ te etiam inter angelos ſtatuat,& beatitudine uirginitatis expoſi
ta,mundũ ſubijciat pedibus tuis. Nolo tibi uenire ſuperbiam de propoſito, ſed timorem.
Onuſta incedis auro,latro tibi uitandus eſt. Stadiũ eſt hæc uita mortalibus,hic contendi-
mus,ut alibi coronemur. Nemo inter ſerpẽtes & ſcorpiones ſecurus ingreditur. Et inebria
tus eſt,inquit dñs,gladius meus in cœlo,& tu pacẽ arbitraris in terra,quæ tribolos gene-
rat,& ſpinas,quã ſerpens comedit? Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſangui-
nem,ſed aduerſus principatus & poteſtates huius mũdi,& harũ tenebrarũ, aduerſus ſpiri
tualia nequitiæ in cœleſtibus. Magnis inimicorũ circundamur agminibus,hoſtium plena
ſunt omnia. Caro fragilis & cinis futura poſt modicũ,pugnat ſola cũ pluribus. Cum autẽ
fuerit diſſoluta,& uenerit princeps mũdi huius,& inuenerit in ea nihil, tunc ſecura audies
per ꝓphetã:Nõ timebis à timore nocturno:A ſagitta uolãte per diẽ,à negocio perambu-
lãte in tenebris,ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadẽt à latere tuo mille,& decẽ milia à
dextris tuis,ad te aũt nõ appropinquabunt. Quod ſi eorũ te multitudo turbauerit, & ad
ſingula incitamẽta uitiorũ cœperis æſtuare,& dixerit tibi cogitatio tua:quid faciemus? re-
ſpondebit

A ſpōdebit tibi Heliſæus: Noli timere, quia plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis: & orabit, & dicet: Domine aperi oculos puellæ tuæ, ut uideat: & apertis oculis uidebis igneū currū, qui te ad exemplū Heliæ in aſtra ſuſtollat, & tunc læta cantabis: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium: Laqueus cōtritus eſt, & nos liberati ſumus. Quamdiu hoc fragili corpore detinemur, q̄diu habemus theſaurum iſtū in uaſis fictilibus, & concupiſcit ſpiritus aduerſus carnē: & caro aduerſus ſpiritū, nulla eſt certa uictoria. Aduerſarius noſter diabolus, tanq̄ leo rugiens aliquē deuorare quærēs, circumit. Poſuiſti, ait Dauid, tenebras: & facta eſt nox. In ipſa pertranſibūt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonū rugiētes, ut rapiāt, & quærant à deo eſcam ſibi. Nō quærit diabolus homines infideles: nō eos qui foris ſunt, & quorum carnes rex Aſſyrius in olla ſuccēdit, de eccleſia Chriſti rapere feſtinat. Eſcæ eius ſecundum Abacuc electæ ſunt. Iob ſubuertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrādos Apoſtolos expetit poteſtatē. Non uenit ſaluator pacem mittere ſuper terrā, ſed gladiū. Cecidit Lucifer, qui mane oriebatur: & ille qui in paradiſo delitiarum nutritus eſt, meruit audire: Si exaltatus fueris ut aquila: inde detraham te, dicit dn̄s. Dixerat enim in corde ſuo: Super ſydera cœli ponam ſedem meam, & ero ſimilis altiſſimo. Vnde quotidie ad eos qui per ſcalā, Iacob ſomniante, deſcendunt: loquitur deus: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini, & tanq̄ unus de principibus cadetis. Cecidit enim primus diabolus, & cum ſtet deus in ſynagoga deorum, in medio autē deos diſcernat. Apoſtolus eis, qui dij eſſe deſinūt, ſcribit: Vbi enim in uobis ſunt diſſenſiones & æmulationes: nónne homines eſtis, & ſecundum hominē ambulatis? Si Apoſtolus uas electionis & ſeparatus in euangelium Chriſti: ob carnis aculeos & incentiua uitiorū reprimit corpus ſuum, & ſeruituti ſubijcit, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur, & tamen uidet aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mētis ſuæ, & captiuum ſe in legem duci peccati: Si poſt nudita-
B tem, ieiunia, fames, carcerē, flagella, ſupplicia, in ſemetipſum reuerſus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, tu te putas ſecurā eſſe debere? Caue quæſo, ne quando de te dicat deus: Virgo Iſraël cecidit, & nō eſt qui ſuſcitet eam. Audenter loquar: Cum omnia poſſit deus: ſuſcitare uirginem nō poteſt poſt ruinam. Valet quidē liberare de pœna, ſed nō uult coronare corruptam. Timeamus illam ꝓphetiā, ne in nobis etiā cōpleatur: Virgines bonæ deficiēt. Obſerua quid dicat, & uirgines bonę deficiēt, quia ſunt & uirgines malæ. Qui uiderit, inquit, mulierem ad cōcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Perit ergo, & mēte uirginitas. Iſtæ ſunt uirgines malæ, uirgines carne, nō ſpiritu: uirgines ſtultæ, quæ oleum nō habētes, excluduntur à ſpōſo. Si aūt & illæ quæ uirgines ſunt, ob alias tamen culpas, uirginitate corporū non ſaluantur: quid fiet illis, quæ ꝓſtituerunt mēbra Chriſti, & mutauerunt templū ſancti ſpiritus in lupanar? Illico audient: Deſcende, ſede in terra uirgo filia Babylonis: ſede in terra, non eſt ſolium filiæ Chaldæorū: nō uocaberis ultra mollis, & delicata. Accipe molam, mole farinā, diſcooperi uelamen tuū, denuda crura, tranſi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebūt opprobria tua. Et hoc poſt dei filij thalamos, poſt oſcula fratruelis & ſpōſi, illa de qua quōdam ſermo ꝓpheticus concinebat: Aſtitit regina à dextris tuis, in ueſtitu deaurato, circūdata uarietate: nudabitur, & poſteriora eius ponētur in faciem ipſius: Sedebit ad aquas ſolitudinis, poſito uaſe, & diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti, & uſq; ad uerticē polluetur. Rectius fuerat hominis ſubijſſe cōiugium, ambulaſſe per plana, q̄ ad altiora tendentē, in profundum inferni cadere. Ne fiat obſecro ciuitas meretrix, fidelis Sion: ne poſt trinitatis hoſpitium, ibi dæmones
C ſaltent & Sirenæ nidificēt, & hericij. Nō ſoluatur faſcia pectoralis, ſed ſtatim ut libido titillauerit ſenſum, aut blandū uoluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erūpamus in uocem: Dn̄s auxiliator meus, nō timebo quid faciat mihi caro. Cū paululū interior homo inter uitia atq; uirtutes cœperit fluctuare, dicito: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in domino, quia cōfitebor illi, ſalutare uultus mei, & deus meus. Nolo

A ſinas cogitationem creſcere. Nihil in te Babylonium, nihil confuſionis adoleſcat. Dum par-
uus eſt hoſtis interfice, nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in ſemine. Audi pſalmiſtã, di-
centẽ: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuã. Beatus qui tene-
bit, & allidet paruulos tuos ad petrã. Quia enĩ impoſſibile eſt in ſenſum hominis nõ irrue-
re innatũ medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut cœperit cogita-
re ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petrã: petra aũt Chriſtus eſt. O quoties
ego ipſe in eremo cõſtitutus, & in illa uaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridũ
monachis præſtat habitaculũ, putabã me Romanis intereſſe delitijs. Sedebam ſolus, quia
amaritudine repletus eram. Horrebãt ſacco mẽbra deformia, & ſqualida cutis, ſitũ æthio-
picæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi quãdo repugnãtẽ ſom-
nus immінẽs oppreſiſſet: nuda humo, uix oſſa hærentia collidebã. De cibis uero & potu ta-
ceo, cum etiam languentes aqua frigida utantur, & coctũ aliquid accepiſſe, luxuria ſit. Ille
igitur ego, qui ob gehennæ metũ, tali me carcere ipſe damnauerã, ſcorpionum tantum ſo-
cius & ferarũ, ſæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs
æſtuabat in frigido corpore, & ante hominẽ ſuũ iam carne præmortua, ſola libidinũ incẽ-
dia bulliebant. Itaqꝫ omni auxilio deſtitutus, ad Ieſu iacebã pedes, rigabam lachrymis, cri-
ne tergebã, & repugnantẽ carnẽ, hebdomadarum inedia ſubiugabã. Non depudeſco infi-
delitatis meæ, quin potius plãgo me nõ eſſe, quod fuerim. Memini me clamnantẽ, diẽ cre-
bro iunxiſſe cũ nocte, nec prius a pectoris ceſſaſſe uerberibus, q̃ rediret dño increpãte trã-
quillitas. Ipſam quoqꝫ cellulã meam, quaſi cogitationum mearum conſciam pertimeſcebã.
Et mihimet iratus & rigidus, ſolus deſerta penetrabam. Sicubi cõcaua uallium, aſpera mõ-
tium, rupiũ prærupta cernebã: Ibi meæ orationis locus, ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtu-
lum: &, ut ipſe mihi teſtis eſt dñs, poſt multas lachrymas, poſt cœlo inherẽtes oculos, non-
B nunqꝫ uidebar mihi intereſſe agminibus angelorũ, & lætus gaudenſqꝫ cãtabam: Poſt te in
odore unguentorum tuorum curremus. Si aũt hoc ſuſtinent illi, qui exeſo corpore, ſolis
cogitationibus oppugnantᷣ: quid patitur puella, quæ deltijs fruitur? Nempe illud Apo-
ſtoli: Viuens mortua eſt. Siquid itaqꝫ in me poteſt eſſe cõſilij, ſi experto creditᷣ, hoc primũ
moneo, hoc obteſtor, ut ſpõſa Chriſti uinum fugiat pro ueneneno. Hæc aduerſus adoleſcẽ-
tiam, prima arma ſunt dæmonum. Nõ ſic auaricia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio.
Facile alijs caremus uitijs, hic hoſtis nobis incluſus eſt. Quocũqꝫ pergimus, nobiſcũ porta-
mus inimicũ. Vinum & adoleſcentia, duplex incendium uoluptatis. Quid oleum flãmæ
adijcimus? Quid ardenti corpuſculo fomenta igniũ miniſtramus? Paulus ad Timotheũ:
Iam noli, inquit, aquã bibere, ſed uino modico utere, propter ſtomachum tuum, & frequẽ-
tes tuas infirmitates. Vide quibus cauſis uini potio concedatur, ut ex hoc ſtomachi dolor,
& frequẽs medeatᷣ infirmitas. Et ne nobis forſitan de ægrotationibus blãdiremur, modicũ
præcepit eſſe ſumendũ, medici potius conſilio, quam apoſtoli: licet apoſtolus ſit medicus
ſpiritualis: Et ne Timotheus imbecillitate ſuperatus, euangelij prædicãdi nõ poſſet imple-
re diſcurſus. Alioquin ſe dixiſſe meminerat: Vinũ in quo eſt luxuria: Et bonũ eſt homini
uinum non bibere, & carnẽ non mãducare. Noë uinũ bibit, & inebriatus eſt. Poſt diluuiũ,
rudi adhuc ſeculo, & tunc primum plantata uinea, inebriare uinum forſitan neſciebat. Et
ut intelligas ſcripturæ in omnibus ſacramentum. Margaritum quippe eſt ſermo dei, & ex
omni parte forari poteſt, poſt ebrietatẽ nudatio femorũ ſubſequuta eſt, libido iuncta luxu-
riæ. Prius enim uenter extenditur, & ſic cætera membra cõcitantur. Mãducauit enim po-
pulus, & bibit, & ſurrexerũt ludere. Lot amicus dei in mõte ſaluatus, & de tot milibus po-
puli ſolus iuſtus inuentus, inebriatᷣ à filiabus ſuis, & licet illæ putarent genus hoĩm defe-
ciſſe, & hoc facerent liberorũ magis deſiderio, q̃ libidinis: tamen ſciebant uirũ iuſtum, hoc
niſi ebrium non eſſe facturũ. Deniqꝫ quid fecerit, ignorauit: & quanqꝫ uoluntas non ſit in
crimine, error in culpa eſt. Inde naſcũtur Moabitæ: & Ammonitæ inimici Iſrael: qꝫ uſqꝫ ad

quartam

A quartam & decimam progeniem,& uſq; in æternum,non ingrediuntur in eccleſiam dei. Helias cum Iezabel fugeret,& ſub quercu iaceret laſſus: ueniente ad ſe angelo ſuſcitatur, 3 & dicitur ei:Surge & mãduca.Reſpexit,& ecce ad caput eius panis collyrida, & uas aquę. Reuera non poterat deus conditũ ei merum mittere,& electos cibos, & carnes cõtuſione mutatas.Heliſæus filios prophetarũ inuitat ad prandiũ, & herbis agreſtibus eos alens cõ ſonum prandentium audit clamorem:Mors in olla,Homo dei nõ iratus eſt cocis, lautioris enim menſæ cõſuetudinem nõ habebat,ſed farina deſuper iacta,amaritudinẽ dulcorauit:eadem ſpiritus uirtute,qua Moyſes mutauerat maram in dulcedinem. Necnõ & illos qui ad eum comprehendendũ uenerant,oculis pariter ac mente cæcatos, cũ in Samariam neſcios induxiſſet,qualibus eos epulis refici imperauerit, auſculta.Pone eis panẽ & aquã, manducent & bibant,& remittãtur ad dominum ſuũ.Potuit & Danieli de regijs ferculis, opulentior menſa transferri,ſed Abacuc ei meſſorum prandiũ portat, arbitror ruſticanũ. Ideoq; & deſideriorum uir appellatus eſt,quia panem deſiderij non manducauit, & uinũ concupiſcentiæ non bibit.Innumerabilia ſunt de ſcripturis diuina reſponſa, quæ gulam damnent,& ſimplices cibos probent. Verum quia nunc non eſt propoſitũ de ieiunijs diſputare,& uniuerſa exequi,ſui & tituli ſit & uoluminis, hæc ſufficiant pauca de plurimis. Alioquin ad exemplum horum,poteris tibi ipſa colligere,quomodo primus de paradiſo homo,uẽtri magis obediens,quàm deo,in hanc lachrymarũ deiectus eſt uallem. Et ipſum dominum ſatanas fame tentauerit in deſerto.Et Apoſtolus clamitet:Eſcæ uentri,& uenter eſcis:deus autem hunc & illas deſtruet.Et de luxurioſis, quorum deus uenter eſt. Id enim colit unuſquiſq;,quod diligit.Ex quo ſolicite prouidendum eſt,ut quos ſaturitas de paradiſo expulit,reducat eſuries.Quod ſi uolueris reſpondere,te nobili ſtirpe generatam,ſem-

B per in delitijs,ſemper in plumis,non poſſe à uino & eſculẽtioribus cibis abſtinere, nec his legibus uiuere,diſtrictius reſpondebo:Viue ergo lege tua,quæ dei non potes. Non quod deus uniuerſitatis creator & dominus,inteſtinorum noſtrorum rugitu & inanitate uẽtris, pulmoniſq; delectetur ardore,ſed quod aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit. Iob deo charus,& teſtimonio ipſius immaculatus & ſimplex:audi quid de diabolo ſuſpicetur: Virtus eius in lumbis,& poteſtas eius in umbilico. Honeſte uiri mulieriſq; genitalia, immutatis ſunt appellata nominibus. Vnde & de lumbis Dauid ſuper ſedẽ eius promittitur eſſe ſeſſurus.Et ſeptuagintaquinq; animæ introierunt in Aegyptum, quæ exierunt de femore Iacob.At poſtquàm colluctante domino,latitudo femoris eius emarcuit,à liberorum opere ceſſauit.Et qui paſca facturus eſt,accinctis mortificatiſq; lumbis, facere præcipitur. Et ad Iob dicit deus: Accinge ſicut uir lumbos tuos.Et Ioannes zona pellicea cingitur.Apoſtoli iubentur accinctis lumbis,euangelij tenere lucernas.Ad Hieruſalẽ uero,quæ reſperſa ſanguine,in campo inuenitur erroris,in Ezechiele dicitur: Non eſt præciſus umbilicus tuus. Omnes igitur aduerſus uiros,diaboli uirtus,in lumbis eſt:Omnis in umbilico contra fœminas fortitudo. Vis ſcire ita eſſe ut dicimus? Accipe exẽpla. Sampſon leone fortior & ſaxo durior:qui & unus & nudus mille perſequutus eſt armatos,in Dalilæ molleſcit amplexibus.Dauid ſecundum cor domini electus,& qui uenturũ Chriſtum ſancto ſæpe ore cantauerat:poſtquàm deambulans ſuper tectum domus ſuæ,Bethſabeæ captus eſt nuditate, adulterio iunxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende, quod nullus ſit etiam in domo tutus aſpectus.Quapropter ad dominum pœnitens loquitur:Tibi ſoli peccaui & malum coràm te feci.Rex enim erat,alium non timebat. Solomon per quem cecinit ipſa ſapientia:qui diſputauit à cedro libani,uſq; ad hiſopum,quæ exijt per parietẽ, receſſit à domino,quia amator mulierum fuit. Et ne quis ſibi de ſanguinis propinquitate cõfideret,in illicitum Thamar ſororis Amnon frater exarſit incẽdium.Piget dicere,quot quotidie uirgines ruant,quãtas de ſuo gremio mater perdat eccleſia,ſuper quæ ſydera,inimicus ſuperbus ponat thronum ſuũ:Quot petras excauet, & habitet coluber in foraminibus earum.

C Videas pleraſq; uiduas anteq; nuptas,infelicem cõſcientiam mẽtita tantũ ueſte * prote-
*Aliter præte* gere.Quas niſi tumor uteri,& infantũ prodiderit uagitus,erecta ceruice,& ludẽtibus pedi
*gere.* bus incedunt.Aliæ uero ſterilitatẽ præbent,& nec dum nati hominis homicidium faciũt.
4 Nonnullæ cũ ſe ſenſerint concepiſſe de ſcelere,abortij uenena meditãtur, & frequẽter etiã
ipſæ cõmortuæ,trium criminũ reæ,ad inferos perducũtur, homicidæ ſui, Chriſti adulte-
ræ,nec dum nati filij parricidæ.Iſtæ ſunt quæ ſolẽt dicere:Omnia mũda mundis. Sufficit
mihi conſcientia mea.Cor mundũ deſiderat deus.Cur me abſtineam à cibis: quos creauit
deus ad utendum?Et ſi quãdo feſtiue & lepide uolũt uiuere, ubi ſe mero ingurgitauerint,
ebrietati ſacrilegiũ copulantes,aiunt:Abſit, ut ego me à Chriſti ſanguine abſtineã. Et quã
uiderint pallentẽ atq; triſtem,miſerã & Manichæam uocãt. Et cõſequenter: Tali em̃ pro-
poſito ieiuniũ hæreſis eſt.Hæ ſunt,quæ per publicum notabiliter incedũt,& furtiuis ocu-
lorum nutibus,adoleſcentiũ greges poſt ſe trahũt, quæ ſemper audiunt per prophetam:
5 Facies meretricis facta eſt tibi,impudorata es tu. Purpura tantũ in ueſte tenuis, & laxius,
ut crines decidant,ligatũ caput,ſoccus uilior,& per humeros hiacynthina lena fortè uoli-
6 tans:Succinctæ manicæ brachijs adhærentes,& ſolutis genubus fractus inceſſus:Hæc eſt
apud illas tota uirginitas.Habeant iſtæ huiuſmodi laudatores ſuos,ut ſub uirginali nomi
ne,lucrõſius pereant.Libẽter talibus nõ placemus.Pudet dicere,proh nefas. Triſte,ſed ue
rum eſt:Vnde in eccleſias Agapetarũ peſtis introijt?Vnde ſine nuptijs aliud nomen uxo
rum?Imò unde nouum concubinarũ genus?Plus inferã:Vnde meretrices uniuiræ?Eadẽ
domo,uno cubiculo,ſæpe uno tenentur & lectulo,& ſuſpicioſos nos uocãt,ſi aliquid exi-
7 ſtimamus.Frater ſororẽ uirginem deſerit,cœlibem ſpernit uirgo germanũ, fratrẽ quærit
extraneum,& cum in eodẽ propoſito eſſe ſe ſimulent, quærunt alienorũ ſpiritale ſolatiũ,
D ut domi habeãt carnale cõmertium.Iſtiuſmodi homines Solomon in Prouerbijs ſpernit,
dicens:Alligabit quis in ſinu ignem,& ueſtimenta eius nõ comburentur? Aut ambulabit
ſuper carbones ignis,& pedes illius non ardebũt?Exploſis igitur & exterminatis his quæ B
nolunt eſſe uirgines,ſed uideri:nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio. Quæ quanto pri
ma Romanæ urbis uirgo nobilis eſſe cœpiſti,tanto tibi amplius laborandũ eſt, ne & præ-
ſentibus bonis careas,& futuris.Et quidem moleſtias nuptiarum,& incerta cõiugij,dome
ſtico exemplo didiciſti,cum ſoror tua Bleſilla ætate maior,ſed propoſito minor, poſt acce
ptum maritum,ſeptimo menſe uiduata eſt.O infelix humana conditio & futuri neſcia. Et
uirginitatis coronam,& nuptiarum perdidit uoluptatem.Et quanq; ſecundum pudicitiæ
gradum teneat uiduitas,tamen quas illam per momenta ſuſtinere exiſtimas cruces,ſpectã-
tem quotidie in ſorore,quod ipſa perdiderit,& cũ difficilius experta careat uoluptate, mi-
norem continentiæ habere mercedem?Sit tamen & illa ſecura,ſit gaudens.Centeſimus &
ſexageſimus fructus de uno ſunt ſemine caſtitatis. Nolo habeas cõſortium matronarũ:
Nolo ad nobilium domos accedas:Nolo te frequenter uidere, quod contemnens, uirgo
eſſe uoluiſti.Sic ſibi ſolent applaudere mulierculæ de iudicibus uiris,& in aliqua poſitis di
gnitate.Si ad imperatoris uxorem concurrit ambitio ſalutantium, cur tu facis iniuriam ui
ro tuo?Ad hominis coniugem,dei ſponſa properas?Diſce in hac parte ſuperbiam ſanctã:
ſcito te illis eſſe meliorem.Neq; uero earum tantum te cupio declinare cõgreſſus, quæ ma
ritorum inflantur honoribus,quas eunuchorum greges ſepiunt,& in quarũ ueſtibus atte
nuata in filum auri metalla texuntur,ſed etiam eas fuge,quas uiduas neceſſitas fecit,nõ uo
luntas:Non quod mortem optauerint maritorum,ſed quod datam occaſionẽ pudicitiæ,
non libenter acceperint.Nunc uero tantum ueſte mutata priſtina, non mutatur ambitio.
8 Præcedit caueas Baſtarnarũ, ordo ſemiuirorũ: & rubẽtibus buccis,cutis farta diſtẽditur,
ut eas putes maritos nõ amiſiſſe,ſed quærere.Plena adulatoribus domus, plena cõuiuis.
Clerici ipſi quos & magiſterio eſſe oportuerat pariter & timori,oſculant̃ capita matrona-
rum,& extenta manu,ut benedicere eos putes uelle, ſi neſcias, precia accipiunt ſalutandi.

Illæ

A Illę interim, quæ ſacerdotes ſuo uiderint indigere præſidio, eriguntur in ſuperbiã. Et quia
maritorum experte dominatũ, uiduitatis præferunt libertatem: caſtæ uocãtur & Nõnæ,
poſt cœnam dubiã, Apoſtolos ſomniãt. Sint tibi ſociæ, quas ieiunia tenuãt, quibus pallor
in facie eſt, quas & ætas probauit & uita, quę quotidie in cordibus ſuis canũt: Vbi paſcis?
Vbi cubas in meridie? Quæ ex affectu dicũt: Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Eſto ſub-
iecta parẽtibus: imitare ſpõſum tuũ. Rarus ſit egreſſus in publicũ: Martyres tibi quæran-
tur in cubiculo tuo. Nunq̃ cauſa deerit procedẽdi, ſi ſemper quãdo neceſſe eſt, proceſſura
ſis. Sit tibi moderatus cibus, & nũq̃ uēter expletus. Plures quippe ſunt, quæ cũ uino ſint
ſobriæ, ciborũ largitate ſunt ebriæ. Ad orationẽ tibi nocte ſurgenti, nõ indigeſtio ructum
faciat, ſed inanitas. Cebrius lege, diſce q̃ plurima. Teneti codicem ſomnus obrepat, & ca-
dentem faciẽ, pagina ſancta ſuſcipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fu-
giens. Nihil prodeſt biduo triduoq; trãſmiſſo, uacuũ portare uētrem, ſi pariter obruatur,
ſi compẽſetur ſaturitate ieiuniũ. Ilico mens repleta torpeſcit, & irrigata humus, ſpinas libi-
9 dinum germinat. Si quãdo ſenſeris exteriorẽ hominẽ florem adoleſcẽtiæ ſuſpirare, & acce
pto cibo, cum te in lectulo compoſitã, dulcis libidinum pompa concuſſerit: arripe ſcutum
fidei, in quo ignite diaboli extinguũtur ſagittæ. Omnes adulterãtes, quaſi clibanus corda
eorum. At tu Chriſti comitata ueſtigijs, & ſermonibus eius intenta, dic: Nónne cor noſtrũ
ardens erat in uia, cũ aperiret nobis Ieſus ſcripturas? Et illud: Ignitũ eloquiũ tuũ, & ſeruus
tuus dilexit illud. Difficile eſt humanã animam aliquid nõ amare, & neceſſe eſt, ut in quoſ-
cunq; mens noſtra trahatur affectus. Carnis amor, ſpiritus amore ſuperatur. Deſiderium
deſiderio reſtinguitur. Quicquid inde minuitur, hinc creſcit. Quin potius ſemper ingemi-
na, & dicito ſuper lectũ tuũ: In noctibus quæſiui quẽ dilexit anima mea. Mortificate ergo,
inquit Apoſtolus, membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram. Vnde & ipſe poſtea cõfidenter
B aiebat: Viuo autẽ, iam nõ ego, uiuit uero in me Chriſtus. Qui mortificat membra ſua, & in
imagine perambulat, nõ timet dicere: Factus ſum, ſicut uter in pruina. Quicquid in me fu-
erit humoris, excoctum eſt, & infirmata ſunt in ieiunio genua mea, & oblitus ſum mãduca
re panem meũ. A uoce gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Eſto cicada noctiũ.
Laua per ſingulas noctes lectum tuũ, lachrymis tuis ſtratum tuũ riga. Vigila & ſito ſicut
paſſer in ſolitudine: Pſalle ſpiritu, pſalle & ſenſu: Benedic anima mea dominũ, & ne obliui
ſcaris omnes retributiões eius, qui propiciatur cũctis iniquitatibus tuis: Qui ſanat omnes
infirmitates tuas, & redimit ex corruptiõe uitã tuam. Et quis noſtrum ex corde dicere po-
teſt: Quia cinerem tanquã panem manducabã, & potionem meam cum fletu miſcebam?
An non flendum eſt, nõ gemendum, cum me rurſus ſerpẽs inuitat ad illicitos cibos? Cum
de paradiſo uirginitatis eiectũ, tunicis uult ueſtire pelliceis, quas Helias ad paradiſum re-
diens, proiecit in terram? Quid mihi & uoluptati, quæ breui perit? Quid cum hoc dulci et
mortifero carmine Sirenarũ? Nolo illi ſubiacere ſentẽtiæ, qua in hominẽ eſt illata damna-
tio: In doloribus, & in anxietatibus paries. Mulieris lex iſta eſt, nõ mea. Et ad uirum con-
uerſio tua. Sit cõuerſio illius ad maritum, quæ uirũ non habet Chriſtũ: Et ad extremum,
morte morieris. Finis iſte coniugij, meum propoſitũ ſine ſexu eſt. Habeant nuptæ ſuũ tẽ-
pus, & titulum. Mihi uirginitas in Maria dedicatur & Chriſto. Dicat aliquis: Et audes
nuptijs detrahere, quæ à deo benedictæ ſunt? Nõ eſt detrahere nuptijs, cũ illis uirginitas
antefertur. Nemo malũ bono cõparat. Glorientur & nuptæ, cum à uirginibus ſint ſecun
dæ: Creſcite, ait, & multiplicamini, & replete terrã. Creſcat & multiplicetur ille, qui imple-
turus eſt terrã. Tuũ agmẽ in cœlis eſt. Creſcite & multiplicamini, hoc expletur edictũ poſt
paradiſum & nuditatẽ, et ficus folia, auſpicãtia pruriginẽ nuptiarũ. Nubat et nubatur ille,
qui in ſudore faciei comedit panẽ ſuũ, cuius terra tribolos & ſpinas generat, & cuius her-
ba ſentibus ſuffocatur. Meũ ſemen, centenaria fruge fœcundũ eſt. Nõ omnes capiũt uer-
bum dei, ſed hi quibus datũ eſt. Alium, eunuchum neceſſitas faciat, me uolũtas. Tempus
amplexandi

C amplexandi,& tẽpus abſtinendi à cõplexibus:tẽpus mittẽdi lapides,& tẽpus colligendi.
10 Poſtquam de duritia nationum generati ſunt filij Abrahæ,cœperunt ſancti lapides uolui
ſuper terrã.Pertrãſeunt quippe mundi iſtius turbines,& in curru dei, rotarum celeritate
uoluuntur.Cõſuant tunicas,qui inconſutã deſurſum tunicã perdiderũt,quos uagitus de-
lectat infantiũ,in ipſo lucis exordio fletu lugẽtium quod nati ſunt. Eua in paradiſo uirgo
fuit:poſt pelliceas tunicas,initiũ ſumpſit nuptiarum. Tua regio paradiſus eſt.Serua quod
nata es, & dic: Reuertere anima mea in requiem tuã.Et ut ſcias uirginitatem eſſe naturæ,
nuptias poſt delictum:uirgo naſcitur caro de nuptijs:in fructu reddens, quod in radice
perdiderat.Exiet uirga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcẽdet. Virga mater eſt domi
ni,ſimplex,pura,ſyncera,nullo extrinſecus germine cohærente, & ad ſimilitudinem dei
11 unione fœcunda. Virgæ flos Chriſtus eſt, dicens: Ego flos campi,& lilium conuallium.
Qui & in alio loco,lapis prædicatur abſciſſus de mõte ſine manibus:ſignificante prophe-
ta,uirginem naſciturum eſſe de uirgine.Manus quippe accipiũtur pro opere nuptiarũ,ut
ibi:Siniſtra eius ſub capite meo,et dextera illius amplexabitur me.In huius ſenſus cõgruit
uoluntatem etiã illud,quod animalia quæ in arcã Noë bina inducuntur, immunda ſunt.
Impar numerus eſt mũdus:Et Moyſes & Ieſus Naue nudis in ſanctã terrã pedibus iuben
tur incedere:Et diſcipuli ſine calciamẽtorum onere,& uinculis pelliũ ad prædicationẽ no-
ui euangelij deſtinãtur.Et milites ueſtimẽtis Ieſu ſorte diuiſis:caligas nõ habebãt quas tol
12 lerent.Nec enim poterat habere dominus,quod prohibuerat ſeruis. Laudo nuptias,lau-
do coniugium,ſed quia mihi uirgines generãt:lego de ſpinis roſam,de terra aurũ,de con-
cha margaritum.Nũquid qui arat,tota die arabit? Nónne & laboris ſui fruge lætabitur?
Plus honorantur nuptiæ,quãdo quod de illis naſcitur,plus amatur.Quid inuides mater
filiæ? Tuo lacte nutrita eſt,tuis educata uiſceribus,in tuo adoleuit ſinu. Tu illã uirginẽ ſe-
dula pietate ſeruaſti.Indignaris,quod noluit militis eſſe uxor,ſed regis? Grãde tibi benefi-
D cium præſtitit. Socrus dei eſſe cœpiſti.De uirginibus,inquit Apoſtolus,præceptũ domi- E
ni nõ habeo.Cur? Quia & ipſe ut eſſet uirgo,nõ fuit imperij,ſed propriæ uoluntatis.Neq;
enim audiẽdi ſunt,qui eũ uxorẽ habuiſſe cõfingunt,cum de cõtinentia diſſerẽs & ſuadens
perpetuam caſtitatẽ,intulerit: Volo aũt omnes eſſe ſicut meipſum.Et infra. Dico autẽ in-
nuptis & uiduis:Bonũ eſt illis,ſi ſic permaneant,ſicut & ego.Et in alio loco:Nunquid nõ
habemus poteſtatẽ circũducendi mulieres,ſicut & cæteri apoſtoli? Quare ergo nõ habet
domini de uirginitate præceptũ? Quia maioris eſt mercedis,quod nõ cogitur,& offertur.
Quia ſi fuiſſet uirginitas imperata,nuptiæ uidebãtur ablatæ.Et duriſſimũ erat cõtra natu
ram cogere:angelorumq; uitã ab hominibus extorquere,& id quodãmodo damnare,qđ
conditum eſt.Alia fuit in ueteri lege felicitas:Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſti-
cos in Hieruſalẽ.Et,maledicta ſterilis,quæ non pariebat:Et,filij tui ſicut nouellæ oliuarũ,
in circumitu mẽſæ tuę.Et repromiſſio diuitiarũ.Et,nõ erit infirmus in tribubus tuis. Nũc
dicitur:Ne te lignũ arbitreris aridum.Habes locũ pro filijs & filiabus, in cœleſtibus ſem-
piternũ.Nunc benedicũtur pauperes,& Lazarus diuiti præfertr in purpura. Nũc qui in-
firmus eſt,fortior eſt. Vacuus erat orbis:&,ut de typicis taceã,ſola erat benedictio libero-
rum.Propterea & Abrahã iam ſenex Cethuræ copulatur. Et Iacob mãdragoris redimit:
Et cõcluſam uuluã in eccleſiæ figurã,Rachel cõqueritur.Paulatim uero increſcẽte ſegete,
meſſor immiſſus eſt. Virgo Helias,Heliſeus uirgo,uirgines multi filij prophetarũ. Hiere-
miæ dicitur:Et tu ne accipias uxorẽ.Sãctificatus in utero,captiuitate ꝓpinqua,uxorẽ ꝓhi
betur accipere.Alijs uerbis idipſum Apoſtolus loquitur:Exiſtimo hoc bonũ eſſe propter
inſtãtem neceſſitatẽ,quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe.Quæ eſt iſta neceſſitas,quæ aufert
gaudia nuptiarũ? Tẽpus breuiatũ eſt:Reliquũ eſt,ut & qui habent uxores,ſint quaſi non
habeãt.In ꝓximo eſt Nabuchodonoſor.Promouit ſe leo de cubili ſuo.Quò mihi ſupbiſ-
ſimo regi ſeruitura cõiugia? Quò paruulos,quos ꝓpheta cõplorat,dicẽs? Adheſit lingua
lactentis

A lactentis ad faucem ipſius in ſiti. Paruuli poſtulauerunt panē, & qui frangeret eis, nō erat. Inueniebatur ergo, ut diximus, in uiris tantū hoc cōtinentiæ bonū, & in doloribus iugiter Eua parturiebat. Poſtquā uero uirgo cōcepit in utero, & peperit nobis puerū, cuius principatus in humeros eius, deum, fortem, patrē futuri ſeculi: ſoluta maledictio eſt. Mors per Euam: uita per Mariā. Ideoq; & diuitius uirginitatis donū fluxit in fœminas, quia cœpit à fœmina. Statim ut filius dei ingreſſus eſt ſuper terrā, nouā ſibi familiā inſtituit, ut qui ab angelis adorabatur in cœlo, haberet angelos & in terris. Tunc Holofernis caput, Iudith continēs amputauit. Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, ſuo cōbuſtus eſt igni. Tūc Iacobus & Ioānes relicto patre, rheti, nauicula, ſequuti ſunt ſaluatorē: affectū ſanguinis & uincula ſeculi, & curam domus pariter relinquētes. Tūc primū auditum eſt: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuā, & ſequatur me. Nemo enim miles cū uxore pergit ad prælīu. Diſcipulo ad ſepulturā patris ire cupiēti, nō permittitur. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, ubi requieſcāt: filius aūt hominis, nō habet ubi caput ſuū reclinet. Ne forſitan cōtriſteris, ſi anguſte manſeris. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat dño. Qui autē cū uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi: quomō placeat uxori. Diuiſa eſt mulier, & uirgo. Quæ nō eſt nupta, cogitat quæ ſunt domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nā quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi: quomō placeat uiro. Quātas moleſtias habeāt nuptiæ, et quot ſolicitudinibus uinciant, in eo libro quē aduerſus Heluidiū de beatæ Mariæ perpetua uirginitate ædidimus, puto breuiter expreſſum. Nūc eadē replicare perlongū eſt: Et ſi cui placet de illo poteſt haurire fonticulo. Verum ne penitus uidear omiſiſſe: nūc dicā, quod cū Apoſtolus ſine intermiſſione orare nos iubeat, & qui in cōiugio debitū ſoluit orare nō poſſit, aut oramus ſemper, & uirgines ſumus, aut orare deſinimus, ut coniugio ſeruiamus. Et ſi nupſerit, inquit, uirgo, non

B peccat: Tribulationē tamē carnis habebūt huiuſmodi. Et in principio libelli præfatus ſū, me de anguſtijs nuptiarū, aut nihil omnino, aut pauca dicturū: Et nunc eadē admoneo, ut ſi tibi placet ſcire quot moleſtijs uirgo libera, quot uxor aſtricta ſit: legas Tertullianū ad amicū philoſophū, & de uirginitate alios libellos, & beati Cypriani uolumē egregiū, et Papæ Damaſi ſuper hac re, uerſu, pſaq; cōpoſita, & Ambroſij noſtri quæ nuper ſcripſit ad ſororē opuſcula. In quibus tāto ſe effudit eloquio, ut quicquid ad laudes uirginū pertinet exquiſierit, expreſſerit, ordinarit. Nobis diuerſo tramite incedendū. Virginitatē nō tantū efferimus, ſed ſeruamus. Nec ſufficit ſcire, quod bonū eſt: niſi cuſtodiatur attentius, quod electū eſt: Quia illud iudicij eſt, hoc laboris: & illud cōmune cū pluribus, hoc cum paucis. Qui perſeuerauerit, īquit, uſq; in finē, hic ſaluus erit. Et multi uocati, pauci aūt electi. Itaq; obteſtor te corām deo, & Chriſto Ieſu, & electis angelis eius: ne uaſa tēpli dñi, quæ ſolis ſacerdotibus uidere cōceſſum eſt, facile in publicū proferas: ne ſacrariū dei, quiſq; profanus aſpiciat. Oza arcam quā non licebat tangere attingens, ſubita morte proſtratus eſt. Neq; enim uas aureum, & argēteū tam charū deo fuit, quàm tēplum corporis uirginalis. Præceſſit umbra, nunc ueritas eſt. Tu quidem ſimpliciter loqueris, & ignotos quoſq; blanda non deſpicis, ſed aliter uidēt impudici oculi. Nō norunt animę pulchritudinē cōſiderare, ſed corporū. Ezechias theſaurum dei, mōſtrat Aſſyrijs: ſed Aſſyrij nō debuerunt uidere, quod cuperent. Deniq; frequentibus bellis Iudæa cōuulſa, uaſa primū domini capta atq; translata ſunt. Inter epulas & cōcubinarū greges, quia palma uitiorū eſt; honeſta polluere, Balthaſar potat in phialis. Ne declines aurē tuā in uerba maliciæ. Sepe enim indecens aliquid loquētes, tentant mētis arbitrium, ſi libēter audias uirgo quod dicitur, ſi ad ridicula quæq; ſoluaris, quicquid dixeris, laudant: quicquid negaueris, negant: facetam uocant & ſanctā, & in qua nullus ſit dolus. Ecce uere ancilla Chriſti, dicentes: Ecce tota ſimplicitas: Nō ut illa horrida, turpis, ruſticana, terribilis, & quæ ideo forſitan maritū nō habuit, quia inuenire nō potuit. Naturali ducimur malo. Adulatoribus noſtris libēter fauemus,

& quanq;

C & quanquam nos reſpõdeamus indignos,& calidus rubor ora perfundat,attamẽ ad lau
dem ſuã,intrinſecus anima lætatur.Spõſa Chriſti arca eſt teſtamẽti, intrinſecus & extrin-
ſecus deaurata,cuſtos legis dñi.Sicut in illa nihil aliud fuit,niſi tabulæ teſtamenti,ita & in
te nullus ſit extrinſecus cogitatus.Super hoc propiciatoriũ quaſi ſuper cherubim, ſedere
uult dñs.Mittit diſcipulos ſuos , ut in te ſicut in pullo aſinæ ſedeat. Curis te ſecularibus
ſoluat,ut paleas & lateres Aegypti derelinquẽs,Moyſen ſequaris in eremo,& terrã repro
miſſionis introẽas.Nemo ſit qui ꝓhibeat,nõ mater,nõ ſoror,nõ cognata, nõ germanus:
Dominus te neceſſariã habet.Quod ſi uoluerint impedire,timeãt flagella Pharaonis, qui
populum dei ad colendũ eum nolẽs dimittere,paſſus eſt ea quæ ſcripta ſunt.Ieſus ingreſ-
ſus in templũ,ea quæ templi nõ erant,proiecit.Deus enim zelotes eſt,& nõ uult patris do
mum fieri ſpeluncã latronũ.Alioqui ubi æra numerãtur,ubi ſunt caueæ columbarum,&
ſimplicitas enecatur,ubi in pectore uirginali ſeculariũ negociorũ cura æſtuat , ſtatim uelũ
templi ſcinditur:ſpõſus cõſurgit iratus,& dicit:Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta.
Lege euangeliũ,et uide quomodo Maria ad pedes dñi ſedens Marthæ ſtudio preferatur.
Et certe ſedulo hoſpitalitatis officio:domino atq; diſcipulis eius, conuiuium præparabat.
Martha,inquit,Martha ſolicita es,& turbaris erga plurima,pauca aũt neceſſaria ſunt,ut
unum:Maria bonã partẽ elegit,quæ non auferetur ab ea.Eſto & tu Maria,cibis præferto
doctrinam.Sorores tuæ curſitent,& quærãt quomodo Chriſtũ hoſpitem ſuſpiciant.Tu
ſemel ſeculi onere proiecto,ſede ad pedes domini,& dic:Inueni eum quẽ quærebat anima
mea:tenebo eum,& nõ dimittã,& ille reſpõdeat:Vna eſt columba mea,perfecta mea:una
eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ,cœleſti uidelicet Hieruſalẽ. Semper te cubiculi tui ſecre
ta cuſtodiãt,ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus.Oras,loqueris ad ſpõſum:legis,ille
D tibi loquitur:Et cum te ſomnus oppreſſerit, ueniet poſt parietẽ , & mittet manũ ſuam per
foramen,& tanget uentrẽ tuum.Et expergefacta conſurges,& dices:Vulnerata charitate
ego ſum,& rurſus ab eo audies:Hortus cõcluſus ſoror mea ſpõſa:hortus concluſus,fons
ſignatus.Caue ne domum exeas,& uelis uidere filias regionis alienæ,quamuis fratres ha-
beas patriarchas,& Iſraël parente læteris.Dina egreſſa,corrũpitur.Nolo te ſpõſum quæ-
rere per plateas.Nolo te circumire angulos ciuitatis,dicas licet:Surgã & circũibo ciuitatẽ,
& in foro,& in plateis quæram quẽ dilexit anima mea,& interroges:Num quem dilexit
anima mea,uidiſtis?nemo tibi reſpõdere dignabitur.Sponſus in plateis nõ poteſt inueni-
ri.Arcta & anguſta uia eſt,quæ ducit ad uitã.Deniq; ſequitur:Quæſiui eũ,& non inueni:
uocaui eum,& nõ reſpondit mihi.Atq; utinam non inueniſſe ſufficiat.Vulneraberis,nu-
daberis,& gemebunda narrabis:Inuenerunt me cuſtodes,qui circumeunt ciuitatẽ:percuſ
ſerunt me & uulnerauerunt me,tulerunt theriſtrũ meum mihi.Si autẽ hoc exiens patitur
illa,quę dixerat:Ego dormio,& cor meũ uigilat,& faſciculus ſtactes fratruelis meus mihi,
in medio uberum meorum cõmorabitur:quid de nobis fiet,quæ adhuc adoleſcentulæ ſu
mus?quæ ſponſa intrante cum ſponſo remanemus extrinſecus?Zelotypus eſt Ieſus,non
uult ab alijs uideri faciem tuã.Excuſes licet atq; cauſeris obducto uelamine, ora cõtexi,&
quæſiui te ibi,& dixi:Annuncia mihi,quẽ dilexit anima mea:ubi paſcis , ubi cubas in me-
ridie,ne quãdo efficiar ſicut operta ſuper greges ſodaliũ tuorum:indignabitur,tumebit,et
dicet:Si non cognoueris teipſam ò pulchra inter mulieres:egredere tu in ueſtigijs gregũ,
& paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum. Sis licet pulchra & inter omnes mulieres
ſpecies tua diligatur à ſpõſo:niſi te cognoueris,& omni cuſtodia ſeruaueris cor tuum,niſi
oculos iuuenum fugeris:egredieris de thalamo meo,& paſces hædos,qui ſtaturi ſunt à ſi-
niſtris.Itaq; mi Euſtochiũ filia,domina,cõſerua,germana, aliud enim ætatis,aliud meriti,
aliud religionis,hoc charitatis eſt nomẽ,audi Eſaiam loquentẽ:Populus meus intra cubi-
culum tuũ.Claude oſtium tuũ,abſcondere puſillum aliquãtulum,donec tranſeat ira do-
mini.Foris uagentur uirgines ſtultæ,tu intrinſecus eſto cum ſpõſo,quia ſi oſtiũ clauſeris,

& ſecundum

A & ſecundũ Euangelij præceptum in occulto oraueris patrẽ tuum, ueniet & pulſabit, & di-
cet: Ecce ego ſto ante ianuã & pulſo. Si quis mihi aperuerit, introibo & cœnabo cum eo, &
ipſe mecũ: & tu ſtatim ſolicita, reſpõdebis: Vox fratruelis mei pulſantis: Aperi mihi ſoror
mea, proxima mea, perfecta mea. Neceſſe eſt ut dicas: Diſpoliaui me tunica mea, quomõ
induam illam? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Ilico cõſurge & aperi, ne te mo
rante pertranſeat: & poſtea cõqueraris, & dicas: Aperui ego fratrueli meo, fratruelis meus
pertranſiuit. Quid em̃ neceſſe eſt, ut cordis tui oſtia clauſa ſint? Sponſo aperiãtur Chriſto,
claudantur diabolo, ſecundũ illud: Si ſpiritus poteſtatem habẽtis aſcenderit ſuper te, ne
dimiſeris locũ tuum. Daniel in cœnaculo ſuo manebat in ſuperioribus (neq; enim manere
poterat in humili) feneſtras apertas ad Hieruſalem habuit. Et tu habeto apertas feneſtras,
ſed unde lumẽ introeat, unde uideas ciuitatẽ domini. Ne aperias illas feneſtras, de quibus
dicitur, intrauit mors per feneſtras ueſtras. Illud quoq; tibi uitandũ eſt, ne inanis gloriæ ar
dore capiaris. Quomodo inquit Ieſus, poteſtis credere, gloriã ab hominibus accipientes?
Vide quale malũ ſit, quod qui habuerit, nõ poteſt credere. Nos uero dicamus: Quoniam
gloriatio mea tu es. Et: Qui gloriatur, in domino gloriẽt. Et: Si adhuc hominibus placerẽ,
Chriſti ſeruus non eſſem. Et: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chri
ſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Et illud: In te laudabimur tota die,
in domino laudabitur anima mea. Cũ facis eleemoſynam, deus ſolus uideat. Cum ieiu-
nas, læta ſit facies tua. Veſtis nec ſatis mũda, nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis: ne
ad te obuiã prætereuntiũ turba conſiſtat, & digito monſtreris. Frater eſt mortuus, ſororis
eſt corpuſculũ deducendum: caue ne dum hæc ſæpius facis, ipſa moriaris. Nec ſatis religio
ſa uelis uideri, nec plus humilis quàm neceſſe eſt, ne gloriã fugiendo quæras. Plures enim
paupertatis miſericordiæ atq; ieiunij arbitros daclinãtes, hoc ipſo cupiũt placere, qd' place
re cõtemnunt: & mirũ in modum laus dum uitatur, appetitur. Cæteris perturbationibus
B quibus hominis mens gaudet, ægreſcit, ſperat, & metuit, plures inuenio extraneos. Hoc
uitio pauci admodũ ſunt qui caruerũt: & ille optimus, qui quaſi in pulchro corpore, rara
neuorũ ſorde reſpergitur. Neq; uero moneo, ne de diuitijs glorieris, & ne de generis nobi
litate te iactes, ne te cæteris præferas. Scio humilitatẽ tuã. Scio te ex affectu dicere: Domine,
non eſt exaltatum cor meũ, neq; elati ſunt oculi mei. Noui apud te & apud matrem tuam
ſuperbiã, per quam diabolus cecidit, penitus locũ non habere. Vnde ad te ſuper ea ſcribe-
re ſuperfluũ ſit. Stultiſſimum quippe eſt docere, quod nouerit ille quẽ doceas. Sed ne hoc
ipſum tibi iactantiã generet, quod ſeculi iactantiam contempſiſti: ne cogitatio tacita ſubre
pat, ut quia in auratis ueſtibus placere deſiſti, placere coneris in ſordidis: & quãdo in con-
uentũ fratrũ ueneris uel ſororũ, humilius ſedeas, ſcabello te cauſeris indignam: uocem ex
induſtria, quaſi confectã ieiunijs, tenues: & deficientis imitata greſſum, humeris innitaris
alterius. Sunt quippe nõnullæ exterminantes facies ſuas, ut appareant hominibus ieiu
nantes: quæ ſtatim ut aliquẽ uiderint, ingemiſcunt, demittunt ſupercilium: & operta facie,
uix unum oculũ liberãt ad uidendũ. Veſtis pulla, cingulũ ſacceum, & ſordidis manibus
pedibuſq;, uenter ſolus, quia uideri non poteſt, æſtuat cibo. His quotidie pſalmus ille ca-
nitur: Dominus diſſipabit oſſa hominũ ſibi placentiũ. Aliæ uirili habitu, ueſte mutata, eru
beſcũt eſſe qd' natæ ſunt, crinẽ amputãt, & impudẽter erigũt facies eunuchinas. Sunt quæ
cilicijs ueſtiunt, & cucullis fabrefactis: ut ad infantiã redeãt, imitãtur noctuas & bubones.
14 Sed ne tantũ uidear diſputare de fœminis, uiros quoq; fuge, quos uideris catenatos: q̃bus
fœminei cõtra Apoſtolũ crines, hircorũ barba, nigrum pallium, & nudi patientia frigoris
pedes. Hæc omnia argumẽta ſunt diaboli. Talẽ olim Antonium, talem nuper Sophroniũ
Roma congemuit. Qui poſtq; nobiliũ introierunt domos, & deceperunt mulierculas one
ratas peccatis, ſemper diſcentes, & nunq; ad ſcientiam ueritatis peruenientes, triſtitiã ſimu
lant: & quaſi longa ieiunia, furtiuis noctium cibis protrahunt. Pudet dicere reliqua, ne ui-

C dear potius inuehi, quàm monere. Sunt alij (de mei ordinis hominibus loquor) qui ideo A
presbyteriũ & diaconatũ ambiunt, ut mulieres licentius uideant. Omnis his cura de ueſti⸗
bus, ſi bene oleant; ſi pes, laxa pelle, nõ folleat: Crines calamiſtri ueſtigio rotãtur, digiti de
anulis radiant: & ne plãtas humidior uia ſpargat, uix imprimũt ſumma ueſtigia. Tales cũ
uideris, ſponſos magis exiſtimato quàm clericos. Quidã in hoc omne ſtudiũ uitamq́; po⸗
ſuerunt, ut matronarũ nomina, domos, moresq́; cognoſcant. Ex quibus unum, qui huius
artis eſt prĩceps, breuiter ſtrictimq́; deſcribã: quò facilius magiſtro cognito, diſcipulos re⸗
cognoſcas. Cũ ſole feſtinus exurgit, ſalutandi ei ordo diſponitur, uiarũ cõpendia requirũ⸗
tur, & penè uſq; ad cubicula dormientium, ſenex importunus ingreditur. Si puluillũ ui⸗
derit, ſi mãtile elegãs, ſi aliquid domeſticæ ſuppellectilis, laudat, miratur, attrectat, & ſe his
indigere conquerẽs, nõ tam impetrat, quàm extorquet: quia ſingulæ metuunt ueredariũ
urbis offendere. Huic inimica caſtitas, inimica ieiunia, prandiũ nidoribus probat, & altilis
γερωνοπίπτης, uulgo pipizo nominatur. Os barbarũ & procax, & in conuicia ſemper arma⸗
tũ. Quocũq; te uerteris, primus in facie eſt. Quicquid nouũ inſonuerit, aut autor, aut exag
15 gerator eſt famæ. Equi per horarũ momenta mutãtur, tam nitidi, tamq́; feroces, ut Thra⸗
cij regis illũ putes eſſe germanũ. Varijs callidus hoſtis pugnat inſidijs. Sapientior erat co
luber omnibus beſtijs, quas creauerat dñs ſuper terrã. Vnde & Apoſtolus: Non, inquit,
ignoramus eius aſtutias. Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ mũdiciæ cõueniunt Chriſtia
no. Si quid ignoras, ſi quid de ſcripturis dubitas: interroga eum, quẽ uita cõmendat: excu
ſat ætas, fama nõ reprobat, qui poſſit dicere: Deſponſaui eñ uos uni uiro, uirginẽ caſtam
exhibere Chriſto. Aut ſi nõ eſt qui poſſit exponere, melius eſt aliquid neſcire ſecure, quàm
cũ periculo diſcere. Memento, quia in medio laqueorũ ambulas: & multæ ueteranæ uirgi
nes caſtitatis indubitatæ, in ipſo mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quæ
ancillulæ ſunt comites propoſiti tui, ne erigaris aduerſus eas, ne infleris ut domina. Vnũ B
D ſponſum habere cœpiſtis, ſimul pſallitis, Chriſti ſimul corpus accipitis, cur menſa diuerſa
ſit? Prouocẽtur & aliæ. Honor uirginũ ſit inuitatio cæterarũ. Quod ſi aliquã ſenſeris infir
miorem in fide, ſuſcipe, cõſolare, blãdire, & pudicitiam illius fac lucrũ tuum. Si qua ſimu⸗
lat, fugiens ſeruitutẽ, huic aperte Apoſtolum lege: Melius eſt nubere, quàm uri. Eas autem
uirgines & uiduas, quæ otioſæ & curioſæ domos circumeunt matronarum: quæ rubore
frontis abſtrito, paraſitos uincunt mimorũ, quaſi quaſdã peſtes abijce. Corrũpunt mores
bonos, cõfabulationes peſſimæ. Nulla illis niſi uẽtris cura eſt, & quæ uẽtri ſunt proxima.
Iſtiuſmodi hortari ſolẽt, & dicere: Mi catella, rebus tuis utere, & uiue dũ uiuis: & nunquid
filijs tuis ſeruas? Vinoſæ atq; laſciuæ, quiduis mali inſinuãt, ac ferreas quoq; mẽtes ad de⸗
litias emolliunt. Et cũ luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere uolunt, habẽtes dãnationẽ, qđ
primam fidem irritam fecerunt. Nec tibi diſerta multũ uelis uideri, aut lyrici feſtiuo car
16 minis metro ludere. Non delumbẽ matronarũ ſaliuam delicata ſecteris, quæ nunc ſtrictis
dentibus, nũc labijs diſſolutis, balbutientẽ linguã in dimidiata uerba moderantur, ruſticũ
putantes omne quod naſcitur. Adeo illis adulterium etiam linguæ placet. Quæ enim com
municatio luci ad tenebras? Qui conſenſus Chriſto cũ Belial? Quid facit cũ pſalterio Ho⸗
ratius? cũ Euangelijs Maro? cum apoſtolis Cicero? Nónne ſcandalizatur frater, ſi te uide
rit in idolio recumbentẽ? Et licet omnia mũda mũdis, & nihil reijciendũ, quod cũ gratiarũ
actione percipitur: tamen ſimul bibere nõ debemus calicẽ Chriſti, & calicẽ dæmoniorum.
Referã tibi meæ infelicitatis hiſtoriã. Cum ante annos plurimos domo, parẽtibus, ſorore,
cognatis, & quod his difficilius eſt, conſuetudine lautioris cibi propter cœlorũ me regna
caſtraſſem: & Hieroſolymam militaturus pergerẽ, bibliotheca, quã mihi Romæ ſummo
ſtudio ac labore confecerã, carere nõ poterã. Itaq; miſer ego lecturus Tullium ieiunabam.
Poſt noctium crebras uigilias, poſt lachrymas, quas mihi præteritorũ recordatio peccato
rũ ex imis uiſceribus eruebat, Plautus ſumebatur in manus. Si quãdo in memet reuerſus,

prophetas

A prophetas legere cœpiſſem,ſermo horrebat incultus.Et quia lumen cæcis oculis nõ uide-
bam,nõ oculoꝝ putabã culpã eſſe,ſed ſolis.Dũ ita me antiquus ſerpẽs illuderet,in media
fermè quadrageſima medullis infuſa febris,corpus ĩuaſit exhauſtũ:& ſine ulla requie(qđ
dictu quoq; incredibile ſit)ſic infelicia mẽbra depaſta eſt,ut oſſibus uix hærerẽ.Interim pa
rantur exequiæ,& uitalis animæ calor, toto frigeſcẽte iam corpore,in ſolo tantũ repente
pectuſculo palpitbat: cũ ſubito raptus in ſpiritu,ad tribunal iudicis pertrahor:ubi tantũ
luminis,& tantũ erat ex circũſtantiũ claritate fulgoris,ut proiectus in terrã,ſurſum aſpice
re non auderẽ. Interrogatus de cõditione,Chriſtianũ me eſſe reſpõdi. Et ille qui præſide-
bat:Mentiris,ait,Ciceronianus es,nõ Chriſtianus. Vbi eñ theſaurus tuus, ibi & cor tuũ.
Ilico obmutui,& inter uerbera (nã cædi me iuſſerat) cõſcientiæ magis igne torquebar,illũ
mecum uerſiculũ reputans:In inferno aũt quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi &
eiulans dicere:Miſerere mei dñe,miſerere mei.Hæc uox inter flagella reſonabat. Tandem
ad præſidẽtis genua prouoluti qui aſtiterãt,precabãtur ut ueniam tribueret adoleſcẽtiæ,
& errori locũ pœnitentiæ † cõmodaret:exacturus deinde cruciatũ,ſi gentilium literarum *Fortè condonaret.*
libros aliquãdo legiſſem.Ego qui in tanto cõſtrictus articulo,uellẽ etiã maiora promitte-
re:deierare cœpi,et nomẽ eius obteſtãs,dicere:Domine ſi unq̃ habuero codices ſeculares:
ſi legero,te negaui.In hæc ſacramẽti uerba dimiſſus,reuertor ad ſuperos:& mirãtibus cũ-
ctis,oculos aperio,tanto lachrymarũ imbre perfuſos, ut etiã incredulis fidẽ facerẽ ex do-
lore.Nec uero ſopor ille fuerat,aut uana ſomnia,quibus ſæpe deludimur. Teſtis eſt tribu
nal illud,ante quod iacui:teſtis iudiciũ triſte,quod timui.Ita mihi nunq̃ cõtingat in talem
incidere quæſtionẽ,liuẽtes habuiſſe ſcapulas,plagas ſenſiſſe poſt ſomnum, & tãto dehinc
ſtudio diuina legiſſe,quãto nõ ante mortalia legerã. Auariciæ tibi quoq; uitandũ eſt ma
lum,nõ ut aliena nõ appetas (hoc eñ & publicæ leges puniũt)ſed quo tua,quæ ſunt alie-
na nõ ſerues. Si in alieno,inq̃t,fideles nõ fuiſtis quod ueſtrũ eſt,quis dabit uobis? Aliena
B nobis auri argẽtiq; ſunt põdera,noſtra poſſeſſio ſpiritualis eſt:de qua alibi dicit:Redem-
ptio animæ uiri,propriæ diuitiæ.Nemo eñ poteſt duobus dominis ſeruire:aut enim unũ
odiet,& alterũ amabit:aut unũ patietur,et alterũ cõtemnet.Nõ poteſtis deo ſeruire et mã-
monæ,id eſt,diuitijs.Nã gentili Syrorũ lingua,mãmona diuitiæ nũcupantur. Cogitatio
uictus,ſpinæ ſunt fidei,Radix auariciæ,cura gentiliũ.At dicis:Puella ſum delicata,& quę
manibus meis laborare nõ poſſum.Si ad ſenectã uenero:ſi ægrotare cœpero,qs mei miſe-
rebitur? Audi apoſtolis loquẽtẽ Ieſum:Ne cogitetis in corde ueſtro,quid mãducetis:neq;
corpori ueſtro,quid induamini.Nõnne anima plus eſt q̃ eſca,& corpus plus q̃ ueſtimẽ-
tum? Reſpicite uolatilia cœli,quoniã nõ ſerunt,neq; metũt:neq; cõgregãt in horrea,& pa
ter ueſter cœleſtis paſcit illa.Si ueſtis defuerit,lilia proponãtur.Si eſurieris,audias, beatos
pauperes et eſuriẽtes.Si aliquis te afflixerit dolor,legito:Propter hoc cõplaceo mihi in in-
firmitatibus meis , & datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,angelus Satanæ, q̃ me colaphi-
zet,ne extollar.Lætare in omnibus iudicijs dei.Exultauerũt eñ filiæ Iudæ in omnibus iu
dicijs tuis dñe.Illa tibi ſemp̃ in ore uox reſonet:Nudus exiui de utero matris meæ,nudus
redeã.Et:Nihil intulimus in hũc mundũ,neq; auferre quid poſſumus. At nũc pleroſq; ui
deas armaria ſtipare ueſtibus,tunicas mutare quotidie,& tamen tineas nõ poſſe ſuperare.
Quæ relgioſior fuerit,unũ exterit ueſtimentũ,& plenis arcis pãnos trahit. Inficiũtur mẽ-
branæ colore purpureo. Aurũ liqueſcit in literas,gẽmis codices ueſtiuntur,& nudus ante
fores eorũ Chriſtus emoritur. Cum manũ egenti porrexerint,buccinãt. Cũ ad agapen uo
cauerint,præco cõducitur. Vidi nuper (nomen taceo,ne ſatyram putes) nobiliſſimã Ro-
manorum mulierẽ in baſilica beati Petri ſemiuiris antecedẽtibus,propria manu,quo reli-
gioſior putaretur,ſingulos nũmos diſpertire pauperibus.Interea (ut uſu noſſe p̃facile eſt)
anus quædã annis pãniſq; obſita præcucurrit,ut alterũ nummũ acciperet:ad quã cũ or-
dine perueniſſet, pugnus porrigitur pro denario,& tãti criminis reus ſanguis effunditur.

C Radix omnium malorum eſt auaricia. Ideoq; ab Apoſtolo idolorum ſeruitus appellatur.
Quære primum regnū dei,& hæc omnia apponētur tibi. Nō occidet fame animā iuſtam
dominus. Iunior fui & ſenui,& nō uidi iuſtū derelictum,neq; ſemen eius quærēs panem.
Helias coruis miniſtrātibus paſcitur. Vidua Sareptana,ipſa cū filijs nocte moritura,pro-
phetam paſcit eſuriens. Et mirum in modū capſace completo, qui alēdus uenerat,alit. Pe-
trus apoſtolus,inquit: Argentū & aurum nō habeo,quod autē habeo,hoc tibi do. In no-
mine domini Ieſu ſurge & ambula. At nunc multi,licet ſermone taceant,opere loquūtur:
Fidem & miſericordiā nō habeo,quod aūt habeo,argētum & aurum,hoc tibi nō do. Ha-
bentes aūt uictum & ueſtitū,his cōtenti ſumus. Audi Iacob,quid ſua oratione poſtulet: Si
fuerit dominus meus mecū,& ſeruauerit me in uia hac per quam ego iter facio,et dederit
mihi panem ad mādūcandū,& ueſtitum ad ueſtiendū. Tantū neceſſaria deprecatus eſt:&
poſt annos uiginti diues dominus,& ditior pater,ad terrā reuertitur Chanaan. Infinita de
ſcripturis exempla ſuppeditant,quę auariciā doceant eſſe fugiendam. Verū quia nunc ex
parte de ea dicitur,& ſuo (ſi Chriſtus annuerit) uolumini reſeruatur,quid ante nō plures
annos Nitriæ geſtum ſit,referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quàm auarior,
& neſciens triginta argenteis dominū ueditum: centū ſolidos quos lina texendo acquiſie-
rat,moriēs dereliquit. Initū eſt inter monachos conſiliū (nā in eodem loco circiter quinq;
milia diuiſis cellulis habitabāt) quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuēdos eſſe di
cebant: alij dandos eccleſiæ: nōnulli parentibus remittēdos. Macarius uero & Pambo &
Iſidorus,& cæteri,quos patres uocāt,ſancto in eis loquēte ſpiritu,decreuerūt infodiēdos 18
eſſe cū eodē,dicētes: Pecunia tua tecū ſit in perditionē. Nec hoc crudeliter quiſq; putet fa-
ctum,tātus cūctos per totā Aegyptū terror inuaſit,ut unū ſolidū dimiſiſſe, ſit criminis. Et
17 quoniā monachorū fecimus mētionē,& te ſcio libēter audire,quæ ſancta ſunt, aurē pau-
D liſper accōmoda. Tria ſunt in Aegypto genera monachorū. Primū cœnobitæ,quod illi B
ſauſes gentili lingua uocant,nos in cōmuni uiuētes poſſumus appellare. Secūdū anacho-
ritæ,qui ſoli habitāt per deſerta:& ab eo quod procul ab hominibus receſſerint nūcupan
tur. Tertium genus eſt,quod remoboth dicūt,deterrimū atq; neglectū:& quod in noſtra
prouincia aut ſolū,aut primū eſt. Hi bini uel terni,nec multò plures ſimul habitāt, ſuo ar-
bitratu ac ditione uiuētes. Et de eo quod laborauerint,in mediū partes cōferūt, ut habeāt
alimēta cōmunia. Habitāt aūt quàm plurimi in urbibus & caſtellis:& quaſi ars ſit ſancta,
non uita: quicquid uendiderint,maioris eſt precij. Inter hos ſæpe ſunt iurgia: quia ſuo ui-
uentes cibo,nō patiūtur ſe alicui eſſe ſubiectos. Re uera ſolent certare ieiunijs & rem ſecre-
ti,uictoriæ faciūt. Apud hos affectata ſunt omnia,laxæ manicæ,caligæ follicantes,ueſtis
craſſior,crebra ſuſpiria,uiſitatio uirginū, detractio clericorū:& ſi quādo dies feſtus uene-
rit,ſaturantur ad uomitū. His igitur quaſi quibuſdā peſtibus exterminatis, ueniamus ad
eos qui plures ſunt,& in cōmune habitant,id eſt,quos uocari cœnobitas diximus. Prima
apud eos cōfœderatio eſt,obedire maioribus:& quicquid iuſſerint,facere. Diuiſi ſunt per
decurias atq; centurias,ita ut nouē hominibus decimus præſit. Et rurſus decem præpoſi-
tos,ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati,ſed iunctis cellulis. Vſq; ad horā nonam,
ut inſtitutū eſt,nemo pergit ad alium,exceptis his decanis,quos diximus: ut ſi cogitationi
bus fortè quis fluctuat,illius cōſoletur alloquijs. Poſt horā nonā in cōmune cōcurritur,
pſalmi reſonāt,ſcripturæ recitātur ex more. Et completis orationibus , cūctiſq; reſidenti-
bus,medius,quem patrem uocant,incipit diſputare. Quo loquente,tantū ſilentium fit,ut
nemo alium reſpicere,nemo audeat excreare. Dicentis laus,in fletu eſt audientium. Tacite
uoluūtur per ora lachrymæ,& ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cū uero de regno
Chriſti,& de futura beatitudine,& de gloria cœperit annunciare uentura: uideas cunctos
moderato ſuſpirio,& oculis ad cœlū leuatis,intra ſe dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut
columbæ,& uolabo,& requieſcā? Poſt hæc conciliū ſoluitur,& unaqueq; decuria cū ſuo
parente

A parente pergit ad menſam,quibus per ſingulas hebdomadas uiciſſim miniſtrant. Nullus
in cibo ſtrepitus eſt:nemo comedẽs loquit̃. Viuitur pane,leguminibus & holeribus, quæ
ſale ſolo cõdiuntur. Vinũ tantũ ſenes accipiunt,quibus & paruulis ſæpe fit prandium, ut
aliorũ feſſa ſuſtentetur ætas,aliorũ nõ frangatur incipiens. Dehinc conſurgunt pariter,&
hymno dicto,ad præſepia redeũt:ibi uſq; ad ueſperã cũ ſuis unuſquiſq; loquitur,et dicit:
Vidiſtis illũ & illum? Quanta in ipſo ſit gratia? quantum ſilentium? quàm moderatus in-
ceſſus? Si infirmũ uiderint,cõſolantur: ſi in dei amore feruentẽ, cohortantur ad ſtudium.
Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſquiſq; uigilat,circũeunt cellulas
ſingulorũ:& aure appoſita,quid faciant diligenter explorãt. Quẽ tardiorem deprehende
rint,non increpant:ſed diſſimulato quod norunt,eũ ſæpius uiſitant:& prius incipientes,
prouocãt magis orare quàm cogũt. Opus diei ſtatum eſt:quod decano redditũ,fertur ad
œconomũ,qui & ipſe per ſingulos mẽſes patri omniũ cũ magno tremore reddit rationẽ.
A quo etiã cibi cũ facti fuerint,prægustantur:& quia nõ licet dicere cuiq;: Tunicã & ſagũ
textãq; iũcis ſtrata nõ habeo:ille ita uniuerſa moderatur, ut nemo quod poſtulet habeat.
Si quis uero cœperit ægrotare,transfertur ad exedram latiorẽ: & tanto ſenum miniſterio
cõfouetur,ut nec delitias urbium,nec matris quærat affectũ. Dominicis diebus orationi
tantum & lectionibus uacant:quod quidem & omni tẽpore completis opuſculis faciunt.
Quotidie aliquid de ſcripturis diſcitur. Ieiuniũ totius anni æquale eſt,excepta quadrageſi
ma,in qua ſola cõceditur diſtrictius uiuere. A pẽthecoſte cœnæ mutant̃ in prãdia, quo &
traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat,& uentrẽ cibo nõ onerent duplicato. Tales Philo Platoni-
18 ci ſermonis imitator:tales Ioſephus Græcus Liuius,in ſecũda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria
Eſſenos refert. Verum quia nũc de uirginibus ſcribens,penè ſuperfluum de monachis di-
ſputaui,ad tertiũ genus ueniam,quos anachoritas uocãt:q & de cœnobijs exeuntes, exce
pto pane & ſale,ad deſerta nihil perferunt amplius. Huius uitæ autor Paulus, illuſtrator
B Antonius:& ut ad ſuperiora cõſcendam,princeps Ioannes Baptiſta fuit. Talem uero uirũ
Hieremias quoq; propheta deſcribit,dicẽs: Bonum eſt uiro cũ portauerit iugum ab ado-
leſcentia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, quoniã ſuſtulit ſuper ſe iugũ, & dabit percutiẽti
ſe maxillam:ſaturabitur opprobrijs,quia nõ in ſempiternum abijciet dominus. Horũ la-
borem & cõuerſationẽ in carne non carnis,alio tẽpore ſi uolueris explicabo. Nunc ad
propoſitum redeam,quia de auaricia diſſerens ad monachos uenerã. Quorum tibi exem-
pla proponens,nõ dico aurum atq; argentum,& cæteras opes: ſed ipſam terram & cœlũ
deſpiciens,& Chriſto copulata cãtabis: Pars mea dominus. Poſt hæc quanq; Apoſtolus
orare nos ſemper iubeat,& ſanctis etiã ipſe ſit ſomnus oratio,tamẽ diuiſas orãdi horas de
bemus habere:ut ſi fortè aliquo fuerimus opere detenti,ipſum nos ad officiũ tẽpus admo
neat. Horã tertiã,ſextã,nonam,diluculũ quoq; & ueſperã,nemo eſt qui neſciat. Nec cibi
ſumantur,niſi oratione præmiſſa:nec recedatur à menſa,niſi referat̃ creatori gratia. Nocti
bus bis terq; ſurgẽdũ,reuoluẽda quæ de ſcripturis memoriter retinemus. Egredientes de
hoſpitio,armet oratio:regrediẽtibus de platea,oratio occurrat anteq; ſeſſio:nec prius cor-
puſculũ requieſcat,quàm anima paſcat̃. Ad omnẽ actũ,ad omnẽ inceſſum manus pingat
crucem. Nulli detrahas,nec aduerſus filium matris tuæ ponas ſcãdalum. Tu quæ es,ut
alienũ ſeruum iudices? Suo domino ſtat,aut cadit. Stabit autẽ: Potens eſt enim dominus
ſtatuere illum. Nec ſi biduo ieiunaueris,putes te nõ ieiunantibus eſſe meliorẽ. Tu ieiunas,
& iraſceris:ille comedit,& fortè blanditur. Tu uexationẽ mentis & uentris eſuriem rixan
do digeris:ille moderatius alitur, & deo gratias agit. Vnde quotidie clamat Eſaias: Non
tale ieiuniũ elegi dicit dñs. Et iterum: In diebus ieiunorum ueſtrorum inueniuntur uolun-
tates ueſtræ,& omnes q ſub ueſtra poteſtate ſunt ſtimulatis. In iudicijs & litibus ieiunatis,
& percutitis pugnis humilẽ. Vt quid mihi ieiunatis? Quale illud poteſt eſſe ieiunium, cu-
ius iram nõ dicam nox occupat,ſed luna integram derelinquit? Teipſam conſiderãs, noli

C in alterius ruina,ſed in tuo opere gloriari. Nec illarū tibi exēpla proponas: quæ carnis cu
ram facientes,poſſeſſionū reditus,& quotidianas domus impenſas ſupputāt. Neq; enim
undecim apoſtoli Iudæ proditione ſunt fracti: nec Phygelo & Alexandro faciētibus nau-
fragiū,cæteri à curſu fidei ſubſtiterunt. Nec dicas,illa & illa ſuis rebus fruitur: honoratur
ab hominibus: fratres ad eā cōueniunt & ſorores. Nūquid ideo uirgo eſſe deſijt? Primum
dubiū eſt,an uirgo ſit talis. Non ēm quomodo uidet homo,uidet deus. Homo uidet in fa-
cie,deus autē uidet in corde. Dehinc etiam ſi corpore uirgo eſt,an ſpiritu uirgo ſit, neſcio.
Apoſtolus autē ita uirginē definiuit: Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Ad extremū habeat
ſibi gloriā ſuam. Vincat Pauli ſententiā,delitijs fruatur & uiuat. Nos meliorū exempla ſe
ctemur. Propone tibi beatā Mariam: quæ tantæ extitit puritatis,ut mater domini eſſe me
reretur. Ad quā cum angelus Gabriel in uiri ſpecie deſcendiſſet,dicens: Aue gratia plena,
dominus tecū: conſternata & perterrita,reſpondere non potuit. Nunq; enim à uiro fue
rat ſalutata. Deniq; nunciū diſcit & loquitur. Et quæ hominē formidabat,cū angelo fabu
19 latur intrepida. Potes & tu eſſe mater domini. Accipe tibi tomum magnū,nouū, & ſcribe
in eo ſtilo hominis: uelociter ſpolia detrahe: & poſtq; acceſſeris ad prophetiſſam,& conce-
peris in utero,& pepereris filiū,dic: A timore tuo dñe cōcepimus,& doluimus, & peperi-
mus ſpiritū ſaluationis tuæ,quē fecimus ſuper terram. Tunc & filius tuus tibi reſpōdebit,
& dicet: Ecce mater mea & fratres mei. Et mirū in modum,illum quem in latitudine pecto
ris tui paulò ante deſcripſeras,quē in nouitate cordis ſtilo ſignaueras: poſtq; ſpolia ex ho-
ſtibus receperit: poſtq; denudauerit principatus & poteſtates,& affixerit eas cruci, conce-
ptus adoleſcit,& maior effectus ſpōſam te incipit habere de matre. Grādis labor,ſed gran
de præmiū,eſſe quod martyres,eſſe quod apoſtoli,eſſe quod Chriſtus eſt. Quæ quidē uni
uerſa tunc proſunt,cū in eccleſia fiunt,cū in una domo paſcha celebramus: ſi arcam ingre
D dimur cū Noë: ſi pereunte Hiericho,Rahab meretrix iuſtificata nos cōtinet. Cæterum uir
gines,quales apud diuerſas hæreſes,& quales apud impuriſſimū Manichæum eſſe dicun
tur,ſcorta ſunt exiſtimandæ,non uirgines. Si ēm corporis earum autor eſt diabolus,quo-
modo poſſunt honorare plaſmationē hoſtis ſui? Sed quia ſciunt uirginale uocabulū glo-
rioſum,ſub ouium pellibus lupos tegunt. Chriſtum mentitur antichriſtus,& turpitudinē
uitæ falſò nominis honore conueſtiunt. Gaude ſoror, gaude filia, gaude mi uirgo: quia
quod aliæ ſimulant,tu uere eſſe cœpiſti. Hæc omnia quæ digeſſimus,dura uidebuntur
ei,quæ nō amat Chriſtū. Qui autē omnē ſeculi pompā pro purgamento habuerit, & ua-
na duxerit uniuerſa ſub ſole,ut Chriſtū lucrifaciat: qui cōmortuus eſt domino ſuo,& con
ſurrexit,& crucifixit carnem cū uitijs & cōcupiſcentijs,libere proclamabit: Quis nos ſepa
rabit à charitate dei? an tribulatio? an anguſtia? an perſequutio? an fames? an nuditas? an
periculū? an gladius? Et iterum: Certus ſum,quia neq; mors,neq; uita,neq; angelus,neq;
principatus,neq; poteſtates,neq; inſtātia,neq; futura,neq; fortitudo,neq; excelſum,neq;
profundum,neq; alia creatura poterit nos ſeparare à charitate dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu
dño noſtro. Dei filius pro noſtra ſalute hominis factus eſt filius. Nouē menſibus in utero
Caute legito. ut naſcatur expectat,faſtidia ſuſtinet,cruentus egreditur,pānis inuoluitur, blādicijs deli-
nitur: & ille pugillo mundū includens,præſepis cōtinetur anguſtijs. Taceo quod; uſq; ad
triginta annos ignobilis,parentū paupertate cōtētus eſt: uerberatur,& tacet: crucifigitur,
& pro crucifigētibus deprecat. Quid igitur retribuā domino pro omnibus quæ retribuit
mihi? Calicem ſalutaris accipiam,& nomen dñi inuocabo. Precioſa eſt in conſpectu domi
ni,mors ſanctorum eius. Hæc eſt ſola digna retributio,cum ſanguis ſanguine compenſa-
tur,& redempti cruore Chriſti,pro redēptore libenter occumbimus. Quis ſanctorū ſine
certamine coronatus eſt? Abel iuſtus occiditur: Abraham uxorē periclitatur amittere. Et
ne in immenſum uolumen extendā,quære & inuenies ſingulos aduerſa perpeſſos. Solus
in delitijs Solomon fuit,& forſitan ideo corruit. Quē ēm diligit dominus, corripit. Caſti-
gat

A gat autem omnẽ filiũ quem recipit. Nõnne melius eſt breui tẽpore dimicare, ferre uallũ, arma ſumere, laſſeſcere ſub lorica, & poſtea gaudere uictorem, q̃ impatientia unius horæ ſeruire perpetuo? Nihil amantibus durum eſt, nullus difficilis cupienti labor eſt. Reſpice quanta Iacob pro Rachel pacta uxore ſuſtinuit: Et ſeruiuit, inquit ſcriptura, Iacob pro Rachel annis ſeptem. Et erant in conſpectu eius quaſi dies pauci. Vnde & ipſe poſtea memorat: In die urebar æſtu, & gelu nocte. Amemus & nos Chriſtũ, eiusq́; ſemper quæramus amplexus, & facile uidebitur omne difficile: breuia putabimus uniuerſa quæ lõga ſunt: et iaculo illius uulnerati, per horarũ momẽta dicemus: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata eſt à me. Non ſunt enim condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quia tribulatio patientiam operatur, patientia aũt probationẽ, probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit. Quando tibi graue uidetur eſſe quod ſuſtines, Pauli ſecundã epiſtolam ad Corinthios lege: In laboribus plurimũ, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modũ, in mortibus frequẽter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui. In itineribus ſæpius periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in laboribus, in miſerijs, in uigilijs multis, in fame et ſiti, in ieiunijs plurimis, in frigore & nuditate. Quis noſtrũ ſaltem minimã portionem de catalogo harum ſibi poteſt uindicare uirtutũ? Ob quæ ille poſtea cõfidenter aiebat: Curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Supereſt mihi corona iuſtitiæ, quã retribuet mihi in illa die dominus iuſtus iudex. Si cibus inſulſior fuerit, cõtriſtamur: & putamus deo nos aliqd̃ præſtare beneficium, cum aquatius uinum bibimus. Calix frangitur, menſa ſubuertitur, uerbera reſonant, & aqua tepidior ſanguine uindicatur. Regnũ cœlorũ uim patitur, &

B uiolenti rapiunt illud. Niſi uim feceris, cœlorũ regna nõ capies. Niſi pulſaueris importune, panẽ non accipies ſacramenti. An non tibi uidetur uiolentia, cum caro cupit eſſe quod deus eſt: & illuc unde angeli corruerunt, angelos iudicatura conſcendit? Egredere quæſo paulisper de carcere, & præſentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quã nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit. Qualis erit illa dies, cũ tibi Maria mater domini choris occurret comitata uirgineis: cum poſt rubrũ mare ſubmerſo cũ ſuo exercitu Pharaone, tympanũ tenens præcinet reſpõſuris: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt: equũ & aſcenſorẽ proiecit in mare. Tũc Thecla in tuos læta uolabit amplexus. Tunc & ipſe ſponſus occurret, & dicet: Surge, ueni proxima mea, ſponſa mea, columba mea: quia ecce hyems tranſiuit, pluuia abijt ſibi. Tunc angeli mirabũtur, & dicent: Quæ eſt iſta proſpiciens quaſi diluculũ, ſpecioſa ut luna, electa ut ſol? Videbunt te filiæ, & laudabũt reginæ, & concubinæ prædicabũt. Hinc & alius caſtitatis chorus occurret. Sara cũ nuptis ueniet: filia Phanuelis Anna cũ uiduis. Erunt in diuerſis gregibus carnis & ſpiritus matres tuæ. Lætabitur illa quod genuit: exultabit iſta quod docuit. Tunc uere ſuper aſinã dominus aſcẽdet, & cœleſtẽ ingredietur Hieruſalẽ. Tunc paruuli, de quibus in Eſaia ſaluator effatur: Ecce ego et pueri quos mihi dedit deus, palmas uictoriæ ſubleuantes, cõſono ore cantabũt: Oſanna in excelſis: Benedictus qui uenit in nomine domini, oſanna in excelſis. Tunc centũ quadragintaquatuor milia in cõſpectu throni & ſeniorum tenebunt citharas, & cantabũt canticum nouũ. Et nemo poterit dicere canticũ illud, niſi numerus definitus. Hi ſunt qui cũ mulieribus ſe nõ coinquinauerunt, uirgines enim permanſerunt. Hi ſunt qui ſequũtur agnũ quocũq; uadit. Quotieſcunq; te uana ſeculi delectauerit ambitio: quoties in mũdo aliquid uideris glorioſum, ad paradiſum mẽte tranſgredere: eſſe incipe quod futura es, & audies à ſponſo tuo: Pone me ſicut umbraculum in corde tuo, ſicut ſignaculũ in brachio tuo, & corpore pariter ac mente munita clamabis, & dices: Aquæ multæ nõ poterunt extinguere charitatem, & flumina non operient eam.

## SCHOLIA

C
NE reſpexeris, inquit.) Alluſit ad hiſtoriam Lot fugientis è Sodoma. Non eos qui foris
1 ſunt.) Ita diuus Paulus appellat alienos à profeſſione Chriſti: quid mihi de his qui foris
ſunt iudicare? Eſcæ eius electæ.) Apud Abacuc capite primo: Diabolus piſcatori con-
fertur, qui illicit eſca homines, & attrahit uelut hamo. Nam eſca proprie dicitur, quod hamo
præfigitur: unde dictum eſt & ineſcare. Et deuorato Iuda.) Iam enim pactus erat de prodendo Chri
ſto. Verba Chriſti ad Petrum ſunt, Lucæ capite uigeſimoſecundo. Timeamus illam prophetiam.)
Eſt apud Amos capite octauo: In illa die uirgines deficient pulchræ. Porrò καλὸς Græcis & bonum
ſignificat, & pulchrum. Deſcende, ſede in terra.) Verba ſunt Eſaiæ cap. 47. Nudabitur & poſterio
ra.) Ita comminatur deus Hieremiæ cap. 13. Diuaricaſti pedes tuos omni trāſeunti.) Locus eſt apud
Ezechielem cap. 16. Et uſq; ad uerticem polluetur.) Ita Hieremias capite ſecūdo. Filij quoq; Mem-
pheos & Taphneos conſtuprauerunt te uſq; ad uerticem. Vnde ego nudabo & reuelabo fœmora, &
2 poſteriora tua contra faciem tuam, & apparebit ignominia tua. Et Sirenæ nidificent.) Locus eſt
apud Eſaiam cap. 34. quanq; de uocabulis portentorum nonnihil uariant interpretes. Et ante ho-
minem ſuum.) Hic locus in omnibus quæ uiderim exemplaribus erat deprauatus. Quædam habe-
bant, & quidem uetuſtiora: Et ante hominem ſuum, iam carne præmortua. Quædam ita: Et ante homi
nem, ſua iam carne præmortuum. Alia rurſum: Et ante omnem eſum, iam carne præmortua. Fortaſſe
legendum: Intra ſinum, iam carne præmortua. Aut, intra hominem ſuum, iam carne prēmortua: ut in-
telligas libidinem in ſola mente uiuere, cum in carne ſit mortua. Aut, ante hominem ſuum, id eſt, ante
ſenectam. Inde naſcuntur Moabitæ.) Nempe ex inceſtu. Locus eſt Deuteronomij cap. 23. ubi deus
uetat, ne Iſrahelitæ fœdus aut pacem ineant unquam cum Moabitis & Ammonitis, neue ſinant illos
uenire in eccleſiam: quod illis ex Aegypto uenientibus, non occurrerint cum pane & aqua: quodq;
3 Balaam aduerſus illos conduxerint, ut malediceret populo. Panis Collyrida.) Locus eſt tertio Re-
gum libro, capite uigeſimonono. Nonnulli codices habebant, Collyre. Eſt autem Collyra genus pa-
nis ſiue cruſti, à quo diminutiuum Collyris. Vnde Collyridas in Leuitico legimus, quæ frixa eſt fa-
rina, aut alio quouis humore cohærens. Conditum ei merum.) Mulſum ſignificat, quod olim erat
in delitijs: uel potius quod Græci uocant οἶνον ἀρωματίτην, uulgò Hippocraticum appellant. Con-
tuſione mutatas.) Confundunt enim contuſas carnes, ac miſcent, ut ſorberi quoq; poſſint, & non ui-
deantur eſſe carnes. Maran in dulcedinem.) Nam מָרָה Mara Hebræis ſonat amaritudinem. Lo-
D cus eſt Exodi decimoquinto. Nec non & illos.) Locus eſt libro Regum 4. cap. 6. Diuina reſpon-
ſa.) Non quod interroganti ſint dicta, ſed quod ſimpliciter oracula reſponſa dicantur. Super ſyde-
ra inimicus ſuperbus.) Nam ita minatur apud Eſaiam cap. 14. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra dei
exaltabo ſolium meum. Et ludentibus pedibus.) Ita depinxit laſciuum & fractum puellarum in-
4 ceſſum, quod alibi quoq; ludere pedibus uocet. Aliæ uero ſterilitatem præbent.) Videtur deeſſe ſi-
bi: ut intelligas ſterilitatem non à natura datam, ſed pharmacis accerſitam, quo citra periculum conce-
ptus libidinentur: & hic nondum natum uocat, nondum conceptum. Nam conceptus abortio e-
ditur, de quo mox dicet. Volunt uiuere.) Quidam codices habebant, uideri. Viuere autem hic uo-
cat, uoluptarie uiuere, ſicuti Catullus: Viuamus mea Lesbia. Porrò lepide ac feſtiue dixit, quod illas
tetricas & illepidas appellare ſoleant, quæ ſeuerius uiuant. Miſeram & Manichæam uocant.) Miſe-
ram ob ſordes: Manichæam, quod Manichæi cum turpiſſima committerent flagitia, tamen nec carni-
bus, nec ouis ueſcebantur. Negabant enim ullo mortuo corpore ueſcēdum eſſe, quod inde ſubſtantia
diuina receſſiſſet. Nec uinum bibebant, quod dicebant eſſe fel principis tenebrarum. Vuis tamen ue-
ſcebantur, ut teſtatur Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Et conſequenter.) Id eſt, congrue &
5 merito. Sic enim aliquoties Hieronymus utitur hoc aduerbio. Purpura tantum in ueſte tenuis.)
Depingit uirginem delicatam, & ſibi parum conſtantem, cum quædā caſtimoniam præ ſe ferant, quæ-
dam laſciuiam indicent. Purpura tenuis, id eſt, minus ardens, cum pulla ueſtis magis conueniat ueræ
uirgini. Et laxius, ut crines.) Cum oporteat uirginem comā radere, hæc tantū laxius alligat: ita ta-
men, ut hac occaſione capillos oſtentet. Soccus uilior.) Soccus delicatū erat calciamentum: uirgines
oportebat nudis incedere pedibus. At illæ ſoccis utebantur, niſi quod paulò uilioribus. Et per hu-
meros hiacynthina lena.) Hic quoq; locus in omnibus erat deprauatiſſimus. Forte legēdū: Et per hu-
meros lena forte uolitās. Nā lena palliū eſt fœmineū ac delicatū. Forte uolitās dixit, quod nō eſſet aſtri-
cta ſicut cæteris, ſed temere uolitaret, neglectū magis q̃ ſanctimoniam indicās. Succinctæ manicæ.)
Obijcitur apud Maronē Troianis ueluti delicatū, quod tunicæ haberēt manicas. Hæc uirgo hoc tantū
6 diſtabat, quod manicas haberet nō pēdulas, ſed aſtrictas brachijs. Solutis genibus.) Nā hoc quoq; pu-
tabant ad uirginitatē pertinere, cū ſit laſciuū. Animaduerte lector, ita depinxit hāc uirginem, ut quod
minus ad rē pertineret, in hoc eſſet aliqua uirginis imago, uelut in ſocco uiliore, in laxius alligato capi
te. In his uero q̃ propius ad rē ꝑtinebāt, ut in ſermone, in cibo, in inceſſu, appareret impudicus animus.
Vnde in eccleſias Agapetarū peſtis.) ἀγαπητὴ Græce ſignificat dilectā. Eo uerbo Paulus libēter utit.
Vnde

A Vnde hac uoce iſti abutebantur,ad prætexendũ turpe cõmercium ſuum. Vnde meretrices uniuiræ.) Vniuiræ,quas Græci uocãt μονογάμυς. Vt ſub nomine uirginali lucroſius.) Proderat enim illis uirginis titulus ad lucrum,non ad ſanctimoniã:atq; hæc lectio magis probatur, quod aliâs ſimile quiddam ſcripſit Hieronymus.Et ita quædam habebant exemplaria. Vide num legendum, lurcoſius,hoc eſt,perditius,aut certe licentius pereant.Nam citius,quod in pleriſq; ſcriptum erat,mihi non probatur:neq; multo magis arridet lurcoſius.Lucroſius,ut dixi,maxime probo. Frater ſororem.)

7 Mirum eſt,ut iſti qui grammaticen ſeu rem [illegible] & humilem aſpernantur, & ſophiſticis argutijs freti,nihil non poſſe ſeſe putant,inuertãt omnia.Locus hic ita diſtinguendus eſt, ne repetã quot modis fuerit confuſus.Frater ſororem uirginem deſerit,cœlibem ſpernit uirgo germanum:Fratrem quærit extraneum.Atq; hunc locum nominatim Seuerus Sulpitius citat. Exploſis igitur & exterminatis.) Auſim deierare,& exterminatis,ſubditicia eſſe uerba:& aut addita eſſe ab audaculo quopiam,aut pro his ſcripſiſſe Hieronymum,& exibilatis.Vtrunq; translatum eſt à Theatris, in quibus fabula quæ populo diſplicuiſſet,ſibilis & ſtrepitu pedum eijciebatur. Caueas Baſtarnarũ.) Baſtarnæ populus eſt barbarus ultra Germaniam,unde,ut apparet,mancipia uenalia producebantur Romã cataſtis & caueis incluſa.Meminit horum Strabo libro Geographiæ ſeptimo,tametſi fatetur eam

8 gentem ſibi ignotam eſſe.Putat autem hos eſſe in confinio Germanorũ & Pyrrhigetarum. Ordo ſemiuirorum.) Aut eunuchos intelligit,quorum miniſterio nobiles matronæ gaudebant:aut miniſtros molles ac delitijs effœminatos. Caſtæ uocantur & nonnæ.) Ita nunc quoq; uulgò uocantur monachæ uirgines.Apparet hoc uerbi ab Aegyptijs in uulgi ſermonem ueniſſe.Solent enim aliquoties res eius gẽtis ſortiri uocabula,in qua præcipuæ fuerint,aut unde natæ ſint.Aegyptus autẽ, præter cæteras prouincias,monachorũ gregibus abũdabat.Quorum lingua puto monachos & ſanctos, Nonnos fuiſſe uocatos,monachas & uirgines Nonnas.Nã meminit Suidas Nonni cuiuſdam Aegyptij,qui Parthenũ theologũ uerſibus ſit interpretatus.Et parthenos Græce uirginẽ ſonat,quaſi uirgo ſcripſerit in uirginem.Deniq; in hac eadẽ epiſtola aliquãto inferius,cum de monachorũ agit generibus,Aegyptijs utitur uocabulis. Et poſt cœnam dubiam.) Retulit uerba Terentij ex Phormio-

9 ne:Cœna dubia apponitur.Dubiam uocat opiparam,ubi dubites quid ſumas potiſſimum. Libidinum pompa.) In pompa circunferuntur,quæ delectent oculos.Et libidines ſuam habent pompam, cum oſtendunt commoda matrimonij,& animo ſubijciunt uaria coniugij delectamenta. Omnes adulterantes.) Ita legis Oſee cap.7.Omnes adulterantes,quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Nam ad eum modum deſcribit æſtus impiorum.Sed habent alium felicem æſtum & pij, cum diuinæ ſcri-

B pturæ flagrant amore. In imagine perambulat.) Alluſit ad uerba pſalmi trigeſimioctaui: Verũtamen in imagine pertranſit homo,ſed & fruſtra conturbatur.In imagine perambulant,qui ſecundum [illegible] animum ad dei imaginem conditi ſumus, [illegible]

10 [illegible] Poſtquam de duritia [illegible] deus de his lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ [illegible] Conſutam tunicam.) [illegible] At Chriſti tunica fuit [illegible] nis,nihil curamus niſi bonam mentem. [illegible] Fletu lugentes quod nati ſunt.) Quanq; fere [illegible] exemplaria, quæ quidem ipſe uidetamen quoniam omnino non conſiſtit hæc lectio, non dubitem [illegible] ad hunc modum: Quos uagitus delectat infantium,in ipſo lucis exordio [illegible] quod nati ſunt. Aut, flentium quod nati ſunt.Sic & Plinius: A fletu uitam auſpicatur. [illegible]

11 [illegible] fecunditatis [illegible] non deprauarunt. Non ſuccurrentibus exemplaribus,ita legendum arbitror: [illegible] mine,ſed ad conchæ ſimilitudinem,de unione fœcunda.Siquidem gemma eſt unio,quam & margaritum uocant. [illegible] in conchis [illegible] bus cohæret.Plinius e rore cœleſti concipi putat,ac miram habere cum cœlo cognationem.Lege Plinij caput [illegible] libri noni.Porro quod ait,de unione, [illegible] poſitionem,fœcunda unione,qui deus eſt,aut unione de [illegible] diuinæ naturæ ſimulq; ſit alluſio ad uocem unionis,quæ gemmam ſignificat. [illegible] ſimilitu-

12 dinis:Lego,inquit,de ſpinis roſam,de terra aurum,de concha margaritum. Quod prohibuerat.) Quod,nempe habere caligas.Caliga calciamenti genus eſt. Nam hoc caligarum genus quo nunc utimur,ueteres neſciebant.Prohibet Chriſtus,ne calciamentum haberent apoſtoli.Et tamen Petrus in Actis ab angelo iubetur calciare ſe caligis ſuis.Vnde hæc non ad literam accipienda ſunt,ſed eatenus,ut intelligamus omniũ rerum corporearum ſolicitudinem abijciendam ijs, qui uelint apoſtolico fungi

C fungi munere. Nunquid qui arat,tota die arabit?) Locus eſt apud Eſaiam capi.28. quem trahit ad
matrimonium & uirginitatem:ut intelligas arandi & ſerendi tempus præteriſſe,nunc eſſe tẽpus col-
ligendi fructus.Fructus autẽ matrimonij uirginitas. Neq; enim audiendi ſunt.) Quidam opinati
ſunt Paulo uxorem fuiſſe,quã in epiſtolis ſororẽ appellans,ſaluere iubet & commendat. Nouellæ
oliuarum.) Quidam codices habebant,ſicut nouellatio oliuarum. Vt de typicis taceant.) Innuens
illa aliud ſignificare,quàm ſonent.Atq; ita duplici repellit argumento,primũ quod typum habeant:
13 deinde quod unà cum Moſaica lege deſierint[redacted] Diuiſa eſt mulier & uir
go.) Et hic ſecus citat,quàm nos uulgò legimus,ut indicatũ eſt alibi. Et Ambroſij noſtri.) No-
ſtrum addidit,quod Tertullianus Afer fuerit,ut & Cyprianus:Damaſus Hiſpanus, Ambroſius Ita-
lus,aut ſi mauis,Gallus. Theriſtrum ſiue Theriſtrium.) Veſtis eſt genus,cuius meminit Iulius Pol
lux.Apparet fuiſſe ueſtem æſtiuam,Nam θέρος æſtatem ſignificat. Populus meus intra.) Locus eſt
apud Eſaiam capi.26. Daniel in cœnaculo.) Eſt apud ipſum capi.6.Cœnaculum autẽ eſt pars do
mus ſuperior,quam uulgò ſolarium uocant. Ne inanis gloriæ ardore.) Fortè legendum eſt pro ar
dore,nidore:ueluti fumo,qui ad tẽpus delectet,non expleat animum,ut nidor carnium. Et digito
monſtreris.) Alluſit ad Perſianum illud: At pulchrum eſt digito monſtrari,& dicier,hic eſt. Fa-
cies eunuchinas.) Nam eunuchi cum ueſtem habeant uirilem,tamen imberbi mento,ſpeciem fœmi-
14 næ præ ſe ferunt. Quos uideris catenatos.) Qui cinguli loco catenis ferreis utebantur,ad oſtenta-
tionem ſanctimoniæ. Contra Apoſtolum.) Qui ſcripſerit indecorum eſſe uiro,ſi comam nutriat.
Et nudi impatientia frigoris pedes.) Aut legendum:Nudi patientia frigoris pedes,aut tumidi im
patientia frigoris pedes. Talem olim Antonium.) De his tacito nomine ſignificauit in epiſtola ad
Ruſticum monachum. Calamiſtri ueſtigio.) Nam calamiſtro circũuoluti,poſtea ſeruant illius ue-
ſtigium,iam criſpi redditi. Et altilis geranopopa.) Vix locus hic reſtitui poſſit citra ſuppetias exem
plariũ.Ex ueſtigijs mendoſæ ſcripturæ puto ſic eſſe legendũ:Prandium nidoribus probat,altilis,uul-
gò pipizo nominatur:ut intelligas id demũ prãdium illi lautum eſſe,quod altilium habeat nidorem.
Et ob id pipizonẽ uulgò dictum,quod pipi uox ſit auium cortaliũ,ut teſtatur & Ariſtophanes. Sed
unde geranopopa? Nam quidam codices non habent.Fortè legendum γερανοπέπτα,geranopepta, à co
quendis gruibus,quæ tum in delitijs erãt.Aut γερανοκόπτα,quod geranos Græcis ſignificet, etiam in-
15 ſtrumentum quo cõminuebantur farinæ. Thracij regis germanũ.) Germanus plus eſt quàm fra-
ter,hoc eſt,ſimillimus.Sentit autem Diomedem Thraciæ regem,qui hoſpitum carne ſolitus eſt paſce
D re equos ſuos.Hunc Hercules confecit,ſi fabulis credimus. Quæ rubore frontis attrito.) Lego ab-
ſtrito,aut certe abſterſo. Paraſitos uincunt mimorum.) Mimos uocat ſordidas & uulgares comœ-
dias,in quibus inducuntur paraſiti abiectiſſime aſſentantes. Mi catella.) Imitatur blandimenta [redacted]
liercula. Cum ante annos plurimos.) [redacted]
16 [redacted] Non delumbent matronarũ ſaliuam.) Delumbem uocat mollem & effœmi
natam.Et ſaliuam guſtum & opinionem,quam aliquis primis imbiberit annis.Sumptũ eſt ab infan-
tibus,qui abhorrent à ſaliua,cui non aſſueuerint:& eum ſaporem putant eſſe ſuauiſſimũ,quem prima
nutrix præmanſo cibo indidit.Retulit autem Satyrici uerba. Omne quod naſcitur.) Id eſt, quic-
quid eſt naturale,quicquid non eſt adulteratum artificio.Et elegãter dixit,adulterinũ linguæ.

A Iem incidere quæſtionem.) Quæſtiones dicuntur etiam cruciatus,quibus ueri confeſſio exprimitur. Pannos trahit.) Pannos uocat ueſtes tritas ac laceras. Cum ad Agapen.) ἀγάπη dilectio eſt ſiue charitas.Sic & hodie apud uulgus Italiæ,Galliæ,& noſtrum deniq;,uocant eleemoſynam charitatem. Nec ſine cauſa uoluit hoc uerbo uti,cum deſcribat,quàm non amanter dent,quod uocant dilectionē. Hoc nomine proprie ſignificabant conuiuium,quo pauperes reficiebātur:qua uoce uſus eſt & Iudas in epiſtola ſua.Res nō diſſimilis ſportulę ethnicorū. Cœnobitæ.) κοινὸς cōmunis,βίος uita ſiue uictus.
17 Id à Pythagora fluxiſſe tradunt,cuius eſt illud:Amicorū cōmunia eſſe omnia.Hanc uitam κοινόβιον appellabant,teſte Gellio. Anachoritæ.) ἀναχωρεῖν ſecedere. Vt nemo quid poſtulet,nemo nō habeat.) Nonnulli codices habebant:Vt nemo quid poſtulet,nemo dehabeat,utranq; lectionē quis non uideat eſſe mēdoſam:Sic aūt legendū cenſeo:Vt nemo quod poſtulet habeat,id eſt,ut nō ſit neceſſe quicq; petere. Cōpletis opuſculis.) Præſcriptas operas uocat opuſcula,niſi mauis opeculis. A Pētecoſte.) Paſchale tempus quinquageſima eſt,quæ Græce dicitur πεντηκόστη: cuius extremus dies eſt, quo datus fuit ſpiritus ſanctus.A Paſcha uero uſq; ad aſcenſionem domini,uetabat ieiunium eccleſiaſtica cōſuetudo,ſicuti teſtātur & decreta. Ex hoc loco palàm patet,olim cū ieiunarēt Chriſtiani,ſolitos differre cibum uſq; ad ueſperam. Et monachi,ne uiderētur ieiunare,cibum capiebant in meridie,quod uulgò
18 nunc faciunt in quadrageſima ieiunantes. Tales Philo Platonici ſermonis.) Hic Philo Iudæus fuit, de quo dictum eſt illud,teſte Hieronymo, ἢ φίλων πλατωνίζει,ἢ πλάτων φιλωνίζει, hoc eſt,aut Philo imitatur Platonem,aut Plato Philonem. Et Ioſephus Græcus Liuius.) Scripſit enim Græce tametſi Iudæus natus,ſed eloquentiſſime,tantum in aliena profecerat lingua. Eſſēnos refert.) Hic deprauarāt,pro Eſſenos,eſſe nos debere.Eſſeni populus eſt interioris Iudææ,uergentis ad Occidentem, nouum philoſophorum genus:cum fœminis nullum cōmercium,palmulis uictitant,pecuniam ſpernunt,cōuenarum affluxu propagatur populus. Nemo tamen admittitur,ullius culpæ uel leuiſſimæ ſibi conſcius. Hæc ferme Plinius.Nec admodum diuerſa tradunt Ioſephus & Philo. Phygelo & Alexandro.) Hi
19 deſciuerant à Paulo,ſicut alibi monſtrauimus. Cum angelo fabulatur.) Venuſte uſus eſt uerbo familiari.Fabulantur enim inter ſe familiares,cum liberius colloquūtur. Fac tibi Tomum grandem.) τόμους Græci uocant à ſecando,quod excidantur è pellibus animantium,quæ Latini à conuoluendo & euoluendo dicunt uolumina:locus eſt apud Eſaiam cap.8. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtilo hominis,uelociter ſpolia detrahe,cito prædare.Ac paulò poſt ſequit:Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit & peperit filium &c. Cum Maria mater domini.) Exodi 15.cap.Maria prophetiſſa ſoror
B Aaron tympanum tenens,præcinit mulierum choro,quod hic torquet ad Mariam uirginem.

ANTIDOTVS: Videt in hac Satyrica mordacitate inuehi in uirgines & monachos ac clericos, & argutiis illorum uitam depingere. Verum quando neminem carpit nominatim,& malos reprehēdit,non probos,illis imputandū eſt,qui ſic uixerunt,nō Hieronymo,qui illos ſuis depinxit coloribus.

[redacted]

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Bleſilla Paulæ filia, mortuo marito, admonita ualida febri, totam ſeſe conuertit ad Chriſtum, & monacham profiteri cœpit,non ſine magna inuidia & oblatratione cognatorum: quorum obtrectationibus hic reſpondet diuus Hieronymus.

## HIERONYMVS AD MARCELLAM de ægrotatione Bleſillæ.

ABraham tentatur in filio,& fidelior inuenitur.Ioſeph in Aegyptū uenditur,ut patrem paſcat & fratres.Ezechias uicina morte terretur,et fuſus in lachrymas, quindecim annorū ſpatio protelatur ad uitam. Petrus apoſtolus domini paſſione concutitur,& amariter flēs,audit:Paſce oues meas.Paulus lupus rapax, & Beniamin adoleſcentior in ecſtaſi cæcatur ut uideat:& repētino tenebrarū horrore circundatur,dominū uocat,quē dudum ut hominē perſequebatur. Ita & nūc mi Marcella, Bleſillam noſtrā uidimus ardore febrium per triginta fermè dies iugiter æſtuaſſe:ut ſciret reijciēdas delitias corporis,quod paulò poſt uermibus exarandū ſit. Venit & ad hāc dominus

C minus Ieſus,tetigitq́ꝫ manum eius,& ecce ſurgens miniſtrat ei. Redolebat aliquid neglige-
1 tiæ,& diuitiarũ faſcijs colligata,in ſeculi iacebat ſepulchro. Sed infremuit Ieſus, & cõtur-
batus in ſpiritu,clamauit dicẽs: Bleſilla,ueni foras. Quæ uocata ſurrexit,& egreſſa cũ do-
mino ueſcitur. Iudæi minentur & tumeant,quærant occidere ſuſcitatã: ſoli apoſtoli glorię-
tur. Scit ſe uitam ſuã ei debere,qui reddidit. Scit ſe eius amplexari pedes,cuius paulò ante
iudiciũ pertimeſcebat. Corpus penè iacebat exanime, & anhelos artus mors uicina qua-
tiebat. Vbi tunc erãt auxilia propinquorũ? ubi uerba omni inaniora fumo? Nihil tibi de-
bet ô ingrata cognatio,quę mũdo perijt,& Chriſto reuixit. Qui Chriſtianus eſt,gaudeat:
qui iraſcitur,nõ ſe eſſe indicat Chriſtianũ. Vidua quæ ſoluta eſt uinculo maritali,nihil ne-
ceſſe habet niſi perſeuerare. At ſcandalizat quẽpiam ueſtis fuſcior. Scãdalizet Ioãnes,quo
inter natos mulierum maior nullus fuit: qui angelus dictus,ipſum quoq́ꝫ dominũ bapti-
zauit: quia camelorum ueſtitus tegmine,zona pellicea cingebatur. Cibi diſplicẽt uiliores?
nihil uilius eſt locuſtis. Illę Chriſtianos oculos ſcãdalizent potius,quæ purpuriſſo,& qui-
buſdam fucis ora oculosq́ꝫ depingunt: quarũ facies gypſeæ,& nimio candore deformes,
idola mentiuntur. Quibus ſi forte improuidis lachrymarum ſtilla eruperit,ſulco defluit:
quas nec numerus annorũ poteſt docere,quod uetulæ ſint, quæ capillis alienis uerticem
2 ſtruunt,& præteritam iuuentutem in rugis anilibus poliunt: quæ deniq́ꝫ ante nepotum
gregem trementes uirgũculæ componũtur. Erubeſcat mulier Chriſtiana, ſi naturæ cogit
decorem,ſi carnis curam facit ad cõcupiſcentiam,in qua qui ſunt, ſecũdum Apoſtolum,
Chriſto placere non poſſunt. Vidua noſtra ante moroſius ornabatur, & die tota quid ſi-
bi deeſſet,quærebat ad ſpeculum. Nunc loquitur confidẽter: Nos autem omnes reuelata
facie gloriam domini ſpeculãtes, in eandem imaginẽ transformamur,à gloria in gloriam
quaſi domini ſpiritu. Tunc crines ancillulæ diſponebãt,& mitellis criſpantibus uertex ar-
D tabatur innoxius: nũc neglectum caput ſcit ſibi tantũ ſufficere quod uelatur. Illo tempore
plumarũ quoq́ꝫ dura mollicies uidebatur,et in extructis thoris iacere uix poterat. Nũc ad
orandum feſtina cõſurgit,& tinnula uoce cæteris alleluia præripiẽs, prior incipit laudare
dominũ ſuũ. Flectũtur genua ſupra nudam humũ,et crebris lachrymis facies pſimmithio
[redacted]
ſolea anathema,& in ſuo morienti puluere dicat: Vade [redacted]
aduerſe. Aduerſarius ꝗppe Chriſti eſt & antichriſtus,cui præcepta diſplicẽt Chriſti. Oro
te,quid tale unquam,quale apoſtoli fecimus,ut merito ſcandalizentur? Patrem ſenem cũ
nauicula & reti dimittunt,Publicanus à teloneo ſurgit,& ſequitur ſaluatorẽ: uolens diſci-
pulus reuerti domũ,& ſuis ante renũciare,magiſtri uoce prohibetur. Sepultura nõ datur
patri: & pietatis genus eſt,impium eſſe pro domino. Nos quia ſerica ueſte nõ utimur,mo-
nachi iudicamur: quia ebrij nõ ſumus,nec cachinno ora diſſoluimus,cõtinentes uocamur
*Vide an dedignabitur ſit legendum.* & triſtes. Si tunica nõ canduerit,ſtatim illud è triuio,impoſtor & Grecus eſt. Cauillentur
uafriora licet,& pingui aqualiculo fartos circũferant homines. Bleſilla noſtra ridebit,nec
*dignabitur loquacium ranarũ audire conuicia,cum dominus eius dictus ſit beelzebub.

## SCHOLIA.

1 Diuitiarum faſcijs.) Hiſtoriam Lazari reuocati ad uitam,accommodat ad allegoriam. Vbi uerba.) Quibus ante adhortabantur,ut mundum ſequeretur,opes, honorem,uoluptatem, in ſumma, felicitatem pollicentes, hoc eſt,inaniſſimas nugas. Nihil uilius eſt locuſtis.) Vbi ſunt iſti, qui ſtultiſſimos mouent tumultus,quod ſcribatur Ioannes locuſtis animantibus ueſci ſolitus,& è locuſtis conantur Iouis,quod aiunt, cerebrum reddere, ne tantus uir cibo parum

D rum opiparo uideatur alijs.Hieronymus fatetur,eo cibo nihil fuiſſe uilius,idq; putat ad illius laudẽ per=
tinere. *Facies gypſeæ.)* Olim è gypſo ſtatuæ quoq; fiebant,Galli uulgò uocãt plaſtre.Gypſeas ergo
facies uocat,ceruſſa oblitas & uelut incruſtatas:hoc ipſo deformes,quod nihil habeant ruboris.Vnde
2 nonnullæ purpuriſſum adhibebant. *Tremẽtes uirgunculæ.)* Ironice dixit,anus iam, ut quibus ſint
filij,filijq; filiorum,& tamẽ perinde quaſi uirgunculæ ſint præ teneritudine tremẽtes,comuntur & po=
liuntur. *Mitellis criſpantibus.)* Mitellam fecit à mitra,quod eſt capitis ornamẽtum:criſpãtibus,quia
thorulis intortæ ſint. *Artabatur innoxius.)* Torquebant caput mitris,nihil cõmeritum,cũ alia mẽ=
bra forent crucianda. *Facies pſimmithio.)* Quod Latini uocant ceruſſam,Græci ψιμμίθιον. *In ſuo
morienti puluere.)* Ad hunc modum habebant exemplaria.Quanquam ipſe cenſeo legendũ pure pro
puluere,à pus,quod pro ueneno nõnunquam accipitur.Horatius: Rupuli pus atq; uenenum. Et in
præfatione quadam in Eſaiam Hieronymus ijſdem fermè uerbis utitur de pure & ſcorpio. *Impoſtor
& Græcus.)* Impoſtor eſt,qui arte decipit.Græci olim male audiebant Apud Romanos, ut hinc quoq;
apparet.Huius prouerbij meminit & alibi. *Vafriora.)* Id eſt,ſalſiora,magiſq; mordacia. *Pingui a=
qualiculo.)* Videlicet obeſos,qui mulierem ieiunijs macilentam rideant.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Leæ quæ uirginum monaſterio præfuerat mortem,cum cõſulis deſignati qui ſub idem ferè tempus
obierat diem,morte componit:oſtendens,quantum interſit inter exitum ſanctorum, & interitum eo=
rum quos hic mundus ut felices adorat.

## HIERONYMVS AD MARCELLAM DE EXITV LEAE.

CVm hora fermè tertia hodiernæ diei,ſeptuageſimum ſecundum pſalmũ,id eſt,
tertij libri principiũ legere cœpiſſemus,& docere cogeremur,tituli ipſius partẽ
ad finem ſecundi libri,partẽ ad principium tertij libri pertinere: quod ſcilicet,
defecerunt hymni Dauid,filij Ieſſe,finis eſſet prioris:pſalmus uero Aſaph,prin
cipium ſequentis,& uſq; ad eum locum perueniſſemus,in quo iuſtus loquitur:Dicebam,
ſi narrabo ſic,ecce generationem filiorum tuorum præuaricatus ſum,quod in Latinis co=
1 dicibus non ita habemus expreſſum,repente nobis nũciatum eſt ſanctiſſimã Leam exiſſe
C de corpore.Ibiq; ita te palluiſſe cõſpexi,ut uere aut pauca,aut nulla ſit anima, quæ fracto
uaſe teſtaceo,non triſtis erumpat. Et tu quidem,nõ quod futuri incerta eſſes dolebas,ſed
quod triſte funeri obſequiũ non dediſſes.Deniq; in medijs fabulis,rurſum didicimus reli=
quias eius iam Oſtiam fuiſſe delatas.Quæras,quo pertineat iſta replicatio?Reſpõdebo ti=
bi uerbis Apoſtoli,multum per omnẽ modum.Primum,quod uniuerſorũ gaudijs proſe
quenda ſit,quæ calcato diabolo,coronam iam ſecuritatis accepit.Secũdo,ut eius uita bre=
uiter explicetur.Tertio ut deſignatum conſulem de ſuis ſeculis detrahentẽ,eſſe doceamus
in tartaro.Et quidem conuerſationem Leæ noſtræ,quis poſſit digno alleuare præconio?
Ita eam totam ad dominũ fuiſſe cõuerſam,ut monaſterij princeps,mater uirginum fieret,
poſt molliciem ueſtium ſacco membra triuiſſe,inſomnes orationibus duxiſſe noctes,& co
mites ſuas plus exemplo docuiſſe quàm uerbis.Humilitatis fuit tantæ tamq; ſubiectæ,ut
quondam domina plurimorum,ancilla omnium putaretur,niſi quod eo Chriſti magis eſſet
ancilla,dum domina hominum non putatur.Inculta ueſtis,uilis cibus, neglectum caput:
ita tamen,ut cum omnia faceret,oſtẽtationem fugeret ſingulorum,ne reciperet in præſen=
ti ſeculo mercedem ſuam.Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruitur, excipi
tur angelorum choris:Abrahæ ſinibus confouetur,& cum paupere quondam Lazaro,di
uitem purpuratum & nõ palmatum cõſulem,ſed atratum,ſtillam digiti minoris cernit in=
quirere.O quanta rerũ mutatio:Ille quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina
præcedebant:qui quaſi de ſubiectis hoſtibus triumpharet,capitolinas aſcẽdit arces,quem
plauſu quodam & tripudio populus Romanus excepit,ad cuius interitum urbs uniuerſa
commota eſt,nunc deſolatus & nudus,nõ in lacteo cœli palatio,ut uxor mẽtitur infelix,
ſed in ſordẽtibus tenebris cõtinetur.Hæc uero quam unius cubiculi ſecreta uallabãt,quæ
pauper uidebatur & tenuis,cuius uita putabatur amentia,Chriſtũ ſequitur,& dicit:Quæ
cunq; audiuimus,ita & uidimus in ciuitate dei noſtri, & reliqua. Quapropter moneo,&
flens gemenſq; conteſtor,ut dum huius mundi uiam currimus, nõ duabus tunicis,id eſt,

C duplici ueſtiamur fide. Non calciamentorũ pellibus, mortuis, uidelicet operibus prægra-
uemur: Non diuitiarum nos pera ad terram premat: Non uirgæ, id eſt, potentiæ ſecularis
quæratur auxilium: nõ pariter & Chriſtum uelimus habere & ſeculum, ſed pro breuibus
& caducis, æterna ſuccedant, & cum quotidie, ſecundum corpus loquor, præmoriamur,
in cæteris non nos perpetuos exiſtimemus, ut poſſimus eſſe perpetui.

## SCHOLIA.

NOn temere meminit interruptæ interpretationis. Siquidem defecerunt hymni Dauid, per-
tinet ad luctum de morte Leæ. Et illud: Si narrabo ſic, ecce nationem filiorum tuorum &c.
pertinet ad utrunq;, ad Leam translatam ad immortalitatem, & ad impium diuitem ad infe-
1 ros præcipitatum. Quæ fracto uaſe teſtaceo.) Ita uocat corpuſculum hoc, Eccleſiaſten ſe-
quutus, qui per ænigma corpus hydriam uocat. Vt conteratur, inquit, hydria ſuper fontem, & cõfrin-
gatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad deum
qui dedit illum. Significat autem diuus Hieronymus, perpaucos eſſe, qui mortem nõ horreant. De-
ſignatum conſulem.) Deſignati dicebantur, iam quidem creati, ſed qui nondum iniſſent magiſtratum,
& idcirco addit, de ſuis ſeculis detrahẽtem, quod interceptus fuiſſet, antequam ineundi magiſtratus dies
ueniſſet. Non palmatum conſulem.) Toga cõſularis palmas habebat, quemadmodũ & triumphan-
tis. Ea candida conſueuit eſſe, præſertim candidatis. Atratum.) Alluſit ad magiſtratuum petitores,
qui ob candidam ueſtem, candidati uocabãtur. In lacteo cœli palatio.) Alluſit ad lacteam uiam, qua
poëte fingũt iter eſſe ad Iouis arcem, reliquorum deorum palatijs, hinc atq; hinc diſpoſitis. Vt uxor
2 mentitur.) Nam erat ethnici mariti uxor ethnica. Vnde iuxta ethnicorum morem in deos relatũ fin-
gebat. Meminit huius in epiſtola ad Paulam de morte Bleſillæ. Quidam codices pro mẽtitur habebãt,
commentatur: utraq; lectio probe habet. Nam cõmentum, figmentum uocamus. Vnde commentari.
Non duabus tunicis.) Mire totum hunc euãgelij locum ad allegoriam trahit. Duplici ueſtiamur
fide.) Vt partim fidamus Chriſto, partim mundo. Hanc epiſtolam ſcripſit ab eremo Romam reuerſus,
cum Marcellam erudiret in ſacris literis, ut in illius teſtatur epitaphio.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

D Paulæ primogenita filia, ſeptimo poſt nuptias menſe maritum amiſit, deinde perijt & ipſa nomine E
Bleſilla, maternæ auiæ uocabulum referens. Huius obitum intemperantius ac ſine fine plorantẽ Pau-
lam Hieronymus conſolatur, atq; etiam acriter obiurgat, oſtendens non eſſe Chriſtianorum tantopere
deflere bene uita defunctos. In ipſius autẽ epitaphio Paulæ, uitium hoc illi tribuit Hieronymus, quod
impenſiſſime dilexerit liberos ſuos. Huius epiſtolæ mentionem facit in eo quod modo citauimus epi-
taphio, teſtans Romæ ſcriptam fuiſſe, nimirum eo tempore cum illuc per Epiphanium, & Paulinum
epiſcopos è Syria retractus, Marcellæ cæteriſq; nobilibus fœminis innotuiſſet.

## HIERONYMVS AD PAVLAM SVPER OBITV Bleſillæ filiæ.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum & plorabo:
non ut Hieremias ait, uulneratos populi mei, nec ut Ieſus miſeriam Hieruſalẽ,
ſed plorabo ſanctitatem, miſericordiam, innocẽtiam, caſtitatẽ: plorabo omneis
pariter in unius morte defeciſſe uirtutes. Non quod lugenda ſit illa quæ abijt,
ſed quod nobis impatientius ſit dolendum, qui talem uidere deſiuimus. Quis enim ſiccis
oculis recordetur, uiginti annorum adoleſcentulam tam ardenti fide crucis leuaſſe uexil-
lum, ut magis amiſſam uirginitatem, quàm mariti doleret interitũ? Quis ſine ſingultibus
1 tranſeat orandi inſtantiam, nitorem linguæ, memoriæ tenacitatẽ, acumen ingenij? Si Græ-
ce loquentem audiſſes, Latine eam neſcire putares. Si in Romanum ſonum lingua ſe uer-
terat: nihil omnino peregrini ſermo redolebat. Iã uero: quod in Origene quoq; illo, Græ-
cia tota miratur, in paucis non dicam menſibus, ſed diebus, ita Hebrææ linguæ uicerat dif-
2 ficultates, ut in diſcendis canendiſq; pſalmis, cum matre contenderet. Humilitas ueſtium
non (ut in pleriſq; ſolet) tumentes animos arguebat, ſed cum interiori ſe mente deiece-
rat, inter ancillarum uirginum cultum dominamq; nihil medium, niſi quod in eo facilius
dignoſcebatur, quod neglectius incedebat. Vacillabant ægrotatione greſſus, & pallẽtem
ac trementem faciem, uix collum tenue ſuſtinebat, & tamen aut prophetam, aut euangeliũ
ſemper in manibus tenebat. Lachrymis ora complentur, ſingultus occupat uocem: et hæ-

rentem

A rentem linguam,uiſcera commota non laxant.Cum ſanctum corpuſculum febriũ ardor excoqueret,& ſemianimæ lectulum uallaret circulus propinquorum,hæc in extrema uerba mandabat:Orate dominum Ieſum ut mihi ignoſcat,quia implere non potui,quod uolebam.Secura eſto mi Bleſilla:confidimus,probas uera quæ dicimus:Nunquam eſt ſæra conuerſio.Vox hæc primum dedicata eſt in latrone:Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiſo. Poſtquàm autem ſarcina carnis abiecta,ad ſuum anima reuolauit autorem,& in antiquam poſſeſſionem diu peregrinata conſcendit:ex more parantur exequiæ,& nobilium ordine præeunte,aureum feretro uelamen obtẽditur.Videbatur mihi tunc clamare de cœlo:Non agnoſco ueſtes,amictus iſte non eſt meus,hic ornatus alienus eſt. Sed quid agimus?Matris prohibituri lachrymas,ipſi plangimus. Cõfiteor affectus meos,totus hic liber fletibus ſcribitur.Fleuit & Ieſus Lazarum,quia amabat illum.Non eſt optimus conſolator,quem proprij uincunt gemitus,cuius uiſceribus emollitis,fracta in lachrymis uerba deſudant.Teſtor mi Paula Ieſum,quem Bleſilla nunc ſequitur:teſtor ſanctos angelos, quorum conſortio fruitur,eadem me dolorum perpeti tormenta quæ pateris:patrem eſſe ſpiritu,nutritium charitate,& interdum dicere:Pereat dies illa,in qua natus ſum.Et,hei mihi mater, ut quid genuiſti me uirum, qui dicerer diſcrimẽ omni terræ.Et illud:Iuſtus es domine,ueruntamen iudicia loquar ad te. Quid eſt, quod uiæ peccatorum proſperatur?Et, mei quoq; penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui in peccatoribus,pacem peccatorum uidens.Et dixi:Quomodo cognouit deus,& ſi eſt ſciẽtia in excelſo?Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo,obtinuerunt diuitias. Sed rurſus illud occurrit:Si narrauero ſic,ecce generationem filiorum tuorum præuaricatus ſum.Nunquid & in meam mentem,nõ hic ſæpius fluctus illiditur?Quare ſenes impij,ſeculi diuitijs perfruuntur?quare adoleſcẽtia rudis,& ſine peccato pueritia,immaturo flore metitur? Quid

B cauſæ eſt,ut ſæpe bimuli trimuliq;,& ubera materna lactentes à dæmonio corripiantur, repleantur lepra,morbo regio deuorentur?& econtrario,impij,adulteri,homicidæ, ſacrilegi,uegeti atq; ſecuri de ſua ſanitate,in deum blaſphement?Præſertim cum iniuſticia patris non redundet ad filium:& anima quæ peccauerit, ipſa moriatur. Aut ſi manet uetus illa ſententia,peccata patrum in filios oportere reſtitui,iniquũ ſit lõgæui patris innumera delicta in innocentem infantiam repenſare.Et dixi : Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas,& factus ſum flagellatus tota die.Sed cum hæc cogitarem,ſtatim didici cum propheta : Et ſuſcepi,ut cognoſcerem:hic labor eſt in conſpectu meo,donec ingrediar ſanctuarium dei,& intelligam in nouiſſima eorũ.Iudicia enim domini abyſſus multa.Et,ò profundum diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles uiæ eius.Bonus eſt deus,& omnia quæ bonus facit,bona ſint neceſſe eſt. Mariti orbitas irrogatur,plango quod accidit.Sed quia ſic placet domino,æquo animo ſuſtinebo.Vnicus raptus eſt filius,durum quidẽ, ſed tolerabile, quia ſuſtulit ille,qui dederat.Si cæcus fuero,amici me lectio cõſolabitur.Si auditũ quoq; ſurdę aures negauerint,uacabo à uitijs:nihil aliud,niſi dominũ cogitabo. Imminebit ſuper hæc & dura pauperies,frigus,languor,& nuditas:extremam expectabo mortẽ,& breue putabo malũ,quod finis melior ſubſequatur.Conſideremus quid Ethicus ille pſalmus ſonet: Iuſtus es domine,& rectum iudicium tuum.Hoc nõ poteſt dicere,niſi ille,qui ad uniuerſa quæ patitur,magnificat dominum,& ſuo merito imputans,in aduerſis de eius clementia gloriatur.Exultauerunt enim filiæ Iudæ in omnibus iudicijs domini.Si Iuda confeſſio interpretatur:confitens autem omnis anima credentis eſt:neceſſe eſt,ut qui ſe credere dicit in Chriſto,in omnibus Chriſti iudicijs gaudeat.Sanus ſum,gratias refero creatori. Lãgueo, & in hoc laudo domini uoluntatem.Quando enim infirmor,tunc fortis ſum,& uirtus ſpiritus in carnis infirmitate perficitur.Patitur & Apoſtolus aliquid quod nõ uult, pro quo ter dominum deprecatur.Sed dicitur ei:Sufficit tibi gratia mea, quia uirtus in infirmitate

C perficitur,& ad reuelationum humiliandam ſuperbiam,monitor quidam humanæ imbe
cillitatis apponitur,in ſimilitudinem triumphantium,quibus in curru retro comes adhæ
rebat per ſingulas acclamationes ciuium,dicens:Hominem te eſſe memento. Cur autem
durum ſit,quod quandoq; patiendum eſt? Et cur dolemus quenquam mortuũ? Ad hoc
enim nati ſumus,ut maneamus æterni? Abraham,Moyſes,Eſaias,Petrus,Iacobus,Ioan-
nes,Paulus electionis uas,& ſuper omnia filius dei,moritur:& nos indignamur aliquem
exire de corpore,qui ad hoc forſitan raptus eſt,ne malitia mutaret intellectum eius? Placi
ta enim erat deo anima eius.Propter hoc properauit educere eam de media iniquitate,ne
longo uitæ itinere,deuijs oberraret anfractibus. Lugeatur mortuus,ſed ille,quẽ gehen-
na ſuſcipit,quem tartarus deuorat,in cuius pœnam æternus ignis æſtuat. Nos quorum
exitum angelorum turba comitatur,quibus obuiã Chriſtus occurrit:grauemur magis,ſi
diutius in tabernaculo iſto mortis habitemus. Quia quamdiu hic moramur, peregrina-
mur à domino.Illa illa nos cupido teneat:Hei mihi,quia peregrinatio mea prolongata eſt
à me,habitaui cum habitantibus Cedar,multum peregrinata eſt anima mea.Si cedar tene
bræ ſunt,& mundus iſte ſunt tenebræ,quia lux lucet in tenebris,& tenebræ eam non cõ-
prehenderunt:faueamus Bleſillæ noſtræ,quæ de tenebris migrauit ad lucẽ, & inter fidei
incipientis ardorem,cõſummati operis percepit coronam.Reuera ſi ſeculare deſiderium:
&,quod deus à ſuis auertat,delitias uitæ huius cogitantẽ,mors immatura rapuiſſet:plan-
genda erat,& omni lachrymarum fonte plorãda.Nunc uero cum,propitio Chriſto,ante
quatuor fermè menſes,ſecundo quodammodo propoſiti ſe baptiſmo lauerit, & ita dein-
ceps uixerit,ut calcato mundo,ſemper monaſterium cogitarit,nõ uereris, ne tibi ſaluator
dicat:Iraſceris Paula,quia tua filia,mea facta eſt filia? Indignaris de iudicio meo,& rebelli-
D bus lachrymis facis iniuriam poſſidenti? Scis enim quid de te, quid de cæteris tuis cogitẽ.
Cibum tibi denegas,non ieiuniorum ſtudio,ſed doloris.Non amo frugalitatem iſtam. I
3 Ieiunia iſta aduerſarij mei ſunt.Nullam animam recipio, quæ me nolente,ſeparatur à cor
pore.Tales ſtulta philoſophia habeat martyres,habeat Zenonẽ, Cleombrotum,uel Ca-
tonem.Super nullum requieſcit ſpiritus meus,niſi ſuper humilem & quietum,& tremen-
tem uerba mea.Hoc eſt quod mihi in monaſterio promittebas? Quod habitu à matronis
cæteris ſeparato,tibi quaſi religioſior uidebaris? Mens iſta quæ plãgit,ſericarum ueſtium
eſt.Interciperis & emoreris,& quaſi non in meas manus uentura ſis,crudelem iudicem fu
gis.Fugerat quondam & Ionas animoſus propheta,ſed in profundo maris meus fuit. Si
uiuentem crederes filiam,nunquã plangeres ad meliora migraſſe. Hoc eſt quod per Apo
ſtolum meum iuſſeram,ne pro dormientibus in ſimilitudinem gentium triſtaremini. Eru
beſce,ethnicæ comparatiõe ſuperaris.Melior diaboli ancilla,quàm mea eſt. Illa infidelem
maritum translatum fingit in cœlum,tu mecum tuam filiam commorantem,aut non cre-
dis,aut non uis.Sed dicis:quomodo lugere me prohibes,cum & Iacob Ioſeph in ſacco fle
uerit:congregatiſq; ad ſe omnibus propinquis noluerit conſolari,dicens:Deſcendam ad
filium meum lugens in infernum? Et Dauid Abſalon cooperto capite planxerit,repetens:
Filius meus Abſalon,Abſalon filius meus:quis dabit,ut moriar pro te filius meus Abſa-
lon? Moyſi quoq; & Aaron,cæteriſq; ſanctorum ſolennis ſit luctus exhibitus? Perfacilis
ad iſta reſponſio eſt,Luxiſſe Iacob filium,quem putabat occiſum, ad quem & ipſe erat ad
inferos deſcenſurus,dicens:Deſcendam ad filium meum lugens in infernũ, quia necdum
paradiſi ianuam Chriſtus effregerat, necdum flammeam illam rompheam & uertiginem
præſidentium cherubim,ſanguis eius extinxerat. Vnde & Abraham licet in loco refrige-
rij,tamen apud inferos cum Lazaro fuiſſe ſcribitur.Et Dauid iuſte fleuiſſe filium parrici-
dam,qui alium paruulum,poſtquam ut uiueret impetrare non potuit, quia ſciebat non
peccaſſe,non fleuit.De Moyſe uero & Aaron,quod eis ex ueteri more ſit planctus exhi-
bitus,non mirãdum eſt,cum & in Actis apoſtolorum iam euãgelio coruſcante,Stephano

fecerint

A feceri̇nt Hieroſolymæ fratres planctum magnum:Et utiq; plãctus magnus, non in plangentium examinatione,ut tu putas:ſed in pompa funeris,& exequiarum frequẽtia intelgendus ſit.Deniq; de Iacob ſcriptura ſic loquitur: Et aſcẽdit Ioſeph ſepelire patrem ſuũ, & aſcenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis,& ſeniores domus eius,& ſeniores omnis terræ Aegypti,& omnis domus Ioſeph & fratres eius. Et poſt paululum:Et aſcenderunt cum eo quadrigæ & equites,& facta ſunt caſtra grandia nimis. Ac deinde:Et planxerunt eum planctu magno,& forti nimis.Planctus iſte ſolennis,non longas Aegyptijs imperat lachrymas,ſed funeris mõſtrat ornatum.Iuxta quem modum Aaron quoq; & Moyſen, fletos eſſe manifeſtum eſt.Nequeo ſatis ſcripturę laudare myſteria,& diuinum ſenſum,in
4 uerbis licet ſimplicibus admirari,quid ſibi uelit quod Moyſes plãgitur, & Ieſus Naue uir ſanctus ſepultus refertur,et tamen fletus eſſe non ſcribitur.Nempe illud quod in Moyſe, id eſt,in lege ueteri ſub peccato Adam omnes tenebantur elogio,& ad inferos deſcendentes,conſequenter lachrymæ proſequebantur,ſecundum Apoſtolum, qui ait:Et regnauit mors ab Adam uſq; ad Moyſen,etiam ſuper eos qui nõ peccauerũt. In Ieſu uero,id eſt,in euangelio:per quem paradiſus eſt apertus,mortem gaudia proſequuntur, fletesq; hodie Iudæi,& nudatis pedibus in cinere uolutati,ſacco incubãt.Ac ne quid deſit ſuperſtitioni, ex ritu uaniſſimo phariſæorum,primum cibum lentis accipiũt,uidelicet oſtendẽtes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito,quia in reſurrectionem domini non credẽtes,antichriſti præparantur aduentui.Nos uero qui Chriſtum induimus, & facti ſumus, iuxta Apoſtolum,genus regium & ſacerdotale,non debemus ſuper mortuos contriſtari. Et dixit,inquit,Moyſes ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios eius, qui relicti erãt:Caput ueſtrum non denudabitis,& ueſtimenta ueſtra nõ ſcindetis,ne moriamini,& ſuper omnẽ ſynagogam ueniat ira.Nolite,inquit,ſcindere ueſtimenta ueſtra, & luctum exhibere gen-
B tilem,ne moriamini.Mors noſtra peccatum eſt:Et,quod forſitan crudele alicui uideatur, ſed fidei neceſſarium eſt,in eodem Leuitico ſcribitur:quomodo ſacerdos magnus ad patrem,matrem,fratresq;,uel liberos mortuos prohibeatur accedere:ne uidelicet anima dei ſacrificijs uacans,& tota in illius myſterijs occupata,aliquo impediat̃ affectu.Nónne alijs uerbis idipſum in euãgelio præcipitur,ut nõ renũciet domui diſcipulus? ut mortuo patri non exhibeat ſepulturã?Et de ſanctis, inquit,non exiet,& nõ cõtaminabitur ſanctificatio dei eius,quia ſanctum oleum unctionis à deo ſuper eum eſt. Certe poſtquam credimus in Chriſtum,& oleo unctionis eius accepto,illum portamus in nobis, nõ debemus exire de templo,id eſt,de propoſito Chriſtiano:non foras egredi,incredulitati uidelicet gentilium cõmiſceri,ſed eſſe ſemper intrinſecus,id eſt,uoluntati domini miniſtrare.Hæc idcirco dicimus:ne ignorantia ſcripturarum autoritatem tibi præberet in luctu, & uidereris rationabiliter errare.Et adhuc ſic loquutus ſum,quaſi unam de turbis conuenerim Chriſtianam. Nunc uero cum ſciam toti te renunciaſſe mũdo,& abiectis calcatisq; delitijs ſeculi,orationi,ieiunijs,lectioni uacare quotidie,cum ad exemplũ Abraham cupias exire de terra tua, & de cognatione tua, ut & Chaldæis & Meſopotamia derelictis, terram repromiſſionis introëas,cum omnẽ ſubſtantiolam,aut pauperibus dilargita ſis,aut filijs ante mortẽ mũdo mortua dederis:miror te ea facere,quæ ſi facerent cæteræ,reprehẽſione dignæ uiderẽtur.Redit tibi in memoriam confabulatio eius,blanditiæ,ſermo,conſortium:& quod his careas,pati nõ potes.Ignoſcimus matris lachrymis,ſed modũ quærimus in dolore.Si parentem cogito,non reprehẽdo quod plangis.Si Chriſtianam & monacham,iſtis nominibus mater excluditur.Recens uulnus eſt,& tactus iſte quo blandior,nõ tam curat,quàm exaſperat.Attamen quod tẽpore mitigãdum eſt,cur ratione nõ uincitur?Nam & Noëmi famem fugiens in terra Moab,& maritum perdidit & filios. Et cum ſuorum auxilio eſſet deſtituta,Ruth alienigena ab eius latere nõ recedit.Vide quanti meriti ſit deſertæ præſtitiſſe ſolatium.Ex eius ſemine Chriſtus oritur. Reſpice Iob,quanta ſuſtinuit, & uidebis te

C nimium delicatam, illum erectis in cœlū oculis, inter ruinas domus, pœnas ulceris, innu-
meras orbitates, & ad extremum uxoris inſidias, inuictā tenuiſſe patientiam. Scio quid re
ſponſura ſis: Hoc illi quaſi iuſto ad probationē eueniſſe. Et tu è duobus elige, quod uelis:
aut ſancta es, et probaris: aut peccatrix, et iniuſte quereris, minora ſuſtinēs, quàm mereris.

Quid uetera replicem? Præſentia exempla ſectare. Sancta Melania noſtri tēporis inter
Chriſtianos uera nobilitas, cum qua tibi dn̄s, mihiq; cōcedat in die ſua habere partem, ca-
lente adhuc mariti corpuſculo, & necdum humato, duos ſimul perdidit filios. Rem ſum
dicturus incredibilem, ſed teſte Chriſto nō falſam. Quis illam tunc nō putaret more lym-
phatico, ſparſis crinibus, ueſte conſciſſa, lacerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta non
fluxit, ſtetit immobilis: & ad pedes aduoluta Chriſti, quaſi ipſum teneret, arriſit. Expedi-
tius, inquit, tibi ſeruitura ſum domine, quia tāto me onere liberaſti. Sed forſitan ſuperatur
in cæteris. Quinimò qua illos mente cōtēpſerit, in unico poſtea filio probat: cui omni quā
habebat poſſeſſione conceſſa, ingruente iam hyeme Hieroſolymā nauigauit. Parce quæſo
tibi, parce filiæ cum Chriſto iam regnanti: parce ſaltem Euſtochio tuæ, cuius parua adhuc
ætas, & rudis penè infantia, te magiſtrante dirigitur. Sæuit nunc diabolus, & quia unam
cernit de tuis liberis triumphantem, obtritum ſe eſſe cōdolens, quærit in remanente uicto
riam, quā in præeunte iam perdidit. Grandis in ſuos pietas, impietas in deū eſt. Abraham
unicum filium lætus interficit, & tu unam de pluribus quereris coronatam? Non poſſum
ſine gemitu eloqui, quod dicturus ſum. Cum de media pompa funeris, te exanimem refer
rent, hoc inter ſe populus muſſitabat: Nónne illud eſt quod ſæpius dicebamus? Dolet fi-
liam ieiunijs interfectā, quod non uel de ſecundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quo
uſq; genus deteſtabile monachorum nō urbe pellitur? non lapidibus obruitur? nō præci-
pitatur in fluctus? Matronam miſerabilē ſeduxerunt, quæ quàm monacha eſſe noluerit,
D hinc probatur, quod nulla gentiliū ita ſuos unquam fleuerit filios. Qualem putas ad iſtas
uoces Chriſtum habuiſſe triſticiā? Quomodo exultaſſe ſatanam, qui nunc tuam animam
eripere feſtinans, & pij tibi proponēs doloris illecebram: dum ante oculos tuos, filiæ ſem-
per imago uerſatur, cupit matrem ſimul necare uictricis, & ſolitudinem ſororis inuadere
relictæ. Non ut terream loquar, ſed ut mihi teſtis eſt dn̄s, quaſi ante tribunal eius aſſiſtēs,
in hæc te uerba cōuenio. Deteſtandæ ſunt iſtæ lachrymæ, plenæ ſacrilegio, incredulitate
pleniſſimæ, quæ non habent modū, quæ uſq; ad uiciniam mortis accedūt. Vlulas & ex-
clamitas, & quaſi quibuſdam facibus acceſa, quātum in te eſt, tui ſemper homicida es. Sed
ad talem clemēs ingreditur Ieſus, & dicit: Quid ploras? Nō eſt mortua puella, ſed dormit.
Irrideant circūſtantes. Iſta infidelitas Iudæorū eſt. Te quoq; ſi ad ſepulchrum filiæ uolue-
ris uolutari, angelus increpabit: Quid quæris uiuentem cum mortuis? Quod quia Maria
fecerat Magdalene, poſtquam uocem domini ſe clamantis agnouit, ad eius prouoluta pe
des audit: Ne tetigeris me, necdum enim aſcendi ad patrem meum, id eſt, non mereris tan-
gere reſurgentem, quē mortuum exiſtimas in ſepulchro. Quas nūc exiſtimas Bleſillam
noſtram pati cruces, quæ ferre tormenta, quod tibi Chriſtum uideat ſubiratum? Clamat
nunc illa lugenti, ſi unquam me amaſti mater, ſi tua ubera ſuxi, ſi tuis inſtituta ſum moni-
tis, ne inuideas gloriæ meæ: nec hoc agas, ut à nobis in perpetuum ſeparemur. Putas eſſe
me ſolam? Habeo pro te Mariam matrē domini. Multas hic uideo, quas ante neſciebam.
O quanto melior eſt iſte comitatus. Habeo Annam quondam in euangelio prophetan-
tem: &, quo magis gaudeas, tantorum annorum labores, ego in tribus menſibus conſe-
quuta ſum. Vnam palmam caſtitatis accepimus. Miſereris mei, quia mūdum reliqui? At
ego ueſtri ſortē doleo, quos adhuc ſeculi carcer includit, quos quotidie in acie prælientes,
nunc ira, nunc auaricia, nunc libido, nunc uariorū incentiua uitiorum, pertrahunt ad rui-
nam. Si uis, ut mater mea ſis: cura placere Chriſto. Non agnoſco matrē, meo domino di-
ſplicentem. Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te dominum rogat, mihiq; ut de

eius

A eius mente ſecurus ſim,ueniam impetrat peccatorum: quod monui,quod hortatus ſum, quod inuidiam propinquorum,ut ſalua eſſet,excepi.Itaque dum ſpiritus hos artus regit, dum uitæ huius fruimur cõmeatu,ſpondeo,promitto,polliceor,illam mea lingua reſonabit,illi mei dedicabuntur labores,illi meum ſudabit ingenium:Nulla erit pagina, quæ nõ Bleſillam ſonet.Quocunq; ſermonis noſtri monumenta peruenerint,illa cũ meis opuſculis peregrinabitur.Hanc in mea mente defixam legent uirgines,uiduæ,monachi,ſacerdotes.Breuis uitæ ſpatium,æterna memoria cõpenſabit.Quæ cum Chriſto uiuit in cœlis, in hominum quoq; ore uictura eſt. Tranſibit & præſens ætas, ſequentur ſecula poſt futura quæ ſine inuidia iudicabunt.Inter Paulæ Euſtochijq; nomen media ponetur. Nunquam in meis moritura eſt libris.Audiet me ſemper loquentem cum ſorore,cum matre.

## SCHOLIA.

1 Nitorem linguæ.) Hieronymus in muliercula laudat elegantiam ſermonis [redacted] In Origene quoque illo.) Illo addidit ob emphaſim. Nam ſi in tam incomparabili uiro miratur Græcia,quod unam Hebræam linguam adiecerat ſuæ, quanto magis mirandum,fœminam eſſe trilinguem? Teſtatur alijs aliquot locis Hieronymus, Origenem Hebraicas didiciſſe literas,ut diffiſus Septuaginta, ueteris teſtamenti ueritatem ex ea perueſtigaret, præſertim in Tomis, in quibus accuratius diſputat. Nam in Homilijs uulgata utitur æditione. Cum matre contenderet.) Contenderet dixit in bonam partem pro certaret, non quod uere certaret, ſed quod eò

2 profecerit, ut certare poſſet. Tumentes animos.) Animi plurali numero, ferociam ſignificant & faſtum.Arguebat poſuit pro indicabat,ut Vergilius: Degeneres animos timor arguit. Vacillabant ægrotatione.) Nonnulli codices ſcriptum habebant: Vacillabat ægrotatione feſſa. Vtraque lectio probe habet, niſi quod poſterior mihi magis arridet. Pallentem ac trementem.) Vtrunque conſequi ſolet morbum.Pallor ob uitiatos humores,& exhauſtum ſanguinem:& tremor ob uires extenuatas. Et ſemianimem in lectulum.) Hunc locum in omnibus deprauatum exemplaribus,ita re

B ſtituimus:Et ſemianimæ lectulum uallaret circulus propinquorum. Mariti orbitas.) Noue dixit mariti mortem, mariti orbitatem. Propoſiti ſe baptiſmo.) Significat illi in animo fuiſſe, monacham

3 fieri,ſed morte præuentam,nondum adiſſe monaſterium. Iraſceris Paula.) Apte ad affectus induxit Proſopopeiam,dum Chriſtum ipſum loquentem facit. Habeat Zenonem.) Zeno ſibi mortem conſciuit,ut quidam putant laqueo,ut alij inedia.Teſtis Laërtius in eius uita. Theombrotum.) Legendum eſt Cleombrotum. Is fuit adoleſcens Ambraciotes, qui de tecto ſe præcipitem dedit,ut patet ex Græco epigrãmate. Εἰ δ' ἐθέλεις τὸν παῖδα Κλεόμβροτον Ἀμβρακιώτην μιμοῦ, καὶ τέγεων σὸν δέμας ἐκχάλασον. Id eſt,Quod ſi uelis iuuenem Cleombrotum Ambraciotam imitare,& de tectis tuum corpus demitte. Catonem.) Vticenſem,qui gladio in uentrem adacto,ac manu reuulſis uiſceribus perijt, ut refert Plutarchus in eius uita. Ethnicæ comparatione ſuperaris.) Hanc apparet fuiſſe cognatam Paulæ, cuius meminit in epiſtola,cuius initium:Cum hora fermè tertia,ut uxor mentitur infelix.Mos autem erat ethnicis,ut uxores,manes maritorum pro dijs colerent, & in larario haberent, quaſi iam eſſent in

4 deorum numerum relati. Moyſes plangitur.) De Moyſi planctu, legis Deuteronomij capite ultimo,De Ioſue ſepulto abſq; fletus mentione,Ioſue capite ultimo. Conſequenter.) ἀκολούθως, id eſt,congruenter & merito,qua uoce ad eundem modum utitur & alibi. In Leuitico.) Cap. uigeſimoprimo legis de huiuſmodi. Et de ſanctis inquit.) Eſt eodem in loco.Super patre quoq; ſuo & matre,nõ contaminabitur,nec egredietur de ſanctis,ne polluat ſanctuariũ domini, quia oleum ſanctæ unctionis dei ſui ſuper eum eſt. Quo blandior.) Blandior hoc loco uerbum eſt,non nomen. Quas nunc exiſtimas.) Inducit alteram Proſopopeiam,cum filiam loquẽtem facit defunctam. Nunquam in meis moritura eſt.) Vide ut intellexerit diuus Hieronymus,ſua ſcripta ſemper uictura,in quibus immortalem famam pollicetur Bleſillæ.Neq; enim eſt ipſa ſibi incognita uirtus.Præſenſit & prædixit Horatius ac Vergilius ingenij ſui monumenta perpetuo uictura.Præſenſit & Ouidius.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulina Paulæ filia, poſt Bleſillam natu maxima, nupſerat Pammachio Iuueni docto cum primis & nobili.Qua defuncta, monachi propoſitum ſuſcepit, opes ſuas in pauperum ſubſidium elargiens. Laudat Hieronymus uxorem defunctam, adhortans maritum, ut in ſancto propoſito pergat: uerecunde ſignificans, ut in Bethlehem ſe conferat, anguſtia rei familiaris laborantem, & Paulæ ſocrui,

C Euſtochioq́ꝫ cognatæ ſeſe adiungat. Hæc epiſtola tametſi breuis eſt, tamen multum habet & eruditio-
nis & eloquentiæ, utpote ad uirum eruditum & eloquentem ſcripta, à uiro omnium & doctiſſimo &
eloquentiſſimo: Scripſit ad eundem & alia permulta.

## AD PAMMACHIVM CONSOLATIO SVPER obitu Paulinæ uxoris.

SAnato uulneri & in cicatricem ſuperductæ cuti, ſi medicina colorē reddere uo-
1 luerit, dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris inſtaurat. Ita &
ego ſerus conſolator, qui importune per biennium tacui, uereor ne nūc impor
tunius loquar, & attrectans uulnus pectoris tui, quod tempore & ratione cura
tum eſt, commemoratione exulcerē. Quæ enim aures tam duræ, quæ de ſilice exciſa præ-
2 cordia, & Hyrcanarū tigrium lacte nutrita, poſſunt ſine lachrymis Paulinę tuæ audire no
men? Quis parturientē roſam & papillatū corymbum, antequam in calathum fundatur
orbis, & tota rubentium foliorum pandatur ambitione, immature demeſſum, æquis ocu-
3 lis marceſcere uideat? Fractum eſt precioſiſſimū margaritum. Virens ſmaragdi gemma
contrita eſt. Quid boni habeat ſanitas, languor oſtendit. Plus ſenſimus quod habuimus,
poſtquam habere deſiuimus. In agro terræ bonæ, tres fructus legimus, centeſimū, ſexage
ſimum, & triceſimū. In tribus mulieribus & ſanguine & uirtute cōiunctis, tria Chriſti præ
mia recognoſco. Euſtochium uirginitatis flores metit. Paula laborioſam uiduitatis aream
terit. Paulina caſtum matrimonij cubile ſeruat. Tali filiarū mater fulta comitatu, totum in
terris uindicat quod Chriſtus promiſit in cœlo. Et ut quadrigā domus una emitteret ſan-
ctitatis, & fœminarū uirtutibus reſponderent uiri, additur comes Pammachius, uerū Eze
chielis Cherubim, cognatus, gener, maritus, imò frater amantiſſimus, quia ſancta conſor-
tia ſpiritus uocabula non tenent nuptiarū. Huic quadrigæ Ieſus præſidet. De his equis &
D Abacuc canit: Aſcende ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus. Impari curſu, pari animo
ad palmam tenditur. Diſcolores equi, ſed uoluntate cōcordes, unum aurigæ iugū trahūt,
non expectantes flagelli uerbera, ſed ad uocis hortamenta feruentes. Dicamus aliquid &
de philoſophis. Quatuor uirtutes deſcribunt Stoici, ita ſibi inuicē nexas, & mutuo cohæ-
rentes, ut qui unam nō habuerit, omnibus careat, prudentiā, iuſticiā, fortitudinē, temperā
tiam. Has omnes ſic habetis ſinguli, ut tamen emineatis in ſingulis. Prudētia in te, in ma-
tre iuſtitia, in uirgine fortitudo, in nupta temperantia prædicatur. Quid enim eo ſapiētius,
qui contempta mundi ſtultitia, Chriſtū ſequutus eſt, dei uirtutē & dei ſapientiā? Quid ma
tre iuſtius, quæ inter liberos opibus diſtributis, docuit diuitias contēnendo, quid filij ama
re deberent? Quid Euſtochio fortius, quæ nobilitatis portas, & arrogantiam generis cōſu
laris, uirginali propoſito fregerit, & in urbe prima, primū genus ſubiugauerit pudicitiæ?
Quid Paulina tēperantius? quæ legens illud Apoſtoli: Honorabiles nuptiæ & cubile im-
maculatum, nec ſororis felicitatē, nec matris continētiam auſa appetere, maluit in humilio
ribus tuta pergere, quàm pendulo gradu in ſublimioribus fluctuare? Quanquā illa ſemel
inito matrimonio: nihil aliud diebus ac noctibus cogitauerit, niſi ut reddito fructu nuptia
rum, ſecundū caſtimoniæ gradum arriperet, & tanti dux fœmina facti, uirum propoſito
ſuo iungeret, non relinquens ſalutis comitē, ſed expectans. Dumq́ꝫ crebris abortijs, & ex
4 perta fœcunditate cōceptuum, nō deſperat liberos, & ſocrus auiditatem, mariti'q́ꝫ triſticiā
præponit imbecillitati ſuæ. Paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo. Pro filio doloris, dexte
ræ uirum, deſiderij ſui peperit hæredem. Certisq́ꝫ autoribus didici illam: non primæ ſen-
tentiæ dei: Creſcite et multiplicamini, & replete terrā: nec officio coniugali ſeruire uoluiſſe,
ſed ad hoc optaſſe filios, ut Chriſto uirgines pareret. Legimus & uxorē ſacerdotis Phinees
audita captiuitate arcæ domini, ſubito uteri dolore correptā, ædidiſſe filiū Ichabod, & in-
ter manus & officia fœminarum, animā emiſiſſe cum prole. De prima, Beniamin, hoc eſt

A filius uirtutis ad dexteræ. De ſecunda inclytus ſacerdos dei, ex arcæ cognomine naſcitur.
5 Nobis poſt dormitionem ſomnumq; Paulinæ: Pammachium monachum eccleſia pepe-
rit poſthumum, & patris & coniugis nobilitate patritiũ, eleemoſynis diuitem, humilitate
ſublimem. Apoſtolus ſcribit ad Corinthios: Videte fratres uocationem ueſtram, quia nõ
multi ſapientes, nõ multi nobiles. Hoc naſcentis eccleſiæ rudimẽta poſcebant, ut granum
ſinapis paulatim in arborem creſceret, ut ſenſim euãgelij fermentum, totam eccleſiæ maſ-
ſam altius eleuaret. Noſtris tẽporibus Roma poſſidet, quod mundus ante neſciuit. Tunc
rari ſapientes, potẽtes, nobiles, Chriſtiani: Nunc multi monachi ſapientes, potentes, nobi-
les. Quibus cunctis Pãmachius meus ſapientior, potentior, nobilior: magnus in magnis,
primus in primis, ἀρχιστράτηγος monachorum. Tales Paulina morte ſua nobis liberos de-
dit quos uiuens cõcupiuerat poſſidere. Lætare ſterilis quæ nõ paris, erũpe & clama, quæ
non parturis, quoniã quot Romæ ſunt pauperes, tot filios repẽte genuiſti. Ardentes gẽ-
mæ, quibus ante collum & facies ornabãtur, egentiũ uentres ſaturant. Veſtes ſericæ & au
rum in fila lenteſcens, in mollia lanarũ ueſtimenta mutata ſunt, quibus repellatur frigus,
non quibus nudetur ambitio. Delitiarũ quondã ſupellectilẽ, uirtus inſumit. Ille cæcus ex-
tendens manum, & ſæpe ubi nemo eſt, clamitãs: hæres Paulinæ, cohæres Pãmachij eſt. Il-
lum truncũ pedibus, & toto corpore ſe trahentem, teneræ puellæ ſuſtentat manus. Fores
quæ prius ſalutãtium turbas uomebant, nunc à miſeris obſidentur. Alius tumenti aquali
culo mortem parturit, alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens unde roget, ma-
gis rogat, dum rogare nõ poteſt. Hic debilitatus à paruo, nõ ſibi mẽdicat ſtipẽ. Ille putre-
factus morbo regio: ſuperuiuit cadaueri ſuo. Non mihi ſi linguæ centũ ſint, oraq; cen-
6 tum: Omnia pœnarũ percurrere nomina poſſim. Hoc exercitu comitatus incedit, in
his Chriſtum confouet, horũ ſordibus dealbatur. Munerarius pauperũ, & egentiũ candi-
B datus, ſic feſtinat ad cœlum. Cæteri mariti ſuper tumulos coniugũ ſpargunt uiolas, roſas,
lilia, floresq; purpureos: & dolorem pectoris, his officijs cõſolantur. Pammachius noſter
ſanctam fauillam oſſaq; ueneranda, eleemoſynæ balſamis rigat. His pigmentis atq; odori
bus fouet cineres quieſcentes, ſciens ſcriptũ: ſicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemoſyna pec-
catum. Quantas uires habeat miſericordia, & quibus donãda ſit præmijs, beatus Cypria-
nus grãdi uolumine executus, & Danielis conſilium probat: qui regẽ impijſſimum ſi ſe au
dire uoluiſſet: ſcit pauperum ſuſtentatione ſaluandũ. Gaudet huiuſcemodi filiæ mater hæ
rede. Non dolet opes ad alium perueniſſe, quas cernit iiſdẽ quibus ipſa uoluerat, erogari.
Quin potius gratulatur abſq; labore ſuo, ſua uota cõpleri. Non enim ſubſtantiæ diminu
7 tio, ſed operarij cõmutatio eſt. Quis enim hoc crederet, ut cõſulum pronepos: & Furiani
germinis decus, inter purpuras ſenatorũ, furua tunica pullatus incederet, & nõ erubeſce-
ret oculos ſodalium, ut deridentes ſe derideret? Eſt confuſio quæ ducit ad mortem: & eſt
confuſio, quæ ducit ad uitam. Prima uirtus eſt monachi, contemnere hominum iudicia, &
ſemper Apoſtoli recordari, dicẽtis: Si adhuc hominibus placere uellem, Chriſti ſeruus nõ
eſſem. Tale quid & dominus loquitur ad prophetas: quod poſuerit faciẽ eorũ, quaſi urbẽ
æneam, & lapidẽ adamantinum: & columnã ferream, ne pauerent ad iniurias populi, ſed
impudentiã ſubſannantiũ, frontis rigore cõtererent. Ingenia liberaliter educata, facilius ue
recundia, q̃ metus ſuperat. Et quos tormenta nõ uincunt, interdũ uincit pudor. Non eſt
parum, uirũ nobilem, uirum diſertũ, uirũ locupletẽ, potentiũ in plateis uitare comitatum,
miſcere ſe turbis: adhærere pauperibus, ruſticis copulari, de principe uulgũ fieri. Sed quã-
to humilior, tãto ſublimior eſt. Lucet margaritũ in ſordibus, & fulgor gẽmæ puriſſimæ
etiam in luto radiat: Hoc eſt quod dominus repromiſit: Glorificãtes me, glorificabo. Alij
hoc intelligant de futuro, quando mœror uertetur in gaudiũ, & tranſeunte mũdo ſancto-
rũ corona nõ trãſit: Ego & in præſentiarũ uideo ſanctorũ promiſſa cõpleri. Anteq; Chri-
ſto tota mente ſeruiret: notus erat in ſenatu, ſed multi alij habebãt inſulas proconſulares.

Totus

C Totus orbis huiuſcemodi honoribus plenus eſt. Primus erat,ſed inter primos. Præcede-
bat alios dignitate,ſed & alios ſequebatur. Quãuis clarus honor,uileſcit in turba,& apud
uiros bonos indignior fit ipſa dignitas,quã multi indigni poſſidẽt. Vnde egregie de Cæ-
ſare Tullius,cũ quoſdã,ait,ornare uoluit,nõ illos honeſtauit,ſed ornamenta ipſa turpa-
uit. At nũc omnes Chriſti eccleſiæ Pãmachium loquuntur. Miratur orbis pauperẽ, quẽ
hucuſq; diuitẽ neſciebat. Quid cõſulatu illuſtrius? Annuus honor eſt, & poſtquàm alius
ſucceſſerit,prior deſinit. Latent in multitudine laureæ,& triũphi interdum,triũphantium
ſordibus polluuntur. Quod ante per manus patritias tradebatur,& ſola nobilitas poſſi-
debat,quo conſul Marius,uictor Numidiæ & Teuthonũ,atq; Cimbrorũ,ob ignobilita-
8 tem familiæ putabatur indignus: quod Scipio ultra annos pro uirtute meruit, nunc ſola
militia poſſidet,& agreſtia dudũ corpora,fulgẽs palma circũdat. Plus ergo accipimus, ꝙ
dedimus. Parua dimiſimus,& grãdia poſſidemus. Cẽtuplicato fœnore Chriſti promiſſa
redduntur. In tali & Iſaac quondã agro ſeuerat,qui paratus ad mortẽ, ante euangelium,
euangelicã portauit crucem. Si uis,inquit,perfectus eſſe,uade & uende omnia quæ ha-
bes,& da pauperibus,& ſequere me. Si uis perfectus eſſe. Sẽper grandia in audientium po
nuntur arbitrio. Et ideo uirginitatẽ Apoſtolus non imperat,quia dominus diſputans de
eunuchis,qui ſe caſtraſſent propter regna cœlorũ,ad extremum intulit: Qui poteſt cape-
re,capiat. Non eſt enim uolentis,neq; currẽtis,ſed miſerẽtis dei. Si uis perfectus eſſe. Nõ ti
bi imponitur neceſſitas,ut uolũtas præmium cõſequatur. Si uis ergo eſſe perfectus,& de-
ſideras eſſe quod prophetæ,quod Apoſtoli,quod Chriſtus eſt: uende,nõ partẽ ſubſtan-
tiæ,ne timor penuriæ infidelitatis occaſio ſit,& cũ Anania & Sapphira pereas,ſed uniuer
ſa quæ poſſides. Cumq; uẽdideris,da pauperibus,nõ locupletibus,nõ ſuperbis. Da quo
D neceſſitas ſuſtentetur,nõ quo augeantur opes. Cumq; legeris illud Apoſtoli: Boui triturã
ti os nõ alligabis: Et,dignus eſt operarius mercede ſua: Et,qui altario miniſtrãt, de altario
participant: memẽto quoq; huius ſententiæ: Habẽtes uictum & ueſtitũ,his cõtenti ſumus.
Vbi uideris fumare patinas,& Phaſides aues lentis uaporibus decoqui,ubi argenti pon-
dus,ubi feruentes Buricos mannos,comatulos pueros,precioſas ueſtes, picta tapetia, ibi
9 ditior eſt largitore cui largiendũ eſt. Pars ſacrilegij eſt: rem pauperũ dare nõ pauperibus.
Et tamen non eſt ſatis perfecto & conſummato uiro opes contemnere,pecuniam diſſipa-
re,& proijcere quod in momento,& perdi & inueniri poteſt. Fecit hoc Crates Thebanus
fecit Antiſthenes,fecerũt plurimi,quos uitioſiſſimos legimus. Plus debet Chriſti diſcipu-
lus præſtare,ꝙ mũdi philoſophus,gloriæ animal,& popularis auræ atq; rumorũ uena-
le mãcipiũ. Tibi nõ ſufficit opes contẽnere,niſi Chriſtũ ſequaris. Chriſtũ aũt ſequitur,qui
peccata dimittit,& uirtutũ comes eſt. Chriſtum ſcimus ſapientiam. Hic theſaurus in agro
ſcripturarũ naſcitur,hæc gemma multis emitur margaritis. Sin autem adamaueris capti-
uam mulierẽ,id eſt,ſapientiam ſecularem,& eius pulchritudine captus fueris: decalua eã,
& illecebras crinium atq; ornamẽta uerborũ cum emortuis unguibus ſeca. Laua eã pro-
phetali nitro,& tũc requieſcẽs cũ illa dicito: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius
amplexabitur me,& multos tibi fœtus captiua dabit,ac de Moabitide efficietur Iſraëlitis.
Chriſtus ſanctificatio eſt,ſine qua nemo uidebit faciẽ dei. Chriſtus redẽptio, idem redem-
ptor & preciũ. Chriſtus omĩa,ut qui omnia propter Chriſtũ dimiſerit,unũ inueniat ꝓ o-
mnibus,& poſſit libere proclamare: Pars mea dominus. Sẽtio te diuinis ardere doctri-
nis,nec temeritate quorũdã docere quod neſcias,ſed ante diſcere,quod docturus ſis. Sim
plices epiſtolæ tuæ olent ꝓphetas,Apoſtolos ſapiũt. Nõ cothurnatã affectas eloquentiã,
nec more puerorũ argutas ſentẽtiolas in clauſulis ſtruis. Cito turgẽs ſpuma dilabiť,& ꝙ-
uis grãdis tumor,cõtrarius ſanitati eſt. Scitũ eſt illud quoq; Catonis: Sat cito, ſi ſat bene.
Quod nos quondã adoleſcẽtuli cũ à ꝑfecto oratore in præfatiuncula diceret, riſimus. Me-
miniſſe te puto erroris mutui,quãdo omne Athenæũ ſcholaſticorũ uocibus conſonabat:

A Sat cito, ſi ſat bene. Felices, inquit Fabius, eſſent artes, ſi de illis ſoli artifices iudicarēt. Poë
tam nō poteſt noſſe, niſi qui uerſum poteſt ſtruere. Philoſophos nō intelligit, niſi qui ſcit
dogmatū uarietates. Manufacta et oculis patētia, magis probāt artifices. Noſtra quàm du
ra ſit neceſſitas, hinc potes animaduertere, quod uulgi ſtādū eſt iudicio, & ille in turba me
tuendus, quē cum uideris ſolum, deſpicias. Hoc præteriens tetigi, ut eruditis cōtentus au-
ribus: non magnopere cures, quid imperitorū de ingenio tuo rumuſculi iactitēt, ſed pro-
phetarum quotidie medullas bibas, Chriſti myſtes, patriarcharum ſymmyſtes. Siue le-
gas, ſiue ſcribas, ſiue uigiles, ſiue dormias, Amos tibi ſemper buccina in auribus ſonet. Hic
lituus excitet animā tuā: hoc amore furibundus, quære in lectulo tuo quem deſiderat ani
ma tua, & loquere cōfidēter: Ego dormio, & cor meum uigilat. Cumq; inueneris eū & te-
nueris, ne dimittas. Et ſi pauxillum dormitāti elapſus fuerit è manibus, noli protinus de-
ſperare. Egredere in plateas, adiura filias Hieruſalē: reperies eū cubantē in meridie, laſſum,
ebrium, noctis rore madefactum, inter greges ſodalium, in aromatū uarietatibus, inter po
ma paradiſi. Ibi ei da mām̄illas tuas, ſugat de erudito pectore, requieſcat inter medios cle-
11 ros, pēnæ colūbæ deargentatæ, & interiora eius in fulgore auri. Paruulus iſte & puer, qui
butyro & melle ſaginatur, qui inter caſeatos nutritus eſt mōtes, cito creſcit in iuuenē, uelo
citer in te hoſtes ſpoliat, mature prædatur Damaſcum, & regē uincit Aſſyrium. Audio
te Xenodochium in portu feciſſe Romano, & uirgā de arbore Abraham in Auſonio plā-
taſſe littore. Quaſi Aeneas noua caſtra metaris, & ſup undā Tyberis, ubi ille cogēte quon
12 dam penuria, cruſtis fatalibus & quadris patulis nō pepercit, tu uiculum noſtrū, id eſt, do
mum panis ædificas, & diuturnā famem, repentina ſaturitate compenſas. Euge noſter, ini
tia tranſgrederis, ſtatum ſummū tenes, de radice peruenis ad cacumen, primus inter mo-
nachos, in prima urbe, primū ſequeris patriarchā. Lot, quod interpretatur declinās, cāpe
B ſtria eligat, & iuxta Pythagoræ literā, facilia magis ac ſiniſtra ſectetur. Tu in arduis & ſa-
xoſis cū Sara tibi monumētum para. Iuxta ſit ciuitas literarum: deletiſq; gigantibus, filijs
13 Enakim, hæreditatē tuam, gaudium & riſus excipiat. Diues erat Abraham auro, argento,
pecore, poſſeſſione, ueſtibus: tantā habebat familiam, ut ad ſubitos nuncios iuuenibus ele
ctis, armare poſſet exercitum, & quatuor reges quos quinq; reges fugerant in Dan conſe
quutos occideret, & tamen poſt tam crebra hoſpitalitatis officia, dum non refutat homi-
nes, ſuſcipere meruit deū. Nō ſeruis, & ancillulis imperabat, ut miniſtrarēt hoſpitibus, nec
bonum quod exercebat per alios minuit, ſed quaſi reperta præda, cū Sara ſua humanitati
ſolus incubuit. Ipſe pedes lauit, ipſe pinguem uitulū portauit humeris de armēto. Stetit ut
ſeruus peregrinis prādentibus, & Saræ manibus coctos cibos, ieiunaturus appoſuit. Hæc
moneo frater chariſſime pietate qua te diligo, ut non ſolum pecuniam, ſed teipſum Chri-
ſto offeras, hoſtiā uiuam, ſanctā, placentē deo, rationabile obſequium tuum: & imiteris fi-
lium hominis, qui nō uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Et quod patriarcha alienis, hoc diſci
pulis & ſeruis magiſter exhibuit & dominus. Corium pro corio, & oīa quæ homo poſ-
ſidet, dare poteſt pro anima ſua. Sed tāge, inquit diabolus, carnes eius, niſi in faciē benedi-
xerit tibi. Scit hoſtis antiquus, maius cōtinentiæ quàm nummorum eſſe certamen. Facile
abijcitur, quod hæret extrinſecus: inteſtinū bellum periculoſius eſt. Coniuncta diſglutina
mus, unita diſſuimus. Zachæus diues erat, apoſtoli pauperes. Reddidit ille quadruplum
qđ rapuerat, diuiſitq; pauperibus medietatē ſubſtātiæ ſuæ quæ remāſerat, ſuſcepit Chri-
ſtū hoſpitē: ſalus facta eſt domui eius, & tamē quia paruulus erat, & Apoſtolicæ proceri-
tati ſe nō poterat extēdere, nō fuit in duodecim numero Apoſtolorū. Apoſtoli aūt quan-
tum ad diuitias nihil, quantum ad uoluntatē, totum mundum pariter reliquerunt. Si offe
ramus Chriſto opes cū anima noſtra, libēter ſuſcipiet. Si aūt quæ foris ſunt deo, quę intus
14 ſunt diabolo demus: nō eſt æqua partitio, & dicitur nobis: Nonne ſi recte offeras, & non
recte diuidas, peccaſti? Qđ patritij generis, primus inter primos monachos eſſe cœpiſti,

non tibi

14 non tibi ſit tumoris,ſed humilitatis occaſio,ſcienti filium dei factū filium hominis. Quan
C tumcunq; te deieceris,humilior Chriſto nō eris.Eſto,incedas nudis pedibus,fuſca tunica
ueſtiaris,æqueris pauperibus,inopum cellulas dignanter introeas,cæcorū oculus ſis, ma
nus debilium,pes claudorū,ipſe aquam portes,ligna concidas,focum extruas, ubi uincu
la?ubi alapæ?ubi ſputa?ubi flagella?ubi patibulū?ubi mors?Et cum omnia quæ dixi fe-
ceris,ab Euſtochio tua Paulaq; uinceris,ſi nō opere,certe ſexu. Ego quidem Romæ nō
eram,& tunc me tenebat eremus.Atq; utinam pertenuiſſet, quando ſocero tuo uiuente,
Toxotio ſeculo ſeruiebam.Sed tamen audio,quæ immundicias platearum ferre non po-
terant,quæ eunuchorum manibus portabantur,& inæquale ſolum moleſtius tranſcēde-
bant,quibus ſerica ueſtis oneri erat,& ſolis calor incendium:nunc ſordidatæ & lugubres
& ſui cōparatione forticulæ,uel lucernas concinnant,uel ſuccendunt focum, pauimenta
uerrunt,mundant legumina,holerū faſciculos in feruentē ollam deijciunt,apponunt mē
ſas,calices porrigunt,effundunt cibos,huc illucq; diſcurrunt.Et certe magnus uirginum
chorus cū illis habitat.Num huiuſcemodi miniſteria alijs imperare non poterāt? Sed no-
lunt uinci ab his labore corporū:quas ipſæ ſuperant uirtute animi. Hæc dico, non quod
de ardore mētis tuæ quicquam dubitem,ſed quo currentem impellam,& acriter dimican
ti,feruorem fauore augeam.Nos in iſta prouincia ædificato monaſterio,& diuerſorio pro
pter extructo,ne forte & modo Ioſeph cum Maria in Bethleem ueniens non inueniat ho-
ſpitium,tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorum , ut nec cœptū
opus deſerere,nec ſupra uires ferre ualeamus. Vnde quia penè nobis illud de euāgelio cō
tigit,ut futuræ turris nō ante computaremus expenſas , compulſi ſumus fratrem Pauli-
nianū ad patriā mittere,ut ſemirutas uillulas, quæ barbarorū effugerunt manus,& parē-
tum cōmunium cenſus uenderet,ne cœptū ſanctorū miniſteriū deſerētes,riſum maledicis
D & æmulis præbeamus.In calce epiſtolæ recordatus ſum quadrigæ ueſtræ & propoſito
quintam deeſſe Bleſillam,penè oblitus de ea loqui,quæ prima de uobis præceſſerit ad do
15 minum. Vere nunc quinq; in treis,ac duas uidemus eſſe diuiſas, illa cum ſorore Paulina
dulci ſomno fruitur,tu duarū medius,ad Chriſtum leuius ſubuolabis.

## SCHOLIA.

1 PLagam doloris inſtaurat.) Plagam doloris habēt quæ quidem uiderim exemplaria, ſed mendoſe,ni fallor.Nondum enim de uulnere animi loquitur,ſed de plaga corporis. Nam de animi plaga mox ſubijcit. Vnde legendum opinor,plagæ dolorem. Cum enim plaga ipſum uulnus ſignificet, & dolor animi ſit uulnus,non poteſt dici plaga doloris , niſi per appoſitionem,ut intelligas dolorem renouatum,qui eſt animi uulnus.At nō iteratur hic uulnus,ſed priſtini uulneris dolor recrudeſcit commemoratione cicatricem refricante. Tēpore & ratione.) Duo ſunt quæ dolorem animi leniunt,tempus ipſum,dies enim adimit ægritudinē, & ratio.

Særus conſolator.) Særus,uel quia poſt longum tempus,uel quia poſt tempus. De ſilice exciſa præcordia.) Rurſum alluſit ad Maronis carmen, quod ſuperius indicauimus: Sed duris genuit
2 te cautibus horrens Caucaſus , Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Paulinæ tuæ.) Tuæ dixit, quod olim fuerit uxor, & affectum addidit pronomine. Papillatum Corymbum.) Corymbum uocat faſtigiatum mucronem roſæ recentis, quæ nondum explicuit ſua folia.Vnde & parturientem appellat , quod uelut ad partum turgeat. Papillatum item à ſimilitudine papillarum fœminearum.

In Calathum fundatur.) Roſam folijs explicitam , ob ſimilitudinem Calathum uocat. Quemadmodum Vergilius in carmine de Roſa , ſi modo illius eſt: Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem , Prodens incluſi ſemina denſa croci. Foliorum pandatur ambitione.) Nam folia numerabantur in roſis,ut autor Plinius. Vnde uenuſte uocauit ambitionem roſæ,uelut oſtētantis ſuas opes. Comparat roſæ,nondum adultæ, puellam adhuc teneram. Et hoc imitatus ex Marone: Iam meditans folijs ſe numerare ſuis. Precioſiſſimum Margaritum.) Gemmarum precia mutantur cum ætatibus,ſicut & cæterarum rerum.Summum autem precium olim fuiſſe margaritis, hoc eſt unionibus, abunde teſtatur Plinius. Virens ſmaragdi.) Negant quicquam æque uirere, atq; ſmaragdum,
3 cuius gemmæ propria commendatio eſt uiror. Verum Ezechielis.) Cherubim Hebræis plenitudinem ſcientiæ ſonat,cuius myſtica deſcriptio eſt apud Ezechielem. Totum ſibi uendicat.) Quia pro una filia,t ot filias uirgines habebat ſpirituales.Nam Chriſtus in euāgelio centuplum pollicetur.

Imò

Imò frater.) Ita Paulus in epiſtolis ſuis uxorem ſuam ſororem appellat, ut ſentiunt ij, qui credunt
A Paulo fuiſſe uxorem. Nobilitatis portas.) Ita uocat ſtrepitum & ſplendorem amplæ fortunæ, allu-
dens ad nobilium palatia, quæ portas habẽt potius quàm fores. Tanti dux fœmina.) Venuſte quod
Maro dixit de Didone, torſit ad Paulinam, quæ uiro ſuo dux fuit ad pietatem amplectendam, & con-
temnendum mundum. Crebris abortijs.) Sæpius aborſum fecerat Paulina. Non abortit autem, ni-
ſi quæ concepit, etiam ſi uitio aliquo uel corporis, uel ſeminis fit, ut fœtus nondum maturus eijcia-
tur. Ex abortijs igitur intellexit ſe non eſſe ſterilem. Rachelis exemplo.) Rachel peperit בִּנְיָמִין
4 Beniamin, quod Hebraice ſonat filium dextræ, quo nomine pater infantem uocauit. Nam ipſa mo-
riens dolore partus appellauerat, בֶּן־אוֹנִי Benoni, id eſt, filium doloris mei. Virum deſiderij ſui.)
Pammachium intellige monachum. Illa in uotis habuit, quod filius fuit; unde & deſiderij uocat hære-
dem. Ichabod.) אִי־כָבוֹד Hebraice ſonat, cecidit gloria. Nam id nomen mater moriens impoſuit.
Refertur primi Regum cap. 4. De prima proles Beniamin.) Id eſt, de Rachele, quæ in partu perijt.
Vnde moriens mater, uocauit filium Benoni, id eſt, filium doloris mei. Sed pater commutauit illi no-
men, & uocauit Beniamin, id eſt, filium dextræ. Hiſtoria refertur Geneſis 35. Ex arcæ cognomine.)
Quod arca eſſet capta, ob id mater eum uocauit Ichabod, id eſt, cecidit gloria: ſic enim ſonat Hebrai-
ce. Poſthumum.) Poſthumi dicuntur, qui patre ſepulto naſcuntur. Nam matre defuncta, Paulinus
dum fit monachus, quaſi naſcitur eccleſiæ. Eleemoſynis diuitem &c.) Feſtiuiter contexuit cõtraria.
5 ἀρχιστρατηγός.) Id eſt, primus dux: translatum à militia. Qui præcedit uniuerſum exercitum, uocatur
ἀρχιστρατηγός Archiſtrategus. Salutantium turbas.) Domus potentum ſalutatorum officijs mane ce-
lebrantur. Alluſit autem Hieronymus ad carmen Vergilianum: Mane ſalutantum totis uomit ædi-
bus undam. In his autem omnibus eſt iucundiſſima rerum deſcriptio. Tumenti aqualiculo.) Hy-
dropicum ſignificat. Feſtiuiter autem dixit, parturit, ob tumorem uentris: Et mortem, ob morbum pe
nè immedicabilem. Debilitatus à paruo.) Taxat crudelitatem quorundam, qui pueris membra di-
ſtorquent ac frangunt, ut per hos mendicent. Vnde addidit: non ſibi mendicat, ſed ijs, à quibus produ-
citur. Morbo regio.) Quem Græci Ictericum uocant. Idem & aurigo dicitur, à colore, quem bilis
per omne corpus diffuſa gignit: unde putreſcat ſummum corpus neceſſe eſt. Et licet diutius aliquan-
6 do uiuant, tamen cadauer potius, quàm corpus circumferunt. Munerarij pauperum.) Munerarij
dicebantur, qui munus, hoc eſt, ludos aut ſpectaculum aliquod ædebant populo: quos Græci uocant
Agonothetas, quaſi dicas, certaminum poſitores. Itaq; Pammachium uocat munerarium pauperum,
B quod ut olim qui magiſtratum petebant, populi fauorem æditis muneribus captabant, Ita hic paupe-
rum fauorem conciliare largitionibus uideretur, ad emerendum regnum dei. Et ob id addidit, egen-
tium candidatus, quod per illorum ſuffragia ambiret, non magiſtratum, ſed cœlum. Nec citra empha-
ſim dixit, feſtinat. Nam exoneratus ſarcina diuitiarum, quas ſemel in pauperes erogauerat, celerius ire
poterat. Danielis conſilium.) Sic enim conſulit regi Nabuchodonoſor capite quarto. Quamobrem
rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs
pauperum, forſitan ignoſcet deus delictis tuis. Filia & mater.) Paulinam intelligit & Paulam. Cõ-
ſulum pronepos.) Nobilitatem exprimit Pammachij, qui proauum habuerit conſularem. Idẽ dixerat
7 ſuperius: Et patris & coniugis nobilitate clarum. Et Furiani germinis.) Vult eum à Furio Ca-
millo genus ducere. Furua tunica.) Furuum apud ueteres nigrum erat. Aulici proceres olim can-
didis ueſtiebantur, monachi nigro, ueluti lugentes. Quaſi urbem æneam.) Locus nonnihil diuer-
ſus habetur Ezechielis cap. 3. Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum, & frontem tuam
duriorem frontibus eorum, ut adamantem & ut ſilicem dedi faciem tuam. Infulas proconſulares.)
Tyaræ genus erat inſigne nobilitatis, ut nunc torquem auream collo geſtant. Quamuis clarus ho-
nos.) Quamuis dixit pro quantumuis: & quidem eleganter, ne quis ſciolus ſcripturam mutet. Per
manus patricias.) Nonnulli codices habebant, patricijs: & rectius, ni fallor, ut intelligas inſignia no-
bilitatis olim ſucceſſione ſolere contingere. Nam hoc eſt per manus tradere, cum alius alij tradit per
ſucceſſionem. Quo conſul Marius.) Marius quia nouus erat homo, quemadmodum & Cicero ui-
debatur indignus clauo conſulari, quanquam toties uictor, tot actis ex hoſte triumphis. Quod Sci-
8 pio ultra annos.) Scipio Africanus ob egregiam uirtutem ante annos legitimos conſulatum eſt aſſe-
quutus. Fulgens palma.) Opinor pro palma, legendum palla, ut intelligas ueſtem ſenatoriam.
Quanq; non ignoro palmatam togam olim fuiſſe ueſtem triumphalem, qua fortaſſe nobiles honoris
cauſa utebantur. Fœnore Chriſti.) Eleganter uſus eſt uerbo. Nam fœnus, quod à ferendo dicitur,
proprie eſt aruorum, quæ plus reddunt quàm acceperunt. Poſtea cœpit contra naturam pecunia
pecuniam parere. In tali agro.) Id eſt, tam fertili, qui centuplum reddat. Significat autem perfe-
ctionem Euangelicam. Lentis uaporibus.) Hoc eſt, exiguo igni, & paulatim: quemadmodum quæ
cruſtis triticeis inſepulta nunc coquuntur in clibano, ut pars delitiarum ſit etiam in ratione coquendi,
non tantum in genere cibi. Feruentes buricos mannos.) Manni nobilium equi uocabãtur, quibus
per urbem obequitabant. Horatius: Et Appiam mannis terit. Feruentes uocat, alacres & bene pa-
ſtos. Nam alioqui manni dicuntur, quod manui aſſueuerint. Quidam codices habebant buricos, qui-

A dam boricos,quidam omittunt hanc uocem.Fortè Buricos appellauit à ciuitate Achaiæ Buris,quod
illinc laudatiſſimi mitterentur. Pars ſacrilegij.) Partem uocat genus ſiue ſpeciem.Sacrilegium eſt
9 furtum rei ſacræ.At quod pauperibus eſt deſtinatum,id ueluti Chriſto dicatum eſt. Crates The-
banus.) Cynicus fuit, qui ſeruos proijcere aurum in media iuſſit Libya, quia tardius irent, propter
onus ſegnes. Et Antiſthenes.) Hic Cynicæ ſectæ princeps fuit & autor. Porrò Cynicorum erat,
nihil habere præter pallium,peram, & baculum. Sin autem adamaueris capt.&c.) Hæc lex refer-
tur Deuteronomij cap.21. Cothurnatam.) Id eſt,turgidam & tragicam:à cothurno calceamẽto tra-
gico. More puerorum.) Significat epiphonemata,quibus ipſe diuus Hieronymus libenter utitur.
Nec hic reprehendit,cum ait: More puerorum, ſed oſtendit hæc à pueris potiſſimum & ſolum affe-
ctari,qui ætate illa rhetorum floſculis ludebant:à uiris iam prouectis non item. In clauſulis.) Id eſt,
10 in fine narrationis, uel argumentationis. Nam hic adhibentur epiphonemata. Grandis tumor.)
Quod eſt corporum, tranſtulit ad ſtilum.Satius eſt habere corpus preſſum & ſanum,quàm tumidum
& malis diſtentum humoribus. Ita oratio melior eſt, quæ preſſa eſt, quàm exuberans ac tumens.
Erroris mutui.) Fatetur ſe non recte riſiſſe optimam ſententiam,quã ſenex uehementer probat.
Athenæum.) Locus erat Athenis Mineruæ ſacer,ubi ſuas artes ſinguli profitebãtur, quem locum
hodie Romæ ſophiam uocant.Hic accipit Athenæum pro quouis loco,ubi traduntur literæ. Fe-
lices inquit.) Quintilianus hoc dictum citat, nomine Fabij Pictoris. Dogmatum uarietates.) De-
creta ſeu placita philoſophorum, dogmata uocantur. Sunt autem alia dogmata Stoicorum,alia Peri-
pateticorum,alia Epicuræorum. Chriſti myſtes.) Myſtæ dicuntur, qui ſacris alicuius numinis ſunt
initiati. Symmyſtæ,qui iiſdem myſterijs ſunt initiati. Amos tibi buccina.) Alluſit ad hoc, quod eſt
apud hunc prophetam cap.2.Morietur in ſonitu Moab in clangore tubæ.Et rurſum cap.3.Si clanget
tuba in ciuitate,& populus non expaueſcet:Intelligit autem ardorem & impetum ad diuinas literas.
11 Paruulus iſte.) Alludit ad locum Eſaiæ cap.7.de puero, cui nomen emanuel,qui butyrum & mel
comeſurus dicitur:uidelicet ut cito grandeſcat,& ſciat reprobare malum & eligere bonum: & Aſſy-
rios populari &c. Commiſcuit autem hic multos ſacræ ſcripturæ locos,ex cantico amatorio,ex pſal-
mis,ex Eſaia,qui omnes huc ſpectant, ut aſſidua ſanctorum uoluminum euolutione meditationeq;
paretur ſolida quædam eruditio,non bracteata. Xenodochium.) ξενοδόχιον locus eſt, quo recipiun-
tur hoſpites, quæ uulgo hoſpitalia uocant, trito uocabulo magis quàm probo:à ξένος hoſpes, &
δέχομαι recipio. De arbore Abraham.) Reſpexit ad hiſtoriam, quæ refertur Geneſis capi.17.de
B Abraham tres angelos excipiente hoſpitio, & ſub arbore cibos reliquaq; hoſpitalitatis officia exhi-
bente. Huius arboris (quercum autem aiunt fuiſſe) ueſtigia ſua ætate extitiſſe, ſcribit Hieronymus
in epitaphio Paulæ.Quin & Aeneas cum ex fatalis cruſti mentione agnoſceret Italiam,ſub arbore ca-
12 piebat cibum. Cruſtis fatalibus.) Retulit fabulam, quæ eſt apud Vergilium libro Aeneidos tertio.
Celeno harpyia prædixerat ſocijs Aeneæ futurum,ut Italiam adirent:ſed non prius cõderent urbem,
quàm illos dira fames Ambeſas ſubigeret malis abſumere menſas.Idq; ita eueniſſe narrat in ſeptimo:
Conſumptis hic fortè alijs,ut uertere morſus. Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. Et
uiolare manu,malisq; audacibus orbem Fatalis cruſti,patulis nec parcere quadris Heus,etiam men-
ſas conſumimus,inquit,Iulus: Nec plura alludens,ea uox audita,laborum Prima tulit finem. Eu-
ge noſter.) Sermo eſt fauentis & applaudentis. Primum patriarcham.) Nempe Abraham,qui prin-
ceps eſt patriarcharum:is montana elegit & ardua. Campeſtria eligat.) Diuiſus eſt Lot à fratre ſuo,
propterea quod ob increſcentem familiæ gregisq; numerum,non caperet illos eadem regio. Lot decli-
nans ab Oriente,elegit ſibi regionem circa Iordanem undiq; irriguam: Abraham conceſſit in terram
13 Chanaan.Refertur Geneſis cap.13. Tu in arduis & ſaxoſis.) De Sara ſepulta in Hebron in ſpelun-
ca,legis Geneſis cap.23. Iuxta ſit ciuitas literarum.) Significat Cariath ſephor,quod Hebræis ſonat,
ciuitas literarum.Porrò uicum hũc uicinũ fuiſſe Hebron,ſatis indicat in epitaphio Paulæ: Atq; inde,
inquit,conſurgens,conſcendit Hebron,hæc eſt Cariath arbe. Moxq; ſubijcit:Noluit pergere ad Ca-
riath ſephor,id eſt,uiculum literarum. Deletisq; gigantibus.) Monſtra uitiorum intelligit. De his
legimus Numerorum 13.capi. Populus quem aſpeximus, proceræ,ſtaturæ eſt. Ibi uidimus monſtra
quædam filiorum Enak de genere giganteo:quibus cõparati,quaſi locuſtæ uidebamur. Sonat עֲנָקִים
Enakim Hebræis,fortes ac potentes:ut intelligas contemptum faſtum nobilium. Hæreditatem g-
cir.) Iſaac hæres & filius erat Saræ,id Hebraice ſonat gaudium ſiue riſus. Ex duris & arduis laboribus,
mentis bene ſibi conſciæ gaudium paratur. Rationabile obſequium.) Græce eſt τὴν λογικὴν λατρείαν,
id eſt, animi cultum: uidelicet ut teipſum offeras hoſtiam, qui rationalis es uictima. Id Paulus dixit
14 ad diſtinctionem pecudum brutarum, quas immolabant Iudæi. Si recte offeras.) Apparet hanc fu-
iſſe conuerſionem Septuaginta,cum Hebraica ſecus habeant:ut indicat diuus Hieronymus interpre-
tans Geneſis caput ſecundum. Oculus ſis cæcorum.) Alluſit ad locum Iob cap.29.Oculus fui cæco,
pes claudo. Sui comparatione forticulæ.) Id eſt,ſi ſecum ipſe conferantur, reputenturq; quales nunc
ſint,& quales aliquando fuerint,uidentur aliquanto fortiores ſeipſis. Lucernas concinnant.) Id eſt,
adaptant & componunt. Propter extructo.) Hic aduerbium eſt propter, non præpoſitio, ut Te-
rentius:

A rentius:Interdũ propter dormiet. Et modo non inueniat.) Quoniam olim non erat illis locus in di-
uerſorio,& idcirco reclinarũt puerũ in præſepio. Fratrẽ Paulinianum.) Hic indicat diuus Hierony-
mus,ſibi fuiſſe fratrem nomine Paulinianũ,quoniã addit cõmuniũ parentum.Huius & alibi meminit.
Habuit & ſororẽ,quam cõmendat alicubi ſuis amicis. Et ſemirutas uillulas.) Nam ipſe in catalogo
ſcriptorũ illuſtrium,oſtẽdit oppidũ Stridonis,in quo natus fuerat,à Gotthis ſubuerſum fuiſſe.Hic ue-
recunde rogat,ut Pãmachius ſuis opibus Bethlehemiticos ſumptus adiuuet,& illic faciat,quod in Ita-
15 lia extructo Xenodochio faciebat. In duas ac treis.) Alluſit ad proportiones Arithmeticas.Quinꝗ
nõ poſſunt diuidi in duas æquas parteis,ſed in duo & tria.Quatuor erãt Paulæ filiæ:quarũ Euſtochiũ
duntaxat ſuperfuit.Mater igitur unà cũ filiabus quinariũ efficiebat:tres erant defunctæ uita, duæ ſu-
pererant,Paula & Euſtochiũ:niſi fortè Pammachiũ uult eſſe quintum,ut excludas Ruffinam,quæ ſta-
tim in primo uitæ exordio perijt. Tu duarũ medius.) Verecunde inuitat Pãmachiũ, ut in Bethlehẽ
cõmigret,& Paulæ ſocrui Euſtochioꝗ ſeſe adiũgat.Nã Romæ nõ perinde cõmodũ eſſe Chriſtũ ſequi.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paula Romana,primariæ nobilitatis mulier, patre Rogato, matre Bleſilla,nupta fuit Toxotio:cui quatuor ædidit filias,Bleſillam,Paulinam,Euſtochium,quæ eadem dicta eſt Iulia, & Ruffinam:unum filium paterno nomine Toxotium. Marito defuncto,mundi contemptum cœpit profiteri,atque in eo propoſito uixit Romæ annos quinque.Deinde peragratis ſacris Iudææ locis,peragrata Aegypto ad Alexandriam uſque,in Bethlehem conſedit.Ibi quatuor inſtituit monaſteria.Vnum uirorum,tria uirginum:inter quas uiginti peractis annis,feliciter obijt diem. Huius epitaphium Hieronymus ſcribit ad Euſtochium filiam,in quo declarat quantam habuerit totius diuinæ ſcripturæ ſcientiam, & quàm paratam promptamꝗ memoriam.

## AD EVSTOCHIVM VIRGINEM epitaphium Paulæ matris.

1 SI cuncta corporis mei mẽbra uerterẽtur in linguas,& omnes artus humana uo-
ce reſonarẽt,nihil dignũ ſanctæ ac uenerabilis Paulæ uirtutibus dicerẽ. Nobi-
lis genere,ſed multo nobilior ſanctitate:potens quondã diuitijs, ſed nũc Chri-
B ſti paupertate inſignior.Gracchorũ ſtirps,ſoboles Scipionum,Pauli hæres,cu-
ius uocabulũ trahit,Martiæ Papyriæ matris Africani uera & germana progenies.Romæ
prætulit Bethlehem:& auro tecta fulgẽtia,informis luti uilitate mutauit. Non mœremus
quod talem amiſimus,ſed gratias agimus,quod habuimus imò habemus.Deo eñ uiuũt
omnia:& quicquid reuertitur ad dñm,in familiæ numero cõputatur. Quanꝗ amiſſio il-
lius,cœleſtis domus habitatio ſit:quæ quãdiu in corpore fuit, peregrinata eſt à domino,
& uoce ſemper flebili querebat̃,dicẽs:Heu mihi,quia peregrinatio mea prolõgata eſt, ha-
bitaui cũ habitãtibus Cedar,multũ peregrinata eſt anima mea.Nec mirum ſi planxerit ſe
uerſari in tenebris (hoc enim Cedar interpretatur) cũ mundus in maligno poſitus ſit: &
ſicut tenebræ illius,ita & lumen eius,luxꝗ in tenebris luceat,& tenebræ eam nõ cõprehẽ
derũt.Vnde et illud crebrius inferebat:Aduena ſum et peregrina ſicut omnes patres mei.
Et iterũ:Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto.Quoties aũt infirmitate corpuſculi (quã incredi-
bili abſtinentia,& duplicatis cõtraxerat ieiunijs) uexabatur,hoc in ore uoluebat:Subijcio
corpus meũ,& in ſeruitutẽ redigo:ne alijs prædicãs,ipſa reproba inueniar.Et: Bonum eſt
uinũ nõ bibere,& carnẽ non mãducare.Et:Humiliaui in ieiunio animã meam, & totum le
ctum meũ uerſaſti in infirmitate mea,& uerſata ſum in miſeria,dum mihi cõfigitur ſpina.
Atꝗ inter doloris aculeos,quos mira patiẽtia ſuſtinebat, quaſi apertos ſibi cœlos aſpice-
ret,loquebat̃: Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbæ: & uolabo & requieſcã? Teſtor Ieſum
& ſanctos eius,ipſumꝗ propriũ angelum, qui cuſtos fuit & comes admirabilis fœminæ,
me nihil in gratiã,nihil more blãdientiũ loqui:ſed quicquid dicturus ſum, pro teſtimonio
dicere:& minus eius eſſe meritis,quã totus orbis canit:ſacerdotes mirant̃,uirginũ chori de
ſiderant,monachorũ & pauperũ turbæ deplangũt.Vis lector eius breuiter ſcire uirtutes?
Omnes ſuos pauperes pauperior ipſa dimiſit. Nec mirũ, de proximis & familiola quã in
utroꝗ ſexu de ſeruis & ancillis in fratres ſororesꝗ mutauerat,iſta proferre: cũ Euſtochiũ
uirginẽ,& deuotã Chriſto filiam,in cuius cõſolationẽ libellus hic cuditur, procul à nobili

C genere,ſola fide & gratia diuitē reliquerit. Carpamus igitur narrandi ordinē. Alij altius
repetant,& à cunabulis eius,ipſisq; (ut ita dicā) crepundijs matrē Bleſillā,& Rogatū pro-
ferant patrem: quorū altera Scipionū Gracchorumq́; progenies eſt: alter per omnes ferè
Græcias uſq; hodie ſtemmatibus & diuitijs,ac nobilitate Agamēnonis fertur ſanguinem
trahere,qui decennali Troiam obſidione deleuit. Nos nihil laudabimus, niſi qđ propriū
eſt,& de puriſſimo ſanctæ mētis fonte profertur. Quanq; dñs atq; ſaluator in Euangelio
doceat apoſtolos,ſciſcitantes quid ſibi redditurus ſit,qui ſua pro nomine eius dimiſerunt,
centuplum in præſentiarū recepturos,& in futuro uitam æternam. Ex quo intelligimus,
nō laudis eſſe poſſidere diuitias,ſed pro Chriſto eas contemnere: non tumere ad honores,
ſed pro dei fide eos paruipēdere. Vere quod pollicitus eſt ſeruis ſuis et ancillis ſaluator,red-
didit in præſenti. Nam quæ unius urbis contēpſit gloriam,totius orbis opinione celebra-
tur: quā Romæ habitantem,nullus extra Romā nouerat: latentem in Bethlehem, & bar-
bara & Romana terra miratur. Cuius eñ gentis homines ad ſancta loca nō ueniūt? Quis
aūt in ſanctis locis præter Paulā,quod plus inter homines miraretur, inuenit? Hæc ſicut
inter multas gēmas precioſiſſima gemma micat,& iubar ſolis paruos igniculos ſtellarum
obruit & obſcurat: ita cunctorū uirtutes & potentias ſua humilitate ſuperauit: minimaq́;
fuit inter omnes,ut omnium maior eſſet. Et quāto ſe plus deijciebat, tāto magis à Chriſto
ſubleuabatur. Latebat,& nō latebat. Fugiendo gloriam,gloriam merebatur: quæ uirtutē
quaſi umbra ſequitur,& appetitores ſui deſerēs,appetit cōtemptores. Sed quid ago,nar-
randi ordinē prætermittens? Dum in ſingulis teneor,non ſeruo præcepta dicendi. Tali
igitur ſtirpe generata,iuncta eſt uiro Toxotio,qui Aeneæ & Iuliorum altiſſimū ſanguinē
trahit. Vnde etiā filia eius Chriſti uirgo Euſtochiū Iulia nuncupatur,& ipſe: Iulius à ma-
gno demiſſum nomen Iulo. Et hæc dicimus,nō quod habentibus grandia ſint,ſed quo
cōtemnentibus mirabilia. Seculi homines ſuſpiciūt eos,qui his pollēt priuilegijs. Nos lau-
D damus,qui pro ſaluatore iſta deſpexerint: & mirū in modum quos habentes paruipendi-
mus,ſi habere noluerint cōtemnentes,prædicamus. His inquā orta maioribus, & fœcūdi-
tate ac pudicitia probata: primū uiro,deinde propinquis, & totius urbis teſtimonio, cum
quinq; liberos ædidiſſet: Bleſillam,ſuper cuius morte eā Romæ cōſolatus ſum: Paulinā,
quæ ſanctū & admirabilem uirum & propoſiti & rerum ſuarum Pammachiū reliquit hæ-
redem: ad quē ſuper obitu eius paruulum libellum ædidimus: Euſtochiū,quæ nūc in ſan-
ctis locis uirginitatis & eccleſiæ monile precioſum eſt: Ruffinā, quæ immaturo funere piū
matris animū cōſternauit: & Toxotium,poſt quē parere deſijt,ut intelligeres eam nō diu
ſeruire uoluiſſe officio cōiugali,ſed mariti deſiderio,qui marem optabat,liberos ædidiſſe:
poſtq; uir mortuus eſt,ita eū planxit,ut prope ipſa moreretur: ita ſe conuertit ad domini
ſeruitutē,ut eius mortem uideretur optaſſe. Quid ego referā,amplæ & nobilis domus, &
quondam opulentiſſimæ,omnes penè diuitias in pauperes erogatas? Quid in cūctos cle-
mentiſſimum animū,& bonitatem etiam in eos, quos nunq; uiderat euagantem? Quis in-
opum moriens,nō illius ueſtimentis obuolutus eſt? Quis clinicorum nō eius facultatibus
3 ſuſtentatus eſt? Quos curioſiſſime tota urbe perquirens,dānum putabat, ſi quiſq; debilis
& eſuriens cibo ſuſtētaretur alterius. Spoliabat filios,& inter obiurgātes propinquos, ma-
iorem ſe eis hæreditatē,Chriſti miſericordiam,dimittere loquebatur. Nec diu potuit ex-
celſi apud ſeculū generis,& nobiliſſimæ familiæ uiſitationes & frequentiā ſuſtinere: Mœ-
rebat honore ſuo,& ora laudantiū declinare ac fugere feſtinabat. Cumq; Orietis & Occi-
dentis epiſcopos ob quaſdā eccleſiarū diſſenſiones Romā imperiales literæ contraxiſſent,
uidit admirabiles uiros,Chriſtiq; pontifices,Paulinum Antiochenæ urbis epiſcopum, &
4 Epiphanium Salaminæ Cypri,quæ nūc Conſtantia dicitur: quorum Epiphanium etiam
hoſpitem habuit: Paulinū in aliena manentem domo,quaſi proprium,humanitate poſſe-
dit. Quorū accenſa uirtutibus,per momenta patriam deſerere cogitabat. Non domus,nō

liberorum,

A liberorum,non familiæ,nõ poſſeſſionum,nõ alicuius rei,quæ ad ſeculũ pertinet,memor:
ſola (ſi dici poteſt) & incomitata ad eremũ Antoniorũ atq; Paulorum pergere geſtiebat.
Tandemq́; exacta hyeme,aperto mari,redeũtibus ad eccleſias ſuas epiſcopis, & ipſa uoto
cum eis ac deſiderio nauigauit. Quid ultra differo? Deſcendit ad portũ,fratre,cognatis,af
finibus:& (quod his maius eſt) liberis proſequẽtibus,& clemẽtiſſimam matrẽ pietate uin
cere cupientibus. Iam carbaſa tendebantur,et remorũ ductu nauis in altũ protrahebatur.
Paruus Toxotius ſupplices manus tendebat in littore. Ruffina iam nubilis,ut ſuas expe-
ctaret nuptias,tacẽs fletibus obſecrabat. Et tamẽ illa ſiccos tẽdebat ad cœlũ oculos,pieta-
tem in filios,pietate in deũ ſuperans. Neſciebat ſe matrẽ,ut Chriſti probaret ancillã. Tor-
quebantur uiſcera,& quaſi à ſuis mẽbris diſtraheretur,cũ dolore pugnabat:in eo cunctis
5 admirabilior,quod magnã uinceret charitatẽ. Inter hoſtium manus & captiuitatis duram
neceſſitatẽ nihil crudelius eſt,quàm parẽtes à liberis ſeparari. Hoc contra iura naturæ ple-
na fides patiebatur,imò gaudẽs animus appetebat:& amorem filiorum maiore in deum
amore cõtemnẽs,in ſola Euſtochio,quæ & ꝓpoſiti & nauigationis eius comes erat,acqui
eſcebat. Sulcabat interim nauis mare,& cunctis qui cũ ea uehebãtur littora reſpiciẽtibus,
ipſa auerſos tenebat oculos,ne uideret quos ſine tormẽto uidere nõ poterat. Fateor,nulla
ſic amauit filios,quibus anteq; proficiſceretur,cuncta largita eſt:exhæredãs ſe in terra,ut
hæreditatẽ inueniret in cœlo. Delata ad inſulã Pontiam,quã clariſſimæ quondã fœmina
rum ſub Domitiano principe pro cõfeſſione nominis Chriſtiani,Flauiæ Domicillæ nobi
litauit exilium:uidensq́; cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat,ſumptis fidei
alis,Hieroſolymam & ſancta loca uidere cupiebat. Tardi erãt uenti,& omnis pigra uelo-
citas. Inter Scyllam & Charybdim Adriatico ſe credens pelago, quaſi per ſtagnum uenit
6 Methonen,ibiq; refocillato paululũ corpuſculo: Et ſale tabẽtes artus in littore ponens,
7 B Per Maleam,& Cytheram ſparſaſq; per æquor Cycladas,& crebris freta cõcita terris:
Poſt Rhodũ & Lyciam tandẽ uidit Cyprum:ubi ſancti & uenerabilis Epiphanij pedibus
prouoluta,decem ab eo diebus retenta eſt:non in refectionem,ut ille arbitrabatur, ſed in
opus dei,ut re cõprobatũ eſt. Nã omnia illius regionis luſtrans monaſteria,prout potuit,
refrigeria ſumptuũ fratribus dereliquit,quos amor ſancti uiri de toto illuc orbe cõduxe-
8 rat. Inde breui curſu tranſfretauit Seleuciã,de qua aſcendens Anthiochiã,ſancti confeſſo-
ris Paulini modicum charitate detenta,media hyeme, calẽte ardore fidei,fœmina nobilis:
quæ prius eunuchorũ manibus portabatur,aſello ſedens profecta eſt. Omitto Cœles Sy
9 riæ & Phœnices iter (neq; enim hodœporicon eius diſpoſui ſcribere) ea tãtum loca nomi
nabo,quæ ſacris uoluminibus cõtinẽtur. Bærytõ Romana colonia,& antiqua urbe Sido
ne derelicta,in Sareptæ littore Heliæ eſt ingreſſa turriculã:in qua adorato domino ſalua-
10 tore:per arenas Tyri,in quibus genua Paulus fixit,peruenit ad Coth,quę nũc Ptolemais
dicitur:& per cãpos Mageddo,Ioſiæ necis conſcios,intrauit terrã Philiſtijm. Mirata rui-
nas Dor,urbis quondã potẽtiſſimę:& uerſa uice Stratonis turrim ab Herode rege Iudææ
11 in honorẽ Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncupatam,in qua Cornelij domum, Chriſti ui
dit eccleſiam,& Philippi ædiculas,& cubicula quatuor uirginũ prophetarũ. Deinde An
tipatrida ſemirutũ oppidulum, quod de patris nomine Herodes uocauerat:& Lyddam
12 uerſam in Dioſpolim. Dorcadis atq; Aeneæ reſurrectione ac ſanitate inclytã. Haud pro-
cul ab ea Arimathiam uiculũ Ioſeph,qui dominũ ſepeliuit:& Nobe urbem quondam ſa-
cerdotum,nunc tumulum occiſorum. Ioppen quoq; fugientis portum Ionæ; & (ut ali-
13 quid perſtringã de fabulis poëtarum) religatæ ad ſaxum Andromades ſpectatricẽ. Repe
14 titoq; itinere Nicopolim,quæ prius Emaus uocabatur,apud quã in fractiõe panis cogni
tus dominus,Cleophæ domũ in eccleſiam dedicauit. Atq; inde proficiſcẽs,aſcẽdit Betho
ron inferiorẽ & ſuperiorẽ,urbes à Solomone conditas,ſed uaria poſtea bellorum tempe-
ſtate deletas:ad dexterã aſpiciẽs Haialon & Gabaon,ubi Ieſus filius Naue cõtra quinque

C reges dimicans,ſoli imperauit,& lunæ:& Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impe-
trati,in aquarios lignarioſq; damnauit. In Gabaon urbe uſq; ad ſolũ diruta,paululũ ſub
15 ſtitit,recordata peccati eius,& cõcubinæ in fruſta diuiſæ,& tribus Bẽiamin trecẽtos uiros
propter Paulum apoſtolũ reſeruatos. Quid diu moror? Ad leuam mauſoleo Helenæ de-
relicto,quæ Adiabenorũ regina in fame populũ frumẽto iuuerat,ingreſſa eſt Hieroſoly-
16 mam urbem trinominem,Iebus,Salem,Hieruſalẽ,quæ ab Helio poſtea Hadriano,de rui-
nis,& cineribus ciuitatis in Heliam ſuſcitata eſt. Cumq́; proconſul Palæſtinæ,qui familiã
eius optime nouerat,præmiſſis apparitoribus iuſſiſſet parari prætorium,elegit humilem
cellulam:& cuncta loca tãto ardore ac ſtudio circumiuit,ut niſi ad reliqua feſtinaret,à pri-
mis nõ poſſet abduci. Proſtrataq́; ante crucẽ,quaſi pendentẽ dominũ cerneret,adorabat.
Ingreſſa ſepulchrũ,reſurrectiõis oſculabatur lapidem, quẽ ab oſtio monumẽti amouerat
angelus. Et ipſum corporis locũ,in quo dñs iacuerat,quaſi ſitiens deſideratas aquas,fide-
li ore lambebat. Quid ibi lachrymarum,quãtum gemituũ,quid doloris effuderit,teſtis eſt
cuncta Hieroſolyma:teſtis eſt ipſe dominus,quẽ rogabat. Vnde egrediens aſcendit Sion,
quæ in arcẽ uel ſpeculã uertitur. Hanc urbem quondam expugnauit & reædificauit Da-
17 uid. De expugnata ſcribitur: Væ tibi ciuitas Ariel,id eſt,leo dei:et quondã fortiſſima,quã
expugnauit Dauid. De ea quæ ædificata eſt,dictũ eſt: Fundamenta eius in montibus ſan-
ctis:diligit dominus portas Sion,ſuper omnia tabernacula Iacob. Non eas portas,quas
hodie cernimus in fauillã & cinerem diſſolutas:ſed portas,quibus nõ præualet infernus,
& per quas credẽtium ad Chriſtũ ingreditur multitudo. Oſtendebatur illi columna eccle
ſiæ porticum ſuſtinẽs,infecta cruore domini,ad quam uinctus dicitur & flagellatus. Mõ-
ſtrabatur locus,ubi ſuper centum uiginti credentiũ animas ſpiritus ſanctus deſcẽdiſſet,ut
18 Iohelis uaticiniũ compleretur. Deinde facultatula ſua pauperibus atq; conſeruis diſtribu-
D ta,perrexit ad Bethlehẽ,& in dextera parte itineris ſtetit ad ſepulchrũ Rachel, in quo ma-
ter Beniamin,nõ ut uocauerat moriẽs,Benoni,hoc eſt,filius doloris mei:ſed ut pater pro-
phetizauit in ſpiritu,filium dextræ procreauit. Atq; inde Bethlehẽ ingreſſa,& in ſpecum
ſaluatoris introiẽs:poſtq; uidit ſacrũ uirginis diuerſoriũ,& ſtabulum in quo agnouit bos
poſſeſſorem ſuũ,& aſinus præſepe domini ſui:ut illud impleretur, quod in eodẽ prophe-
ta ſcriptum eſt: Beatus qui ſeminat ſuper aquas,ubi bos & aſinus calcant:me audiente iu-
rabat,cernere ſe oculis fidei infantẽ pannis inuolutum:uagientem in præſepe dominum.
19 Magos adorantes,ſtellam fulgentẽ deſuper,matrem uirginẽ, nutritium ſedulum,paſto-
res nocte uenientes,ut uiderent uerbũ quod factum erat:& iam tunc euangeliſtæ Ioannis
principium dedicarent: In principio erat uerbũ,& uerbũ caro factum eſt. Paruulos inter-
fectos,Herodem ſæuientem,Ioſeph & Mariã fugiẽtes in Aegyptum. Mixtiſq́; gaudio la-
chrymis,loquebatur: Saule Bethlehẽ domus panis,in qua natus eſt ille panis,qui de cœlo
deſcendit. Salue Ephrata regio uberrima,atq; καρποφόρε, cuius fertilitas deus eſt. De te quõ-
dam Michæas uaticinatus eſt,& tu Bethlehem domus Ephrata,nõ minima es in milibus
Iuda. Ex te mihi egredietũ,qui ſit princeps in Iſraël:& egreſſus eius ab initio à diebus æter-
nitatis. Propterea dabis eos uſq; ad tẽpus parientis. Pariet,& reliquiæ fratrũ eius conuer-
tentur ad filios Iſraël. In te enim natus eſt princeps,qui ante luciferũ genitus eſt:cuius de
patre natiuitas,omnẽ excedit ætatem. Et tamdiu in te Dauidici generis origo permanſit,
donec uirgo pareret,& reliquiæ populi credẽtis in Chriſtũ,cõuerterẽtur ad filios Iſraël,et
libere prædicarẽt: Vobis oportebat primũ loqui uerbum dei:ſed quoniã repuliſtis illud,
& indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ,ecce cõuertimur ad gẽtes. Dixerat enim deus: Nõ
ueni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et eo tẽpore Iacob ſuper eo uerba completa ſunt:
Non deficiet princeps ex Iuda,& dux de femoribus eius:donec ueniat,cui repoſitũ eſt,&
ipſe erit expectatio gentiũ. Bene Dauid iurabat,bene uota faciebat,dicẽs: Si introiero in ta
bernaculum domus meæ,ſi aſcẽdero in lectum ſtrati mei:ſi dedero ſomnum oculis meis,

& palpebris

C & palpebris meis dormitationē,& requiem temporibus meis,donec inueniam locum do-
mino,tabernaculū deo Iacob:& ſtatim quid deſideraret expoſuit, atq; oculis prophetali-
bus,quē nos ueniſſe iam credimus,ille uenturū eſſe cernebat.Ecce audiuimus eū in Ephra
21 20 ta,inuenimus eum in cāpis ſyluæ.Vau quippe ſermo Hebraicus,ut te docente didici,non
Mariā matrem domini,hoc eſt, αὐτὴν, ſed ipſum,id eſt, αὐτὸν ſignificat.Vnde loquitur con
fidenter:Introibimus in tabernaculum eius,adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius.
Et ego miſera atq; peccatrix,digna ſum iudicata deoſculari præſepe,in quo dn̄s paruulus
uagijt?Orare in ſpelunca,in qua uirgo puerpera dn̄m fudit infantem?Hæc requies mea,
quia domini mei patria eſt.Hic habitabo, quoniam ſaluator elegit eam. Paraui lucernam
Chriſto meo.Anima mea illi uiuet,& ſemen meū ſeruiet ipſi.Haud procul inde deſcendit
ad turrim Ader,id eſt,gregis:iuxta quā Iacob pauit greges ſuos,& paſtores nocte uigilan
tes audire meruerūt:Gloria in excelſis deo,& ſuper terrā pax hominibus bonæ uolūtatis.
Dumq; ſeruāt oues,inuenerūt agnum dei puro & mundiſſimo uellere, quod in ariditate
totius terræ cœleſti rore completū eſt:& cuius ſanguis tulit peccata mundi,& extermina- Vel cōplutus
22 torē Aegypti,litus in poſtibus fugauit.Statimq; cōcito gradu,cœpit per uiam ueterē per-
gere,quæ ducit Gazam,ad potentiā uel ad diuitias dei,& tacita ſecum uoluere, quomodo
Eunuchus Aethiops gentiū populos præfigurans,mutauerit pellem ſuam: & dum uetus
23 relegit inſtrumentum,fontem repperit Euāgelij.Atq; inde ad dexterā tranſit. A Bethſur
uenit Eſcol,quæ in botrum uertitur.Vnde in teſtimoniū terræ fertiliſſimæ,& in typū eius
qui dicit:Torcular calcaui ſolus,& de gētibus nō eſt uir mecum:exploratores botrum mi
24 ræ magnitudinis portauerunt.Nec poſt longū ſpatium intrauit Saræ cellulas,uidēs incu
nabula Iſaac,& ueſtigia quercus Abrahā, ſub qua uidit diem Chriſti,& lætatus eſt.Atq;
25 inde cōſurgens,aſcendit Chebron:hæc eſt Cariath arbe,id eſt,oppidum uirorū quatuor,
D Abraham,Iſaac,Iacob,& Adam magni,quem ibi conditum,iuxta librum Ieſu Naue He-
bræi autumant:licet pleriq; Caleb quartum putent,cuius ex latere memoria monſtratur.
His inſpectis,noluit pergere ad Cariathſephor,id eſt,uiculū literarū: quia contemnens oc
cidentem literam,reppererat ſpiritum uiuificantem.Magiſq; mirabatur ſuperiores & in-
feriores aquas,quas Othoniel filius Iephone, Zenez pro auſtrali terra & arida poſſeſſio-
ne ſuſceperat:& aquarū ductu,ſiccos prioris inſtrumēti agros faciebat irriguos: ut redem
ptionem ueterum peccatorū,in aquis baptiſmi reperiret.Altera die,orto iam ſole, ſtetit in
26 ſupercilio Caphar Barucha,id eſt,uillæ benedictionis: quem ad locum Abraham domi-
num proſequutus eſt.Vnde latam deſpiciens ſolitudinem,ac terram quondam Sodomæ
& Gomorræ,Adamæ,& Seboim, contemplata eſt balſami uineas in Engaddi, & Segor
uitulam conternantem,quæ prius Bala uocabatur:& in Zoaram,id eſt,paruulam, Syro
ſermone tranſlata eſt.Recordabatur ſpeluncæ Lot,& uerſa in lachrymas, uirgines ſocias
27 admonebat, cauendum eſſe uinum, in quo eſt luxuria, cuius opus Moabitæ ſunt &
28 Ammonitæ.Diu hæreo in meridie,ubi ſponſa cubantem repperit ſponſum,& Ioſeph in-
29 ebriatus eſt cum fratribus ſuis.Reuertar Hieroſolymam,& per Thecuam atq; Amos ru-
tilantem montis Oliueti crucem aſpiciam,de quo ſaluator aſcendit ad patrem.In quo per
annos ſingulos uacca ruffa in holocauſtum domino cremabatur,& cuius cinis expiabat
30 populū Iſraël:in quo iuxta Ezechielem,Cherubim de tēplo trāſmigrantes, eccleſiā domi-
ni fundauerunt.Poſt ingreſſa ſepulchrum Lazari,Mariæ & Marthæ uidit hoſpitium, &
Bethphage uillam ſacerdotalium maxillarum:& locum in quo pullus laſciuiens gentiū,
dei frena ſuſcepit: apoſtolorumq; ſtratus ueſtibus, mollia terga præbuit ad ſedendum.
Rectoq; itinere deſcendebat Hiericho, recogitans illum de Euangelio uulneratum,ac ſa
31 cerdotibus & leuitis,mentis feritate prætereuntibus,clemētiam Samaritæ,id eſt cuſtodis:
qui ſeminecem ſuo iumento impoſitum,ad ſtabulum eccleſiæ deportauit.Et locum Ado
mim,quod interpretatur ſanguinum,quia multus in eo ſanguis crebris latronum funde-

C batur incurſibus.Et arborē ſycomorū Zachæi,id eſt,bona pœnitentiæ opera,quibus cru
enta dudum & noxia rapinis,peccata calcabat:excelſumq; dominū de excelſo uirtutū in-
tuebatur.Et iuxta uiam cæcorum loca,qui receptis luminibus utriuſq; populi credētis,in
32 dominū ſacramēta præmiſerāt.Ingreſſa Hiericho,uidit urbē quā fundauit Hazel in Abi-
ram primogenito ſuo,& cuius portas poſuit in Segub nouiſſimo filiorū.Intuita eſt caſtra
Galgalæ,& aceruū præputiorū,& ſecūdæ circūciſionis myſterium:& duodecim lapides,
qui de Iordanis illuc tranſlati alueo,duodecim apoſtolorū fundamēta firmauerāt:& fon-
33 tem quondā legis amariſſimū & ſterilē,quem uerus Heliſæus ſua condiuit ſapientia & in
dulcorem ubertatemq; conuertit.Vix nox tranſierat,feruentiſſimo æſtu uenit ad Iorda-
nē.Stetit in ripa fluminis,& orto ſole,ſolis iuſtitiæ recordata eſt,quomodo in medio am-
nis alueo ſicca ſacerdotes poſuerint ueſtigia:& ad Heliæ & Heliſæi imperium,ſtātibus ex
utraq; parte aquis,iter unda præbuerit,pollutaſq; diluuio aquas,& totius humani gene-
34 ris interfectiōe maculatas,ſuo dominus mūdauerit baptiſmate.Lōgū eſt ſi uelim de ualle
Achor dicere,id eſt,tumultus atq; turbarū,in qua furtū & auaricia condemnata eſt:& de
Bethel domo dei,in qua ſuper nudā humum,nudus & pauper dormiuit Iacob:& poſito
ſubter caput lapide,qui in Zacharia ſeptē oculos habere deſcribitur:& in Eſaia lapis dicit
angularis:uidit ſcalā uſq; ad cœlū tēdentē,in qua dominus deſuper innitebatur,aſcenden
tibus porrigens manū,& negligentes de ſublimi præcipitans.Sepulchra quoq; in monte
Ephraim Ieſu filij Naue,& Eleazari filij Aaron ſacerdotis,è regione uenerata eſt:quorum
35 alter conditus eſt in Tannathſare à ſeptētrionali parte mōtis Gaas:alter in Gabaa filij ſui
Phinees:ſatiſq; mirata eſt,quod diſtributor poſſeſſionū ſibi mōtana & aſpera delegiſſet.
Quid narrē Silo,in qua altare dirutū hodieq; mōſtratur,& raptum Sabinarū à Romulo,
36 tribus Beniamitica præcucurrit.Tranſiuit Sichem,non ut pleriq; errātes legunt Sichar,
quæ nūc Neapolis appellatur,& ex latere mōtis Garizim extructam circa puteum Iacob 4
intrauit eccleſiā:ſuper quo reſidens dominus,ſitienſq; & eſuriens,Samaritanæ fide ſatia- 1
D tus eſt:quæ quinq; Moſaicorū uoluminum uiris,ſextoq;,quem ſe habere iactabat,errore
Doſithei derelicto,uerum Meſſiam,& uerum repperit ſaluatorē.Atq; inde diuertens,ui-
dit duodecim patriarcharū ſepulchra:& Sebaſten,id eſt,Samariam:quæ in honorem Au
guſti ab Herode Græco ſermone Auguſta eſt nominata.Ibi ſiti ſunt Heliſæus & Abdias
prophetæ:& (quo maior inter natos mulierū nō fuit) Ioannes Baptiſta. Vbi multis intre
muit cōſternata mirabilibus:nāq; cernebat uarijs dæmones rugire cruciatibus,& ante ſe-
pulchra ſanctorū ululare homines more luporum,uocibus latrare canum,fremere leonū,
ſibilare ſerpentū,mugire taurorū.Alios rotare caput,& poſt tergū terrā uertice tangere:
ſuſpēſiſq; pede fœminis,ueſtes defluere in faciē.Miſerebatur omniū,& per ſingulos effu-
ſis lachrymis,Chriſti clementiā deprecabatur.Et ſicut erat inualida,aſcēdit pedibus mon-
tem:in cuius duabus ſpeluncis,perſequutionis & famis tēpore,Abdias propheta centum
prophetas aluit pane & aqua.Inde cito itinere percucurrit Nazareth nutriculam domini,
37 Chanaan & Capharnaum,ſignorū eius familiares.Lacum Tyberiadis,nauigante domi-
no ſanctificatū:& ſolitudinem,in qua multa populorum milia paucis ſaturata ſunt pani-
bus,& de reliquijs ueſcentium repleti ſunt cophini duodecim tribuū Iſraël.Scādebat mō-
38 tem Thabor,in quo trāſfiguratus eſt dominus.Aſpiciebat procul mōtes Hermon & Her
moniū,& cāpos latiſſimos Galilææ,in quibus Siſara & omnis exercitus eius,Barach uin-
cente proſtratus eſt.Torrens Ciſon,qui mediā planiciem diuidebat,& oppidū iuxta Na-
im,in quo uiduæ ſuſcitatus eſt filius,monſtrabatur.Dies me prius quàm ſermo deficiet,ſi
uoluero cuncta percurrere,quæ Paula uenerabilis fide incredibili peruagata eſt.Trāſibo
39 ad Aegyptū,& in Sochoth atq; apud fontē Sampſon,quē de molari maxillæ dente pro-
duxit,ſubſiſtam parumper:& arentia ora colluam,ut refocillatus uideam Moraſthim,ſe-
pulchrum quondam Micheæ prophetæ,nunc eccleſiam.Et ex latere derelinquam Chor

reos,

A reos,& Getheos,Mareſa,Idumæam,& Lachis:& per arenas molliſſimas pergentiũ ueſti-
gia ſubtrahẽtes,latamq́; eremi uaſtitatẽ,ueniã ad Aegypti fluuium Sior,qui interpretatur
turbidus:& quinq; Aegypti tranſeã ciuitates,quæ loquũtur lingua Chananitide,& terrã
Geſſen,& campos Taneos,in quibus fecit deus mirabilia.Et urbẽ No,quæ poſtea uerſa
eſt in Alexandriã:& oppidum domini Nitriam,in quo puriſſimo uirtutũ nitro ſordes la-
uantur quotidie plurimorũ.Quod cũ uidiſſet,occurrente ſibi ſancto & uenerabili epiſco-
41 po Iſidoro cõfeſſore,& turbis innumerabilibus monachorũ,ex quibus multos ſacerdota
lis & leuiticus ſublimabat gradus:lætabatur quidẽ ad gloriã domini,ſed ſe indignã tanto
honore fatebatur.Quid ego narrem Macarios,Arſetas,Serapionas,& reliqua columna-
rum Chriſti nomina?Cuius nõ intrauit cellulam?quorum pedibus nõ aduoluta eſt? Per
ſingulos ſanctos Chriſtum ſe uidere credebat:& quicquid in illos cõtulerat,in dominum
contuliſſe lætabatur.Mirus ardor,& uix in fœmina credibilis fortitudo. Oblita ſexus &
fragilitatis corporeæ,inter tot milia monachorũ cũ puellis ſuis habitare cupiebat.Et forſi
tan cunctis eã ſuſcipiẽtibus impetraſſet,ni maius ſanctorũ locorũ retraxiſſet deſiderium.
Atq; propter feruẽtiſſimos æſtus de Peluſio Maioniam nauigatiõe perueniens,tanta ue-
locitate reuerſa eſt,ut auem putares.Nec multò poſt in ſancta Bethlehem mãſura perpe-
tuo,anguſto per trienniũ manſit hoſpitiolo,donec extrueret cellulas ac monaſteria,& di-
uerſorum peregrinorũ iuxta uiã cõderet manſiones,in qua Maria & Ioſeph hoſpitiũ non
inuenerãt.Huc uſq; iter eius deſcriptũ ſit,quod multis uirginibus & filia comite peragra-
uit. Nunc uirtus latius deſcribatur,quæ ipſius propria eſt,& in qua exponẽda deo iu-
dice ac teſte profiteor,me nihil addere,nihil in maius attollere more laudantiũ:ſed ne rerũ
excedam finẽ,multa detrahere:& ne apud detractores & genuino me ſemper dẽte roden-
42 tes fingere puter,& cornicẽ Aeſopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Chriſtianorũ
B uirtus eſt,tanta ſe humilitate deiecit,ut qui eã nõ uidiſſet, & pro celebritate nominis uide-
re geſtiſſet,ipſam eſſe nõ crederet,ſed ancillularũ ultimã.Et cũ frequẽtibus choris uirginũ
cingeretur,& ueſte & uoce & habitu & inceſſu minima omniũ erat:nunq; poſt uiri mortẽ
uſq; ad diẽ dormitionis ſuæ cum ullo comedit uiro, quãuis eũ ſanctũ & in pontificali ſci-
ret culmine cõſtitutum.Balneas,niſi periclitans,nõ adijt.Mollia,etiã in grauiſſima febre,
lectuli ſtrata non habuit,ſed ſuper duriſſimã humum,ſtratis ciliciolis quieſcebat:ſi tamen
illa quies dicẽda eſt,quæ iugibus penè orationibus dies noctesq́; iungebat:illud implens
de pſalterio:Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo.
In qua fontes crederes lachrymarum,ita leuia peccata plangebat,ut illam grauiſſimorum
criminũ crederes reã.Cumq́; à nobis crebrius moneretur,ut parceret oculis, & eos ſerua-
ret Euangelicæ lectioni,aiebat:Turpanda eſt facies,quam cõtra dei præceptũ purpuriſſo
& ceruſſa & ſtibio ſæpe depinxi.Affligẽdum corpus,quod multis uacauit delitijs.Lõgus
riſus,perpeti compenſandus eſt fletu.Mollia linteamina & ſerica precioſiſſima,aſperitate
cilicij cõmutanda.Quæ uiro & ſeculo placui,nunc Chriſto placere deſidero.Si inter tales
tantasq́; uirtutes caſtitatẽ in illa uoluero prædicare , ſuperfluus uidear:in qua etiam cum
ſecularis eſſet,omnium Romæ matronarũ exemplum fuit;quæ ita ſe geſſit, ut nunquã de
illa etiam maledicorum quicquam auderet fama cõfingere.Nihil animo eius clementius,
nihil erga humiles blandius fuit.Non appetebat potẽtes,nec tamẽ ſuperbos & gloriolam
quærentes,faſtidio deſpiciebat.Si pauperem uidebat,ſuſtentabat:ſi diuitem,ad benefaciẽ-
dum hortabatur.Liberalitas ſola excedebat modum.Et uſuras tribuens,uerſuram quoq;
ſæpius faciebat,ut nulli ſtipem rogantium denegaret.Fateor errorem meum : cum in lar-
giendo eſſet profuſior,arguebam:illud proferens de Apoſtolo:Non ut alijs refrigerium,
nobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in hoc tẽpore,ut ueſtra abundantia ſit ad illorũ
inopiam,& illorum abundantia ſit ad ueſtram inopiam. Et hoc de euangelio ſaluatoris:
Qui habet duas tunicas,det alteram non habenti.Et prouidendum eſſe,ne quod libenter
faceret,

C faceret,ſemper facere nō poſſet:multaq; huiuſcemodi,quæ illa mira uerecūdia,& ſermōe
parciſſimo diſſoluebat:teſtē inuocās deū,ſe ꝓ illius nomine cūcta facere:& hoc habere uo
ti,ut mendicās ipſa moreretur:ut unū nummū filiæ nō dimitteret , & in funere ſuo aliena
ſindone inuolueretur. Ad extremū inferebat:Ego ſi petiero , multos inueniā qui mihi tri-
buant:iſte mēdicās ſi à me nō acceperit,quæ ei poſſum etiā de alieno tribuere, & mortuus
fuerit,à quo eius anima requiretur?Ego cautior in re familiari eſſe cupiebā, ſed illa arden-
tior fide,toto ſaluatori animo iūgebatur:& pauperē dñm,pauper ſpiritu ſequebatur,red-
dens ei quod acceperat,pauper pro ipſo effecta. Deniq; cōſequuta eſt quod optabat,& in
grandi ære alieno filiā dereliquit:quod huc uſq; debēs,nō ſuis uiribus,ſed Chriſti ſe cōfi-
dit miſericordia redditurā. Solent pleræq; matronarū buccinatoribus ſuis dona cōferre,
& in paucos largitate profuſa,manū à cæteris retrahere:quo illa omnino carebat uitio. Ita
enim ſingulis ſuam pecuniā diuidebat,ut ſingulis neceſſariū erat:nō ad luxuriā,ſed ad ne-
ceſſitatem. Nemo ab ea pauperum uacuus reuerſus eſt. Quod obtinebat,nō diuitiarū ma
gnitudine,ſed prudētia diſpenſandi:illud ſemper replicās:Beati miſericordes, quoniā ipſi
miſericordiā conſequētur. Et:Sicut aqua extinguit ignē,ita eleemoſyna extinguit peccatū.
Et:Facite uobis amicos de iniquo mām̄ona,qui uos recipiāt in æterna tabernacula. Et:Da
te eleemoſynā,& ecce omnia mūda ſunt uobis. Et uerba Danielis,regē Nabuchodonoſor
monētis,ut eleemoſynis redimeret peccata ſua. Nolebat in his lapidibus pecuniā effunde-
re,qui cum terra & ſeculo tranſituri ſunt:ſed in uiuis lapidibus,qui uoluūtur ſuper terrā,
de quibus in Apocalypſi Ioannis,ciuitas magni regis extruitur:quos in Saphirū & Sma-
ragdum & Iaſpidē,& cæteras gēmas eſſe uertēdos,ſcriptura cōmemorat. Verū hæc poſ-
ſunt eſſe cōmunia cū paucis:& ſcit diabolus,non in ſummo uirtutū culmine poſita. Vnde
loquitur ad dñm,poſt amiſſam Iob ſubſtātiam,poſt euerſam domū , poſt liberos interfe-
D ctos,coriū pro corio,& omnia quæ habuerit homo,dabit ꝓ anima ſua. Sed extēde manū
tuam,& tange oſſa eius & carnes,niſi in faciē benedixerit tibi. Scimus pleroſq; dediſſe elee
moſynā,ſed de proprio corpore nihil dediſſe:porrexiſſe egentibus manū,ſed carnis uolu-
ptate ſuperatos:dealbaſſe ea quę foris erāt,& intus plenos fuiſſe oſſibus mortuorū. At nō
Paula talis:quæ tantæ cōtinētiæ fuit,ut propè menſurā excederet , & debilitatē corporis
nimijs ieiunijs ac labore cōtraheret. Quæ,exceptis diebus feſtis,uix oleū ī cibo caperet:ut
ex hoc uno æſtimetur,quid de uino & liquamine,& piſcibus,& melle , & ouis, & reliquis
quæ guſtui ſuauia ſunt,iudicarit. In ꝗbus ſumēdis quidā ſe abſtinētiſſimos putāt:& ſi his
34 uentrē ingurgitauerint,tutam pudicitiā ſuſpicātur. Semper quidē uirtutes ſequitur in-
uidia,feriuntq; ſummos fulgura mōtes. Nec mirū ſi hoc de hominibus loquar,cū etiā do
minus noſter phariſæorū zelo ſit crucifixus,& omnes ſancti æmulos habuerint:in paradi
ſo quoq; ſerpēs fuerit,cuius inuidia mors introiuit in orbē terrarū. Suſcitauerat ei domi-
nus Adad Idumæū,qui eam colaphizaret,ne ſe extolleret:& quaſi quodā ſtimulo carnis
ſæpius ammonebat,ne magnitudo uirtutū altius raperet,& aliarū uitijs fœminarū , ſe in
excelſo crederet cōſtitutā. Ego aiebā,liuori eſſe cedendū, & dandū inſaniæ locū:quod fe-
ciſſet Iacob in fratre ſuo Eſau,& Dauid in ꝑtinaciſſimo inimicoꝝ Saul:quoꝝ alter in Me-
ſopotamiā fugerit,alter ſe Allophylis tradiderit, malens hoſtibus ꝗ inuidis ſubiacere. At
illa reſpōdebat:Iuſte hæc diceres,ſi diabolus cōtra ſeruos dei & ancillas nō ubiq; pugna-
ret,& ad om̄ia loca fugiētes nō præcederet:ſi nō ſc̄tōrū locorū amore retinerer,& Bethle-
hē meā in alia reperire poſſem parte terrarū. Cur em̄ nō patiētia liuorē ſuperē?Cur nō hu 4
militate frangā ſuperbiā,& percutiēti maxillam offerā alteram?Dicente apoſtolo Paulo:
Vincite in bono malū. Nónne apoſtoli gloriabātur,quādo ꝓ domino ſunt paſſi cōtume
liā?Nōne ipſe ſaluator humiliauit ſe,formā ſerui accipiēs,& factus eſt obedines patri uſq;
ad mortē,& mortē crucis,ut nos ſua paſſione ſaluaret?Iob niſi certaſſet,& uiciſſet in præ-
lio,nō accepiſſet coronā iuſtitiæ,nec audiſſet à dño:Putas me aliter loquutū tibi,quàm ut
appareres

A appareres iuſtus? Beati dicũtur in Euãgelio, qui perſequutionẽ patiuntur propter iuſtitiã. Secura ſcit cõſciẽtia, quod nõ propter peccata patiamur: & afflictio in ſeculo, materia præmiorum eſt. Si quãdo procacior fuiſſet inimicus, & uſq; ad uerborũ iurgia proſiliſſet, illud pſalterij decantabat: Cũ cõſiſteret aduerſum me peccator, obmutui & ſilui à bonis. Et rurſus: Ego autẽ quaſi ſurdus nõ audiebam, & quaſi mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo nõ audiens, & nõ habens in ore ſuo increpationes. In tentationibus, Deuteronomij uerba uoluebat: Tentat uos dñs deus ueſter, ut ſciat ſi diligatis dominũ deum ueſtrũ de toto corde ueſtro, & de tota anima ueſtra. In tribulationibus & anguſtijs, Eſaiæ replicabat eloquia: Qui ablactati eſtis à lacte, qui abſtracti ab ubere, tribulationem ſuper tribulationem expectate, ſpem ſuper ſpem, adhuc puſillum propter malitiam labiorum, propter linguã malignam. Et ſcripturę teſtimoniũ in conſolationẽ ſuam ediſſerebat: Ablactatorum eſſe, eorum ſcilicet, qui ad uirilem ætatem perueniſſent, tribulationẽ ſuper tribulationẽ ſuſtinere, ut ſpem ſuper ſpem mereãtur accipere. Scientes quoniã tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationẽ, probatio uero ſpem, ſpes aũt non cõfundit. Et, quod ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpatur, ille qui intus eſt innouetur: & in præſentiarũ leue & momentaneũ tribulationis ueſtræ, æternæ gloriæ põdus operatur in uobis: non aſpicientibus quæ uidentur, ſed quæ nõ uidentur. Quæ eñ uidentur, tẽporalia ſunt: quæ aũt nõ uidentur, æterna. Nec longũ fore tempus, etiam ſi humanæ impatientiæ tardum uideatur, quin dei ſtatim uideatur auxiliũ, dicẽtis: Tẽpore oportuno exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Nec doloſa labia & linguas iniquorũ eſſe metuẽdas, cum domino adiutore lætemur, & ipſum debeamus audire per prophetã monentem: Nolite timere opprobria hominũ, & blaſphemias eorũ ne metueritis. Sicut enim ueſtimentũ, ſic comedit eos uermis: & ſicut lanã, ſic deuorauit eos tinea. Et: Per patientiã ueſtrã poſſidebitis animas ueſtras. Et: Non ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reue-

B labitur in nobis. Et alibi: Tribulationẽ ſuper tribulationẽ ſuſtinere, ut patiẽter agamus in omnibus quæ accidũt nobis. Patiens enim uir multũ prudens. Qui autẽ puſillanimis eſt, uehemẽter inſipiẽs. In lãguoribus & crebra infirmitate dicebat: Quãdo infirma ſum, tunc fortis ſum. Et: Habemus theſaurũ iſtũ in uaſis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem, & corruptiuũ hoc ueſtiatur incorruptione. Et iterũ: Sicut ſuperabundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtũ abundauit & cõſolatio. Ac deinde: Vt ſocij paſſionũ eſtis, ſic & eritis & cõſolationis. In mœrore cãtabat: Quare triſtis es anima, & quare cõturbas me? Spera in deo, quoniã adhuc cõfitebor illi, ſalutare uultus mei, & deus meus. In periculis loquebatur: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Et iterũ: Qui uult animam ſuam ſaluam facere, perdet eã. Et: Qui perdiderit animã ſuam propter me, ſaluam eam faciet. Quando diſpendia rei familiaris & euerſio totius patrimonij nunciabatur, aiebat: Quid enim prodeſt homini ſi totũ mundũ lucrifecerit, & animæ ſuæ damnũ habuerit? aut quam dabit homo cõmutationẽ pro anima ſua? Et: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & redeam. Sicut dño placuit, ita factũ eſt. Sit nomen domini benedictũ. Et illud: Nolite diligere mũdum, neq; ea quæ ſunt in mundo. Quoniã omne quod in mundo eſt, deſideriũ carnis eſt, & cõcupiſcentia oculorũ, & ſuperbia uitæ huius: quæ nõ eſt ex patre, ſed ex mũdo. Et mũdus tranſit, & concupiſcẽtia eius.

44 Scio eñ ſcriptas infirmitates grauiſſimas liberorũ, & maxime Toxotij ſui, quem diligebat plurimũ. Cũq; illud uirtute cõpleſſet, turbata ſum, & nõ ſum loquuta, in hæc uerba prorupit: Qui amat filiũ aut filiã plus quàm me, nõ eſt me dignus. Et orãs ad dñm, loquebat: Poſſide domine filios mortificatorũ, qui pro te quotidie mortificant corpora ſua. Noui ſuſurronẽ quendã (quod genus hominũ pernitioſiſſimũ eſt) quaſi beneuolũ nũciaſſe, qđ pro nimio feruore uirtutũ quibuſdã uideretur inſana, & cerebrũ illius diceret cõfouendũ. Cui illa reſpõdit: Theatrũ facti ſumus mũdo, & angelis et hominibus. Et: Nos ſtulti ꝓpter

Chriſtum,

C Chriſtum,ſed ſtultum dei ſapientius eſt hominibus. Vnde & ſaluator loquitur ad patrē:
Tu ſcis inſipientiā meam. Et iterū: Tanq; prodigium factus ſum multis,& tu adiutor for-
tis: ut iumentū factus ſum apud te,& ego ſemper tecum. Quem in Euāgelio & propinqui
quaſi mentis impotem ligare cupiebāt,& aduerſarij ſuggillabant,dicētes: Dæmonium ha
bet,& Samaritanus eſt. Et: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Sed nos au
diamus Apoſtolū cohortantem: Hæc eſt gloria noſtra,teſtimonium conſcientiæ noſtræ:
quoniā in ſanctitate & ſynceritate,& in gratia dei conuerſati ſumus in mundo. Et dominū
dicentem ad apoſtolos: Ideo mūdus odit uos,quoniam non eſtis de mundo. Si enim eſſe-
tis de mundo,amaret utiq; mūdus quod ſuum erat. Et ad ipſum dominū uerba uertebat:
Tu noſti cordis abſcondita, & hæc omnia uenerunt ſuper nos, nec ſumus obliti tui, nec
inique egimus in teſtamēto tuo,nec auerſum eſt retrorſum cor noſtrū. Et: Propter te mor
tificati ſumus tota die: reputati ſumus ut oues occiſionis. Sed dominus auxiliator meus,
nō timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili honora dn̄m,& confortaberis, & extra
dominū nullum timueris. His & talibus teſtimonijs,quaſi armatura dei,& aduerſus om-
nia quidē uitia: ſed præcipue inſtruebat ſe cōtra inuidiā ſæuientē: & patiendo iniurias, fu-
rorem rabidi pectoris mitigabat. Deniq; uſq; ad diē mortis,& huius patiētia,& aliorū ze-
lus omnibus patuit: qui ſuū rodit autorē,& dum æmulum lædere nititur, in ſemetipſum
proprio furore bacchatur. Dicam & de ordine monaſterij,quomodo ſanctorū cōtinen
tiam in ſuū uerterit lucrū. Seminabat carnalia,ut meteret ſpiritualia: dabat terrena, ut cœ-
leſtia tolleret: breuia cōcedebat,ut pro his æterna mutaret. Poſt uirorū monaſteriū,quod
uiris tradiderat gubernandū plures uirgines quas è diuerſis prouincijs cōgregarat, tā no
biles,quàm medij & infimi generis,in tres turmas monaſteriaq; diuiſit: ita dūtaxat, ut in
opere & in cibo ſeparatæ,pſalmodijs & orationibus iungerētur. Poſt alleluia cātatū (quo
ſigno uocabantur ad collectā) nulli reſidere licitū erat. Sed prima ſeu inter primas ueniēs,
cæterarū operiebatur aduentū,pudore & exemplo ad laborē eas prouocans, nō terrore.

D Mane hora tertia,ſexta,nona,ueſpere,noctis medio,per ordinē pſalteriū cantabāt. Nec li
cebat cuiq; ſororū ignorare pſalmos,& non de ſcripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere.
Die tātū dominico ad eccleſiā procedebāt,ex cuius habitabāt latere. Et unūquodq; agmē
matrē propriā ſequebatur: atq; inde pariter reuertentes,inſtabant operi diſtributo, & uel
ſibi,uel cæteris indumēta faciebāt. Si qua erat nobilis, nō permittebatur de domo ſua ha-
bere comitem,ne ueterū actuū memor,& laſciuientis infantiæ errorem refricaret antiquū,
& crebra confabulatione renouaret. Vnus omniū habitus. Linteamine ad tergendas ſolū
manus utebantur. A uiris tanta ſeparatio,ut à ſpadonibus quoq; eas ſeiungeret, ne ullam
daret occaſionem linguæ maledicæ, quæ ſanctos carpere ſolita eſt in ſolatiū delinquendi.
Si qua uel tardior ueniebat ad pſalmos,uel erat in opere pigrior,uarijs eam modis aggre-
diebatur. Si erat iracūda,blādítijs: ſi patiēs, correptione: illud Apoſtoli imitās: Quid uul-
tis? In uirga ueniā ad uos,an in ſpiritu lenitatis & māſuetudinis? Excepto uictu & ueſtitu,
nullam habere quicq; patiebatur,dicēte Paulo: Habētes uictum & ueſtitum,his cōtenti ſu
mus: ne cōſuetudine plus habēdi præberet locum auariciæ, quæ nullis expletur opibus:
& quāto amplius habuerit,plus requirit: & neq; copia,neq; inopia minuitur. Iurgātes in-
ter ſe,ſermone leniſſimo fœderabat. Laſciuientē adoleſcētularum carnem crebris & dupli
catis frangebat ieiunijs,malens eis ſtomachum dolere,quàm mentem. Si uidiſſet aliquam
comptiorem,cōtractione frontis,& uultus triſtitia arguebat errantē, dicens: Mundiciam
corporis atq; ueſtitus,animæ eſſe immundiciā. Et turpe uerbū atq; laſciuū, nunq; de ore
uirgineo proferendū: quibus ſignis libidinoſus animus oſtēditur: & per exteriorē homi-
nem,interioris hominis uitia demonſtrantur. Quā linguoſam garrulā ac procacē rixiſq;
perſpexerat delectari: & ſæpius cōmonitam nolle cōuerti, inter ultimas & extra cōuentū
ſororum,ad fores triclinij orare faciebat,& ſeparatim cibū capere: ut quam obiurgatio nō

correxerat

A correxerat,emẽdaret pudor.Furtum quaſi ſacrilegium deteſtabatur. Et quod inter ſeculi
hominés,uel leue putatur,uel nihil:hoc in monaſterijs grauiſſimũ dicebat eſſe delictum.
Quid memorẽ clementiã & ſedulitatẽ in ægrotãtes,quas miris obſequijs,et miniſterijs cõ
fouebat? Cumq; alijs languẽtibus,large præberet om̃ia,& eſum quoq; exhiberet carniũ,
ſi quãdo ipſa ægrotaſſet,ſibi nõ indulgebat,et in eo inæqualis uidebatur,quod in alijs cle-
mentiã,in ſe duritiã cõmutabat. Nulla iuuenũ puellarũ ſano & uegeto corpore,tantæ ſe
dederat continẽtiæ,quãtæ ipſa fracto,& ſenili debilitatoq; corpuſculo. Fateor, in hac re-
pertinacior fuit,ut ſibi nõ parceret,& nulli cederet admonẽti. Referam quod expertus
ſum.Menſe Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorẽ febris,& poſt deſperationẽ cum
dei miſericordia reſpiraſſet,& medici perſuaderẽt ob refectionem corporis uino opus eſſe
tenui & parco,ne aquam bibẽs in hydropem uerteretur,& ego clam beatũ papã Epipha-
nium rogarem,ut eam moneret,imò cõpelleret uinũ bibere:illa, ut erat prudẽs & ſolertis
ingenij,ſtatim ſenſit inſidias:& ſubridens,meũ eſſe quod ille diceret,intimauit.Quid plu-
ra? Cum beatus pontifex poſt multa hortamẽta exiſſet foras,quærenti mihi quid egiſſet,
reſpondit:Tantũ profeci,ut ſeni homini penè perſuaſerit,ne uinũ bibam. Hæc refero,nõ
quod inconſideranter,& ultra uires ſumpta onera probem ; monente ſcriptura:Super te
onus ne leuaueris,ſed quod mẽtis eius ardorem,& deſideriũ fidelis animæ , ex hac quoq;
probare uelim perſeuerantia,decantantis:Sitiuit anima mea in te, quàm multipliciter tibi
caro mea . Difficile eſt modũ tenere in omnibus.Et uere iuxta philoſophorũ ſententiam,
μεσότης ἡ ἀρετὴ,κακία ὑπερβολὴ πέλεται,id eſt,modus uirtus eſt,uitiũ nimietas reputat̃. Quod nos
una & breui ſentẽtiola exprimere poſſumus:Ne quid nimis. Quæ in cõtemptu ciborum
tantam habebat pertinaciam:in luctu mitis erat,& ſuorũ mortibus frangebatur,maxime
liberorum.Nam & in uiri & filiarum dormitione , ſemper periclitata eſt. Et cũ os ſtoma-
B chumq; ſignaret:& matris dolorem,crucis niteretur impreſſione lenire:ſuperabatur affe-
ctu,& credulam mentẽ,parentis uiſcera cõſternabant:animoq; uincẽs, fragilitate corpo-
ris uincebatur. Quam ſemel languor arripiens,longo tempore poſſidebat,ut & nobis in-
quietudinẽ,& ſibi diſcrimina offerret.In quo illa lætabatur , per momenta cõmemorans:
Miſer ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudẽs lector, pro lau-
dibus me uituperationem ſcribere. Teſtor Ieſum,cui illa ſeruiuit , & ego ſeruire cupio,me
utrãq; in partẽ nihil fingere,ſed quaſi Chriſtianũ de Chriſtiana, quæ ſunt uera,proferre,
id eſt,hiſtoriã ſcribere,non panegyricũ:& illius uitia,aliorum eſſe uirtutes. Vitia loquor,
ſecũdum animum meũ,& omniũ ſororũ ac fratrum deſiderium,qui illã diligimus , & ab-
ſentem quærimus. Cæterum illa impleuit curſum ſuũ,fidemq; ſeruauit , & nũc fruitur
corona iuſticiæ:ſequitur q; agnũ quocunq; uadit. Saturatur quia eſuriuit,& læta decãtat:
Sicut audiuimus,ita & uidimus in ciuitate domini uirtutum,in ciuitate dei noſtri. O beata
rerum cõmutatio,fleuit,ut ſemper rideret:Deſpexit lacus cõtritos,ut fontem dominũ re-
periret. Veſtita cilicio eſt,ut nũc albis ueſtimentis uteretur,& diceret:Scidiſti ſaccum meũ,
& induiſti me lætICIA. Cinerem ſicut panem mãducabat,& potionem ſuam cũ fletu miſce-
bat,dicens:Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte,ut in æternũ pane angelorum
ueſceretur,& caneret:Guſtate & uidete,quoniã ſuauis eſt dominus. Et,Eructauit cor meũ
uerbum bonũ,dico ego opera mea regi. Et Eſaiæ,imò dñi per Eſaiam in ſe cerneret uerba
compleri:Ecce qui ſeruiũt mihi mãducabũt,uos aũt eſurietis. Ecce qui ſeruiũt mihi bibẽt,
uos autem ſitietis. Ecce qui ſeruiunt mihi lætabuntur, uos autem confundemini. Ecce qui
ſeruiunt mihi exultabũt,uos autem clamabitis ob dolorẽ cordis,& propter contritionem
ſpiritus ululabitis. Dixeram lacus eam ſemper fugiſſe contritos, ut fontem dominũ re-
periret,ut poſſet læta cãtare:Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ, ita deſiderat anima
mea ad te deus, Quãdo ueniam & apparebo ante faciem dei? Tangam ergo breuiter quo-
modo hæreticorũ cœnoſos deuitauerit lacus,& eos inſtar habuerit ethnicorum. Quidam

C ueterator callidus,atq;,ut ſibi uidebatur,doctus & ſciolus,me neſciēte cœpit ei proponere
quæſtiones,& dicere:Quid peccauit infans,ut à dæmone corripiatur?In qua ætate reſur-
recturi ſumus?Si in ipſa qua morimur:ergo nutricibus poſt reſurrectionē opus erit. Sin
aliter,nequaquā erit reſurrectio mortuorum:ſed transformatio in alios.Diuerſitas quoq;
ſexus maris ac fœminæ erit,aut nō erit?Si erit,ſequētur & nuptiæ,& cōcubitus,ſed & ge-
neratio.Si nō erit,ſublata diuerſitate ſexus,eadē corpora nō reſurgēt,aggrauat enim ter-
rena inhabitatio ſenſum multa cogitantē,ſed tenuia erūt & ſpiritualia, dicente Apoſtolo:
Seminatur corpus animale,ſurget corpus ſpirituale.Ex quibus omībus ꝓbare cupiebat,
rationales creaturas ob quædā uitia,& antiqua peccata in corpora eſſe delapſas:& pro di
uerſitate & meritis peccatorū,tali uel tali cōditione generari,ut uel corporū ſanitate gau-
derent,& parentū diuitijs ac nobilitate,uel in morbidas carnes & domos inopū ueniētes,
pœnas priſtinorū luerent delictorū,& præſenti ſeculo atq; corporibus,quaſi carcere clau
derentur.Quod cū audiſſet,& ad me retuliſſet,indicās hominē , mihiq; incubuiſſet neceſ-
ſitas nequiſſimæ uiperæ ac mortiferæ beſtiæ reſiſtēdi,de quibus pſalmiſta cōmemorat,di
cens:Ne tradas beſtijs animas cōfitentiū tibi:Et,increpa domine beſtias calami,qui ſcribē
tes iniquitatem,loquūtur contra dominū mendacium,& eleuant in excelſum os ſuū:cō-
ueni hominem,& orationibus eius,quam decipere nitebatur,breui interrogatiōe cōcluſi:
Vtrum crederet futurā reſurrectionē mortuorum,an non?Qui cū ſe credere reſpōdiſſet,
intuli:Eadem reſurgent corpora,an altera?Cum dixiſſet eadem:ſciſcitatus ſum:In eodem
ſexu,an in altero?Ad interrogata reticēti,& inſtar colubri huc atq; illuc transferēti caput,
ne feriretur:quia inquā taces,ego mihi pro te reſpondebo,& conſequentia inferam.Si nō
reſurget mulier,ut mulier,neq; maſculus,ut maſculus:nō erit reſurrectio mortuorū,quia
ſexus membra habet,membra aūt totum corpus efficiunt. Si aūt ſexus & membra nō fue
D rint, ubi erit reſurrectio corporū,quæ ſine ſexu non cōſtant & membris?Porrò ſi corpo-
rum non fuerit reſurrectio,nequaquā erit reſurrectio mortuorū.Sed & illud quod de nu-
ptijs obijcis:Si eadē membra fuerint,ſequi nuptias,à ſaluatore diſſoluitur.Erratis neſcien
tes ſcripturas,neq; uirtutem dei.In reſurrectione enim mortuorū,non nubent,neq; nubē
tur,ſed erunt ſimiles angelorū.Vbi dicitur,nō nubent,neq; nubētur,ſexuum diuerſitas
demonſtratur.Nemo enim de lapide & ligno dicit,nō nubēt neq; nubentur,quæ naturā
nubendi nō habent:ſed de his qui poſſint nubere,& gratia Chriſti ac uirtute nō nubant.
Quod ſi oppoſueris, quomodo ergo erimus ſimiles angelorū:cū inter angelos,nō ſit ma
ſculus & fœmina.Breuiter auſculta:Nō ſubſtantiam nobis angelorū,ſed cōuerſationem,
& beatitudinē dominus repromittit.Quomodo & Ioannes Baptiſta anteq; decollaretur,
angelus appellatus eſt,& omnes ſancti ac uirgines dei,etiā in iſto ſeculo uitam in ſe expri-
munt angelorū.Quando enim dicitur:Eritis ſimiles angelorū,ſimilitudo promittitur,nō
natura mutatur.Simulq; reſponde:quomodo illud interpreteris,quod Thomas domini
reſurgentis tetigerit manus,& uiderit lancea latus eius perforatū?Et Petrus in littore ſtā-
tem uiderit dominum,& partem aſſi piſcis,ac fauum mellis comedētem?Qui ſtabat,pro-
fecto habebat pedes.Qui monſtrauit latus uulneratum,utiq; & uentrē, & pectus habuit,
ſine quibus nō ſunt latera uentri & pectori cohærētia. Qui loquutus eſt,lingua & palato
ac dentibus loquebatur.Sicut enim plectrū cordis,ita lingua illiditur dētibus & uocalem
reddit ſonum.Cuius palpatæ ſunt manus,cōſequenter & brachia habuit.Cū igitur omīa
membra habuiſſe dicatur,neceſſe eſt;ut totū corpus habuerit,quod conficitur ex mēbris:
non utiq; fœmineum,ſed uirile,id eſt,eiuſdem ſexus,in quo mortuus eſt.Quod ſi obtēde
ris,ergo & nos poſt reſurrectionē comedemus?Et quomodo clauſis ingreſſus eſt ianuis,
contra naturam pinguium,& ſolidorū corporum?Audies:Noli propter cibum reſurre-
ctionis fidem in calumniā trahere.Nam & archiſynagogi filiæ reſuſcitatæ iuſſit cibū dari.
Et Lazarus quatriduanus mortuus,cum ipſo ſcribitur iniſſe couiuium, ne reſurrectio eo-
rum

A rum phantaſma putaret. Sin aũt clauſis ingreſſus eſt ianuis, & idcirco ſpirituale & aëriũ corpus niteris approbare, ergo & antequã pateretur, quia contra naturam grauiorũ corporũ ſuper mare ambulauit, ſpirituale corpus habuit. Et apoſtolus Petrus, qui & ipſe ſuper aquas pẽdulo inceſſit gradu, ſpirituale corpus habuiſſe credẽdus eſt, cũ potentia magis & uirtus oſtendatur dei, quãdo fit aliquid cõtra naturã. Et ut ſcias in ſignorũ magnitudine, non naturæ mutationem, ſed dei omnipotentiã demonſtrari: Qui ambulabat fide: cœpit infidelitate mergi, niſi eum manus dñi ſubleuaſſet, dicentis: Modicæ fidei: quare dubitaſti? Miror autem te obdurare frontem, loquente domine: Infer digitum tuum huc, & tange manus meas: & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Et alibi: Videte manus meas, & pedes meos, quia ipſe ego ſum. Palpate & uidete, quia ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere. Et cũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & pedes. Oſſa audis & carnẽ, & pedes, & manus: & globos mihi Stoicorũ, atq; aëria quædã deliramenta cõfingis. Porrò ſi quæris: cur infans à dæmone corripiatur qui peccata nõ habuit: aut in qua ætate reſurrecturi ſimus, cũ diuerſa ætate moriamur: ingratis ſuſcipies, iudicia dei abyſſus multa. Et: ò altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & ininueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum dñi: aut quis cõſiliarius eius fuit? Aetatũ autẽ diuerſitas non mutat corporum ueritatem. Cũ em̃ corpora quotidie noſtra fluant, & aut creſcant, aut decreſcãt: ergo tot erimus homines, quot quotidie cõmutamur: aut alius fui cum decem annorum eſſem, alius cum triginta, alius cum quinquaginta, alius cum iam toto cano capite ſum? Igitur iuxta eccleſiarum traditiones: & apoſtolũ Paulum, illud eſt reſpondendum: quod in uirũ perfectũ, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti reſurrecturi ſumus, in qua & Adã Iudæi cõditum autumant: Et dominum ſaluatorem legimus ſurrexiſſe, & multa quæ de utroq; teſtamento, in ſuffocationẽ hæretici protuli. Ex quo die ita cœpit hominem deteſtari, & omnes

B quĩ eiuſdẽ dogmatis erãt, ut eos uoce publica, hoſtes domini proclamaret. Et hæc dixi, nõ ut breuiter hæreſim confutarẽ, cui multis uoluminibus reſpõdendum eſt: ſed ut fidẽ tantæ fœminæ oſtenderẽ, quæ maluit inimicitias hominũ ſubire perpetuas, quàm dei offenſam, amicitijs noxijs prouocare. Dicam ergo ut cœperam, nihil ingenio eius docilius fuit.

Tarda erat ad loquendũ, uelox ad audiendũ: memor illius præcepti: Audi Iſraël, & tace. Scripturas ſanctas tenebat memoriter. Et cum amaret hiſtoriã, & hoc ueritatis diceret fundamentũ: magis tamen ſequebatur intelligentiam ſpiritualem: & hoc culmine, ædificationem animæ protegebat. Deniq; cõpulit me, ut uetus & nouum inſtrumentum, cum filia, me diſſerente, perlegeret. Quod propter uerecundiã negans, propter aſſiduitatẽ tamen & crebras poſtulationes eius præſtiti, ut docerẽ quod didiceram: nõ à meipſo, id eſt, à præſumptione, peſſimo præceptore, ſed ab illuſtribus eccleſiæ uiris. Sicubi hæſitabã, & neſcire me ingenue cõfitebar, nequaquã mihi uoluit acquieſcere, ſed iugi interrogatione cogebat, ut è multis uarijsq; ſententijs, quæ mihi uideret probabilior, indicarem. Loquar & aliud, quod forſitan æmulis uideatur incredibile. Hebræam linguã, quã ego ab adoleſcentia, multo labore ac ſudore ex parte didici, & infatigabili meditatione nõ deſero, ne ipſe ab ea deſerar, diſcere uoluit, & cõſequuta eſt: ita ut pſalmos Hebraice caneret, & ſermonẽ abſq; ulla Latinæ linguæ proprietate perſonaret. Quod quidẽ uſq; hodie in ſancta filia eius Euſtochio cernimus, quæ ita ſemper adhæſit matri, & eius obediuit imperijs, ut nũquam abſq; ea cubaret, nunquã procederet, nunquã cibũ caperet, ne unum quidẽ nummũ haberet poteſtatis ſuæ, ſed & paternam & maternam ſubſtantiolam, à matre diſtribui pauperibus lætaretur: & pietatẽ in parentem, hæreditatẽ maximam & diuitias crederet. Nõ debeo ſilentio præterire, quãto exultauerit gaudio, quod Paulã neptem ſuã ex Læta & Toxotio genitam, imò uoto & futuræ uirginitatis repromiſſione cõceptã: audierat in cunis et crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare: auiæq; & amitæ nomina, dimidiatis uer-

C bis frangere. In hoc ſolo patriæ deſideriũ habuit: ut filium, nurum, neptem, renunciaſſe ſe
culo, & Chriſto ſeruire cognoſceret. Quod & impetrauit ex parte. Nã neptis Chriſti flam
meo reſeruatur. Nurus æternæ ſe tradens pudicitiæ, ſocrus opera, fide, & eleemoſynis ſe-
quitur, & Romæ conatur exprimere, quod Hieroſolymis illa compleuit. Quid agimus
anima? Cur ad mortẽ eius uenire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur, dũ time-
mus ad ultima peruenire, quaſi tacẽtibus nobis: & in laudibus illius occupatis differri poſ
ſit occubitus. Hucuſq; proſperis nauigauimus uẽtis, & criſpãtia maris æquora labens ca-
rina ſulcauit. Nũc in ſcopulos incurrit oratio, & tumẽtibus fluctuũ motibus, præſens utri
q; noſtrũ intentatur naufragiũ, ita ut cogamur dicere: Præceptor ſaluos nos fac, perimus.
Et illud: Exurge, ut quid obdormis dñe? Quis enim poſſit ſiccis oculis Paulã narrare moriẽ
tem? Incidit in grauiſſimam ualetudinem, imò quod optabat inuenit, ut nos deſereret, &
plenius domino iungeretur. In quo langore, Euſtochij filiæ probata ſemper in matre pie-
tas, magis ab omnibus cõprobata eſt. Ipſa aſſidere lectulo, flabellum tenere, ſuſtentare ca-
put, puluillum ſupponere, fricare pedes, manu ſtomachũ cõfouere, mollia ſtrata compo-
nere, aquã calidam temperare, mappulam apponere, omniũ ancillarũ pręuenire officia, &
quicquid alia feciſſet, de ſua mercede putare ſubtractum. Quibus illa precibus, quibus la-
mentis & gemitu, inter iacentem matrem & ſpecum domini diſcurrit, ne priuaretur tanto
contubernio, ne illa abſente uiueret: ut eodẽ feretro portaretur? Sed ò mortaliũ fragilis,
& caduca natura, & niſi Chriſti fides nos extollat ad cœlũ, & æternitas animæ promittat,
cum beſtijs ac iumentis, corporũ una conditio eſt. Idem occubitus iuſto & impio, bono &
malo, mundo ac immundo, ſacrificanti & nõ ſacrificanti. Sicut bonus, ita & qui peccat. Si-
cut qui iurat, ita & is qui iuramentũ metuit. Similiter & homines & iumẽta, in fauillã & ci-
nerem diſſoluuntur. Quid diu immoror, & dolorẽ meum differendo facio longiorẽ? Sen
tiebat prudẽtiſſima fœminarũ adeſſe mortem, & frigente alia parte corporis atq; mẽbro- B
D rũ, ſolum animæ teporem, in ſacro pectore palpitare: & nihilominus quaſi ad ſuos perge- 45
ret, alienoſq; deſereret, illos uerſiculos ſuſurrabat: Domine dilexi decorẽ domus tuæ, &
locũ habitationis gloriæ tuæ. Et, quàm dilecta tabernacula tua dñe uirtutum, concupiſcit
& deficit anima mea in atria dñi. Et, elegi abiecta eſſe in domo dei mei, magis quàm habita
re in tabernaculis peccatorum. Cumq; à me interrogaretur, cur taceret, cur nollet reſpon
dere, an doleret aliquid, Græco ſermone reſpõdit, nihil ſe habere moleſtiæ, ſed om̃ia quie-
ta & trãquilla perſpicere. Poſt hæc obmutuit, & clauſis oculis, quaſi iã mortalia deſpiceret
uſq; ad expirationẽ animæ, eoſdẽ repetebat uerſiculos: ut quod dicebat, uix audire poſſe-
mus. Digitumq; ad os tenens, crucis ſignũ pingebat in labijs. Defecerat ſpiritus, & anhe-
labat in mortẽ, Animaq; erumpere geſtiens, ipſum ſtridorẽ, quo mortaliũ uita finitur, in
laudes domini conuertebat. Aderant Hieroſolymarũ & aliarum urbium epiſcopi, & ſacer
dotum inferiores gradus, ac leuitarũ innumerabilis multitudo. Omne monaſteriũ, uirgi- 46
num & monachorũ chori repleuerant. Statimq; ut audiuit ſponſum uocantem: Surge, ue
ni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea: Quoniã ecce hyems trãſijt & receſſit, pluuia
abijt ſibi: Læta reſpõdit: Flores uiſi ſunt in terra, tẽpus ſectionis aduenit. Et, credo uidere
bona domini in terra uiuentiũ. Ex hinc nõ ululatus, nõ plãctus, ut inter ſeculi homines fie
ri ſolet, ſed pſalmorũ linguis diuerſis examina concrepabant. Translataq; epiſcoporũ ma
nibus, & ceruicem feretro ſubijcientibus, cum alij põtifices lampadas cereoſq; præferrẽt,
alij choros pſallentiũ ducerẽt, in media eccleſia ſpeluncæ ſaluatoris eſt poſita. Tota ad fu-
nus eius, Palæſtinarũ urbium turba cõuenit. Quem monachorum latentiũ in eremo cellu
la ſua tenuit? Quam uirginum cubiculorum ſecreta texerunt? Sacrilegiũ putabat, qui nõ
tali fœminæ ultimũ reddidiſſet officium. Viduæ & pauperes in exẽplũ Dorcadis, ueſtes
ab ea præbitas oſtẽdebant. Omnis inopum multitudo matrem, & nutritiam ſe perdidiſſe
clamabat. Quodq; mirũ ſit, nihil pallor mutauerat faciẽ, ſed ita dignitas quædam & gra-
uitas

A uitas ora compleuerat, ut eam putares non mortuam, ſed dormientem Hebræo, Græco, Latino, Syroq́ꝫ ſermone pſalmi in ordine perſonabant: non ſolum triduo, donec ſubter eccleſiam, & iuxta ſpecum domini cōderetur: ſed per omnem hebdomadam, cunctis qui uenerant, ſuum funus, & proprias credētibus lachrymas. Venerabilis uirgo filia eius Euſtochium, quaſi ablactata ſuper matrem ſuam, abſtrahi à parente non poterat: deoſculari oculos, hærere uultui, totum corpus amplexari, & ſe cum matre uelle ſepeliri. Teſtis eſt Ieſus, ne unum quidem nūmum ab ea filiæ derelictum: ſed ut ante iam dixi: derelictū magnum æs alienum: &, quod his difficilius eſt, fratrū & ſororum immēſam multitudinem, quos ſuſtentare arduū, & abijcere impium eſt. Quid hac uirtute mirabilius, fœminam nobiliſſimæ familię, magnis quondam opibus: tanta fide omnia dilargitam, ut ad egeſtatem penè ultimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in corbonam dei æra congeſta, funalibusq́ꝫ aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quàm quæ ſibi nihil reſeruauit. Nunc illa diuitijs fruitur, & his bonis: quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderūt. Noſtrā uicē dolemus, & inuidere potius gloriæ eius uidebimur, ſi uoluerimus diutius flere regnantem. Secura eſto Euſtochium, magna hæreditate ditata es. Pars tua dominus, & quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata eſt. Nō ſolum enim effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed deuotæ quoq́ꝫ mentis ſeruitus immaculata, quotidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis & uiolis plectitur, iſta de lilijs. Vnde & in Cantico ſcribitur canticorum: Fratruelis meus candidus & rubicūdus: & in pace, & in bello, eadem præmia uincentibus tribuens. Mater inquam tua audiuit cum Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in terrā quam oſtendā tibi. Et per Hieremiam dominum præcipiētē: Fugite de medio Babylonis, & ſaluate animas ueſtras. Et uſq́ꝫ ad diem mortis ſuæ, non eſt reuerſa in Chaldæam: nec ollas Aegypti, & uirulētias

B carnium deſiderauit, ſed choris comitata uirgineis, ciuis eſt ſaluatoris effecta: et de paruula

45 Bethlehem, cœleſtia regna conſcendens, dicit ad uerum Noëmi: Populus tuus, populus meus: & deus tuus: deus meus. Hunc tibi librū ad duas lucubratiunculas, eodem quem tu ſuſtines dolore, dictaui. Nam quotienſcūq́ꝫ ſtilum figere uolui, & opus exarare promiſſum: totiens obriguerūt digiti, cecidit manus, ſenſus elāguit. Vnde & inculta oratio, uotū ſcribentis abſq́ꝫ ulla elegātia & uerborū lepôre teſtatur. Vale ò Paula, & cultoris tui ultimam ſenectutem, orationibus iuua. Fides & opera tua Chriſto te ſociant, præſens facilius quod poſtulas impetrabis. Exegi monumentum tuū ære perennius, quod nulla deſtruere poſſit uetuſtas. Incidi elogium ſepulchro tuo, quod huic uolumini ſubdidi, ut quocūq́ꝫ noſter ſermo peruenerit, te laudatam, te in Bethlehem conditam lector agnoſcat.

Sequitur titulus ſepulchri.

Scipio quam genuit, Paulæ fudêre parentes:
46 Gracchorum ſoboles, Agamemnonis inclyta proles:
Hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores:
Euſtochij genitrix: Romani prima ſenatus
Pauperiem Chriſti & Bethlehemitica rura ſequuta.

In fronte ſpeluncæ.

Aſpicis anguſtum, præciſa rupe ſepulchrum?
Hoſpitium Paulæ eſt, cœleſtia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamq́ꝫ relinquens:
Diuitias, ſobolem, Bethlehemiti conditur antro.
Hic præſepe tuum Chriſte, atq́ꝫ hic myſtica magi
Munera portantes, hominiq́ꝫ deoq́ꝫ dedere.

Dormiuit ſancta & beata Paula, ſeptimo Kalendarum Februarium, tertia ſabbati poſt ſolis occubitum. Sepulta eſt quinto Kalend. earundem. Honorio Auguſto, & Areſtino cō-

C ſulibus. Vixit in ſancto propoſito, Romæ annos quinq;, Bethlehē annos uiginti. Omne uitæ tempus impleuit, annis quinquaginta ſex, menſibus octo, diebus uiginti.

SCHOLIA

1 GRacchorum ſtirps.) Non ſine figura ſtirpem uocat de ſtirpe ortam. Duo Gracchi fuerunt, Tiberius & Caius, quos nobiliſſimos fuiſſe, teſtatur Iuuenalis: Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater Gracchorum, ſi cum magnis uirtutibus adfers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos. Scipionum ſoboles.) Fuerunt & huius nominis atq; gentis aliquot clari, præcipue Scipio Aphricanus ab Aphrica deuicta reperto cognomine. Scipio Aſiaticus ab Aſia deuicta. Scipio Naſica, uir optimus iudicatus. Pauli Hæres.) Paulum Aemylium ſentit, patrē Scipionis Aphricani, cuius uitam deſcripſit Plutarchus. Martiæ Papyriæ.) Hāc Paulus Aemylius duxerat uxorem, Mnaſonis uiri conſularis filiam, ex qua Scipionem Aphricanum ſuſcepit. Quāquam uxorem poſt diuturnum conuictum repudiauit, neq; repudij cauſam fateri uoluit, niſi quod oſtenſo calceo nouo & bello, negabat alios ſcire, qua parte ſtringeret pedem ſuum: ſignificans uxoris ingeniū,
2 cum ſuis moribus parum conuenire. Ita Plutarchus. Vera & germana.) Quod Græci γνήσιον uocant, contrarium ei, quod dicūt νόθον, illud genuinum poſſis uertere, hoc adulterinum. Paulam autem germanam uocat, quod ab eius mulieris nobilitate, nequaquam degeneret. Per omneis fere Græcias.) Græcias dixit, ut nos Gallias & Pannonias, Hiſpanias, Britannias, quod harum regionum unaquæq; in plureis portiones diſſecta ſit. Iulius à magno.) Intertexuit heroicum Maronis carmen, qui C. Iulium Cæſarem uoluit ab Iulo Aeneæ filio duxiſſe genus. Vt intelligeres.) Addidit Epiphonema, huic narrationis parti. Ita planxit.) Elegans ex contrarijs conflata ſententia. Quis Clinicorum.) Pleriq; codices habebant clericorum, nonnulli deprauatius Clunicorū, ſed tamen propius ad germanam ac ueram ſcripturam. Clinicorum enim haud dubie legendum eſt. Nam κλίνη Græce lectus eſt, ut intelligas ob debilitatē corporis, lecto affixos: cuiuſmodi ſunt podagrici, paralyticiq;. Vnde
3 & medicorum genus nomen habet eorum, qui lecto decumbentes curant. Si quiſq; debilis.) Debiles ſunt, uel mutili, uel manco membro, aut alioquin inutili. Dimittere loquebatur.) Si mihi permittatur in exemplarium conſenſu mutare ſcripturam, malim iocabatur, q̄ loquebatur, ut intelligamus Paulam, hoc ueluti ioco ſolere placare querimonias amicorum, ita dicentem: Non facio uobis damnū,
D imò lucrum, comparo eleemoſynis miſericordiam dei, quam uobis relinquā hæreditatis uice, rem longe precioſiorem pecunia, aut prædijs. [redacted] Salaminæ Cypri.) Nam in Cypro inſula Salamis, ſiue Salamina
4 eſt, ut alibi teſtatur Hieronymus, quæ poſtea Conſtātia dicta eſt. Quorum Epiphanium.) Quorum pro è quibus dixit. Hic Epiphanius uir eloquens & eruditus, multa uolumina cōſcripſit aduerſus hæreticos, quæ à doctis legebantur ob rerū cognitionē, ab indoctis ob ſermonis elegantiam. Vixit ad decrepitam ætatem, ut teſtatur Suidas. Antoniorum atq; Paulorum.) Feſtiuitatis cauſa mutatus eſt numerus. Significat autem ſanctos monachos Pauli atq; Antonij ſimiles, qui uere monachi ſolitariam uitam exigebant, procul ab omni mortalium ſemoti commercio. Aperto mari.) Veteres abſtinebāt à mari menſibus hybernis, quod præcipit Heſiodus quoq;. Nunc media etiam bruma, ſtudium lucri Chriſtianos per omnia trahit maria. Dicitur autem aperiri mare, cum fit nauigabile, nimirum à uernis Fauonijs. Paruus Toxotius.) Hic erat filius Paulæ, minimus natu inter liberos. Vnde conſentaneū erat illum tenerius ab ea diligi, uel quia ſolus maſculus, uel quia poſtremus omnium natus. Eſt autem
5 hoc loco iucunda rerum hypotypoſis, non ſine affectibus, ut obiter hoc indicem de arte. Quod magnam uinceret charitatem.) Pro charitatem quidam codices habebant pietatem, quanquam hic locus mihi uidetur non omnino uacare mendo. Fortaſſe ſic erat legendum: Cum dolore pugnabat pietas, in ea admirabilior, quod magnam uinceret pietatem. Siquidem ut affectus in deum pietas uocatur, ſic & amor erga parentes aut liberos, pietas dicitur. Ad inſulam Pontiam.) Ab oſtio Tyberino in mari Italico, duæ occurrunt inſulæ, Pontia & Pandatoria: in quas apparet olim à Romanis mitti ſolitos relegatos. Addit autem delata, quaſi non fuerit omnino huc deſtinatus curſus, ſed uolente deo uenti huc impulerint, ut uideret ueſtigia ſanctarum mulierum. Inſularum meminerunt omnes fere Coſmographi, nominatim Ptolomæus & Mela. Inter Scyllam & Charybdim.) Anguſtum eſt fretū, per quod à mari Tyrrheno, uenitur in mare Adriaticum. Venit Methonam.) Methona ciuitas eſt littoralis Laconicæ, ut Stephanus, Meſſeniæ, ut Ptolomæus. Addit autem quaſi per ſtagnum, quod id mare minimum ſentiat æſtus. Nam mediterraneum mare, locis aliquot, nullo æſtu creſcit, aut decreſcit, non magis quàm lacus, cum in Oceano locis quibuſdam, ſurgat ad octonos cubitos, præſertim apud ſe-
6 ptentrionales. Et ſale tabentes artus.) Intertexuit uerſus Vergilianos, hemeſtichijs hinc atq; illinc conſarcinatis. Per Maleam.) Malea promontorium eſt Laconicæ, quod non ſine periculo præternauigabatur, id quod Græco quoq; teſtatū eſt prouerbio. Refert Strabo libro octauo: Id in mare protenditur

A tenditur ad quinq; paſſuum milia,ut teſtatur Seruius in quintum librum Aeneidos. Et Cytherã.)
Ea eſt inſula oppoſita Cretæ.Coniungit autẽ & Homerus,Maleam ac Cytherã,Odiſſeæ libro nono,
cum Vlyſſes narrat ſe uentis ad Maleam,atq; Cytheram fuiſſe depulſum. Et Plinius lib.4. Cythera,
inquit,cũ oppido,ante Porphyris appellata,Hæc ſita eſt à Maleæ promontorio quinq; milibus paſ-
ſuum,propter anguſtias ibi nauium ambitu. Sparſasq; per æquor.) Cyclades inſulæ ſunt, paſſim
obuiæ in mari,à circuitu dictæ,quod neceſſe ſit eas longo ambitu circuire,ſi Seruio credimus.Quan
quam diſſentit Pomponius.Hæ ad lęuã ſunt una cum Sporadibus,præterlegenti Cretã ad dextram.
7 Hemiſtichia ſunt ex tertio Aeneidos libro. Concita terris.) Nam ſæuius eſt mare, terra ſæpe inter
currente. Poſt Rhodum & Lyciam.) Rhodus nobiliſſima inſula eſt,oppoſita Lyciæ,quæ pars eſt
Aſiæ littoralis:olim ſeptuaginta complectens oppida,teſte Plinio.Porrò Rhodus abeſt à littore ui-
ginti milibus paſſuum,olim Ophiuſa dicta.Hanc alibi Hieronymus unam,è Cycladibus facit. Tan
dem uidit Cyprum.) Aduerbium tandem,non ſolum indicat longam & moleſtam nauigationem:ue
rùm etiam deſiderium Paulæ,cupientis uidere ſuum hoſpitem,nempe Epiphanium.Cyprus ingens
& nobilis eſt inſula ad dextram occurrens,emenſis mare Pamphilium. In breui curſu.) Siquidem
ab inſula Cypro,ad continentem Syriæ,non admodum longus eſt traiectus,id quod apparet in tabu
lis coſmographicis.Porrò Seleucia ciuitas eſt nobilis in promontorio Syriæ. De qua aſcendens,
Antiochiam.) Poſt Seleuciam occurrit Antiochia:quæ eſt Syriæ Cœles. Nam ſunt aliæ complures
huius nominis.In hac Paulinus erat epiſcopus,ſicut indicatum eſt antea.Quin etiam hæc Syriæ pars
8 quæ Seleuciam complectitur Antiochia dicta eſt,ut teſtatur Pomponius. Modicum charitate de-
tenta.)Paula feſtinabat ad loca ſancta,tamen hoc tribuit charitati Paulini,ut illic pauliſper commora
retur.Addidit detenta,ut intelligas retinente Paulino nõ ſua ſponte manſiſſe.Cum hoc Romæ con-
ſuetudinem habuerat,ut indicat alibi diuus Hieronymus.Apud quẽ duos reperies Paulinos, alterũ
monachum celebrem,poſtea Nolanum epiſcopũ,cuius extant aliquot epiſtolæ ſcriptæ ad diuũ Au-
guſtinum,& ad hunc una diui Hieronymi.Alterũ de quo hoc agit loco.Is fuit Antiochenæ eccleſiæ
epiſcopus,non is opinor,qui numeratur uigeſimus ſecundus,medius inter Philogonũ & Euſtathiũ,
ſed quem Lucifer ab exilio reuocatus,accitis duobus alijs cõfeſſoribus,Antiochiæ epiſcopũ fecit Eu
ſtathij epiſcopi presbyterũ,qui ſe nunq; hæreticorũ cõmunione polluerat. Media hyeme.) Appa-
ret totam æſtatẽ nauigatione cõſumptam.Elegãter retulit cõtraria,Brumam & ardorẽ fidei: ſicut &
mox,eunuchorum manus,& aſellum. Bæryto Romana Colonia.) Hæc eſt in ora Syriæ Antioche-
9 næ,ſubiecta Libano,ut teſtatur Pomponius Mela.Meminit & Strabo.Eadem dicta eſt,felix Iulia, ut
B teſtatur Plinius libro quinto cap.20. Syriæ Cœles & Phœnicis.)Phœnices lego nõ Phœnicis.Vtra
q; pars eſt Syriæ.Nam iuxta Plinium Syria,qua cõtingit Arabas,Palæſtina uocatur.Deinde erat Iu-
dæa & Cœle, poſtea Phœnice,& qua recedit interius, Damaſcene,ac magis etiã meridiana, Babylo-
nia.Dicta eſt autem ea pars Cœle, quod Græcis cauam ſonat,quod campeſtris ſit & humilis regio.

Non enim hodœporicum.) Id eſt,itinerarium,ὁδὸς Græce uia eſt, πορεύομαι ambulo. Inde ὁδοιπόροι
uiatores,aut iter facientes,& ὁδοιπορικὸν opus conſcriptum de his quæ in itinere accidunt. In Sare-
pte.) Ciuitas Sidoniorum iuxta publicam uiam ſita,quondã habitatio Heliæ,ut teſtatur alibi. Quo
loco,ſicut uidetur,ætate diui Hieronymi,ſolebat oſtendi turris prophetæ,ob memoriã egregij mira-
culi,quod refertur tertio libro Regum capi.17.Nec caret emphaſi,quod addit, antiqua urbe Sidone
derelicta.Nam Sidon ſæpe nominatur in literis prophetarũ,ſed ut opulẽta & ſuperba.Magis igitur
placuit ſanctæ mulieri turricula,quæ paupertatis admoneret,quã diues illa Sidon: cum ipſa relictis
diuitijs,ad paupertatẽ properaret.Eſt autẽ Sidon urbs Phœnices,terminus Chananęorum ad aquilo
nem,iuxta Libani montis ortum ſita.Quæ ceciderat quidẽ in ſortem tribui Aſſur: uerum non fuit
poſſeſſa,quod incolas non ualuerint expellere.Plinius ſignificat artificio uitri quondam fuiſſe nobi-
10 lem.Idem meminit & Sarepte. In quibus genua.) Tyrus metropolis eſt Phœnices in tribu Nepta
lim,uiceſimo prope miliario à Cæſarea Philippi.Porrò quod ait,per arenas Tyri, ſignificat, id quod
narratur in Actis apoſtolicis cap.21.Paulum cum Tyro nauigaturus eſſet Ptolemaidem,poſitis geni-
bus in littore oraſſe. Peruenit ad Cod.) Quidam codices habebant Cob, ciuitas eſt Iudææ mariti-
ma,prope montem Carmelum,cui nomen immutatum à Ptolemæo quopiam Ptolemaïs. Per cam
pos Mageddo.) Hiſtoria extat quarto Regum libro capite nono.De Ozochia à Hiehu interfecto,
qui perijt in campo Mageddo.Obuenerat hæc pars ſorti tribui Manaſſe,uerum nõ potuit priſtinos
habitatores depellere. Terram Philiſtijm.) Diuus Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus Phili-
ſtæos putat eſſe,quos nos corrupto uocabulo Palæſtinos appellamus.Alibi ſcribit Philiſtijm uocatã
fuiſſe Aſcalonem,& oppoſitam regioni Palæſtinæ. Mirata ruinas Dor.) Olim ciuitas erat,nouem
milia paſſuũ diſtans,à Cæſarea Palæſtinæ,proficiſcẽtibus Tyrũ.Hieronymus in locis Hebraicis,oſten
dit hanc ſuis tẽporibus fuiſſe deſertam.Vnde hic quoq; ruinas dicit. Verſa uice Stratonis turrim.)
Verſa uice,id eſt,econtrario.Sicut Dor olim celebris,nũc extincta eſt,ita turris Stratonis olim oppidu
lum ignobile,extructa eſt in præclaram urbẽ,Hanc Hieronymus putat olim uocatam Accaron. Pli
nius indicat dictã fuiſſe Apolloniam.Deinde ab Herode rege conditam,Cæſaream nominatam: po-

C 11 ſtremo Coloniam primam Flauiam,ab imperatore Veſpaſiano deductam. Cornelij domum.)Pau
lus ſalutat in epiſtolis eccleſiam,quæ ſit in Cornelij domo.De domo huius Cornelij, legis in Actis
apoſtolorum capite decimo. Et Philippi ædiculas.) De hoc ſit mentio in Actis apoſtolicis cap.21.
Ad hunc Paulus diuertit. Fuit autem unus ex diaconis ſeptem. Cubicula quatuor.) Nam in eo-
dem loco traditur quatuor Philippus habuiſſe uirgines prophetantes. De patris nomine.) Nem
pe Antipatri,fuit enim Antipatris ciuitas Palæſtinæ,quam Hieronymus alibi dirutam fuiſſe teſta-
tur ætate ſua. Et Lyddam uerſam.) Et hæc maritima ciuitas eſt Palæſtinæ, poſtea commutato no-
mine uocata Dioſpolis,id eſt,Iouis ciuitas,Meminit & Plinius Lyddæ,libro quinto. Dorcadis atq;
Aeneæ.) De Dorcade ad uitam à Petro reuocata,legis in Actis apoſtolorum capite nono. Id autem
accidit,non in Lydda,ſed in Ioppe,quod & ipſum eſt oppidum Palæſtinæ maritimum, haud longe à
Lydda:in qua paulò ante idem Petrus ſanauerat Aeneam,octo iam annos affixũ grabato ob paraly-
ſim,ut in eodem capite narratur.Porrò Hieronymus ait Lyddam utroque nobilem, quod Lyddæ
nunciatum eſſet Petro de morte puellæ, &, ut dixi, non longe abeſſet à Ioppe. Alioqui poterat me- 1
12 moriæ lapſus uideri. Ac ſanitate inclytam.) Quidam codices pro ſanitate habebant ſanctitate, ſed
mendoſe. Nam quod ait, reſurrectione,ad Dorcadem refertur, quæ reuixit. Quod ait ſanitate, ad
Aeneam pertinet paralyſi liberatum. Nobe urbem quondam ſa.) Hanc Doëg Idumæus funditus
euertit,trucidatis octogintaquinque uiris ueſtitis Ephod lineo,interfectis & mulieribus & pueris,ut
legimus.1.Regum lib.ca.22.Hæc ciuitas erat olim ſacerdotibus ſeparata. Portum Ionæ.) Ioppe me-
minit & Plinius,Ioppicam eam uocans.Portum Ionæ uocat,quod Ionas propheta cum fugeret Thar
ſis,hic nauim conſcenderit,ut legitur apud hunc ipſum capite primo.Porrò Ioppe portum fuiſſe Iu-
dææ,teſtantur Regum & Paralipomenon libri,ad quem rex Hiram ligna de libano ratibus tranſpor
tabat,ut illinc terreſtri itinere Hieroſolymam deueherentur.Eſt autem oppidum Palæſtinæ mariti-
13 mum in tribu Dan. Religatæ ad ſaxum.) Fabula de Andromada ad ſaxum alligata, ut beluæ ma- 18
rinæ exponeretur,quam Perſeus eo periculo liberauit,extat apud Ouidium libro Metamorphoſeon
quarto. Eleganter autem Hieronymus dixit ſpectatricem. Siquidem ut refert Pomponius Mela,
oſtendebant olim Ioppenſes clarum ueſtigium Andromades à Perſeo ſeruatæ, ac beluæ marinæ,im-
mania oſſa,atque his argumentis contendebant hoc oppidum ante diluuium fuiſſe. Diuus Hiero-
nymus in Ionæ commentarijs,ſcribit ſuis adhuc temporibus in littore oſtendi ſolere ſaxa, quibus An
D dromada fuiſſet alligata.Plinius prodidit,Ioppen in colle ſitam eſſe,præiacente ſaxo: in quo uinculo
rum Andromadæ ueſtigia oſtenderentur.Eam illic coli,fabuloſam ceto. Repetitoq; itinere.) Vel B
quod ibi quieuerit,uel quod iam magis deflectat ad meridianam Syriæ partem. Quanquam Plinius
& Ptolemæus Neapolim habent,ſed aliam ab hac.Hieronymus in locis Hebraicis indicat hanc incly
14 tam fuiſſe ciuitatem Palæſtinæ,patriam Cleophæ.De Neapoli poſtea meminerit. Cleophæ do- 19
mum.) Apparet illic eccleſiam oſtendi ſolere, quæ fuerit aliquando domus Cleophæ, in qua Chri-
ſtus,ut ſacerdos fregit panem,atq; ita dedicauit. Bethoron ſuperiorem & inferiorem.) De Betho-
ron ſuperiore & inferiore condita à Sara,habes primo Paralipomenon capite,& ſecundi capite octa
uo,quod Solomon extruxerit Bethoron ſuperiorem & inferiorem,ciuitates muratas, habentes por-
tas, & uectes & ſeras &c. Aialon & Gabaon.) Ciuitates ſunt inter ſe finitimæ.De hac uictoria Io-
ſue,& quomodo ſol & luna pugnante illo ſteterint immoti,legis Ioſue capi.decimo. Hieronymus in
deſcriptione Iudææ uocat Haialon,ſi modo codex non eſt mendoſus. Eſſe autem uallem & præru-
ptum ſuper quod orante Ieſu,quondam luna ſtetit iuxta uillam.Nomen manebat etiam ætate Hie- 20
ronymi cõtra orientẽ Bethelis.Tribus ab ea milibus diſtat,haud procul à Gabaa,& Rama Saulis ur-
bibus. Et concubinæ in fruſta diuiſæ.) De uxore leuitæ nefarie conſtuprata à Beniamitis,& ad
mortem uſq; multorum libidine defatigata,deq; eiuſdem cadauere in duodecim diſſecto partes, quæ
ſingulæ ad ſingulas tribus miſſæ ſunt,deq; Beniamitica tribu propemodum ad internitionem dele-
15 ta,legis Iudicum cap.19.& item cap.20. Propter Paulum apoſtolum.) Hoc adiecit,quod Paulus
Beniamiticæ tribus fuerit,ut ipſe teſtatus eſt.Vnde & illud in illum accõmodatur: Beniamin lupus
rapax. Quæ Adiabenorum regina.) Hoc adiecit,ne putaremus de Helena Argiua dictum.Porrò
Adiabeni in Aſſyria ſunt.Siquidem Syriæ pars ultra Armeniam,olim Adiabene uocabatur.Stepha
nus oſtendit mediam fuiſſe inter Euphratem & Tigrim. Vnde & Meſſenæ ſit dicta. Quidam hinc 21
uocabulum inditum putant Adiabene, quod ob frequentiam occurrentium fluminum tranſiri fa
cile non poſſit. In hac Suidas putat inueniri Naphtham, id eſt, bituminis genus.Item fauces, quas
uocant, ἄορνον σόμιον, quod hinc halitus exeat adeo peſtilens, ut non ſolum animantia terreſtria, ſi ac-
ceſſerint,uerum etiam ſuperuolantes aues interimat.Qui ſi ſpargeretur,regionem prorſus inhabita-
bilem redderet.Nunc rectus fertur in ſublime,ac mox refractus deorſum reflectitur.Ita fit, ut nec ea
quæ ſunt in aëre admodum ſublimi lędantur,nec quæ in ambitu uerſantur. Mauſoleũ magnificum
monumentum uocãt à Mauſolo Cariæ rege,cui uxor incredibili ſumptu monumentũ extruxit,hau
ſtis etiã in potu mariti cineribus.Vnde poſtea omnia monumẽta Mauſolea dici cœpta:cuiuſmodi ob 22
16 meritum Helenæ uidetur illic erectũ. Vrbẽ trinominẽ.) Olim dicta eſt Salem,ut putat Ioſephus.
Vnde

A Vnde Melchiſedec dictus eſt rex Salem,& inflexo nomine uocata eſt Salyma,deinde Solyma. Eadem
dicta eſt Iebus,à Iebuſeis incolis. Quibus eiectis rex Dauid eam totius Iudææ metropolim fabrica-
tus eſt. Ab Helio poſtea Hadriano.) Apparet Hadrianum imperatorem prænomine Helium
fuiſſe dictum, atque hinc ciuitatem Heliam, ſiue Aeliam fuiſſe uocatam, quod hanc à Tito deſtru-
ctam,ſic inſtauratam auxerit,ut loca reſurrectionis & inuentæ crucis,quæ prius extra mœnia fuerant,
ætate diui Hieronymi,ſeptentrionali muro circundarentur,ut ipſe teſtatur alibi. In Chronicis Euſe-
bianis,teſtatur hanc urbem ab Helio Hadriano conditã fuiſſe,& in fronte eius portæ,qua Bethlehem
uerſus erat iter, ſus habebatur marmori inſculptus, ſignificans Romanæ poteſtati ſubiacere Iu-
dæos.Porrò contumelioſo ſymbolo, per ſuem repræſentabant populum Iudæorum, quod ea gens
à ſuillis carnibus ſuperſtitioſiſſime abhorreat. Sunt qui putant hanc non ab Helio Hadriano, ſed à
Tito Helio Veſpaſiani filio extructam fuiſſe. Sion, quæ in arcem.) Sion Hebraice ſonat arcem
ſiue ſpeculam. Nam Sion mons eſt,in quo ſita eſt Hieruſalem, ut teſtatur Hieronymus in commen-
17 tarijs Eſaiæ. Ariel,id eſt,leo dei.) Sic enim Hebræis ſonat Ariel, & ita uerterunt Aquila & Sym-
machus teſte Hieronymo. Atque ita uocat Hieroſolymam,non iuxta hiſtoriam, ſed iuxta allegoriam,
alioqui Ariel ciuitas eſt diuerſa ab Hieroſolyma.Hanc quidam putant eſſe quam uocant Areopo-
lim,quod Martis idolum adhuc ibi coleretur.Sed quomodo hanc expugnarit Dauid & eandem reædi
ficarit, quoniam paucis explicari non poteſt,qui cupiet cognoſcere,legat interpretationem diui Hie
ronymi,in hunc locum Eſaiæ capite uigeſimonono.Nam diſſenſus interpretum facit, ut alij intelli-
gant expugnatam & captam, alij inſtauratam. Supra centum & uiginti.) Id narratur à Luca in a-
poſtolorum Actis capite primo. Vt Ioelis uaticinium comper.) Quod eſt apud hunc prophetam
capite ſecundo.Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas,in diebus illis effundam ſpiritum meum. Perre-
xit ad Bethlehem.) Oppidum eſt diſtans ab Hieruſalem ſexto miliario, contra meridianam plagam,
18 iuxta uiam quæ ducit Chebron,teſte Hieronymo. Ad ſepulchrum Rachel.) Locus eſt haud pro-
cul à Bethlehem in Ephrata,cui nomen inditum eſt,ſepulchrum Rachel,quod illic ſepulta ſit,ut teſta-
tur Hieronymus in Matthæum,& item in Hieremiam. In quo Beniamin mater.) Rachel cum eni-
teretur Beniamin, ſeque ſentiret dolore mori, uocauit eum Benoni, id eſt,filium doloris mei.Sed pa-
ter inflexit nomen in melius auſpicium,& uocauit eum Beniamin, quod ſonat filius dextræ. Ita legis
Geneſis capite trigeſimoquinto. Specum ſaluatoris.) Quod illic putetur fuiſſe natus Chriſtus.
In eodem propheta.) Nempe Eſaia,cuius hæc uerba ſunt capite trigeſimoſecundo: Beati qui ſe-
B minatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini. Vtrunque uero prophetæ locum de-
torſit ad hanc rem,feſtiuiter magis quàm ſerio. Nec enim de hoc aſino aut boue loquutus eſt pro-
pheta.Quin & illud annotandum, aliquando ſecus Hieronymum hunc locum citare, quàm habea-
19 tur apud Eſaiam. Cernere ſe oculis fidei.) Ad hunc reſpexit locum qui librum illum conſcripſit,
cuius initium eſt: Cogitis me ò Paula & Euſtochium, quiſquis is fuit (nam Hieronymum autorem
non eſſe, ſuo docebimus loco) cum ait: Ad præſepe quoque ò Paula,te teſte nato puero,& cætera quæ
ſequuntur. Bethlehem domus panis.) Hoc enim Hebræis ſonat Bethlehem. Salue Ephrata.)
Hebræis Ephrata fertilem, aut frugiferam ſonat. Eſt autem Bethlehem in Ephrata, ut paulò ſupe-
rius oſtenſum eſt,& palàm teſtatur Hieronymus, exponens pſalmum centeſimum trigeſimumpri-
mum. Regio inquiens Bethlehem uſque hodie appellatur Ephrata. Huius rei & aliæ ſcripturæ,
teſtes ſunt: Ephrata ipſa eſt Bethlehem. Atque καρποφόρε.) Id eſt, frugifera, καρπὸς fructus eſt,
20 φέρω, fero. Inde καρποφόρος, ferax ſiue fertilis. Zod quippe.) Varie deprauatus eſt hic locus, ob
utriuſque ſermonis Hebraici Græcique inſcitiam. Nonnulli codices habebant Zop, nonnulli Sod,
nonnulli ו Vau. Hebræi genus nominis aut perſonæ, appoſiticia litera notant, non pronomine
ſicuti Græci & Latini. Proinde ſi ſcribatur cum adiectione ה he שְׁמַעֲנוּהָ, ſignificabit audiuimus
eam, genere fœmineo. Si cum adiectione ו Vau שְׁמַעֲנוּהוּ, ſignificat audiuimus eum,genere ma-
ſculino. Quanquam in Hebraicis pariter & Latinis exemplaribus habetur hic locus genere fœmi-
nino per ה he שְׁמַעֲנוּהָ, id eſt, audiuimus eam, & מְצָאנוּהָ, id eſt, inuenimus eam. Item ἠκούσαμεν
αὐτὴν καὶ εὕρομεν αὐτήν. Nec huiuſce rei mentionem facit Hieronymus hunc enarrans pſalmum, ſi uel
illius,uel certe integri ſunt illi commentarij. Vnde uidetur ad id data opera detorſiſſe, ob loci huius
21 commoditatem. Vt te docente didici.) Hoc ita legendum eſt,ut accipias Paulam,hæc loqui præſen
te Hieronymo,ad quem uerterit orationem,& à quo ſermonem Hebraicum didicerit, quemadmodum
teſtatur & poſtea. Vel ex hoc loco conijcere licet,diuum Hieronymum Paulæ totius huius peregri-
nationis comitem fuiſſe. Adar.) Nam ea uox Hebræis ſignificat,gregem uel populum.Hiſtoriam
hanc legis,Geneſeos capite uigeſimonono.Quidam putant Ader eſſe locum in quo fuit ædificatum
templum. Turrim Ader,id eſt,gregis appellatã,ob cõgregationem totius gentis.Diuus Hieronymus
in Hebraicis quæſtionibus putat eſſe locum iuxtat Bethlehem,in quo grex angelorum cecinit in ortu
domini,uel in quo Iacob pecora pauit,atque hinc inditum nomen. Meminit huius loci Michæas. Et tu
turris nebuloſa filia Sion. Litus in poſtibus.) Litus participiũ eſt à lino, quod ſignificat inunctus.
22 Alluſit ad hiſtoriam Exodi. Per uiam ueterem.) Sic appellatur in ſacris literis. Nec temere addidit,
hoc

C hoc cognomen: nimirum innuens ueteris eſſe uitæ non Chriſtianæ, ſtudere diuitijs. Quæ ducit Ga-
zam.) Nam Gaza quondam Phœnices poſt Palæſtinæ ciuitas fuit, ſiquidem Stephano credimus,
22 de qua dictum eſt alibi. Porrò Gaza Perſica lingua diuitias ſignificat, qua uoce tamen ſint uſi La-
tini, uelut Horatius in Odis. Icci, beatis nunc Arabum inuides Gazis, quod ea gens opulentia im-
modica fuerit infamis. Pomponius Mela, prodidit Gazam Perſica lingua ſonare ærarium, & hinc no-
men inditum huic urbi, quod cum Cambyſes armis Aegyptum peteret, huc belli & opes & pecu-
niam contuliſſet. Vocem barbaram uſurparunt Latini pro theſauro. Porrò quod Hieronymus ad-
didit, uel potentiam dei, huc pertinet, quod eadem ciuitas dicta eſt Aza. Porrò Aza Hebræis ſi-
gnificat, robuſta ſeu fortis. Quomodo Eunuchus Aethiops.) Alluſit ad hoc, quod refert Lucas in
Actis apoſtolorum, capite octauo. Angelus autem domini loquutus eſt ad Philippum, dicens: Sur-
ge & uade contra meridianum, ad uiam quæ deſcendit ab Hieruſalem in Gazam, hæc eſt deſerta &c.
Nec temere meminit de Aethiopis mutata pelle, quod locus quem legebat Eunuchus haberet illa:
Et ſicut agnus coràm tondente &c. Simulq; reſpexit ad illud Hieremiæ capite decimotertio. Si mu-
23 tare poteſt Aethiops pellẽ ſuam &c. Vetus relegit inſtrumentum.) Hoc refert ad uiam ueterem,
quæ quaſi notabat uetus inſtrumentum. Fontem reperit.) Velut aquam uiuam & nouam, qua re-
naſceretur. Et apte diſcedit à Gaza, futurus Chriſtianus. De fonte uero mox dicam. A Bethſur ue-
nit.) Hæc ætate Hieronymi uocabatur Bethſura: uicus eſt in tribu Iuda, obuius uigeſimo lapide eun-
tibus ab Hieroſolyma Chebron. Iuxta hunc fons eſt ad radices montis ebulliens, qui ab eadem in qua
gignitur humo ſorbetur. In hoc fonte putant Eunuchum Candacis reginæ baptizatum fuiſſe.
Eſcol.) Opinor hanc eſſe Eſcaul, quam Hieronymus indicat obuiam ad ſeptentrionem ab Eleuthe-
ropoli proficiſcentibus Nicopolim. Eſcol autem אֶשְׁכֹּל Hebraice ſonat botrum. Diuus Hierony-
mus in Hebraicis quæſtionibus, oſtendit Mambre & Eſcol fratres fuiſſe amicos Abrahæ. Vnde no-
men inditum eſt locis. Saræ cellulas.) Id eſt, paruas ædiculas, quæ illic monſtrabantur, ob miracu-
24 lum antiquitatis, in quibus genuit Iſaac. Ac ueſtigia quercus.) Nempe apud Mambre, de qua di-
ctum in ſuperioribus ſcholijs. Veſtigia uocat monumenta, quæ diuus Hieronymus alibi teſtatur ex-
titiſſe uſq; ad tempora ſuæ infantiæ, quanquam ibi terebinthum uocat. Atq; inde conſurgens.) Nã
Chebron haud procul abeſſe à conualle Mambre, in qua deum uidit Abraham, legimus Geneſeos ca-
pite decimotertio. Hæc uillula dicta eſt & Chariath arbe. Abeſt ab Hieroſolyma uiginti duobus fer-
mè paſſuũ milibus. Cariath arbe.) Cariath arbe ſonat Hebræis uicum, uel oppidum quatuor ui-
D rorum, quod illi putant illic quatuor eſſe ſepultos, Adam, Abraham, Iſaac & Iacob. Porrò eundem
fuiſſe locum Chebron & Chariath arbe, teſtatur Ioſue caput decimumquartum. Rurſum libri Iudi-
cum, caput primum. Antiquitus dicebatur Chariath arbe, poſtea commutato nomine dictus eſt Che-
bron. Adam magni.) Sic enim legis Ioſue cap. 14. Adam maximus ibi inter Enakim ſitus eſt. Sed
25 de his diximus alias. Caleb quartum putent.) Hic erat filius Iephone, cui Ioſue montem Chebron
poſſidendum tradidit, ut habetur eo quem modo citaui loco. Montanam enim fuiſſe regionem ſi-
gnificat, cum ait, aſcendit Chebron. Cariathſepher.) Quod Hebræis ſonat, uiculum literarum.
Hunc locum olim Dabir uocatum fuiſſe, poſtea dictum Cariathſepher, teſtatur Iudicum libri caput
primum, & eundem non procul abfuiſſe ab Chebron. Literam occidentem.) Alluſit ad illud Pau-
linum: Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Othoniel filius Iepho.) Quemadmodum Axa uxor
Othoniel, ſuaſu mariti petierit à patre ſuo Caleb, irriguũ ſuperius & inferius, pro arente terra Auſtra-
26 li, legis Ioſue cap. 15. Caphar Barucha.) Sonat uillam benedictionis. Quomodo Abraham produxe-
rit angelos euntes Sodomam, legis Geneſeos cap. 18. Apparet in monte locum eſſe. Latam deſpi-
ciens,) Nimirum è monte, & deſertum eſt ad meridiem. Ac terram quondam Sodomæ.) Quon-
dam dixit, quia nunc lacus eſt peſtilens, quem mortuum uocant mare. Cæteri lacum Aſphaltiten, à
bitumine quod ſolum gignit. Apud Strabonem Sirbonis ni fallor appellatur, de quo prodigioſa quæ-
dam prodidit libro decimoſexto: Addens Sodomam metropolim fuiſſe regionis olim tredecim oppi-
dis habitatæ, quæ deinde terræmotu ſit abſorpta, quod terra fuerit ignea. Eratoſthenes putat id lacu-
um inundatione contigiſſe, qui ſubinde erumpentes terram contexerint. Balſami uineas.) De ui-
nea Engaddi fit mentio in Canticocanticorum: Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi.
Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus oſtendit grandem uicum fuiſſe in tribu Iuda, palmarum &
opobalſami fertilem, prius dictum Aſaſon Thamar, id eſt, urbs palmarum. Imminet mari mortuo.
27 Cuius opus ſunt.) Significat inceſtum concubitum Lot cum utraq; filia, è quarum altera natus eſt
Moab princeps eius populi, ex altera Ammon, autor primus eius gentis. Vterq; populus illaudatus
in diuinis literis. Et Segor uitulum conternantem.) Segor ciuitas ſola ſuperfuit ex incendio quin-
que ciuitatum Sodomorum. Imminet mari mortuo, diuidit Moabitas à Philiſtæis. Hieronymus te-
ſtatur in hac poſitum fuiſſe præſidium Romanorum. Iuxta hanc gigni balſamum, & poma palma-
rum, priſtinæ ubertatis indicia. Quondã uocata fuit Bala, quod Hebræis ſonat abſorpta, quod tertio
terrarum motu fuiſſet proſtrata. Vnde & Lot ei loco diffidebat. Segor autẽ Hebræis ſonat paruulam
ſeu iuniorem. Syrorum autem lingua Zoara dicitur: uoce idem ſignificante illis, quod Iudæis Segor.

Porrò

A Porrò quod adiecit,uitulam conternantem,uoce nimirum à ternione conficta,quod apud Hebræos habeatur שלשיה, ſumpſit ex Eſaiæ cap.15. Vectes eius uſq; ad Segor uitulam conternantem.

Speluncæ Lot.) Apparet oſtendi ſolere ſpeluncam in qua filiæ Lot,cum eo concubuerunt. Deſcenderat enim in ſpeluncam diffiſus urbi Segor, & ob eam cauſam diuus Hieronymus non putat
28 excuſandum Lot,ut cui dominus promiſerit in Segor tutum fore ab incendio. Diu hæreo in meridie.) Significat hanc partem Auſtralem fuiſſe. Quidam codices habebant: Deinde diuertit ad meridiem,uerum prior lectio plus habet feſtiuitatis,propter phantaſiam hiſtoricam. Imaginatur enim ſe in his locis uerſari, quos deſcribit,& uelut animo obambulat. Poſſunt autem hæc uerba ad Paulam accommodari,ut eam ita loquentem faciat: Diu hæreo in meridie, uelut offenſam memoria rerum parum lætarum,præſertim cum illic dormiat ſponſus in canticis,quem magis expedit in nobis uigilare. Porrò de Ioſeph qui iuſſit adeſſe fratres ſuos,ut ſecum conuiuium agerent in meridie,legis Geneſis cap.43. Cuius conuiuij ſimul & capitis hic eſt finis: Biberuntq; & inebriati ſunt cum eo. Ab his
29 igitur male ominatis locis reflectit ſe ad montem Oliueti,ut felicioris ominis. Reuertar Hieroſolymam.) Ab extrema meridiana parte,reflectit ad ſeptentrionem & occidentem. Et per Thecuam atque Amos.) Duo montes ſunt in conſpectu redeuntibus à mari mortuo Hieroſolymam,ultra hos oſtendit ſe mons Oliueti. Thecua buccinam ſonat,Amos fortem. Rutilantem montis Oliueti crucem.) Apte dixit rutilantem, ob ruborem ſanguinis. Nonnulli codices pro crucem ſcriptum habebant lucem, ut intelligas de luce aſcendentis in cœlum Ieſu. In quo per annos ſingulos.) Sic habes in Numeris capite decimonono. De quo ſaluator aſcendit ad patrem.) Montem Oliueti torrens Cedron interfluit,eumq; diuidit ab Hieroſolyma ad exortum ſolis, ubi ultima ueſtigia domini humo impreſſa,adhuc ætate diui Hieronymi monſtrabantur,ut ipſe literis prodidit,nõ abſq; memorabili miraculo. Etenim cum terra eadem,quotidie à credentibus hauriretur,nihilominus ſancta illa ueſtigia,continuo priſtinum ſtatum recipiebant. Addit & aliud miraculum,cum eo in loco conderetur eccleſia,ſummum illius cacumen nunq; potuit contegi neq; concamerari,ſed ſemper ab ima terra uſq; ad ſummum cœlum patuit iter qua dominicum corpus aſcenderat in cœlum. Ad huiuſmodi igitur ſpectacula properabat Paula. Abeſt mons ab Hieruſalem,itinere ſabbati,in hoc Chriſtum a-
30 ſcendiſſe,teſtatur Lucas in Actis cap.1. De templo tranſmigrantes.) De Cherubim migrantibus,legis apud Ezechielem cap.decimo. Rurſum de nouo templo,per quod uult intelligi Chriſtianam eccleſiam,legis apud eundem cap.quadrageſimo. Refert ſimile quiddam & Ioſephus de tranſmigratio-
B ne uirtutum è templo. Sepulchrum Lazari.) Id oſtendebatur in Bethania. Ea eſt uilla in latere mõtis Oliueti,ſecundo lapide ab Hieroſolyma. Quo in loco extructam eccleſiã fuiſſe,teſtatur alibi Hieronymus Lazari ſuſcitati monumentum. Betphage uillam.) Betphage uiculus erat ſacerdotum, in monte Oliueti ſitus. Sonat autem ut uidetur Hebraice,domus maxillarum. Sic enim exponit Hieronymus enarrans euangelium Matthæi. Ex hoc loco Chriſtus miſit ſuos diſcipulos,qui adducerent pullum aſinæ,quem nunc trahit ad allegoriam. Rectoq; itinere deſcendebat Hiericho.) Recto, quia ante hac ob montes obuios,non nihil circumacta eſt. Cæterum Hiericho dicta eſt & Oza. Eſt in tribu ephraim,oppidum bis ſubuerſum,bis item inſtauratum. Hoc dominus Ieſus dignatus eſt ſua
31 illuſtrare prædicatione. Cogitans illum de euangelio.) Via quæ ducit ab Hieruſalem in Hiericho fuit olim infamis latrocinijs. De parabola uulnerati à latronibus,legis Lucæ cap.10. Et locum Adomim.) Hebræis enim ſonat ſanguinem. Et arborem Sycomorum.) Id accidiſſe iuxta ciuitatem Hiericho, teſtatur Lucas capite.19. Apparet arborem adhuc monſtrari ſolitam ætate Hieronymi.

Peccata calcabat.) Quod Zachæus arborem ſycomorũ aſcendit,uti Ieſum uideret, legis Lucæ.19. idq; accidit in Hiericho. De genere arboris plura diximus in annotationibus euangelicis, quam Hieronymus interpretatur peccata,lætaliter dulcia. Ea calcat,qui feſtinans ad Chriſtum,erigit ſe in altũ, & prius amatas illecebras ſpernit. Cæcorum loca.) De duobus cæcis legis apud Matthæum capite nono. Verum hos duos nõ illuminauit priuſquàm reuerſus eſſet in domum ſuam,hoc eſt Nazareth. Cæterum Bartineum, Timei filium ſanauit in Hiericho, peruictus illius improbis clamoribus, ut refert Lucas capite decimooctauo, ubi palàm indicat hoc accidiſſe in uia, quæ ducit Hiericho.

32 Fundauit Haſel in Abiram.) Ita Ioſue capite ſexto, imprecatus eſt, poſtquam hanc urbem euerterat. Maledictus uir coràm domino, qui ſuſcitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito ſuo fundamenta illius iaciat,& in nouiſſimo liberorum ponat portas eius. Hãc enim Ioſue ſubuertit funditus. Et aceruum præputiorum.) Nam Hebræis Galgala ſonat collem præputiorum, uel collem circunciſionis. Hæc uocabatur ſecunda circunciſio facta per Ioſue,ſicuti refertur Ioſue capite quinto,eiq; loco nomen eſt inditum Galgala, qui factum teſtaretur. Huc reſpexit Hieronymus cũ ait: ſecundæ circunciſionis myſterium,interpretans euangelium, quæ circunciſio eſt non carnis, ſed affectuum animi. Oſtendebatur ætate Hieronymi locus deſertus,eorum,quæ illic fecit Ioſue ueſtigia retinens,miro cultu habitus ab illius partis incolis,hoc eſt orientalibus. Et duodecim lapides.) Duodecim lapides quos Ioſue, præmonitus à deo, iuſſit ab electis è ſingulis tribubus uiris deporta-
33 ri, è Iordane ſublatos, legis Ioſue capite quinto,in ipſa ſtatim fronte. Et fontem quondam legis.)

Hoc primum

C Hoc primum miraculum fecit Heliſæus, poſt arreptum in aëra Heliam, atque id temporis habitabat
Hiericho. Quæ ciuitas cum eſſet accommoda incolis, ſed aquas haberet ſteriles & inſuaues, Heliſæus
ſale immiſſo in fontem, reddidit eas ſalubres ac fertiles, ut legis quarto Regum libro capite ſecundo.
Verum autem Heliſæum, Chriſtum interpretatur Hieronymus, qui amaram & inutilem Moyſi le-
gem, ſua gratia condulcauit & ſalutiferam reddidit. Feruentiſſimo æſtu.) Subeſt tacita ἐναντίωσις,
in nocte & æſtu feruentiſſimo, iam nondum orto ſole tamen illa feruebat, & ideo properabat ad flu-
men. Quomodo in medio Iordanis.) Quemadmodum aquæ Iordanis inferiores in mare defluxe-
rint, ſuperiores conſtiterint, montis inſtar intumeſcentes, alueo qui in medio erat ſicco relicto, do-
nec ſacerdotes portantes arcam fœderis unà cum populo tranſirent: Legis Ioſue capite tertio.
34 Longum eſt, ſi uelim de Achor.) De Achor lapidato à filijs Iſraël, omnibus illius facultatibus igni
exuſtis propterea quod ſuffuratus fuerat de rebus hoſtium, lege Ioſue caput ſeptimum. Achor autẽ
interpretatur turbationem, quod Ioſue dixerit ei qui peccarat: Quia turbaſti nos, exturbet te domi-
nus in die hac. Bethel domo dei.) Id enim ſonat apud Hebræos Bethel. De Iacob legis Geneſis ca-
pite uigeſimooctauo: quomodo ſuppoſito capiti lapide dormiens uiderit myſticam illam ſcalam.
Connexuit autem huius lapidis allegoriam, cum eius allegoria, de quo ſcribit Zacharias capite ter-
tio. Quia ecce lapis quem dedi coràm Ieſu, ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt. Sepulchra quo-
que.) De Ioſue ſepulto in monte Ephraim, deq; Eleazaro filio Aaron, & illic ſepulto, legis Ioſue capi-
te ultimo. Porrò mons Ephraim uergit ad deſerta, in quo ciuitas eſt Thamnaſara, ſiue Thamna, in hac
Hieronymus indicat ſuis quoque temporibus magnum ſepulchrum oſtendi ſolere. Porrò montis
35 nomen eſt Gaa. In Gabaa.) Gabaath eſt in tribu Beniamin, urbs Phinees. Quod diſtributor poſ-
ſeſſionum &c.) Nam Ioſue in ſua poſſeſſione legitur fuiſſe ſepultus. Ea ſita eſt in monte Ephraim.
Vnde mirata eſt Paula, quid ſibi uoluerit Ioſue, quod montuoſa & aſpera ſibi ſumpſerit, cum ipſi in
manu eſſet, campeſtria quæ fertiliora ſunt deligere. Siue quod id eſſet ſingularis continentiæ, neque
enim huius temporis principes meliora tantum ſumerent, ſed ſi poſſent omnia uendicarent. Siue
quod ſubeſt myſterium, uirtutem non in mollibus, ſed in duris & arduis rebus eſſe ſitam. Et raptũ
Sabinarum.) Romani per ſpeciem ludorum ſolennium, Sabinorum mulieres rapuerunt, ne noua
ciuitas, inopia mulierum periret, ut refert Titus Liuius libro primo. Itidem & Beniamitæ, ne peri-
ret tribus, quæ propter conſtuprationem unius mulieris penè deleta fuit, rapuerunt puellas aliarum
D tribuum, ſolennes choros ducentes in Silo. Hiſtoriam legis Iudicum capite ultimo. Altare diru-
tum.) Quoniam Beniamitæ ſacrificantes ex inſidijs adoriebantur. Præcucurrit.) Vel quia tempo-
36 re prior, uel quia uiolentior. Certe ſimilis utriſq; cauſa, & ſimili occaſione utriq; ſunt uſi. Tranſiuit
Sichem.) Ea fuit ciuitas Iacob, ſic uocata à filio Emor regis ſui. Eſt autem in Samaria, non procul à
ſepulchro Ioſeph. Iuxta hanc dominus Ieſus collocutus eſt cum muliercula Samaritana. Quo quidẽ
in loco poſtea eccleſia extructa eſt, ex latere montis Gazirim. Eam ſuis adhuc temporibus extitiſſe,
teſtatur alibi diuus Hieronymus. De Neapoli meminit Plinius & Ptolemeus. Cæterum in locis He-
braicis Hieronymus hanc urbem Sichar uocat, niſi corruptus eſt codex. Doſithei errore.) Is hære-
ticus fuit Iudaizans. Sebaſten, id eſt, Samariam.) Samaria regalis erat ciuitas tribus Iſraël, in uer-
tice Somer montis ſita, media inter Galilæam & Iudæam. Vnde quondam omnis illa regio Samaria
fuit dicta. Ciuitas ipſa ab Herode Antipatri filio, Græco uocabulo σεβαστή dicta eſt, quod Latine ſo-
nat Auguſta. Nam Latini uocant auguſtum, quod maieſtatem quandam præ ſe ferat, id quod
37 Græci uocant ſebaſton, à uerbo σέβομαι, quod eſt ueneror & adoro. Abdias propheta.) Extat hi-
ſtoria libro Regum tertio capite decimooctauo. Nutriculã domini.) Vnde dictus eſt Nazaræus,
& olim Chriſtiani probro Nazaræi uocabãtur. Nazareth autem eſt uicus in Galilæa iuxta montem
Thabor. Chanaan & Capharnaum.) Nam in Chanaa Galilææ mutauit aquam in uinum. Et in
Capharnaum demigrauit relicta Nazareth, poſteaquam tentatus fuit à diabolo, atque illic auſpica-
tus prædicationem regni dei, & in eadem ciuitate ſanauit filium centurionis paralyticũ. Porrò Cha-
naa oppidum fuit in tribu Aſſur, Galilææ gẽtium. Capharnaum oppidum eſt haud procul à ſtagno
Genezareth in Galilæa gentium, ſitum in finibus Zabulon, & Neptalim, ut in locis Hebraicis indi-
cat Hieronymus. Lacum Tyberiadis.) Iordanis qui ex Penade fonte oritur iuxta montem Anti-
libanum, ubi prima conuallium obtigit occaſio in lacum ſe fundit, longum ſedecim milia paſſuum,
latum ſex mil. Geneſareth, ſiue Geneſaram uocant. Amœnis oppidis circumſeptus eſt. Rurſum in al-
ueo ſuo aliquandiu progreſſus, lacum Tyberiadis facit. Etiam ſi Plinius libro quinto capi. 15. uidetur
ex utroq; unum facere lacum. Nouiſſime decurrit in lacum Aſphaltiten, quem eundem, ut dixi, ma-
38 re mortuum uocant. Scandebat montem Thabor.) Non temere addidit, ſcãdebat. Eſt enim mons
mira rotunditate ſublimis, ſicut alibi diximus in medio Galilææ, dirimẽs tribus Iſachar & Neptalim.
Eundem uocant Itabyrium. Campos latiſſimos Galilææ.) Eſt enim mons Thabor, ut dictum eſt
in medio Galilææ. Et ab hoc monte deſcendit exercitus Barach pugnaturus aduerſus hoſtes. Hiſto-
riam legis Iudicum capite quarto. Torrens Ciſon.) Eſt iuxta montem Thabor. Hoc loco dimica-
tum eſt cum Siſara, ut teſtatur in locis Hebraicis. Eſt & ciuitas Ciſon in tribu Iſachar ſeparata leuitis.

Et oppidum

A Et oppidum iuxta Naim.) Iuxta, hoc loco aduerbium eſt. Naim autem diſtat à Thabor monte ſecũdo miliario contra meridiem iuxta Endor. De filio uiduæ in uitam reuocato, legis Lucæ capite ſeptimo. Tranſibo in Aegyptum.) Nam omiſſo itinere, reflectit ad Occidentem meridionalem. Et in
39 Socoth.) Hic fuit prima manſio filiorum Iſraël exeuntium ex Aegypto: etiam ſi Hieronymus in explicandis manſionibus ad Fabiolam, hanc ſecundam facit. Apud fontem Sampſon.) Oſtendebatur, ut apparet, locus dictus fons Sampſon, ob fontem, quem illi ſitienti deus elicuit è dente maxillæ aſini. Vnde dictus eſt locus, fons inuocantis de maxilla: ut legis Iudicum capite decimoquinto. Vt refocillatus uideam.) Alluſit ad hoc, quod ſcriptum de Sampſone: Quibus hauſtis, refocillauit ſpiritum, & uires recepit. Moraſthi.) Hic eſt uiculus Palæſtinæ, haud procul ab Eleutheropoli ſitus, patria Malachiæ prophetæ: unde & Moraſthites cognominatur. Eodem in loco monſtrabatur illius ſepulchrum. Et ex latere derelinquam.) Has regiones ut impias non inuiſit, ſed ad leuam relinquit.

Chorreos.) Horum fit mentio in ſacris literis. Ietheos.) A Ietheth, quæ eſt regio principũ Edom,
40 in Gabalene, hoc eſt, Idumæa. Idumæam.) Huic poſtea commutatum eſt nomen Gabalene. Regio quondam Eſau, à quo uocabulum inditum Idumæa, quod ille Edom uocatus ſit. Plinius item Idumæã partem facit maritimæ Syriæ. Lachis.) Vna eſt è ciuitatibus, quas cepit Ieſus, rege eius interfecto.

Et per arenas molliſſimas.) Huiuſmodi deſcribit Lucanus in Libya. Ad Aegypti fluuium Sior.) Opinor hunc eſſe, quem alij Nilum uocant. Geſſen.) Hic habitauit Iacob cum liberis. Et campos Thaneos.) De quibus legis pſalmo ſeptuageſimoſeptimo. Hic Moyſes & Aaron ædiderunt ſua prodigia. Et hic habitarunt Hebræi, qui metu Babyloniorum fugerant cum Hieremia. Verſa eſt in Alexandriam.) Alexandria ciuitas eſt Aegypti, inter Africam Aegyptum & mare, quaſi clauſtrum poſita: in qua corpus diui Marci euangeliſtæ conditum, ſua ætate à fidelibus honorari ſolere, teſtatur diuus Hieronymus. Verſam dixit, ob nomen cõmutatum ab Alexandro Magno, qui eam [redacted] Ita Paula cum deeſſet pecunia, mutuo ſumebat ad uſuram. Eam ad diem præſcriptum, cum rurſus non eſſet quo reſolueret, denuo ſumebat mutuum ab alio, quo ſuperius æs alienum redderet, creditore tantum mutato, manente nihilominus obligatione. Exempla ſunt apud Terẽtium, Donatum interpretẽ, & Senecam. Suis buccinatoribus.) Miram & gratiam & Emphaſim addidit metaphora. Nam buccinatores ſunt, qui canunt buccina. Et buccina admonetur populus, ut audiat præconium, aut edictũ
43 publicũ. Vnde ambitioſos laudatores, buccinatores uocat. Feriuntq́ ſummos.) Verſus eſt ex Odis Horatianis, quem Hieronymus eò detorſit, ut ſignificet egregiam uirtutem obnoxiam eſſe inuidiæ. In eundem ſenſum Titus Liuius: Liuor, inquit, uelut ignis alta petit. Quanquam Horatius in aliã ſententiam dixit, nempe magnam fortunam expoſitam eſſe triſtibus caſibus. Adad Idumæam.) Hic Adad puer fugerat in Aegyptum, interfectis ad à Dauid omnibus maſculini generis Idumæis. Inde mortuo Dauid, iam grandior factus, & adiutus opibus Pharaonis, negocium exhibuit Solomoni, ut legis libro Regum tertio, capite undecimo. Videtur autem ſignificare Ruffinum. Allophylis.) Hoc eſt, alienigenis. De Iacob, quomodo ob inuidiam fratris Eſau fugerit in Meſopotamiam, legis Geneſis capite uigeſimooctauo. De Dauid, quomodo à Saul inuidente ſuæ gloriæ, profugerit ad Achis Philiſtæum, legis Regum primi libri capite uigeſimoſeptimo. Patiens enim uir.) Sic habet Solomon in prouerbiorum capite decimoquarto: Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia: qui autẽ
44 impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. Toxotij ſui.) Hic erat filius Paulæ natu minimus. Et matris dolorem.) Nonnulla exemplaria habebant, matricis dolorem: utraq; lectio tolerabilis, niſi quod argutior eſt matris, ut intelligas affectum maternum: quoniam de filiarum obitu paulò ante meminit.

Conueni hominem.) Error quem coarguit, partim ſapit Origenẽ, uel potius Platonem, & uidetur

C Ruffinum ſubnotare tacito nomine. Chriſti flammeo.) Flammeum eſt, quo fœminæ tegunt capi-
ta. Præſens utriuſq; noſtri intentatur naufragium.) Ita conſtanter habebant exemplaria:neq; cuiq;
obſcurum eſt,quin hic locus ſit deprauatus. Arbitror ita legendum:Præſens utriq; noſtrum intẽtatur
naufragium,ut intelligas Euſtochium & Hieronymum pariter Paulæ obitu fuiſſe periclitatos, cum
illa uiua fuiſſent felices. Iuſto & impio,bono & malo.) Ita ſcribit Eccleſiaſtes capite nono:eo quod
uniuerſa æque ueniant,iuſto & impio,bono & malo,mundo & immundo,immolanti uictimas & ſacri-
ficia contemnenti.Sicut bonus,ſic & peccator:ut periurus,ita qui uerum deierat. Veram Noemi.)
45 נָעֳמִי Noëmi Hebraice ſonat pulchram uel conſolatam:id trahit ad Paulam.Porrò locus eſt Ruth ca-
pite primo. Nunc tibi librum.) Ad Euſtochium filiam loquitur, non ad Paulam. Ad duas lucu-
bratiunculas.) Dictamus,cum ipſi non ſcribimus,ſed notario ſcribendum pronunciamus,hoc eſt,lin-
gua tantum utimur noſtra,manu aliena.Et mirum eſt ſenem,ut apparet penè decrepitum, tantum po-
tuiſſe duabus dictatiunculis,præſertim luctu occupatum.Non enim aliquid ſubinane ſuſpicari libet
in uiro tam ſancto. Exegi monumentum.) Exegi,pro perfeci dixit:monumentum uocat hunc li-
brum,quem de illius ſcripſit uirtutibus. Retulit autem carmen ex Odis Horatianis: Exegi monu-
mentum ære perennius. Regaliq; ſitu pyramidum altius. Quod non imber edax, nõ aquilo impo-
tens poſſit diruere,aut innumerabilis Annorum ſeries,aut fuga temporum. Aere perennius.) Nã
antiquitus ponebantur æreæ ſtatuæ,aut tituli in æs incidebantur,ad propagandam in poſteros defun-
cti memoriam. Verum huiuſmodi monumenta,ſi tempeſtatis,aut hominũ iniuria nõ demolitur,certe
tempus ipſum omnia conſumens,abolet. Ingenij monumenta ſola perpetua ſunt, & in omne durant
æuum. Agamemnonis inclyta.) Maternum genus duxerat à Scipionibus & Gracchis,paternũ ab
Agamemnone. Diuitias ſobolem.) Poſt hoc carmen quidam codices additum habebãt hũc uerſum:
His fruitura locis,felix ubi dona Magorum. Mihi uidetur ſupereſſe.

D [redacted]

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hic Lucinius natione Beticus,deſtinarat adire Bethlehem,& opibus ſuis iuuerat Hieronymi gre-
gem:ſanctum illius propoſitum collaudat,hortans ut pergat quò cœpit, ad perfectam uirrutem.Re-
ſpondet ad quædam,de quibus ſcripſerat Lucinus.

HIERONYMVS AD LVCINIVM.

NEc opinãti mihi,ſubito literæ tuæ redditæ ſunt:quæ quãto inſperatæ,tãto gau-
diorum plenæ,quieſcentem animam ſuſcitarunt:ut ſtatim amore cõplecterer,
quem oculis ignorabã,& illud mecum tacitus muſſitarẽ:Quis dabit mihi pen-
nas ſicut columbæ,& uolabo & requieſcã,ut inueniat quẽ diligit anima mea?
1 Vere nunc in te ſermo dominicus cõpletus eſt:Multi ab Oriente & Occidẽte uenient,&
recumbent in ſinu Abrahæ. Cornelius cẽturio cohortis Italicæ,iam tũc Lucinij mei præfi-
gurabat fidẽ. Apoſtolus Paulus ſcribẽs ad Romanos:Cum,inquit,in Hiſpaniã proficiſci
cœpero,ſpero quod præteriẽs uideam uos,& à uobis deducar illuc:tãtis fluctibus appro-
bauit,quid de illa prouincia quæreret. In breui tẽpore ab Hieroſolymis uſq; ad Illyricum
Euangelij iaciens fundamenta, Romam uinctus ingreditur:ut uinctos ſuperſtitionis er-

roribus

A roribus liberos faciat. Manet in hoſpitio conducto per bienniũ, ut nobis utriuſq; inſtru-
mẽti æternã reddat domũ. Piſcator hominũ, miſſo rete apoſtolico, te quoq; quaſi pulcher
rimũ Auratã inter innumera piſciũ genera traxit ad littus. Reliquiſti amaros fluctus, ſal-
ſos gurgites, fiſſuras mõtiũ, & Leuiathã regnantẽ in aquis, cũ Ieſu deſerta expetẽs cõtem-
pſiſti, ut poſſis illud propheticũ canere: In terra deſerta, & in inuio, & in aquoſo, ſic in ſan-
cto apparui tibi. Et iterũ: Ecce elongaui fugiẽs, & mãſi in ſolitudine. Expectabã eũ qui ſal-
uum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tẽpeſtate. Obſecro te & moneo parẽtis affectu,
ut qui Sodomã reliquiſti, ad mõtana feſtinãs, poſt tergum ne reſpicias: ne aratri ſtiuam, ne
fimbriam ſaluatoris, ne cincinnos eius, noctis rore madefactos, quos ſemel tenere cœpiſti,
aliquãdo dimittas: ne de tecto uirtutũ priſtina quæſiturus ueſtimẽta deſcẽdas, ne de agro
reuertaris domũ, ne campeſtria cum Lot & amœna hortorũ diligas: quæ nõ irrigãtur de
2 cœlo ut terra ſancta, ſed de turbido flumine Iordanis, poſtq; dulces aquas maris mortui
cõmixtione mutauit. Cœpiſſe multorũ eſt, ad culmẽ perueniſſe paucorũ. Qui in ſtadio cur
rũt, omnes quidẽ currũt, ſed unus accipit brauiũ. At cõtra de nobis dicitur: Sic currite: ut
apprehẽdatis. Nõ eſt inuidus Agonotheta noſter: nec alterius palma, alteri parat ignomi-
niã. Omnes athletas ſuos deſiderat coronari. Gaudet anima mea, & magnitudine læticiæ
rẽ mœroris patior. Ruth in lachrymas uerba prorũpunt. Zachæus publicanus ad unius
horæ cõuerſionẽ, hoſpitem habere meruit ſaluatorẽ. Martha & Maria, cõuiuio præpara-
to dñm ſuſcepere. Meretrix lauat fletibus pedes, & unguẽtis bonorũ operũ dominici cor
poris dedicat ſepulturã. Simon leproſus inuitat magiſtrũ cũ diſcipulis, & nõ cõtemnitur.
Abrahæ dicit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & uade
in terrã quã mõſtrauero tibi. Relinquit Chaldæam, relinquit Meſopotamiã: quærit quod
neſcit, ne perdat quod inuenerat. Non eñ arbitratus eſt ſimul ſe habere poſſe & patriam
& dñm, ſed iam tunc illud prophetæ Dauid opere complebat: Aduena ego ſum apud te
B & peregrinus, ſicut omnes patres mei: Hebræus, id eſt, περώτης atq; trãſitor: dũ nõ eſt præ-
ſenti uirtute cõtentus, ſed præteritorũ obliuiſcẽs, in futurũ ſe extẽdit, & ſcit illud: Ibunt de
uirtute in uirtutẽ: myſticũ ſortius eſt nomen, & uiam tibi aperuit, quomodo nõ quæras ea
quæ tua ſunt, ſed quæ aliena: & illos putes parẽtes, fratres, affines atq; cognatos, q tibi in
Chriſto copulati ſunt. Mater, inqt, mea & fratres mei ſunt hi, qui faciunt uoluntatẽ patris
mei. Habes tecũ prius in carne, nũc in ſpiritu ſociam: de cõiuge germanã, de fœmina uirũ,
de ſubiecta parẽ: quæ ſub eodẽ iugo ad cœleſtia ſimul regna feſtinat. Cauta rei familiaris
diſpenſatio, & ad calculos rediens, non cito deponitur. Ioſeph cũ tunica Aegyptiã effuge-
re nõ potuit. Adoleſcẽs ille, qui opertus ſindone ſequebatur Ieſum: quia tẽtus fuerat à mi-
niſtris, terrenũ abijciẽs operimentũ, nudus euaſit. Helias igneo curru raptus ad cœlũ, me-
loten reliqt in terris. Heliſæus boues & iuga prioris operis uertit in uota. Loquit ſapiẽtiſſi
mus uir: Qui tãgit picẽ, inquinabit ab ea. Quãdiu uerſamur in rebus ſeculi, & anima no-
3 ſtra poſſeſſionũ ac redituum procuratione deuincta eſt, de deo libere cogitare non poſſu-
mus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cũ iniquitate, aut quę ſocietas lucis ad tenebras? Qui
conſenſus Chriſti ad Belial? Quæ pars fideli cũ infideli? Nõ poteſtis, inquit dñs, deo ſerui
re & mãmonæ. Aurum deponere incipientiũ eſt, non perfectorũ. Fecit hoc Crates Theba
nus, fecit Antiſthenes. Seipſum offerre deo, proprie Chriſtianorũ eſt & apoſtolorum: qui
duo cũ uidua paupertatis ſuæ in Gazophylaciũ æra mittẽtes, totum cenſum quem habue
runt, dño tradiderunt, & merẽtur audire: Sedebitis ſuper duodecim ſolia, iudicantes duo
decim tribus Iſraël. Hæc & ipſe intelligis, quo animo replicẽ: & quod ſub alijs uerbis te ad
ſanctorũ locorũ inuitem habitaculũ. Abundantia tua multorũ inopiam ſuſtentauit, ut &
horũ diuitiæ in tuam indigentiã redundarẽt. Feciſti tibi amicos de iniquo mãmona, qui te
reciperẽt in æterna tabernacula. Laudãda res, & apoſtolicorũ tẽporũ uirtutibus coæquã-
da: quãdo uẽditis poſſeſſionibus ſuis, credentes afferebant pecunias, atq; fundebant ante

 pedes

C pedes apoſtolorũ,oſtendentes auariciã eſſe calcandã.Sed dominus magis quærit animas credentiũ,quàm opes.Legimus:Redẽptio animæ uiri,propriæ diuitiæ. Poſſumus quidẽ diuitias proprias intelligere,quę nõ de alieno,nõ de rapinis ſunt:iuxta illud:Honora deũ de tuis iuſtis laboribus:ſed melior eſt intelligẽtia,ut diuitias proprias cognoſcamus theſauros abſconditos,quos nec fur poſſit ſuffodere,nec latro uiolẽtus eripere. Opuſcula mea quæ nõ ſui merito,ſed tua bonitate deſiderare te dicis:ad deſcribendũ hominibus tuis dedi,& deſcripta uidi in chartaceis codicibus:ac frequẽter monui,ut cõferrent diligentius,& & emendarẽt.Ego eñ tãta uolumina præ frequẽtia cõmeantiũ & peregrinorũ turbis relegere nõ potui:& ut ipſi probauêre præſentes,lõgo tẽtus incõmodo,uix diebus quadrageſimæ,quibus ipſi proficiſcebãtur,reſpirare cœpi.Vnde ſi paragrãmata reppereris,uel minus aliqua deſcripta ſunt,quæ ſenſum legẽtis impediãt:nõ mihi debes imputare,ſed tuis, & imperitiæ notariorũ librariorumq́ incuriæ:q ſcribũt nõ qđ inueniũt,ſed qđ intelligũt: & dũ alienos errores emẽdare nituntur,oſtẽdunt ſuos.Porrò Ioſephi libros, & ſanctorũ Papiæ & Polycarpi uolumina,falſus ad te rumor pertulit à me eſſe trãſlata:quia nec ocij mei,nec uirium eſt,tantas res eadẽ in alterã linguã exprimere uenuſtate. Origenis & ſancti Didymi pauca tranſtulimus,uolẽtes noſtris ex parte oſtẽdere,quid Græca doctrina retineret.Canonẽ Hebraicæ ueritatis,excepto octateucho, quẽ nũc in manibus habeo,pueris tuis & notarijs dedi deſcribendũ.Septuaginta interpretũ æditionẽ,& te habere nõ dubito,& ante annos plurimos diligẽtiſſime emendatã,ſtudioſis tradidi:nouũ Græcæ reddidi autoritati.Vt eñ ueterũ librorũ fides de Hebræis uoluminibus examinãda eſt,ita nouorũ Græci ſermonis normã deſiderat. De ſabbato quod quæris,utrum ieiunandũ ſit: & de euchariſtia,an accipienda quotidie,quod Romanæ eccleſiæ & Hiſpaniæ obſeruare

D perhibẽtur:ſcripſit quidẽ & Hippolytus uir diſertiſſimus,& carptim diuerſi ſcriptores è uarijs autoribus ædidere.Sed ego illud te breuiter admonendũ puto,traditiones eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei nõ officiant) ita obſeruãdas,ut à maioribus traditæ ſunt. Nec aliorũ cõſuetudinẽ,aliorũ cõtrario more ſubuerti.Atq; utinã omni tẽpore ieiunare poſſimus,qđ in Actibus apoſtolorũ diebus Pẽtecoſtes & die dominico,apoſtolũ Paulũ,& cũ eo credẽtes feciſſe legimus.Nec tamẽ Manichææ hæreſeos accuſandi ſunt, cũ carnalis cibus præferri nõ debuerit ſpirituali. Euchariſtiã quoq; abſq; cõdemnatione noſtri, & pungente cõſciẽtia,ſemper accipere,& pſalmiſtã audire,dicentẽ:Guſtate & uidete,quoniã ſuauis eſt dñs,& cũ eo canere:Eructauit cor meũ uerbũ bonũ.Nec hoc dico,quod dominicis diebus ieiunandũ putẽ,& cõtextas ſexaginta diebus ferias auferã: ſed unaquæq; prouincia abundet in ſenſu ſuo,& præcepta maiorũ,leges apoſtolicas arbitretur. Duo palliola, & amphimalum de tuis uſibus uel utenda,uel ſanctis danda ſuſcepi. Ego inſignia paupertatis,& quotidianę ſymbolia pœnitẽtiæ,tibi et ſorori tuæ miſi:quatuor ciliciola apta propoſito & uſibus ueſtris:& codicẽ,hoc eſt uiſiones Eſaiæ ualde obſcuriſſimas: quas nuper hiſtorica explanatione diſſerui:ut quotieſcunq; mea opuſcula uideris,toties amici dulciſſimi recordatus,nauigationẽ quã parumper diſtuleras,pares.Et quia nõ eſt in homine uia eius,& à domino greſſus hominis diriguntur: ſi fortè (quod procul abſit) aliquid fuerit impedimenti,quæſo ut quos charitas iungit,terrarũ longitudo non ſeparet, & abſentem Lucinium noſtrum,ſemper præſentem literarum uiciſſitudine ſentiamus.

## SCHOLIA.

1 MVlti ab Oriente & Occidẽte.) Siue quod uere conuerſus eſſet ad Chriſtum,rebus omnibus contemptis:ſiue quod undiq; Bethlehem concurreretur è longinquis regionibus. Pulcherrimum Auratam.) Aurata piſcis eſt,à colore dictus:qui nomẽ ſuum hodieq; apud uulgus Italicum obtinet. Leuiathan regnantem.) Ita deſcribitur apud Iob: Nunquid extraham Leuiathan hamo? Ad montana feſtinans.) Reſpexit ad hiſtoriam Lot, qui iuſſus eſt ad mõtana fugere,Sodoma ardente. Ne aratri ſtiuam.) Varijs alluſionibus infarſit hunc locũ. Primum alluſit ad id quod eſt in Euangelio:qui miſſa ad aratrum manu retroſpexerit, non eſſe idoneum regno dei.

A Deinde ad mulierẽ,quæ tacta fimbria Ieſu,ſanata eſt à fluxu ſanguinis.Item alludit ad illud quod eſt in
Canticis:Caput meũ plenũ eſt rore,& cincinni mei guttis noctium.Rurſus ad illud Euangelicũ, quod
in die illa uetat,ne de tecto deſcendat:ut tunicam recipiat,qui nudus fugere cœperit. Rurſum de Lot
2 & Abraham,qui diuiſi ſunt.Abraham elegit montana,Lot campeſtria. Poſt dulces aquas.) Plinius
libro quinto,cap.15.prodidit Iordanẽ amnem amœnum,ſalubribus eſſe aquis,donec poſt lõgos flexus
uelut inuitus Aſphaltite lacui miſcetur,Ibi perdit laudatas aquas peſtilentibus mixtas. Diximus eum
lacũ mortuũ mare dici.Significat autem uere Chriſtianum,ab uniuerſis huius mundi curis liberũ eſſe
oportere. Non eſt inuidus Agonotheta.) Agonotheta Græcis eſt,qui certamini præſidet, propoſi-
tis præmijs. ἀγὼν certamen, τίθημι pono. Rem doloris patior.) Sic & apud Terentium Demea la-
chrymat præ gaudio. Ruth in lachrymis.) Eſt Ruth capite primo:Flent enim nurus Noëmi, nõ do-
lore,ſed amore.Simulq́ꝫ profectæ ſunt in Bethlehem.Vnde tacite ſignificat diuus Hieronymus opta-
re ſe conſortiũ Lucinij.Sed ſuſpicor hunc locũ eſſe deprauatum:legendum autem Ruth,pro uerbis la-
chrymæ prorumpunt.Quanquã & altera lectio tolerabilis. Hebræus,id eſt, περάτης.) περᾶν Græce eſt
tranſire,ſiue ſuperare aut tranſmittere.Idem Hebræis ſonat Hebræus. Meloten reliquit in terris.)
μηλώτη pellis eſt ouilla,ſiue exuuium uelleris ouilli: μῆλον enim ouem ſignificat. Crates Thebanus.)
Hic aurum abiecit in mare:de quo dictum eſt aliâs.Antiſthenes Cynicus fuit, ſtrennuus contemptor
3 omnium rerum. Ac redituum.) A redeundo dicuntur,non à reddendo.Ouidius: Turpe thori re-
ditu,cenſus augere paternos.Quod autem fructus ex re quapiam colligitur,id ex ea redire dicitur.
Si paragrammata.) παραγράμματα dicere poſſis literas perperam poſitas: γράμμα litera, & præpoſitio
παρὰ, in malam ferè partem ſignificat. Et ſancti Didymi.) In huius catalogo teſtatur ſe uertiſſe librũ
de ſpiritu ſancto. Excepto octateucho.) Octo Græce octo,& τεῦχος uolumen.Ita diſtinguitur à pen-
tateucho,quinq́ꝫ cõplectente uolumina Moyſi,cum hæc pars octo complectatur. Amphimalum.)
Tunica eſt Gauſapina,utrinq́ꝫ uillos habens. Quotidiana ſymbolia pœnitentiæ.) σύμβολον aliquãdo
ſignificat ſignum:inde diminutiuum ſymbolium.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theodorã Hiſpanã uiduã cõſolatur de morte Lucinij Betici mariti,ſed quẽ fratris habuerit loco.

## HIERONYMVS AD THEODORAM epitaphium Lucinij Betici.

LVgubri nuncio cõſternatus ſuper ſancti & uenerabilis mihi dormitione Luci-
B nij,uix breuẽ epiſtolã dictare potui.Non quod eius uicem doleam,quẽ ſcio ad
meliora tranſiſſe,dicente Moyſe:Tranſiens uidebo uiſionẽ hanc magnam:ſed
quo torquear deſiderio,nõ meruiſſe me eius uiri uidere faciẽ,quẽ in breui tem-
pore huc uenturũ eſſe credebã.Verum eſt illud ſuper neceſſitate mortis prophetale uatici-
nium,qđ fratres diuidat,& chariſſima inter ſe nomina crudelis & dura diſſociet.Sed habe-
mus cõſolationẽ,quia dñi uoce iugulatur,per quẽ ad eam dicitur: Ero mors tua ô mors,
ero morſus tuus inferne. Et in conſequentibus: Adducet urentẽ uentum dñs de deſerto
deſcendentẽ,qui ſiccabit omnes uenas eius,& deſolabit fontẽ illius.Exiuit eñ uirga de ra-
dice Ieſſe,& flos de uirginali frutice pullulauit.Qui loquitur in Cãtico canticorũ:Ego flos
cãpi,& lilium cõualliũ.Flos noſter mortis interitus:ideóq́ꝫ & mortuus eſt: ut mors illius
morte moreretur.Quod aũt de deſerto dicit adducendus,uirginalis uterus demõſtratur,
qui abſq́ꝫ coitu & ſemine uiri,deũ nobis fudit infantẽ: qui calore ſpiritus ſancti exiccaret
fontes libidinũ,& caneret in pſalmo:In terra deſerta & inuia & ĩnaquoſa,ſic in ſancto ap-
parui tibi.Aduerſum ergo mortis duritiã & crudeliſſimã neceſſitatẽ hoc ſolatio erigimur,
quod breui uiſuri ſumus eos quos dolemus abſentes.Neq́ꝫ eñ mors,ſed dormitio & ſom-
nus appellat.Vnde & beatus Apoſtolus uetat de dormiẽtibus cõtriſtari: ut quos dormi-
re nouimus,ſuſcitari poſſe credamus:& poſt digeſtũ ſoporẽ uigilare cũ ſanctis,& cũ ange-
lis dicere:Gloria in excelſis deo,& ſuper terrã pax hoĩbus bonæ uolũtatis.In cœlo, ubi
nõ eſt peccatũ,gloria eſt,& ꝑpetua laus,& indefeſſa præconia.In terra aũt,ubi ſeditio,bel-
la atq́ꝫ diſcordiæ,pax imprecãda eſt:& pax nõ in omnibus,ſed in his, ꝗ bonæ uoluntatis
ſunt:& ſalutationẽ audiunt Apoſtolicã:Gratia uobis & pax à deo patre,& dño noſtro Ie-
ſu Chriſto multiplicet:ut in pace ſit locus eius,et habitatio eius in Sion,id eſt,in ſpecula,in
ſublimitate dogmatũ atq́ꝫ uirtutũ,in anima credentis:cuius quotidie angelus uidet faciem
dei,& reuelato uultu gloriã dei cõtẽplatur.Vnde obſecro te,& currẽtẽ,ut aiunt,impello,

C ut Lucinium tuū deſideres quidē ut fratrem,ſed gaudeas regnare cū Chriſto, quia raptus eſt,ne malitia immutaret mentē eius.Placita em̄ erat deo anima illius,& in breui ſpatio tēpora multa cōpleuit.Nos dolēdi magis,q quotidie ſtamus in prælio peccatorꝝ,uitijs ſordidamur,accipimus uulnera,& de ocioſo uerbo reddituri ſumus rationē. Ille iam ſecurus & uictor te aſpicit de excelſo,& fauet laborāti:& iuxta ſe locū præparat,eodē amore & eadem charitate,qua oblitus officij cōiugalis:in terra quoq; ſororē te habere cœperat, imò tu illū fratrē:quia căſta cōiunctio,ſexum nō habet nuptialē.Et ſi adhuc in carne poſiti &
renati in Chriſto,nō ſumus Græcus & barbarus,ſeruus & liber,maſculus & fœmina,ſed omnes in eo unū ſumus:quāto magis cū corruptiuū hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē,nō nubēt,neq; nubent,ſed erūt ſicut angeli in cœlis?Quādo dicit,nō nubent,neq; nubētur,ſed erunt ſicut angeli in cœlis, nō natura & ſubſtantia corporū tollitur,ſed gloriæ magnitudo mōſtratur.Neq; enim ſcriptū eſt,erūt angeli, ſed ſicut angeli. Vbi ſimilitudo promittitur,ueritas denegat.Erunt,inqt,ſicut angeli,id eſt,ſimiles angelorū:ergo homines eſſe nō deſinent.Inclyti quidē & angelico ſplendore decorati,ſed tamen homines:ut apoſtolus apoſtolus ſit,& Maria Maria:& cōfundatur hæreſis, quæ ideo incerta et magna promittit,ut quæ certa & moderata ſunt,auferat.Et quia hæreſeos ſemel fecimus mentionē,qua Lucinius noſter digne eloquētiæ tuba prædicari poteſt, q ſpurciſſima per Hiſpanias Baſilidis hæreſi ſæuiente,& inſtar peſtis & morbi,totas intra Pyrenæū & Oceanū uaſtāte prouincias,fidei eccleſiaſticæ tenuit puritatē,nequaq; ſuſcipiens,Armagil,Barbelon,Abraxas,Balſamū,& ridiculū Leuſiborā,cæteraq; magis portē
2 ta quàm nomina:quæ ad imperitorū & mulierculariū animos concitandos, quaſi de Hebraicis fontibus hauriunt,barbaro ſimplices quoſq; terrētes ſono:ut quod nō intelligūt, plus mirētur.Refert Hirenæus,uir apoſtolicorū tēporū,& Papiæ auditoris euāgeliſtæ Ioannis diſcipulus,epiſcopus eccleſiæ Lugdunēſis:quod Marcus quidā de Baſilidis gnoſti
D ci ſtirpe deſcēdens,primū ad Gallias uenerit:& eas partes per quas Rhodanus & Garūna fluunt,ſua doctrina maculauerit:maximeq; nobiles fœminas,quædā in occulto myſteria repromittens,hoc errore ſeduxerit:magicis artibus & ſecreta corporū uoluptate,amorem ſui cōciliās.Inde Pyrenæū trāſiens,Hiſpanias occuparit:& hoc ſtudio habuerit, ut diuitū domus,& in ipſis fœminas maxime appeteret:quæ ducunť uarijs deſiderijs,ſemper diſcētes,et nunq; ad ſciētiā ueritatis peruenientes.Hoc ille ſcripſit ante annos circiter trecētos.Et ſcripſit in his libris,quos aduerſus omēs hæreſes doctiſſimo & eloquētiſſimo ſermone cōpoſuit.Ex quo ꝑpēdat prudētia tua,qua Lucinius noſter laude ſit dignus: q clauſit aurē, ne audiret iudiciū ſanguinis:& omnē ſubſtātiā ſuā diſperſit et dedit pauperibus,ut iuſtitia eius maneret in æternū.Nec patriæ ſuæ largitate cōtētus,miſit Hieroſolymarū & Alexandrinæ eccleſię tātū auri,quāto multorꝝ poſſit inopiæ ſubueniri.Qđ cū multi mirenť et prędicēt,ego in illo magis laudabo feruorē & ſtudiū ſcripturarū:quo ille deſiderio opuſcula noſtra flagitauit:& miſſis ſex notarijs (qa in hac ꝓuincia Latini ſermonis ſcriptorūq; penuria eſt) deſcribi ſibi fecit,quæcūq; ab adoleſcētia uſq; in præſens tēpus dictauimus?Nō nos honorauit, q paruuli & minimi Chriſtianorū omniū ſumus, & ob cōſcietiā pctōrū, Bethlehemitici ruris ſaxa incolimus: ſed Chriſtū, q honorať in ſeruis ſuis:& apl'is repromittit,dicēs:Qui uos recipiūt,me recipiūt.Et q me recipiūt,recipiunt eū qui me miſit.Itaq; chariſſima filia,hāc epl'am amoris mei in illū habeto epitaphiū: & qcqd poſſe me ſcieris in opere ſpūali,audacter impera:ut ſciāt ſecula poſt futura,eū q dicit in Eſaia:Poſuit me ut ſagittā electā,in pharetra ſua abſcōdit me,duos uiros tātis maris atq; terrarū inter ſe ſpatijs ſeparatos, ſuo acumine uulneraſſe: ut cū mutuo in carne ſe neſciāt, amore ſpūs copulenť. Subſcriptio.Sācta te corpore & ſpū ſeruet ille Samarites,id eſt,ſeruator & cuſtos : de quo in pſalmo ſcribiť:Nō dormitabit neq; dormiet q cuſtodit Iſraël: ut Hir, q interptať uigil, q deſcēdit ad Daniel,ad te quoq; ueniat,& poſſis dicere:Ego dormio, & cor meū uigilat.

Scholia.

## SCHOLIA.

A
1 NOn ſumus Græcus & barbarus.) Ita Paulus ad Galatas cap.3. Quicunq; in Chriſto baptiza
ti eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neq; Græcus: nõ eſt ſeruus, neq; liber: non eſt ma
ſculus, neq; fœmina. Omnes eñ uos unũ eſtis in Chriſto Ieſu. Quando dicit non nubẽt.)
De hac hæreſi diſputat in epitaphio Paulæ copioſius. Baſilidis hæreſi.) Baſilides in cæte-
ris Simonianus, trecentos ſexagintaquinq; fabricatus eſt cœlos, ut teſtatur diuus Auguſtinus in libro
ad Quoduultdeum. Inde myſticũ illud nomen ſuis diſcipulis cõmendabat ἀβραξας. Nã his literis iuxta
Græcam ſupputationẽ, hic numerus ſignatur: α & β, ſignificant unũ & duo, ρ & α, centũ & unum, ξ & α,
ducenta & unum: σ, quæ ſeptima eſt in hac dictione litera, ſignificat ſexaginta. In ſumma reddũtur tre-
centa ſexagintaquinq;. Proinde mundũ hunc & hominẽ negabat à deo conditũ, ſed à trecẽteſimo ſexa-
geſimoquinto cœlo. Idem negabat ipſum Chriſtum à Iudæis fuiſſe crucifixum, ſed eius loco Simonem
Cyrenenſem, qui iuxta Matthæum, coactus fuit baiulare crucẽ domini. Diuus Hieronymus enarrans
tertium Amos prophetæ caput, prodidit Baſilidẽ hoc portentoſo uocabulo deũ appellaſſe, quẽ genti-
les alijs literis, ſed eundẽ reddentibus numerũ, μυθραν appellent. Mythran aũt illi ſolem appellant, qui
hoc dierum numero curſum annuũ cõficit. Meminit idẽ huius prodigioſi uocabuli Abraxas, enarrãs
primum Abdiæ caput. Cæterũ illud, Armagil, Barbelon, Balſamũ, Leuſibora, conſimilis inſaniæ ſunt
uocabula: in hoc conficta, ut αἰῶνας, hoc eſt, ſecula ſignificent, literarũ notis: quæ ridicule cõmentus eſt
Valentinus & Marcion, triginta conſtituens αἰῶνας, quadradas, octoadas, & duodecadas, atq; huiuſmo-
di præſtigijs uerborum, plebeculæ ſimplici & imperitæ conans imponere: quæ peregrina magis mira
tur: & quæ minus intelligit, plus credit habere myſterij. Vnde qui ridiculas profitentur artes, magiam
notoriam, Græca quædã & Hebraica: nõnulla conficta uocabula inculcãt nihil ſignificantia. Meminit
2 horum uerborũ Hieronymus & in libro aduerſus Vigilantiũ. Item in cõmentarijs in Eſaiam. Quaſi
de Hebraicis fontibus.) Non quod Hebraica ſint, ſed quo plus haberẽt autoritatis, hinc ſumpta uide-
ri uolebant, ex occultis illorũ Thalmudicis aut Caballiſticis libris: haberẽtq; nonnihil tale, quale apud
Hebræos nomen dei tetragrãmaton. Baſilidis gnoſtici.) Hoc cognominis ſibi uindicabãt, ob arcanã
myſticorum ſcientiã, ſed rectius ijdem βορβορῖται ſunt dicti à cœno, ob turpitudinẽ quã exercebãt in ſuis
myſterijs. Hirenæus uir apoſtolicorũ temporum.) Hic uolumẽ ſcripſit aduerſus quinq; hæreſes, ut
teſtatur in catalogo ſcriptorũ Hieronymus, ubi mentionẽ facit & Papiæ. Inde Pyrenæum.) Montes
enim Pyrenæi Gallias dirimunt ab Hiſpanijs. Vt Hir, qui uigil.) Habes Danielis cap.4.

B

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Fabiolam nobilem fœminam laudat, quod poſt lapſum ad Chriſtum conuerſa, ſanctiſſimam uereq;
Chriſtianam egerit uitam, glorioſumq; meruerit uitæ finem. Scripſit ad hãc de ueſtibus Aaron, cuius
epiſtolæ initium eſt: Vſq; hodie, quam in ſuo reperies Tomo. Item alteram de manſionibus.

## HIERONYMVS AD OCEANVM EPITAPHIVM FABIOLAE.

PLures anni ſunt, quod ſuper dormitione Bleſillæ, Paulã uenerabilẽ fœminã,
recẽti adhuc uulnere, cõſolatus ſum. Quartæ æſtatis circulus uoluitur, ex quo
ad Heliodorũ epiſcopũ Nepotiani ſcribens epitaphiũ, quicquid habere potui
uirium in illo tunc dolore cõſumpſi. Ante hoc fermè bienniũ, Pãmachio meo
pro ſubita peregrinatione Paulinæ, breuẽ epiſtolã dedi, erubeſcens ad diſertiſſimũ uirum
plura loqui, & ei ſua ingerere: ne nõ tam cõſolari amicũ uiderer, q̃ ſtulta iactantia docere
perfectũ. Nũc mihi fili Oceane uolẽti, & ultrò appetẽti, debitũ munus imponis: quo pro
1 nouitate uirtutũ, ueterẽ materiã nouam faciã. In illis enim uel parẽtis affectus, uel mœror
auunculi, uel deſideriũ mariti temperãdũ fuit: & pro diuerſitate perſonarũ, diuerſa de ſcri-
pturis adhibẽda medicamina. In præſentiarũ tradis mihi Fabiolã, laudẽ Chriſtianorũ mi-
raculum gẽtiliũ, luctũ pauperũ, ſolatiũ monachorũ. Quicquid primũ arripuero ſequẽtiũ
comparatione uileſcit. Ieiuniũ prædicẽ? Sed præualeſcunt eleemoſynę. Humilitatẽ laudẽ?
Sad maior eſt fidei ardor. Dicam appetitas ſordes, & in cõdemnationẽ ueſtiũ ſericarũ ple-
beium cultũ, & ſeruilia indumenta quæſita? Plus eſt animũ depoſuiſſe, q̃ cultũ. Difficilius
arrogãtia, quàm auro caremus & gemmis. His enim abiectis, interdũ glorioſis tumemus
ſordibus: & uendibilẽ paupertatẽ, populari auræ offerimus. Cælata uirtus, & cõſcientiæ
ſota ſecreto, deum ſolũ iudicem reſpicit. Vnde nouis mihi eſt efferenda præconijs & ordi-
ne rhetorum prætermiſſo, tota de cõfeſſionis ac pœnitentiæ incunabulis aſſumẽda. Alius
forſitan ſcholæ memor, Q. Maximum Vnus qui nobis cũctando reſtituit rem, † & Fa- Fortè ex Fabiorũ gente.
biorũ gentẽ proferret in mediũ: diceret pugnas; deſcriberet prælia; & per tãtæ nobilitatis

C gradus Fabiolam ueniſſe iactaret: ut quod in uirga nõ poterat, in radicibus demõſtraret.
Ego diuerſorij Bethlehemitici, & præſepis dñi amator, in quo uirgo puerpera deum fudit
infantẽ, ancillã Chriſti, nõ de nobilitate ueteris hiſtoriæ, ſed de eccleſiæ humilitate produ-
cam. Et quia ſtatim in principio, quaſi ſcopulus quidã, & procella mihi obtrectatorum
eius opponitur: quod ſecũdũ ſortita matrimoniũ, prius reliquerit: nõ laudabo cõuerſam,
niſi prius ream abſoluero. Tãta prior maritus uitia habuiſſe narratur: ut ne ſcortũ quidẽ
& uile mancipiũ ea ſuſtinere poſſet. Quæ ſi uoluero dicere, perdam uirtutẽ fœminæ: quæ
maluit culpã ſubire diſſidij, ꝙ corporis ſui infamare partẽ, & maculas eius detegere. Hoc
ſolũ proferã, quod uerecũdæ matronæ & Chriſtianæ ſatis eſt. Præcepit dominus uxorẽ
non debere dimitti, excepta cauſa fornicatiõis: & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptã. Quic-
quid uiris iubetur, hoc cõſequẽter redundat in fœminas. Neq; enim adultera uxor dimit-
tenda eſt, & uir mœchus tenẽdus. Si qui meretrici iungitur, unũ corpus facit: ergo & quæ
ſcortatori impuroq́; ſociatur, unũ cũ eo corpus efficit. Aliæ ſunt leges Cæſarũ, aliæ Chri-
ſti: aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos uiris impudicitiæ frena la-
xantur: & ſolo ſtupro atq; adulterio condẽnato, paſſim per lupanaria & ancillulas libido
permittitũ: quaſi culpã dignitas faciat, nõ uoluntas. Apud nos, qđ nõ licet fœminis, æque
nõ licet uiris: & eadẽ ſeruitus pari cõditione cẽſetur. Dimiſit ergo, ut aiũt uitioſum: dimiſit
illius & illius criminis noxiũ: dimiſit (penè dixi) quod clamãte uicinia, uxor ſola nõ prodi
dit: ſin aũt arguitur, quare repudiato marito, nõ innupta permãſerit: facile culpã fatebor,
dum tamẽ referam neceſſitatẽ. Melius eſt, inquit Apoſtolus, nubere ꝙ uri. Adoleſcentula
Nota. erat, uiduitatẽ ſuã ſeruare nõ poterat. Videbat aliã legem in mẽbris ſuis repugnãtem legi
mentis ſuæ, & ſe uinctã & captiuã ad coitũ trahi. Melius arbitrata eſt aperte cõfiteri imbe-
cillitatem ſuã, & umbrã quãdã miſerabilis ſubire cõiugij, quàm ſub gloria uniuiræ opera
exercere meretricũ. Idẽ Apoſtolus uult uiduas adoleſcẽtulas nubere, filios procreare, nul-
D lam dare occaſionẽ aduerſario maledicti gratia. Et protinus cur hoc uelit, exponit: Iam eñ
quædã abierunt retro poſt Satanam. Igitur & Fabiola, quia perſuaſerat ſibi, & putabat à
ſe uirũ iure dimiſſum: nec Euãgelij uigorẽ nouerat, in quo nubẽdi uniuerſa cauſatio uiuẽ-
tibus uiris fœminis amputatur: dum multa diaboli uitat uulnera, unũ incauta uulnus ac-
cepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærẽs excuſare culpã, cuius pœniten
tiam ipſa cõfeſſa eſt? Quis hoc crederet, ut poſt mortẽ ſecũdi uiri in ſemet reuerſa: quo tem
pore ſolent uiduæ negligẽtes, iugo ſeruitutis excuſſo, agere ſe liberius: adire balneas, uoli-
tare per plateas, uultus circũferre meretricis: ſaccũ indueret, ut errorẽ publice fateretur: &
tota urbe ſpectãte Romana, ante diẽ Paſchæ in baſilica quondã Laterani, qui Cæſariano
truncatus eſt gladio, ſtaret in ordine pœnitẽtiũ, epiſcopo, presbyteris, & omni populo col
lachrymãtibus: ſparſum crinẽ, ora lurida, & ſqualidas manus, ſordida colla ſubmitteret?
Quæ peccata fletus iſte nõ purget? Quas inueteratas maculas hæc lamẽta nõ abluant? Pe
2 trus trinam negationẽ trina cõfeſſione deleuit: Aaron ſacrilegiũ, & conflatũ ex auro uitu-
li caput, fraternæ correxere preces. Dauid ſancti & mãſuetiſſimi uiri homicidiũ pariter &
adulterium, ſeptẽ dierum emẽdabat fames. Iacebat in terra, uolutabatur in cinere: & obli-
tus regiæ poteſtatis, lumen quærebat in tenebris. Illumq́; tantũ reſpiciẽs quẽ offenderat,
lachrymabili uoce dicebat: Tibi ſoli peccaui, & malũ coram te feci. Et: Redde mihi læticiã
ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Atq; ita factũ eſt, ut qui me prius docuerat
uirtutibus ſuis, quomodo ſtans nõ caderẽ: doceret per pœnitentiã, quomodo cadẽs reſur
gerem. Quid tam impium legimus inter reges quàm Achab, de quo ſcriptura dicit: Non
fuit alius talis ut Achab: qui uenũdatus eſt, ut faceret malũ in cõſpectu domini? Hic cum
propter ſanguinẽ Nabuthæ correptus fuiſſet ab Helia, et audiſſet irã domini per prophe-
tam: Occidiſti, & inſuper poſſediſti: & ecce ego inducã ſuper te malũ, & demetã poſterio-
ra tua, & reliqua: ſcidit ueſtimenta ſua, & operuit cilicio carnẽ ſuã; ieiunabatq́; in ſacco, &
ambulabat

A ambulabat demiſſo capite. Tunc factus eſt ſermo dei ad Heliã Thesbyten, dicens: Nonne
uidiſti Achab humiliatũ corã me? Quia ergo humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducam malũ
in diebus eius. O felix pœnitẽtia, quæ ad ſe dei trahit oculos: quæ furentem ſententiam
dei, confeſſo errore mutauit. Hoc idẽ & Manaſſen in Paralipomenon, & Niniuen feciſſe
legimus in propheta, publicanũ quoqꝫ in Euangelio. E quibus primus nõ ſolum indulgẽ
tiam, ſed & regnũ recipere meruit. Alter impendẽtem dei fregit irã. Tertius pectus uerbe-
rans pugnis, oculos nõ leuabat ad cœlũ. Et multo iuſtificatior receſſit publicanus humili
cõfeſſione uitiorũ, quàm phariſæus ſuperba iactatione uirtutũ. Nõ eſt loci huius ut pœni
tentiam prædicem, & quaſi cõtra Montanũ Nouatumqꝫ ſcribẽs, dicã illam hoſtiã domi-
no eſſe placabilem: Et, ſacrificiũ deo, ſpiritũ contribulatũ: Et, malo pœnitentiã peccatoris,
quàm mortẽ: Et, exurge, exurge Hieruſalẽ: & multa alia, quæ prophetarũ clangũt tubæ.
Hoc unũ loquar, quod & legẽtibus utile ſit, & præſenti cauſæ cõueniat. Non eſt confuſa
dominũ in terris, & ille eã nõ cõfundetur in cœlo. Aperuit cũctis uulnus ſuũ, & decolorẽ
in corpore cicatricẽ, flens Roma cõſpexit. Diſſuta habuit latera, nudũ caput, clauſum os.
Nõ eſt ingreſſa eccleſiã domini, ſed extra caſtra cũ Maria ſorore Moyſi ſeparata cõſedit:
ut quam ſacerdos eiecerat, ipſe reuocaret. Deſcendit de ſolio delitiarũ ſuarũ, accepit molã,
3 fecit farinã, & diſcalciatis pedibus trãſiuit fluenta lachrymarũ. Sedit ſuper carbones ignis.
Hi ei fuere in adiutoriũ. Faciẽ per quam ſecũdo uiro placuerat, uerberabat, oderat gẽmas,
linteamina uidere nõ poterat, ornamenta fugiebat. Sic dolebat, quaſi adulterium cõmiſiſ-
ſet; & multis impendijs medicaminũ unum uulnus ſanare cupiebat. Diu morati ſumus
in pœnitẽtia, in qua uelut in uadoſis locis reſedimus, ut maior nobis & abſqꝫ ullo impedi-
mento ſe laudũ eius campus aperiret. Recepta ſub oculis omnis eccleſię cõmunione, quid
fecit? Scilicet in die bona malorũ nõ oblita eſt: & poſt naufragium rurſum tentare noluit
B pericula nauigãdi. Quin potius omnẽ cenſum quẽ habere poterat (erat autẽ ampliſſimus,
& reſpondens generi eius) dilapidauit, ac uẽdidit: & in pecuniã cõgregatũ, uſibus paupe-
rum præparauit, & prima omnium νοσοκομεῖον inſtituit, in quo ægrotãtes colligeret de pla-
teis, & cõſumpta languoribus atqꝫ inedia miſerorũ membra foueret. Deſcribam ego nũc
diuerſas hominũ calamitates, truncas nares, effoſſos oculos, ſemiuſtos pedes, luridas ma-
nus, tumẽtes aluos, exile fœmur, crura turgẽtia, & de exeſis ac putridis carnibus, uermicu
los bulliẽtes? Quoties morbo regio & pedore cõfectos humeris ſuis ipſa portauit? Quo-
ties lauit purulentã uulnerũ ſaniem, quam alius aſpicere nõ ualebat? Præbebat cibos pro-
pria manu, & ſpirans cadauer ſorbitiũculis irrigabat. Scio multos diuites & religioſos ob
ſtomachi anguſtiã exercere huiuſmodi miſericordiã per aliena miniſteria, & clemẽtes eſſe
pecunia, nõ manu. Quos equidẽ non reprobo, & teneritudinẽ animi nequaqꝫ interpretor
infidelitatem: ſed ſicut imbecillitati ſtomachi ueniã tribuo, ſic perfectæ mentis ardorem in
cœlum laudibus fero. Magna fides iſta contemnit. Scit quid in Lazaro diues purpuratus
aliquãdo non fecerit, quaſi ſuperba mens retributione damnata ſit. Ille quem deſpicimus,
quem uidere non poſſumus, ad cuius intuitũ nobis uomitus erumpit, noſtri ſimilis eſt, de
eodẽ nobiſcũ formatus eſt luto, ijſdem compactus elemẽtis. Quicquid patitur, & nos pati
poſſumus. Vulnera eius exiſtimemus propria: & omnis animi in alterũ duritia, clemẽti in
noſmetipſos cogitatione frãgetur. Non mihi ſi linguæ centũ ſint, oraqꝫ centũ, Ferrea
uox, Omnia morborũ percurrere nomina poſſim, Quæ Fabiola in tãta miſerorũ refri
geria cõmutauit, ut multi pauperũ ſani, languẽtibus inuiderẽt. Quanqꝫ illa ſimili liberali-
tate erga clericos & monachos ac uirgines fuerit. Quod monaſteriũ nõ illius opibus ſuſtẽ
tatum eſt? Quẽ nudũ & clinicum nõ Fabiolæ ueſtimẽta texerũt? In quorũ ſe indigẽtiã nõ
effudit præceps & feſtina largitio? Anguſta miſericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat er
go inſulas & totũ Ethruſcũ mare, Volſcorũqꝫ ꝓuinciã, & recõditos curuorꝫ littorꝫ ſinus,
in quibus monachorꝫ cõſiſtũt chori, uel proprio corpore, uel trãſmiſſa per uiros ſanctos
ac fideles

C ac fideles munificentia circumibat. Vnde repente & cōtra opinionē omniū Hieroſolymā
nauigauit, ubi multorꝫ excepta cōcurſu, noſtro parumper uſa eſt hoſpitio: cuius ſocietatis
recordans, uideor mihi adhuc uidere quam uidi. Ieſu bone, quo illa feruore, quo ſtudio
intenta erat diuinis uoluminibus? & ueluti quandā famē ſatiare deſiderās, per prophetas,
Euangelia, pſalmosq́ currebat: quæſtiones & proponēs, & ſolutas recōdens in ſcriniolo
pectoris ſui. Nec uero ſatiabatur audiēdi cupidine, ſed addens ſcientiā, addebat dolorē: &
quaſi oleum flāmæ adieceris, maioris ardoris fomenta capiebat. Quodā die cum in mani-
bus Moyſi Numeros teneremus, & me uerecūde rogaret, quid ſibi uellet nominū tāta cō
geries: cur ſingulæ tribus in alijs atq; alijs locis uarie iungerētur: quomodo Balaā ariolus
ſic futura Chriſti myſteria prophetarit, ut nullus propemodū prophetarū tam aperte de
eo uaticinatus ſit: reſpōdi ut potui, & uiſus ſum interrogationi eius ſatiſfacere. Reuoluēs
ergo librū, peruenit ad eum locū, ubi catalogus deſcribitur omniū manſionū, per quas de
Aegypto egrediēs poplus, peruenit uſq; ad flucta Iordanis. Cumq́; cauſas quæreret & ra
tiones ſingularū, in quibuſdam hæſitaui, in alijs inoffenſo cucurri pede, in pleriſq; ſimpli-
citer ignorantiā cōfeſſus ſum. Tūc uero magis cœpit urgere, & quaſi nō mihi liceret neſci
re, qđ neſcio, expoſtulare: ac ſe indignā tantis myſterijs dicere. Quid plura? Extorſit mihi
negandi uerecūdiā, ut propriū ei opus huiuſcemodi diſputatiūculæ pollicerer, quod uſq;
in præſens tēpus, ut nūc intelligo, domini uolūtate dilatū, reddetur memoriæ illius: ut ſa-
cerdotalibus prioris ad ſe uoluminis induta ueſtibus, per mūdi huius ſolitudinē gaudeat
ſe ad terrā repromiſſionis aliquādo ueniſſe. Verū quod cœpimus proſequamur. Quæ-
rentibus nobis dignū tātæ fœminæ habitaculū, cū illa ita ſolitudinē cuperet, & diuerſorio
4 Mariæ carere nollet: ecce ſubito diſcurrētibus nuncijs, Oriens totus intremuit ab ultima
Mæotide inter glatialē Tanain, & Maſſagetarū immanes populos, ubi Caucaſi rupibus
feras gētes Alexādri clauſtra cohibēt, erupiſſe Hunorum examina, quæ pernicibus equis
D huc illucq́; uolitātia, cædis pariter ac terroris cūcta cōplerēt. Aberat tūc Romanus exerci-
tus, & bellis ciuilibus in Italia tenebatur. Hāc gentē Herodotus refert ſub Dario rege Me-
dorū uiginti annis Orietē tenuiſſe captiuū, & ab Aegyptijs atq; Aethiopibus annuū exe-
giſſe uectigal. Abigat Ieſus ab orbe Romano tales ultra beſtias. Inſperati ubiq; aderāt, &
famā celeritate uincētes, nō religioni, nō dignitatibus, nō ætati parcebāt, nō uagiētis miſe-
rebantur infantiæ. Cogebātur mori, qui nōdū uiuere cœperāt. Et neſciētes malū ſuū, inter
hoſtiū manus ac tela ridebāt. Cōſonus inter omnes rumor, petere eos Hieroſolymā, & ob
nimiam auri cupiditatē ad hāc urbem percurrere. Muri neglecti pacis incuria, ſatiebātur:
Antiochia obſidebatur. Tyrus ſe uolēs à terra abrūpere, inſulā quærebat antiquā. Tunc
& nos cōpulſi ſumus parare naues, eſſe in littore: aduentū hoſtiū præcauere, et ſæuiētibus
uentis, magis barbaros metuere q̃ naufragiū, nō tam propriæ ſaluti, quàm uirginū caſti-
moniæ prouidētes. Erat in illo tempore quædā apud nos diſſenſio, & barbarorū pugnā
5 domeſtica bella ſuperabāt. Nos in Oriente tenuerūt iam fixæ ſedes, & inueteratū locorū
ſanctorū deſideriū. Illa quæ tota in ſarcinis erat, & in omni urbe peregrina, reuerſa eſt ad
patriā, ut ibi pauper uiueret, ubi diues fuerat: manēs in alieno, quæ multos prius hoſpites
habuit: & (ne ſermonē lōgius protraham) in cōſpectu Romanæ urbis pauperibus eroga
ret, quod illa teſte uēdiderat. Nos hoc tātum dolemus, quod precioſiſſimū de ſanctis locis
monile ꝑdidimus. Recepit Roma qđ amiſerat, & procax ac maledicta lingua gētiliū ocu-
lorū teſtimonio cōfutata eſt. Laudēt cæteri miſericordiā eius, humilitatē, fidē: ego ardorē
animi plus laudabo. Librū quo Heliodorū quōdā Iuuenis ad eremū cohortatus ſū tene
bat memoriter: & Romana cernēs mœnia, incluſam ſe eſſe plāgebat. Oblita ſexus, fragili-
tatis immemor, ac ſolitudinis tātū cupida, ibi erat, ubi animo morabāt. Nō poterat teneri
conſilijs amicorū: ita ex urbe, quaſi de uinculis geſtiebat erūpere. Diſpenſationē pecuniæ,
& cautam diſtributionē genus infidelitatis uocabat. Nō alijs diſtributionē eleemoſynarū
tribuere,

A tribuere, ſed ſuis pariter effuſis, ipſa pro Chriſto ſtipes optabat accipere. Sic feſtinabat, ſic impatiens erat morarũ, ut illã crederes profecturã. Itaq; dum ſemper paratur, mors eã inuenire nõ potuit imparatam. Inter laudes fœminæ ſubito mihi Pammachius meus exoritur. Paulina dormit, ut iſte uigilet. Præcedit maritum, ut Chriſto famulũ derelinquat. Hic hæres uxoris, & hæreditatis alij poſſeſſores. Certabãt uir & fœmina, qs in portu Abrahæ tabernaculũ figeret: & erat hæc inter utrunq; contentio, quis humanitate ſuperaret. Vicit uterq;, & uterq; ſuperatus eſt. Ambo ſe uictos & uictores fatentur, dũ quod alter cupiebat, uterq; perfecit. Iungũt opes, ſociant uoluntates: ut quod æmulatio diſſipatura erat, cõcordia creſceret. Necdũ dictũ, iam factũ. Emitur hoſpitiũ, & ad hoſpitiũ turba cõcurrit. Non eſt enim labor in Iacob, nec dolor in Iſraël. Adducũt maria, quos in gremio ſuo terra ſuſcipiat. Mittit Roma properãtes, quos nauigaturos littus molle cõfoueat. Quod Publius ſemel fecit in inſula Mytilene erga unũ apoſtolũ, & (ne contradictioni locũ tribuam) in unã nauim: Hoc iſti & frequẽter faciũt & in plures: nec ſolũ inopum neceſſitas ſuſtentatur, ſed prona in omneis munificẽtia aliquid & habẽtibus prouidet. Xenodochiũ in portu Roma
6 no ſitum, totus pariter mũdus audiuit. Sub una æſtate didicit Britannia, quod Aegyptus & Parthus nouerãt uere. Quod ſcriptũ eſt: Timẽtibus dñm, omnia cooperãtur in bonũ, in obitu tantæ fœminæ uidimus cõprobatũ. Quodã præſagio futurorũ ad multos ſcripſerat monachos, ut ueniret, & ſe graui onere laborantẽ abſoluerẽt, faceretq; ſibi de iniquo mãmona amicos, qui eã reciperẽt in æterna tabernacula. Venerũt, amici facti ſunt, dormiuit illa quomodo uoluit: & depoſita tandẽ ſarcina, leuior uolauit ad cœlum. Quantum haberet uiuentis Fabiolæ Roma miraculũ, in mortua demõſtrauit. Necdũ ſpiritũ exhalauerat, necdũ debitã Chriſto reddiderat animã: Et iam fama uolans, tanti prænuncia luctus, totius urbis populũ ad exequias cõgregabat. Sonabãt pſalmi, & aurata tẽplorũ, ro
B boans in ſublime quatiebat alleluia. Hic iuuenũ chorus, ille ſenum, qui carmine laudes fœ
7 mineas & facta ferant. Non ſic Furius de Gallis, nõ Papyrius de Samnitibus, non Scipio de Numãtia, nõ Põpeius de Ponti gentibus triũphauit. Illi corpora uicerãt, hæc ſpirituales nequitias ſubiugauit. Audio præcedentiũ turmas, & cateruatim in exequijs eius multitudinẽ cõfluentem. Non plateæ, nõ porticus, nõ imminẽtia deſuper tecta capere poterant proſpectantes. Tũc ſuos in unũ populos Roma cõſpexit: fauebãt ſibi omnes in gloria pœnitentis. Nec mirũ ſi de eius ſalute homines exultarẽt, de cuius cõuerſione angeli lætabantur in cœlo. Hoc tibi Fabiola ingenij mei ſenile munus, has officiorũ inferias dedi. Laudauimus ſæpe uirgines, uiduas, ac maritatas, quarũ ſemper fuere cãdida ueſtimenta, quæ ſequuntur agnũ quocũq; uadit. Felix præconiũ, quod nulla totius uitæ ſorde maculatur. Procul liuor faceſſat, abſit inuidia. Si paterfamilias bonus eſt, quare oculus noſter malus eſt? Quæ inciderat in latrones, Chriſti humeris reportata eſt. Multæ mãſiones ſunt apud patrem. Vbi abundauit peccatum, ſuperabũdauit gratia. Cui plus dimittitur, plus amat.

## SCHOLIA.

1 PArentis affectus.) Parentis, refertur ad Paulam Bleſillæ matrem: auunculi, ad Heliodorum Nepotiani auunculum: mariti, ad Pammachium Paulinæ maritum. Scholæ memor.) Declamatoriam ſcholam intellige. Porrò præcepta iubent in genere laudatorio à maiorũ laudibus ordiri. Vnus qui nobis.) Retulit Vergilianum carmen ex libro Aeneidos ſexto, quod ille ab Ennio mutuatus traditur. Dictum eſt hodie de Quinto Fabio Maximo, qui cõctatione ſua Hannibalem fregit, remq; Romanã penè ad extremam deſperationem redactam reſtituit. Vnde & contator dictus eſt. Et quia ſtatim in princip.) Hoc ad conſilium pertinet, quod & admonet Quintilianus, ut ſi quid fuerit quod ad cauſam uideatur obſtaturũ, id amoliamur non obſeruata ratione cõmunium præceptorũ. Id quod fecit M. Tullius in oratione habita pro Milone. Corporis ſui infamare partem.) Corporis partẽ maritum uocat, quod uir & uxor unũ corpus appellet Paulus. Hoc addidit, ne uiderẽ uel fauore tacuiſſe, uel metu, ſed humanitate. Hoc admonendũ putaui, ne quis hic inepte argutus, aliqd obſcœnius ſomniet, cũ nihil tale ſignificet Hieronymus. In baſilica quondã Laterani.) Indicat unde baſilica Lateranẽſis, quæ Romæ ſumma fuit, nomen inuenerit. Aaron ſacrilegiũ.) Legis

Exodi

C Exodi capite uigeſimoſecundo. Fraternas preces, Moyſi preces intelligit. Quàm Achab.) De peccato Achab, & de huius pœnitentia, legis tertio libro Regum, capite uigeſimoprimo. Contra Montanum.) Vel hinc apparet, iſtos Chriſtianis poſt baptiſmum lapſis, negaſſe per pœnitentiam reditum ad gratiam Chriſti: deceptos, opinor, occaſione uerborum Pauli in epiſtola ad Hebræos: Impoſſibile eſt &c. Et Ioannis in prima epiſtola: Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis [redacted] Sedit ſuper carbones
3 ignis.) Alluſit ad carbones deſolatorios Dauid: & carbonem uiuum, qui purgauit labia Eſaiæ. Et reſpondens generi.) Reſpōdens eleganter dixit, pro conueniens & par. Erat enim ut nobiliſſima, ita & ditiſſima. Noſocomion.) Ita lego in pleriſq; exemplaribus. Vide legendum ne ſit νοσϑυτοκώμιον, quod Latine ſonat languentium uiculum. Nam νοσεῖν ægrotare eſt, κώμη uicus ſeu caſtellum. Niſi forte maluis νοσοκωμεῖον à uerbo κομέω, quod eſt curo ſeu nutrio, pro loco quo nutriuntur ac fouentur ægroti: atq; hoc mihi magis placet. Neq; enim admodum me mouet interpretatio Græcæ uocis, quam in quibuſdam codicibus aſſcripſit neſcio quis. Exile fœmur, crura tur.) Alluſit ad Horatianum illud: Et fœmur tumentibus exile ſuris additum. Id autem ſolet euenire tumidis & hydropicis. Vermiculos bullientes.) Significat morbum pedicularem, quo perijt L. Sylla. Spirans cadauer.) Quaſi uiuens iam mortuus ſit: hoc ſuperius alijs dixit uerbis, de morbo regio laborantibus: Suo funeri ſuperuiuit.

In cœlum laudibus fero.) Prouerbialis eſt hyperbole, pro eo quod eſt, uehementer laudare. Cli-
4 nicum.) Id eſt, qui ob morbum lecto decūbit, ut alibi diximus. Ab ultima Mæotide.) Quæ ad Scythas pertingit. Vnde & ea gens Mæotici uocātur, à palude Mæotide, quæ à Boſphoro ad Tanaim uſq; deflectitur, autore Mela. Glacialem Tanaim.) Quod flumen hoc ob regionis frigus ſæpe concreſcat gelu. Maſſagetas.) Populus eſt Scythiæ, intra Caucaſi rupes concluſus. Alexandri clauſtra.)
D De portis Caucaſijs ſentit, quas magno errore Caſpias uocatas, admonet Plinius libro ſexto, capite undecimo. Item libro quinto, capite uigeſimoſeptimo. Hac de re qui plura cupiet cognoſcere, legat librum Strabonis undecimum. Tales ultra beſtias.) Noue dixit, pro eo quod eſt, magis feros, quàm ſint ipſæ beſtiæ: niſi malis, ultra pro poſthac. Tyrus ſe uolens à terra.) Tyrus metropolis Phœnices, abeſt uigeſimo propè miliario à Cæſarea Philippi, quondam inſula mari præalto ſeptingentis paſſibus diuiſa: ſed ab Alexandro Magno continens facta, comportatis aggeribus, ut ipſe teſtatur ali-
5 bi Hieronymus. Incuria pacis.) In pace negliguntur ea quæ ad bellum pertinent. Obſidebatur Antiochia.) De ciuitate Antiochia ſentit, quæ ſita eſt in Cœleſyria. Quæ tota in ſarcinis.) Hieronymus & Paula cum ſuis uirginibus cogebantur manere, quod illic iam ædificauerant. At Fabiola, quoniam omnia ſua in ſarcinis habebat, non in ædificijs aut fundis, poterat fugere. Hoc adiecit, ne uideretur reliquiſſe Bethlehem: uel quod parum illi conueniret cum cæteris, uel quod inſtituti pœniteret. Necdum dictum, iam factum.) Hoc prouerbiali dicto miram facti celeritatem ſignificabant. Vergilius: Dicto citius tumida æquora placat. In inſula Mitylene.) Inſula eſt oppoſita Aſiæ, in qua Paulus excuſſit uiperam: & in qua Publius eius inſulæ princeps, Paulum triduo benigne excepit hoſpitio: cuius patrem ſanauit dyſenteria laborantem, ut legis in Actis apoſtolicis capite octauo. Ne contradictioni.) Vt excludam, quod fortè quis obiecturus ſit, Publium in plures hoſpitalem fuiſſe,
6 nempe in unam nauim, quæ Paulum uehebat. Didicit Britannia.) Britanniam nominat, ut quæ longiſſime ſemota ſit ab Aegypto. Adeo uelox fuit fama, ut quod uere cognouerant propinqui Aegyptij, id eadem æſtate rumor ad Britannos extremos orbis peruexerit. Quo modo uoluit.) Hoc eſt pauper: id enim optabat. Et iam fama uolans.) Rurſus intertexuit uerſum Maronis.

Quatiebat alleluia.) Annotandum eſt, alleluia cani ſolitum in funere Chriſtianorum, uelut à gratulantibus, quòd euolaſſent ad ſuperos. Hic iuuenum chorus.) Carmen eſt Maronis ex octauo Aeneidos libro: Hic iuuenum chorus, ille ſenum qui carmine laudes Herculeas & facta ferūt. Herculeas Hieronymus uertit in fœmineas. Non ſic Furius.) Furium Camillum ſentit, qui Gallos præter ſpem ex urbe Roma depulit. Non Papyrius.) Papyrius Curſor egregiam de Samnitibus uictoriam retulit, cæſis eodem die Samnitum triginta milibus, trecentis quadraginta: captis quatuor milibus, ſeptuagintaſeptem: captis item ſignis militaribus nonagintaſeptem. Autor Titus Liuius primæ Deca-
7 dis libro decimo. Non Scipio de Numantia.) Scipio Africanus Numantiam acerrime obſedit. Ipſi ciues ne in manus uictoris uenirent, inuicem ſeſe trucidarunt. Scipio tandem captam urbem funditus deleuit, deq; ea triumphauit. De Ponti gentibus.) Cneus Pompeius Tigranem Armeniorū regem

A regem in deditionem accepit: Mithridatem ſæpius prælio uictum, & fugiẽtem per omnia perſecutus,
ad ſumendum uenenum adegit. Deniq; Aſiam in prouinciæ formam redegit. In unum populos.)
Vel quia ſepticollis eſt urbs, uel quia uarias habet in ſe nationes urbs Romana. Si paterfamilias.)
Chriſtum intelligit, qui benignitate ſua dignatus eſt eã hoc honore, quæ reſipuit poſt lapſum. Infe-
rias dedi.) Inferiæ dicuntur ſacrificia, aut munera quæ in honorem defunctorum inferuntur.

## ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Excuſat ſe Theophilo papæ Alexandrino, quod librũ illius paſchalem, eruditum pariter & eloquẽ-
1 tem, ſerius uerterit: impeditus partim obitu Paulæ, partim ſuo morbo. Iuncto paſchali libro.) Vti-
nam extaret hic liber, quem tantopere probat diuus Hieronymus. Nam de his duobus quos reperi-
mus inter illius opera, quid ſentiendum ſit, ſuo dicemus loco. Non eſſe triſtem eloquentiam.) Eſt
enim, ut inquit M. Tullius, alumna pacis eloquentia, & lætis ac tranquillis rebus effloreſcit. Item Oui-
dius: Carmina proueniunt animo deducta ſereno. Demoſthenem atq; Platonem.) Hoc eſt ſummũ
oratorem cum ſummo philoſopho.

## HIERONYMVS AD THEOPHILVM.

1 EX eo tẽpore quo beatitudinis tuæ accepi epiſtolas, iuncto paſchali libro, uſq;
in præſentẽ diem, ita & mœrore luctus, & ſolicitudine, ac diuerſis ſuper ſtatu
eccleſiæ hinc inde rumoribus exagitatus ſum, ut uix uolumẽ tuum potuerim
in Latinum ſermonem uertere. Optime enim noſti iuxta ueterem ſententiam,
non eſſe triſtem eloquentiam: maxime ſi ad ægritudinem animi, accedat corporis ægritu-
do. Et hanc ipſam epiſtolam febre æſtuans, & quintum iam diem decumbens lectulo, ni-
mia feſtinatione dictaui: breuiter indicans beatitudini tuæ, magnum me laborem ſuſtinu-
iſſe in translatione eius, ut omnes ſententias pari uenuſtate transferrẽ, & Græcæ eloquẽ-
tiæ, Latinum aliqua ex parte reſponderet eloquium. In principio philoſopharis, & gene-
raliter agens dum omnes erudis, unum iugulas: in reliquis autem quod uel difficillimum
B eſt, rhetoricæ eloquentiæ iungis philoſophos, & Demoſthenem, atq; Platonem nobis cõ-
ſocias. O quanta dicuntur in luxuriam, quantis præconijs extollitur continẽtia, & de in-
timis ſapientiæ diſciplinis, diei ac noctis, lunæ curſus ac ſolis ratio, mũdi iſtius natura de-
ſcribitur, & hanc ipſam diſputationem ad ſcripturarum refers autoritatem, ne in paſchali
libro uidearis de ſecularibus quicq; fontibus mutuatus. Quid plura? In his laudare te ue-
reor, ne aſſentandi crimen incurram. Optimus liber eſt, & in philoſophis: & agens ſuſce-
ptam cauſam, abſq; inuidia perſonarum. Vnde obſecro te ignoſcas tarditati etiam meæ.
Ita enim ſanctæ & uenerabilis Paulæ confectus ſum dormitione, ut abſq; trãslatione hu-
ius libri, uſq; in præſentiarũ, nihil aliud diuini operis ſcripſerim. Perdidimus enim, ut ipſe
noſti repente ſolatium, quod, ut conſcientiæ noſtræ teſtis eſt dominus, nõ ad proprias du
cimus neceſſitates, ſed ad ſanctorum refrigeria, quibus illa ſolicite ſeruiebat. Sancta & ue-
nerabilis te filia tua Euſtochium, quæ nullam pro matris abſentia recipit conſolationem,
te uniuerſa fraternitas ſuppliciter ſalutat. Libros quos dudum ſcripſiſſe te nunciaſti, uel
legendos nobis, uel uertendos tranſmitte. Vale in Chriſto.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Abigao presbytero Hiſpano, excuſat ſe quod non ſcripſerit. Eundem conſolatur, ne moleſte ferat
cæcitatem corporis, cum animo cernat: Huius integritatem laudat.

## HIERONYMVS AD ABIGAVM.

QVamuis mihi multorum ſim cõſcius peccatorum, & quotidie in oratiõe flexis
genibus loquar: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, ta-
men ſciens ſcriptum eſſe ab Apoſtolo: ne inflatus ſuperbia incidat in iudicium
diaboli: Et in alio loco ſcriptum: Superbis deus reſiſtit: humilibus aũt dat gra-
tiam, nihil ita à pueritia conatus ſum, uitare quàm tumentem animũ & ceruicem erectam,
dei contra ſe odium prouocantem. Noui enim magiſtrũ & dominum & deum meum in
carnis humilitate dixiſſe: Diſcite à me, quia mitis ſum et humilis corde, & ante p os Dauid
ceciniſſe: Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Et in alio loco legimus:

C Ante gloriam humiliabitur cor uiri,& ante ruinam eleuatur. Itaq; obſecro te,ne me putes
ſumptis literis tuis ante tacuiſſe:& aliorum,uel infidelitatem,uel negligentiam in me refe-
ras. Quid enim cauſæ erat,ut prouocatus officio tacerem, & amicitias tuas, meo ſilentio
repellerem,qui ultro ſoleo bonorum appetere neceſſitudinem,& me eorum ingerere cha-
ritati? Quia meliores ſunt duo,quàm unus,& ſi alter ceciderit, ab altero fulcietur. Funi-
culus triplex non facile rumpitur, & frater fratrem adiuuans, exaltabitur. Scribe ergo
audacter:& abſentiam corporum, crebro uince ſermone. Nec doleas ſi hoc non habeas
quod formiculæ,& muſcæ,& ſerpentes habent,id eſt, carnis oculos: ſed illum te oculum
habere lætare,de quo in Cantico dicitur canticorū: Vulneraſti me ſoror mea ſponſa, uno
de oculis tuis,quo deus uidetur: de quo à Moyſe dicitur: Tranſiens uidebo uiſionem hãc
magnam. Deniq; quoſdam etiam mundi philoſophos legimus, ut totam cogitationem
ad mentis cogerent puritatem,ſibi oculos eruiſſe. Et à propheta dicitur: Intrauit mors per
feneſtras ueſtras. Et Apoſtoli audiunt: Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam,&
reliqua. Vnde præcipitur eis,ut leuent oculos & uideant ſegetes candidas,quæ præpara-
tæ ſunt ad metendum. Quod autem precaris, ut noſtris monitis Nabuchodonoſor,&
Rapſaces,& Nabuzardan,& Holofernes in te occidãtur,nunquam noſtra auxilia poſtu-
res,ſi in te uiuerent. Sed quia illi in te mortui ſunt,& cum Zorobabel,& cum Ieſu filio Io-
ſedech ſacerdote magno,cum Ezra quoq; & Neemia ruinas Hieruſalem ædificare cœpi-
ſti,nec mittis mercedes in pertuſum ſacculum,ſed theſauros tibi in cœleſtibus paras,idcir-
co noſtras appetis amicitias,quos Chriſti famulos arbitraris. Sãctam filiam meam Theo-
doram,ſororem beatę memoriæ Lucini per ſe commendatam,meo ſermone commendo,
ut in cepto itinere non laſſetur,ut ad terram ſanctam multo per eremū labore perueniat,
ut non putet perfectam eſſe uirtutem exiſſe de Aegypto, ſed per innumerabiles inſidias
2 ad montem Nabo,& ad Iordanem fluuium peruenire, ut accipiat ſecundam in Galgala
circuncisionem,ut illi muri Hiericho corruant,ſacerdotalium tubarum ſubuerſi clango-
D ribus,ut iuguletur Adonizedek,ut Hai,& Azor pulcherrimæ quondam corruant ciuita-
tes. Fratres qui nobiſcum in monaſterio ſunt te ſalutant. Sanctos qui nos diligere dignã-
tur per te,oppido ſalutamus,

## SCHOLIA.

1 CRebro uince ſermone.) Quidam codices pro uince habebant iunge,ſed magis mihi proba-
tur uince. Quoſdam etiam mundi.) Democritum intelligit Epicurum, & horum diſcipu-
lum Metrodorum qui fecerunt mundos innumerabiles. Nabuchodonoſor &c.) Hoſtes
barbari,qui ſubuerterunt Hieruſalem,populo in captiuitatem abducto,uerum Zorobabel,
cum Ieſu cæteriſq;,de quibus meminit Aggeus cap.1.&.2.ruinas ciuitatis reſtituerunt. Animus eſt tē-
plum dei,uitia hoſtes,uirtutes inſtauratrices. Sic enim interpretatur diuus Hieronymus. Nec mittis
mercedes.) Aggeus cap.1. Et qui mercedes congregauit,miſit eas in ſacculum pertuſum. Vide eius lo-
2 ci interpretationem,& hunc rectius intelliges. Ad montem Naboth.) Naboth enim Hebræis ſeſ-
ſionem ſignificat. Ea eſt animæ quies & tranquillitas,quàm parit perfecta uirtus. Alluſit autē ad man-
ſiones,quas alibi eſt interpretatus. Secundam in Galgala.) Chriſtianorum eſt ſecunda circuncisio,
quorum eſt amputare omnes affectus: nō ſolum turpes,uerūetiam mundanos & corporeos craſſoſq;.
Alluſit autem ad circūciſionem quam fecit Ioſue in loco cui à re nomē eſt inditum Galgala,quod He-
braice ſignificat collem præputiorum. Vt illi Hiericho.) Quomodo ſeptem tubis canentibus ſeptē
ſacerdotibus, funditus ruerint muri Hiericho legis Ioſue cap.6. Adonizedek.) Hic fuit unus ex
quinq; regibus,quos confecit Ioſue,ut legis Ioſue cap.10. Hai & Azor.) De Hai capta,habes eodem
cap. De Azor exuſta flammis,opulentiſſima ciuitate,legis Ioſue cap.11.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Caſtrutiū Pannonium cōſolatur de cæcitate oculorū, docēs eam aliquoties à deo propitio immitti.

## HIERONYMVS AD CASTRVTIVM.

SAnctus filius meus Heraclius diaconus mihi retulit, qđ cupiditate noſtri Ciſ-
ſam uſq; ueniſſes:& homo Pãnonius,id eſt terrenū animal,nō timueris Adria-
tici maris æſtus & Aegæi atq; Ionij ſubire diſcrimina. Et niſi te pius fratrū reti-
nuiſſet

A nuiſſet affectus:uoluntatem opere compleſſes. Habeo itaq; gratias,& in acceptum refero. In amicis enim non res quæritur,ſed uoluntas. Quia alterum ab inimicis ſæpe præbetur: alterum ſola charitas tribuit. Simulq; obſecro:ne imbecillitatem corporis quam ſuſtines, de peccato tibi exiſtimes eueniſſe. Quod quidem & Apoſtoli ſuſpicantes de eo qui natus erat cæcus ex utero,interrogantesq; dominum ſaluatorem. Iſte peccauit an parẽtes eius, ut cæcus naſceretur,audiunt:Neque hic peccauit,nec parentes eius, ſed ut manifeſtentur opera dei. Quantos enim cernimus Ethnicos atq; Iudæos, hæreticos,atq; diuerſorũ dogmatum homines,uolutari in cœno libidinum,madere ſanguine,feritate lupos,rapacitate miluos uincere,& nihilominus flagellum non appropinquare tabernaculis eorum,nec eos cum hominibus uerberari:& idcirco ſuperbire contra deum,& tranſire uſq; ad cœlũ os eorum? Cum ſanctos ecõtrario uiros,ſciamus ægrotationibus,miſerijs & egeſtate torqueri,qui forſitan dicunt:Ego fruſtra ſanctificaui animam meam,& laui inter innocentes manus meas. Et ſtatim ſe reprehendentes aiunt. Si narauero ſic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Si cæcitatis cauſam putas eſſe peccatum:& id dei inferre iram, quod crebro medici remediantur:Inſimulabis Iſaac,qui in tantum lucis expers fuit:ut etiam cui nollet,errore deceptus benediceret. Referes crimen in Iacob, cuius caligauerat acies:& cũ interioribus oculis,& ſpiritu prophetali lõge poſt futura proſpiceret:& Chriſtũ cerneret de ſtirpe regia eſſe uenturum,Ephraim & Manaſſem uidere nõ poterat. Quid inter reges Ioſia ſanctius? Aegyptio mucrone interfectus eſt. Quid Petro : q̃d Paulo ſublimius? Neronianum gladiũ cruentarunt. Et (ut de hominibus taceam) dei filius ſuſtinuit ignominiã crucis:& tu putas beatos,qui felicitate iſtius ſeculi & delitijs perfruuntur? Magna ira eſt, quando peccãtibus non iraſcitur deus. Vnde & in Ezechiele ad Hieruſalẽ,Iam,inquit,nõ iraſcar tibi,zelus meus receſſit à te. Quẽ enim diligit dominus,corripit:& caſtigat omnem

B filium quem recipit. Nõ erudit pater,niſi quẽ amat. Non corripit magiſter diſcipulũ,niſi eum quem ardẽtioris cernit ingenij. Medicus ſi ceſſauerit curare,deſperat. Quod ſi reſpõderis:quo modo Lazarus recepit mala in uita ſua:libenter nunc tormenta patiar:ut futura mihi gloria reſeruetur. Nõ enim uindicabit dominus bis in idipſum. Iob uir ſanctus & immaculatus,& iuſtus in generatione ſua:cur tanta perpeſſus ſit,ipſius uolumine cõtinetur. Et ne ueteres replicãdo hiſtorias,longum faciam,& excedam mẽſuram epiſtolæ:breuem tibi fabulam referam,quæ infantiæ meæ temporibus accidit. Beatus Antonius cum à ſancto Athanaſio Alexandriæ epiſcopo propter confutationẽ hæreticorum,in urbem Alexandriam eſſet accitus,& iſſet ad eum Didymus uir eruditiſſimus,captus oculis:inter cæteras ſermocinationes,quas de ſcripturis ſanctis habebãt:cũ eius admiraretur ingeniũ: & acumen animi collaudaret:ſciſcitãs ait:Num triſtis es,quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret:ſecundo tertioq; interrogans:tãdem elicuit:ut mœrorem animi ſimpliciter fateretur. Cui Antonius:Miror,ait,prudentem uirum eius rei dolere damno:quã formicæ & muſcæ & culices habent:& non lætari illius poſſeſſione : quam ſancti ſoli & apoſtoli meruerũt. Ex quo peruides,quod multo melius ſit ſpiritu uidere quàm carne:& illos oculos poſſidere,in quos peccati feſtuca nõ poſſit incidere. Nos,licet hoc anno non ueneris,tamen non deſperamus aduentum tuum. Quod ſi ſanctus Diaconus portitor literarum,tuis amplexibus fuerit irretitus:& illo comitante huc ueneris:libenter ſuſcipiam diſpenſationem moram,magnitudine fœnoris duplicati. *Legendũ arbitror diſpẽdium moræ.*

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Iulianus diues & potens,intra paucos dies amiſit duas filias & uxorem. Mox incurſantibus barbaris,bonam poſſeſſionum partem perdidit. Hunc comparatione Iob conſolatur,& exemplo Pammachij Paulinæq; adhortatur ad perfectam uitam,hoc eſt abſolutum mundi contemptum, uidelicet huc uocante etiam ipſa fortuna.

C HIERONYMVS AD IVLIANVM.

1 Illius meus, frater tuus, Auſonius in ipſo iam profectiōis articulo, cū mihi præ-
ſentiam ſui tarde dediſſet, & cito abſtuliſſet, atq; in pūcto tēporis, ſalue pariter
ualeq́; dixiſſet: uacuū ſe redire arbitratus eſt, niſi mearū aliquid ad te nugarū,
tumultuario ſermone portaret. Iam demiſſo ſynthemate equus publicus ſter-
nebatur, & nobilē iuuenem punicea indutū tunica baltheus ambiebat, & tamē ille apposi-
to notario cogebat loqui, quæ uelociter ædita, uelox cōſequeretur manus: & linguæ cele-
ritatem, prenderēt ſigna uerborū. Itaq; nō ſcribentis diligētia, ſed dictātis temeritate, lōgū
ad te ſilentium rumpo, offerēs tibi nudam officij uoluntatē. Extēporalis eſt epiſtola, abſq;
ordine ſenſuū; ſine lenocinio & cōpoſitione uerborū, ut totum in illa amicū, nihil de ora-
tore reperias. In procinctu effuſam putes, & abire cupiēti ingeſtū uiaticū. Diuina ſcriptu-
ra loquitur: Muſica in luctu, intempeſtiua narratio. Vnde & nos lepôrem artis rhetoricæ
contemnētes, & puerilis atq; plauſibilis eloquij uenuſtatē, ad ſanctarū ſcripturarum gra-
uitatem cōfugimus, ubi uera uulnerū medicina eſt, ubi dolorū certa remedia: in quibus re-
cipit unicum filiū mater in feretro, ubi turbę dicitur circunſtāti: Nō eſt mortua puella, ſed
dormit. Vbi & quatriduanus mortuus ad uocē inclamātis domini ligatus egreditur. Au-
dio te in breui tempore, duas uirgunculas filias iunctis penè extuliſſe funeribus, & pudi-
ciſſimam ac fidiſſimā cōiugem tuā Fauſtinam, imò fidei calore germanā, in qua ſola poſt
amiſſos liberos acquieſcebas, ſubita tibi dormitione ſubtractā; quaſi ſi naufragus in litto-
re latrones reperiat, & iuxta eloquia prophetarū fugiens urſum, incidat in leonem: exten-
denśq; manum ad parietē, à colubro mordeatur. Cōſecuta rei familiaris damna: uaſtatio-
nem totius barbaro hoſte prouinciæ, & in cōmuni depopulatione priuatas poſſeſſionum
tuarū ruinas, abactos armentorū ac pecorū greges, uinctos occiſośq; ſeruulos, & in unica
D filia quam tibi tam crebræ orbitates fecerāt chariorem, electū nobiliſſimū generū: ex quo,
ut omnia taceam, plus mœroris, q̄ gaudij ſuſcepiſti. Hic eſt catalogus tētationū tuarum,
hæc cum Iuliano tyrunculo Chriſti, pugna hoſtis antiqui. Quæ ſi ad te reſpicias, grandia
ſunt. Si ad bellatorē fortiſſimum, ludus & umbra certaminis. Beato Iob poſt malorū exa-
mina uxor peſſima reſeruata eſt, ut per eam diſceret blaſphemare. Tibi ſublata eſt optima,
ut miſeriarum ſolatiū perderes. Aliud eſt ſuſtinere quā nolis: aliud deſiderare quā diligas.
Ille in tot mortibus filiorū domus ſuæ ruinā unum habuit ſepulchrum, & ſciſſis ueſtibus,
ut parentis monſtraret affectum, procidēs in terrā adorauit, & dixit: Nudus exiui de ute-
ro matris meæ, nudus & redeā. Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit,
ita factum eſt: ſit nomen domini benedictū. Tu, ut parciſſime dicā, inter multorum officia
propinquorū: & conſolantes amicos, quorū exequias proſequutus es. Perdidit ille ſimul
2 omnes diuitias, & ſuccedentibus ſibi malorū nuncijs ad ſingulas plagas ferebatur immo-
bilis; complens, in ſe illud de ſapiente præconium: Si fractus illabatur orbis: Impauidum
ferient ruinæ. Tibi maior pars derelicta ſubſtātiæ, ut tantum tenteris, quātum ferre potes.
Necdum enim ad eū perueniſti gradū, ut totis aduerſum te cuneis dimicetur. Diues quō-
dam dn̄s, & ditior pater: ſubito orbus & nudus eſt. Cuḿq; in omnibus his quæ cōtigerāt
ei, non peccaſſet coram domino: nec quicquā loquutus eſſet inſipiēs, exultās dn̄s in uicto-
ria famuli ſui, & illius patientiā ſuū ducens triumphū, dixit ad diabolū: Animaduertiſti fa-
mulum meū Iob: quia nō eſt quiſq; ei ſimilis ſuper terrā: Homo innocēs, uerus dei cultor,
abſtinēs ſe ab omni malo, et adhuc perſeuerās in innocētia. Pulchre addidit: Et adhuc per-
ſeuerans in innocētia, quia difficile eſt preſſam malis innocētiā, nō dolere: & hoc ipſo fide
non periclitari, quod ſe uideat iniuſte ſuſtinere quod patitur. Ad quæ reſpōdēs diabolus
dn̄o, ait: Corium pro corio, & om̄ia quæ habuerit homo dabit pro anima ſua. Sed extēde
manum tuā, & tange oſſa & carnes eius, niſi in faciē benedixerit tibi. Callidiſſimus aduer-
ſarius & inueteratus dierum malorū, nouit alia eſſe quæ extrinſecus ſint, & philoſophis

quoq;

A quoq; mundi adiaphora,hoc eſt indifferentia,in eorũ amiſſione atq; cõtemptu perfectam
non eſſe uirtutem,alia quæ intrinſecus & deſiderata cogãt dolere perdẽtem. Vnde auda-
cter dei renuit prædicationem,& dicit nequaquam eum debere laudari,qui nihil de ſe,ſed
totum extra ſe dederit,qui pro corio ſuo coria obtulerit filiorũ,depoſuerit marſupium,ut
fruatur corporis ſanitate. Vnde intelligat prudẽtia tua uſq; ad hũc terminũ perueniſſe tẽ-
tationes tuas,& dediſſe te corium pro corio,pellẽ pro pelle,omniaq; quæ habes parũ eſſe
dare pro anima tua,necdum autem extentam in te manum dei,nec tactas carnes, nec oſſa
confracta,ad quorũ dolorem difficile eſt nõ ingemiſcere:& in faciẽ deo benedicere,pro eo
quod eſt maledicere. Vnde & Nabutha in Regum libris dicitur benedixiſſe deũ & regẽ,
& idcirco lapidatur à populo. Sciens aũt dominus athletam ſuum, imò uirũ fortiſſimum
etiam in iſto extremo perfectoq; certamine nõ poſſe ſuperari:Ecce,inquit,trado illũ tibi,
tantum animã illius cuſtodi. Caro uiri ſancti datur in diaboli poteſtatẽ, & animæ ſanitas
reſeruatur,ne ſi illud percuſſiſſet,in quo ſenſus eſt mentiſq; iudiciũ,nõ eſſet culpa peccan-
tis,ſed eius qui ſtatum mentis euerterat. Laudent ergo te alij,& tuas cõtra diabolum ui-
ctorias panegyricis proſequãtur,quod læto uultu mortes tuleris filiarũ,quod in quadra
geſimo die dormitionis earum lugubrem ueſtẽ mutaueris,& dedicatio oſſiũ martyris,can
dida tibi ueſtimenta reddiderit,ut nõ ſentires dolorem orbitatis tuæ,quẽ ciuitas uniuerſa
ſentiret,ſed ad triumphum martyris exultares,quod ſanctiſſimam cõiugem tuã nõ quaſi
mortuam,ſed quaſi proficiſcẽtem deduxeris. Ego te nequaq; adulatiõe decipiã,nec lubri-
ca laude ſupplantabo. Loquar illud potius quod tibi audire cõducit. Fili accedẽs ad ſerui-
tutem dei,præparato animã tuã ad tentationẽ,& cum omnia feceris,dicito: Seruus inuti-
lis ſum,feci quod facere debui. Tuliſti liberos,quos ipſe dederas. Recepiſti ancillã,quam
mihi ob breue ſolatiũ cõmodaueras. Non cõtriſtor,quod recepiſti;ſed ago gratias, quod
B dediſti. Quondam diues adoleſcẽs omnia quæ in lege præcepta ſunt,ſe impleſſe iactabat.
Ad quem dominus in euangelio. Vnum,inquit,tibi deeſt:Si uis perfectus eſſe,uade uẽde
omnia quæ habes,& da pauperibus:& ueni ſequere me. Qui oĩa ſe feciſſe dicebat,in pri-
mo certamine diuitias uincere nõ poteſt. Vnde & difficile intrant diuites in regna cœlorũ:
quæ expeditos, & alarũ leuitate ſubnixos , habitatores deſiderãt. Vade,inqt,& uẽde:nõ
partem ſubſtãtiæ,ſed uniuerſa quæ poſſides,& da:nõ amicis,nõ conſanguineis,nõ pro-
pinquis,nõ uxori,nõ liberis,plus aliquid addam:Nihil tibi ex omnibus metu inopiæ re-
ſeruans,ne cũ Anania damneris & Sapphira,ſed da cuncta pauperibus;& fac tibi amicos
de iniquo mammona:qui te recipiãt in æterna tabernacula,ut me ſequaris , ut dominum
mundi,poſſeſſionẽ habeas:ut poſſis canere cũ propheta:Pars mea dñs, & ut uerus leuita
nihil de terrena hæreditate poſſideas. Et hoc hortor:Si uis eſſe perfectus , ſi apoſtolicæ di-
gnitatis culmen cupis,ſi ſublata cruce Chriſtũ ſequi,ſi apprehẽſo aratro nõ reſpicere poſt
3 tergum,ſi in ſublimi tecto poſitus,priſtina ueſtimenta cõtemnis,& ut euadas Aegyptiam
dominam,ſeculi palliũ derelinquis. Vnde & Helias ad cœlorũ regna feſtinans,nõ poteſt
ire cũ pallio,ſed mundi in mũdo ueſtimẽta dimittit. Sed hoc ais apoſtolicæ dignitatis eſt,
& eius qui uelit eſſe perfectus. Cur aũt & tu nolis eſſe perfectus? Cur qui in ſeculo primus
es, nõ in Chriſti familia primus ſis? An quia uxorẽ habueris? Habuit & Petrus, & tamen
cum reti eam & nauicula dereliquit. Prouidẽtiſſimus dominus,& omniũ ſalutẽ deſiderãs
malenſq; pœnitentiã peccatoris quàm mortem,abſtulit tibi hanc excuſationẽ,ut non illa
te retrahat ad terras,ſed tu eam ſequaris ad paradiſi regna trahentem. Bona liberis pares,
quæ te ad dominum præceſſerunt,ut partes earũ non in diuitias ſororis proficiant,ſed in
redemptionẽ animæ tuæ,atq; alimẽta miſerorum. Hæc monilia filiæ tuæ à te expetũt,his
gemmis ornari capita ſua uolunt. Quod periturũ erat in ſerico,uilibus pauperum tunicis
ſeruetur. Repetunt à te parteis ſuas , iunctæ ſponſo nolunt uideri pauperes & ignobiles,
propria ornamẽta deſiderãt. Nec eſt,quod excuſes nobilitatem & diuitiarum pondera.

A Reſpice ſanctum uirū Pammachium, & feruētiſſimæ fidei Paulinum presbyterū, qui nō
ſolum diuitias, ſed ſeipſos domino obtulerunt: Qui cōtra diaboli tergiuerſationē, nequa-
quam pellē pro pelle, ſed carnes & oſſa & animas ſuas domino cōſecrarunt: Qui te & exē-
plo & eloquio, id eſt, & opere & lingua poſſunt ad maiora perducere. Nobilis es, & illi:
ſed in Chriſto nobiliores. Diues & honoratus, & illi: imò ex diuitibus & honoratis pau-
peres & inglorij, & idcirco ditiores & magis inclyti, quia pro Chriſto pauperes et inhono-
rati. Et tu quidē benefacis, quod ſanctorū diceris uſibus miniſtrare, fouere monachos, ec-
cleſijs offerre ꝙ plurima. Sed hæc rudimēta ſunt militiæ tuæ. Cōtemnis aurū, cōtempſe-
4 runt & multi philoſophi. E quibus unus, ut cæteros ſileam, multarū poſſeſſionū precium
proiecit in pelagus: Abite dicens in profundū malæ cupiditates: ego uos mergā, ne ipſe
mergar à uobis. Philoſophus glorię animal, & popularis auræ uile mācipium, totā ſimul
ſarcinam depoſuit, & tu te putas in uirtutū culmine conſtitutum, ſi partē ex toto offeras?
Teipſum uult dominus hoſtiam uiuam, placētem deo. Te, inquam, nō tua. Et ideo uarijs
tentationibus cōmonet, quia multis plagis & doloribus eruditur Iſraël. Et quē diligit do-
minus corripit. Flagellat aūt omnem filiū quē recipit. Paupercula uidua duo æra minuta
miſit in Gazophylacium. Et quia totū obtulit quod habebat, omnes dicitur in oblatione
munerum dei ſuperaſſe locupletes, quæ nō pondere ſui, ſed offerentiū uolūtate pēſantur.
Vt multis erogaueris cenſum tuū, & quidam tua gaudeāt liberalitate, tamē multo plures
ſunt, quibus nihil dediſti. Neq; enī Darij opes, & Crœſi diuitiæ ualent explere pauperes
mundi. Quod ſi teipſum dn̄o dederis, & apoſtolica uirtute perfectus, ſequi cœperis ſalua-
torem, tunc intelliges ubi fueris, & in exercitu Chriſti, ꝙ extremum tenueris locum. Non
planxiſti filias mortuas, & paternæ in genis lachrymæ Chriſti timore ſiccatæ ſunt. Quāto
maior Abraham, qui unicum filiū uoluntate iugulauit, & quem hæredem mundi futurū
audierat: nō deſperat etiā poſt mortem eſſe uicturum. Iepte obtulit uirginem filiā, & idcir-
B co in enumeratione ſanctorū ab Apoſtolo ponitur. Nolo tātum ea offeras domino, quæ
poteſt fur rapere, hoſtis inuadere, proſcriptio tollere: quæ & accedere poſſunt & recedere,
& inſtar undarum ac fluctuū à ſuccedentibus ſibi dominis occupātur: atq;, ut uno cūcta
ſermone comprehendā, quæ uelis, nolis, in morte dimiſſurus es. Illud offer, quod tibi nul-
lus hoſtis poſſit auferre: nullus eripere tyrānus, quod tecum pergat ad inferos, imò ad re-
gna cœlorū, & ad paradiſi delitias. Extruis monaſteria, & multus à te per inſulas Dalma-
tiæ ſanctorū numerus ſuſtētatur. Sed melius faceres, ſi & ipſe ſanctus inter ſctōs uiueres.
Sancti eſtote, quoniā ego ſanctus ſum, dicit dominus: Apoſtoli gloriātur, quod omnia di-
miſerint, & ſecuti ſint ſaluatorē: & certe præter retia, & nauem nihil legimus eos dimiſiſſe,
& tamen teſtimonio futuri iudicis coronātur. Quia ſe offerētes, totū dimiſerāt quod habe-
bant. Hæc loquor nō in ſugillationē operum tuorum, uel quod extenuem liberalitatē &
eleemoſynas tuas, ſed quod te nolim inter ſeculares eſſe monachum, & inter monachos ſe-
cularem. Totumq; à te expetam, cuius audio mentem diuino cultui deditam. Si huic cōſi-
lio noſtro, uel amicus, uel aſſecla, uel propinquus renititur, & te ad delitias ſplēdētis mēſę
reuocat: intelligito eum nō de tua anima, ſed de ſuo uētre cogitare, & omnes opes lautaq;
conuiuia, ſubita morte finiri. Octo & ſex annorū, intra uiginti dies duas filias amiſiſti, &
arbitraris ſenē diu poſſe uiuere? Cuius ut ætas lōga tendatur, audi & Dauid dies uitæ no-
ſtræ ſeptuaginta anni. Si autē amplius, octoginta: & quicquid ſupereſt, labor & dolor eſt.
Felix & omni dignus beatitudine, quē ſenectus Chriſto occupat ſeruiētem, quē extrema
dies ſaluatori inuenerit militantem, qui non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in
porta: cui in introitu paradiſi dicetur: recepiſti mala in uita tua, nunc autē hic lætare. Nec
enim ulciſcetur bis dominus in cadē re. Diuitem purpuratum gehennæ flamma ſuſcepit.
Lazarus pauper & ulceribus plenus, cuius carnes putridas lābebāt canes, & uix de micis
menſæ locupletis miſerabilem ſuſtētabat animam, in ſinu Abrahæ recipitur, & tanto pa-
triarcha

A triarcha parēte lætatur.Difficile imò impoſſibile eſt,ut & præſentibus quis & futuris fru-
atur bonis:ut & hic uentrem,& ibi mentem impleat,ut de delitijs tranſeat ad delitias, ut
in utroq; ſeculo primus ſit,ut & in cœlo & in terra appareat glorioſus. Quod ſi tibi tacita
cogitatio ſcrupulum mouerit:cur monitor ipſe non talis ſim, qualem te eſſe deſidero, &
nonnullos uideris in medio itinere corruiſſe:illud breuiter reſpondebo,non mea eſſe quæ
dico,ſed domini ſaluatoris.Non monere quod ipſe poſſim,ſed quid debeat uelle, qui ſer-
uus futurus eſt Chriſti.Et athletæ ſuis incitatoribus fortiores ſunt, & tamen monet debi-
lior,ut pugnet ille qui fortior eſt.Noli reſpicere Iudam negantem,ſed Paulum reſpice cō-
fitentem.Iacob ditiſſimi patris filius,ſolus & nudus in baculo pergit Meſopotamiam, ia-
cet laſſus in itinere,& qui delicatiſſime à Rebecca matre fuerat educatus, lapide ad caput
pro puluillo utitur.Vidit ſcalam de terra uſq; ad cœlum,& aſcendentes per eam angelos
& deſcendentes,& deſuper innitentem dominum,ut laſſis manum porrigeret,ut aſcendē-
tes ſuo ad laborem prouocaret aſpectu.Vnde & uocatur locus ipſe Bethel, id eſt, domus
dei,in qua quotidie aſcenditur atq; deſcenditur.Et ſancti enim corruunt, ſi fuerint negli-
gentes:& peccatores priſtinum recipiunt gradum,ſi ſordes fletibus lauerint.Hoc ideo di-
xi,ut non te terreant deſcendentes,ſed prouocent aſcendentes.Nunquam exemplū à ma-
lis ſumitur.Etiam in ſeculi rebus ſemper à meliori parte incitamenta uirtutum ſunt. Obli-
tus propoſiti,& epiſtolaris breuitatis,plura dictare cupiebam, ad materiæ quippe dignita-
tem,& ad meritum perſonæ tuę,parū eſt omne quod dicitur,& ecce tibi noſter Auſonius
cœpit ſchedulas flagitare,urgere notarios:& hinnitu feruentis equi,ingenioli mei feſtinus
5 arguere tarditatem.Memento igitur noſtri,& cura ut in Chriſto ualeas.Atq; ut cætera ta-
ceam,domeſtica ſanctæ Veræ exempla ſectare, quæ uere ſequuta Chriſtū: peregrinatio-
nis moleſtias ſuſtinet,& ſit tibi tanti dux fœmina facti.

B

## SCHOLIA.

1 Filius meus.) Suum filium uocat,ſenex iuuenem,illius fratrem,ob æqualem ætatē, ſiue quod
germanus eſſet. Iam dimiſſo Synthemate.)Synthema Græce,cōpoſitionem ſignificat.Vn-
de ueſtis genus è uarijs cōpoſitæ quę & Syntheſis dicitur:& Syntheſiati qui hac induti eſſent.
Martialis: Syntheſibus dum gaudet eques,dominusq; ſenatus.Et alibi: Frigus enim ma-
gnum ſyntheſis una facit.Apparet hanc ueſtem fuiſſe potentum & nobilium uice togæ quam hic de-
ponit conſcenſurus equum. Equus publicus.) Id honoris cauſa fiebat nobilibus. Fugiens urſum
incidat.) Ita legis Amos,capite quinto.Quomodo ſi fugiat uir à facie leonis, & occurrat ei urſus. Et
ingrediatur domum,& innitatur manu ſuper parietem,& mordeat eum coluber. Punicea indutū.)
2 Purpura & baltheus,inſignia quondam erant procerum aulicorū. Muſica in luctu.) Muſicam hoc
loco uocat rhetoricam orationis ſuauitatē. Si fractus illatur orbis.) Duo uerſus ſunt ex Odis Hora-
tij,de uiro Stoico,quem nulla res commouere poſſit. Totis aduerſum te cuneis.) Cuneos aciem uo-
cat,quod hac ſpecie ſoleant acies confligere inſtructæ. Ditior pater.)De Iob ſentit,qui diues erat poſ-
ſeſſionibus,ſed beatior erat numero liberorum. Ἀδιάφορα.) Id eſt,indifferentia. Sic enim uocant Stoici
omnia præter uirtutem & turpitudinem,quod illa nec mala ſint nec bona,ueluti paupertas,diuitiæ,re-
gnum,ſeruitus,uita,mors. Vnde eſt Nabutha.) De Naboth per dolū occiſo quod creditus eſſet ma-
ledixiſſe deo & Regi,legis libro Regū tertio,capite uigeſimoprimo. Panegyricis.) Panegyrici erāt
orationes ſolennes,quæ in frequentiſſimo totius populi conuentu,recitabantur in laudem alicuius.
Si in ſublimi tecto.) Locus eſt apud Marcum capite decimo tertio.Duobus uerbis indicauit allego-
3 riam.Tectum eſt faſtigium euangelicæ perfectionis,ueſtimenta mundi opes. Aegyptiam dominam.)
Quod eſt in Geneſi de Ioſeph ſolicitato ab impudica domina,trahit ad tropologiā. Vnde & Helias.)
Locus eſt quarto Regum libro cap.ſecundo. Ad paradiſi regna trahentem.) Quia præceſſit & mor-
tua eſt.Nonnulli codices habebant,tendentem.Sed trahentem mihi magis probatur. In uilibus.)
Quaſi ſolum hoc maneret ex opibus, quod in pauperes fuerit erogatum. Iunctæ ſponſo.) Quia iā
in cœlo ſint. In diuitias ſororis.) Sentit de Vera Iuliani ſorore, cuius mentionem facit in calce epi-
ſtolæ. Excuſes nobililitatem.) Excuſamus illi,cui negamus quod petit. Excuſamus eum, pro quo
reſpondemus.Excuſamus rem,ut ualetudinē,occupationes,ætatem,cuius prætextu nos excuſamus.
Hoc admonui,quod in pleriſq; codicibus locū hunc deprauarāt inelegantes quidā hac offenſi elegan-
4 tia. E quibus unus.) Id narrāt de Cratete philoſopho,cuius alibi ſæpenumero meminit. Vile mā-

C cipium.) Accommodat exemplum per collationem. Mancipium uocat, philoſophum quod ſeruiat famæ populari, & huius gratia nihil non faciat. Iepte obtulit uirginem.) Refertur in epiſtola Pauli ad Hebræos, inter ſanctos Iepte, cũ fuerit ſpurius. De uirgine filia ex uoto immolata, legis Iudicum, capite undecimo. Proſcriptio tollere.) Proſcriptio fuit olim atrociſſimum damnationis genus, qua ſubito facultates alicuius publicabãtur. Patriarcha parente.) In cuius ſinu fouetur ut filius. Et Athle
5 tæ ſuis incitatoribus.) Athletæ dicuntur qui non conducti, ſed gloriæ cauſa certant. Qui hos certantes extimulant uoce, uocat incitatores. Sanctæ Veræ.) Hanc apparet eſſe Iuliani ſororẽ, cuius ante meminit. In calce huius epiſtolæ aſſcriptum erat in quibuſdam codicibus: Tribuat tibi Chriſtus ut audias, ut taceas, ut intelligas, & ſic loquaris. Quæ quoniã adiecta uidebantur à quopiam, & nihil ad huius epiſtolæ pertinebant argumentũ, reſecui, præſertim cum in uetuſtis exemplaribus non haberentur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Exuperantium adhortatur, ut relicta militia imperiali, cõferat ſe ad perfectam Chriſtiani uitã, unaq; cum fratre ſuo Quintiliano Bethlehem commigret.

## AD EXVPERANTIVM HORTATORIA.

INter omnia quæ mihi ſancti fratris Quintiliani amicitiæ præſtiterunt, hoc uel maximum eſt, quod te mihi ignotum corpore, mente ſociauit. Quis enim non
1 diligat eũ, qui ſub paludamẽto & habitu militari agat opera prophetarum, & exteriorem hominẽ aliud promittentem, uincat interiori homine, qui formatus eſt ad imaginem creatoris? Vnde & prior ad officium prouoco literarũ, & precor, ut mihi occaſionẽ tribuas ſæpius reſcribẽdi, quo de cætero ſcribã audacius. Illud autem prudentiæ tuæ breuiter ſignificaſſe ſufficiat, ut memineris apoſtolicæ ſententiæ: Vinctus es uxori, ne quæras ſolutionẽ: ſolutus es, ne quæras uxorẽ, id eſt, alligationẽ, quæ ſolutioni cõtraria eſt. Qui igitur ſeruit officio cõiugali, uinctus eſt: qui uinctus eſt, ſeruus eſt. Qui autem ſolutus eſt, liber eſt. Cum ergo Chriſti gaudeas libertate, & aliud agas, aliud repromittas, ac propemodũ in domate cõſtitutus ſis, nõ debes ad tollẽdã tunicã tecto deſcendere,
D nec reſpicere poſt tergum, nec aratri ſemel arrepti ſtiuam dimittere. Sed ſi fieri poteſt, imitare Ioſeph, & Aegyptiæ dominæ pallium relinquæ, ut nudus ſequaris dominum ſaluatorem, qui dicit in euãgelio: Niſi quis dimiſerit omnia, & tulerit crucẽ ſuã, & ſecutus me fuerit, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Proijce ſarcinã ſeculi, ne quæras diuitias: quæ camelorum prauitatibus cõparantur: Nudus & leuis ad cœlũ euola, ne alas uirtutũ tuarum auri deprimãt põdera. Hoc autẽ dico, nõ quo te auarũ didicerim, ſed quod intelligam, idcirco adhuc militiæ operã dare, ut impleas ſacculum, quẽ euacuare dominus præcepit. Si igitur qui habẽt poſſeſſiones & diuitias, iubentur omnia uẽdere, & dare pauperibus, & ſic ſequi ſaluatorẽ: dignatio tua, aut diues eſt, & debet facere quod præceptũ eſt: aut adhuc tenuis, & nõ debet quærere, quod erogatura eſt. Certe Chriſtus pro animi uolũtate omnia in acceptum refert. Nemo apoſtolis pauperior fuit, & nemo tantũ pro domino dereliquit. Vidua illa in euãgelio paupercula, quæ duo minuta miſit in Gazophylacium, cũctis præfertur diuitibus, quia totum quod habuit dedit. Et tu igitur erogãda nõ quæras, ſed quæſita iam tribue, ut fortiſſimũ tyrunculum ſuum Chriſtus agnoſcat, ut lætus tibi de longiſſima regione uenienti occurrat pater, ut ſtolam tribuat, ut donet anulum, ut immolet pro te uitulum ſaginatũ, ut expeditũ cũ ſancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulſaui amicitiarum fores: ſi aperueris, nos crebro habebis hoſpites.

SCHOLIA.

1 SVb paludamento.) Paludamentum ueſtis eſt militaris. Vnde paludati uocãtur. In domate conſtitutus.) Reſpicit ad illud euangelicum, quo uetamur è tecto deſcendere, ad tollenda ueſtimenta. Stiuam dimittere.) Stiua pars ea eſt aratri, qua regitur ac tenetur. Reſpexit ad locum illum euangelicum: Nemo mittens manum ad aratrum &c. Quæ camelorum prauitatibus.) Prauum eſt quod intortum eſt. Camelorum corpora diſtorta, & gibbo montuoſa. At ſimplex ſit oportet, qui uelit ſequi Chriſtum. Aut adhuc tenuis.) Eleganter tenuem uocat pauperem. Eroganda non quæras.) Venuſte uſus eſt ſchemate ἀντιμεταβολῆς, quã quidam uocant cõmutationẽ. Chriſtus agnoſcat.) Agnoſcimus, quæ recipimus & approbamus.

Argumentum

A ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Ex ipſa epiſtola nõ liquet ad quam ſcripta ſit. Titulus tamen indicat ſcriptã ad materterã Caſtorinã,
cum hac apparet Hieronymo fuiſſe diſſidij neſcio quid. Rogat igitur, ut tandẽ ſecũ redeat in gratiam.
Ioannes idem Apoſtolus.) Nõ ſine cauſa addidit, idem apoſtolus & euãgeliſta. Partim quod non o-
1 mnes epiſtolæ Ioannis, ſint Ioannis euangeliſtæ. Partim quo plus ponderis habeat ſententia, aſſcribit ti-
tulos autoritatis. Nec enim leue uideri poteſt, quod ſcripſit, is qui ſimul fuerit & apoſtolus & euãgeli-
ſta. Iraſcimini & no. pec.) Si cõtigerit iraſci, ne ſinas irã exire in maledictũ aut ſcelus, aut in ſimultatẽ.

## AD CASTORINAM MATERTERAM.

IOannes idem apoſtolus & euangeliſta in epiſtola ſua, ait: quicũq; odit fratrem
1 ſuum, homicida eſt, & recte: Cum enim homicidiũ ex odio ſæpe naſcatur: qui-
cunq; odit, etiam ſi necdum gladio percuſſerit: animo tamen homicida eſt. Cur
ais tale principiũ? Scilicet ut ueteri rancore depoſito, mundũ pectoris deo pare
mus habitaculũ? Iraſcimini, inquit Dauid, & nolite peccare. Hoc quid uelit intelligi, Apo-
ſtolus plenius interpretatur: Sol nõ occidat ſuper iracundiã ueſtrã. Quid agemus nos in
die iudicij, ſuper quorũ iram nõ unius diei, ſed tantorũ annorũ ſol teſtis occubuit? Domi-
nus loquitur in euangelio: Si offers munus tuũ ad altare, ibiq; recordatus fueris, quia fra-
ter tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade recõciliari
prius fratri tuo, & ſic offeres munus tuũ ad altare. Væ mihi miſero, ne dicã & tibi, qui tãto
tempore, aut nõ obtuli munus ad altare, aut ira permanẽte ſine cauſa obtuli. Quomodo
in quotidiana prece unquã diximus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus
debitoribus noſtris, animo diſcrepãte cũ uerbis: oratione diſſidente cũ factis? Precor itaq;
quod & ante annũ prioribus literis rogauerã, ut pacẽ quã nobis reliquit dominus, habea-
mus: & meum deſiderium, & tuã mentẽ Chriſtus intueatur. In breui ante tribunal eius, re
conciliata ſeu ſciſſa cõcordia, aut præmium recuperabit, aut pœnã. Quod ſi tu, quod pro-
cul abſit, nolueris, ego liber ero. Epiſtola me hæc mea cum lecta fuerit, abſoluet.

B ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Hanc ſcripſit iuuenis ex eremo, quam primum relicta patria adijt, Heliodoro comite. Familiaris eſt
1 epiſtola, & ex parte iocoſa. Loco motum.) Qui cedit loco, ſignificat ſe uelle cõponere litem. Eſt autẽ
ſermo militaris. Aegrotatio.) Eleganter ægrotationem tribuit corpori, animo ægritudinem, cũ mo
leſtia ſeu morbus ad utrumq; pertineat. Oratorio more.) Primum argumentis rem probant, deinde
iubent citari teſtes. Nam argumenta ex ipſa re colligit orator. Teſtimonia ſunt extra cauſam. Meis
ſceleribus fugatus.) Ciuiliter imputat ſuis ſceleribus quod ille non remanſerit, ut amicum liberet ſu-
ſpitione leuitatis. Sororem meam.) Apparet ſororem Hieronymi uirginitatis propoſitum arripuiſ
ſe, quam & aliâs cõmendat amicis ſuis. Hibera excetra.) Significat obtrectatorem aliquem uirulen-
tum. Nam excetra dicta eſt hydra, quã confecit Hercules. Addidit Hibera, quod illa fuerit Argiuorũ.
Hibera autem dixit, uel quod Hiſpanus eſſet obtrectator, uel quod portentoſus.

## AD IVLIANVM DIACONVM.

ANtiquus ſermo eſt: Mendaces faciunt, ut nec uera dicentibus credatur. Quod
mihi à te ego obiurgatus de ſilentio literarum accidiſſe uideo. Dicam: Sæpe
ſcripſi, ſed negligentia baiulorum fuit? Reſpondebis: Omnium non ſcribentiũ
uetus iſta excuſatio eſt. Dicam, nõ reperi qui epiſtolas ferret? Dices, hinc iſthuc
iſſe quã plurimos. Contendam, me etiam his dediſſe? At illi, quia non reddiderunt, nega-
bunt: & erit inter abſentes incerta cognitio. Quid igitur faciam? Sine culpa ueniam poſtu-
1 labo, rectius arbitrans pacem loco motum petere, quàm æquo gradu certamina concita-
re, quanquam ita me iugis tam corporis ægrotatio, quàm animæ ægritudo conſumpſit:
ut morte imminente, nec mei penè memor fuerim. Quod ne falſum putes, oratorio more
poſt argumẽta teſtes uocabo. Sanctus frater Heliodorus hic adfuit, qui cum mecum ere-
mum uellet incolere, meis ſceleribus fugatus abſceſſit. Verum omnem culpã præſens uer
boſitas excuſabit. Nã, ut ait Flaccus in Satyra: Omnibus hoc uitium eſt cantoribus, in-
ter amicos. Rogati ut nunq; cãtent, iniuſſi nunq; deſiſtãt. Ita te deinceps faſcibus obruã
literarũ, ut ecõtrario incipias rogare, ne ſcribã. Sororẽ meã filiã in Chriſto tuã, gaudeo te

C primum nunciante,in eo permanere,quod cœperat. Hic enim ubi nunc ſum: non ſolum
quid agatur in patria, ſed an ipſa patria perſtet,ignoro.Et licet me ſiniſtro Hibera excetra
ore dilaniet:nõ timebo hominũ iudiciũ:habiturus iudicẽ meum:iuxta illud quod quidam
ait:Si fractus illabatur orbis:Impauidum ferient ruinæ. Quapropter quæſo ut apoſtolici
memor præcepti,quo docet opus noſtrũ permanere debere: & tibi à domino præmiũ in
illius ſalute pares:& me de cõmuni in Chriſto gloria,crebris reddas ſermonibus lætiorẽ.

## ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Apparet hanc fuiſſe ſcriptam cũ primum adiſſet eremum,& in Syriæ ſolitudinibus incõmode age-
ret,nec manere poſſet,ob uexationẽ regionis:nec redire,quod iam aggreſſus eſſet hoc uitæ genus.Ex ti-
tulo magis quàm ex epiſtola cognoſcimus,hãc ſcriptã ad Theodoſium,& cæteros anachoritas. Omni
crimine caput.) Caput ſeipſum uocat,ut pro toto homine,caput dicimus. Nec regredi ualeo.) Quia
ſuſceperat monachi propoſitum,nec progredi,quia obſtabant multa incommoda.

## AD THEODOSIVM.

QVàm uellem nunc ueſtro intereſſe cõuentui,& admirandum conſortium: licet
iſti oculi nõ mereantur aſpicere:tota cũ exultatione cõplecti.Spectarem deſer-
tum omni amœnius ciuitate. Viderẽ deſolata ab accolis loca:quaſi ad quoddã
paradiſi inſtar ſanctorũ cœtibus obſideri. Verũ quia hoc mea faciunt delicta:
ne cõſortio beatorũ inſeratur obſeſſum omni crimine caput:idcirco obſecro (quia uos im-
petrare poſſe nõ ambigo) ut me ex iſtius tenebris ſeculi ueſtro liberetis oratu.Et ut ante di-
xeram præſens,& nũc per literas uotũ indicare nõ ceſſo,quod mens mea omni ad id ſtu-
dium & cupiditate rapiatur.Nũc ueſtrũ eſt,ut uoluntatem ſequatur effectus:Meum eſt,ut
uelim.Obſecrationum ueſtrarum eſt,ut quod uelim & poſſim.Ego ita ſum,quaſi à cũcto
grege morbida aberrans ouis.Quod niſi me bonus paſtor ad ſua ſtabula humeris impoſi-
tum reportarit:lababũt greſſus,& in ipſo conamine ueſtigia cõcident aſſurgẽtis. Ego ſum
D ille prodigus filius:qui omni quã mihi pater crediderat portione profuſa,necdũ me ad ge-
nitoris genua ſubmiſi:necdũ cœpi prioris à me luxuriæ blãdimẽta depellere. Et quia pau-
lulum non tam deſiui à uitijs,quàm cœpi uelle deſinere,nũc me nouis diabolus ligat reti-
bus,nũc noua impedimẽta proponẽs:maria undiqꝫ circũdat,& undiqꝫ pontũ, nũc in me-
dio cõſtitutus elemento:nec regredi ualeo:nec progredi poſſum:Supereſt ut oratu ueſtro
ſancti ſpiritus aura me prouehat,& ad portum optati littoris proſequatur.

## ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Apparet hoc eſſe fragmentũ longioris epiſtolæ.Scripſerat in charta puſilla,ob inopiam,& tamẽ mi-
nutis literis,quo plus uerborũ cõplecteret̃. Videt̃ humaniter exceptus fuiſſe à uirginibus quibuſdam.
His gratias agit,qđ ipſe ſanctæ,ſe peccatorẽ nõ contẽpſerint.Nec hic titulus additus eſt ex epiſtola.In-
1 ſcribitur eñ ad uirgines Hermonẽſes,quas apparet fuiſſe in mõte Hermon. Dico eñ læſus.) Appa-
ret aliquẽ obtrectatorẽ minuere conatũ opinionẽ illius apud has uirgines. Nolite iudicare.) Vtitur
duplici argumẽto.Nemo deſpiciẽdus.Qui ſcis eñ an malus ſit? Fallitur in multis hominũ iudiciũ.Et ſi
malus erat,fieri poteſt,ut cõuerſus ſit in aliũ uirũ.Hunc cum deus recipiat,cur faſtidiant homines?

## HIERONYMVS AD VIRGINES HERMONENSES.

CHartæ exiguitas indiciũ ſolitudinis eſt,& idcirco longum ſermonẽ, breui ſpa-
tio coartaui.Quia & uobiſcum uolebam prolixius loqui, & anguſtia ſchedu-
læ cogebat tacere.Nunc igitur ingenio eſt uicta pauperies. Minutæ quidem
literæ, ſed confabulatio longa eſt. Et tamen in hoc neceſſitatis articulo ani-
maduertite charitatem,cum nec penuria ſcriptionis ualuerit prohibere ne ſcriberem. Vos
1 autem ignoſcite obſecro dolenti.Dico enim læſus,dico lachrymans:ne unum quidem api-
cem,toties uobis tribuenti officium,præſtitiſtis. Scio quia nulla communio luci & tene-
bris eſt:nulla cum ancillis dei,peccatori ſocietas. At tamen & meretrix domino pedes la-
chrymis lauit,& de dominorum micis canes edunt.Et ipſe ſaluator non uenit iuſtos uoca-
re,ſed peccatores.Non egent ſani medico.Et magis uult pœnitentiam peccatoris q̃ mor-
tem.Et errantẽ ouiculã ſuis humeris refert.Et prodigũ filiũ reuertentẽ,excipit lętus pater.

Quin

A Quin potius Apoſtolus ait: Nolite iudicare ante tẽpus. Tu enim quis es qui alienũ ſeruũ
iudices? Suo dño ſtat, aut cadit. Et qui ſtat, uideat ne cadat. Et inuicẽ onera ueſtra portate.
Aliter ſorores chariſſimæ hominũ liuor, aliter Chriſtus iudicat. Non eadem eſt ſententia
tribunalis eius, & anguli ſuſurronum. Multæ hominibus uiæ uidentur iuſtæ, quæ poſtea
reperientur prauæ. Et in teſtaceis uaſculis theſaurus ſæpe recõditur. Petrum ter negantẽ,
amaræ in ſuũ locum reſtituere lachrymæ. Cui plus dimittitur, plus amat. De toto grege
ſiletur, & ob unius morbidæ pecudis ſalutẽ angeli lætantur in cœlo. Quod ſi cui uidetur
indignum, audiat à Domino: Amice, ſi ego bonus ſum, quare oculus tuus nequam eſt?

### ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Nec à quo ſcripta ſit hæc, nec ad quem ſatis liquet, ſtilus Auguſtinum magis reſipit quàm Hieronymum. Cum in urbem Leges.) Legij ſunt in Pãnonia, quæ finitima eſt patriæ diui Hieronymi. Lege eſt in Africa. Vnde magis uidebitur eſſe ſcripta ab Auguſtino.

### AD AVGVSTINVM.

CVm in urbe Leges anteriori tempore commeaſſem: nimium ſum contriſtatus,
quod te totum ibidem minime potui reperire. Inueni enim te medium, & ut ita
dicam, partẽ animæ tuæ: Seuerum chariſſimum, de quo ex parte gauiſus ſum,
Perfecte enim gauderem, ſi te totum inuenirem. Vnde ex parte qua te repere-
ram gratulabar, & propter partẽ tuam, quã nequaquam cernebã, omnibus modis contri
ſtabar. Proinde dixi animæ meæ: Quare triſtis es, & quare cõturbas me? Spera in deo, &
faciet præſentem amicum quem diligis. Vnde cõfido in domino & ſpero, quod me faciet
de tua uiſione gratulari. O ſi oculis cerni dilectio poſſet: profecto uideres, quanta apud te
noſtra eſſet dilectio. Aut enim æquiparans dilectioni tuæ magnum tibi afferret gaudium:
aut ſi maior eſſet, magnum tibi afferret imitationis ſtudium. Ergo quia in domino te dili-
B go, dilige diligentem. Et ut cæteri tecum diligant, per eccleſiaſticam autoritatem hortare.
Nam quod petis in literis tuis, ut ego pro te orem: id recte facerem, ſi ego ipſe à peccatis li-
ber eſſem, ut pro alijs liceret orare. Et ideo te admoneo, ut orationes aſſiduas animi tui
pro me emittas ad dominum, & memor profeſſionis, illã ante oculos tuos conſtituas diẽ:
in qua iuſtus ab auditu malo non timebit, & ideo iuſtus non timebit, quia non audiet: Va
de in ignem æternum. Sed ueni benedicte patris mei, percipe regnum. Ad quod nos per-
ducat, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

### ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hieronymus cũ primũ relictis cognatis & amicis Syriam adiſſet, Heliodorus aliquantiſper apud eũ cõmoratus, reuerſus eſt in patriã, Innocentius febri perijt, Euagrij ſolius & Hylæ cõtubernio ſubleuabatur. Nã Bonoſus, cũ quo pariter ab infantia fuerat educatus, & in literis inſtitutus, quem ad monachi propoſitũ prior inflãmauit, ſolus in inſula quadã horrida, ſanctã agebat uitam. Ac rebus hoc loco ſtantibus, tandẽ intellexit Ruffinum, quem & ipſum habuerat ſtudiorũ ſacrorũ ſodalem, in Aegyptum cõceſſiſſe. Hunc igitur inuitat ad ſe, & de ſuo ſtatu deq; Bonoſi ſodalis ſui uita reddit certiorem.

### HIERONYMVS AD RVFFINVM.

PLus deũ tribuere quàm rogatur, & ea ſæpe cõcedere, quæ nec oculus uidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, licet ex ſacrorum miniſterio uolu-
minum ante cognouerim, tamen in cauſa propria nunc probaui Ruffine chariſ
1 ſime. Ego enim qui audaci fieri ſatis uoto credebam, ſi uiciſſitudine literarũ ima
ginem nobis præſentiæ mẽtiremur: audio te Aegypti ſecreta penetrare: monachorũ inui-
ſere chóros, & cœleſtẽ in terris circumire familiã. O ſi mihi nunc dominus Ieſus Chriſtus,
uel Philippi ad Eunuchum, uel Abacuc ad Danïelem translationẽ repente concederet, q̃
ego nũc tua arctis ſtringerẽ colla complexibus, q̃ illud os, quod mecũ uel errauit aliquan
do uel ſapuit, impreſſis figerẽ labijs. Verũ quia nõ tã te ſic ad me uenire, q̃ ad te ſic ire non
mereor, & inualidum etiã cũ ſanum eſt corpuſculũ, crebri fregere morbi; has mei uicarias,

& tibi

C & tibi obuias mitto,quæ te copula amoris innexum,ad me uſq; perducãt.Prima inopina
ti gaudij ab Heliodoro fratre mihi eſt nunciata felicitas.Non credebã certum,quod certũ
eſſe cupiebã,præſertim cũ & ille ab alio ſe audiſſe diceret,& rei nouitas fidẽ ſermonis aufer
ret.Rurſum ſuſpenſam uoto nutante mentem,quidam Alexandrinus monachus, qui ad
Aegyptios cõfeſſores,& uoluntate iam martyres,pio plebis iam dudũ fuerat tranſmiſſus
obſequio,manifeſtus ad credulitatẽ nuncij autor impulerat.Fateor & in hoc meam labaſ-
ſe ſententiam.Nam cũ & patriam tuam ignoraret & nomen, in eo tamen plus uidebatur
afferre,quod eadẽ aſſerebat quæ iam alius indicauerat.Tandem plenum ueritatis põdus
erupit.Ruffinum enim Nitriæ eſſe,& ad beatũ perrexiſſe Macarium:crebra commeantiũ
multitudo referebat.Hic uero tota credulitatis frena laxaui,& tũc uere ægrotũ eſſe me do
lui.Et niſi me attenuati corporis uires quadã compende præpediſſent, nec mediæ feruor
æſtatis,nec nauigãtibus ſemper incertum mare, pia cũ feſtinatione gradienti,ualuiſſet ob-
ſiſtere.Credas mihi frater:nõ ſic tẽpeſtate iactatus portũ nauta proſpectat, nõ ſic ſitientia
imbres arua deſiderãt, nõ curuo aſſidens littori anxia filiũ mater expectat. Poſtquã me à
tuo latere ſubitus turbo conuulſit:poſtquam glutino charitatis hærentem impia diſtraxit
2 auulſio: Tunc mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Tunc maria undiq;,& undiq;
cœlum.Tandẽ in incerto peregrinationis erranti, cũ me Thracia, Pontus atq; Bithynia,
totumq; Galatiæ & Cappadociæ iter,& feruido Cilicũ terra fregiſſet æſtu: Syria mihi ue-
lut fidiſſimus naufrago portus occurrit. Vbi ego quicquid morborũ eſſe poterat exper-
tus,ex duobus oculis unum perdidi.Innocentiũ em̃ partẽ animæ meæ,repentinus febriũ
ardor abſtraxit.Nunc uno & toto mihi lumine Euagrio noſtro fruor, cui ego ſemper in-
firmus ad laborẽ cumulus acceſſi.Erat nobiſcũ & Hylas ſancti Melanij famulus,qui puri
tate morũ,maculam ſeruitutis abluerat,& hic necdum obductam reſcidit cicatricẽ. Verũ
quia de dormiẽtibus cõtriſtari Apoſtoli uoce prohibemur,& nimia uis mœroris læto ſu-
D peruenientenũcio tẽperata eſt:indicamus hæc tibi:ut ſi neſcis,diſcas,ſi ante cognouiſti,pa
riter gaudeamus.Bonoſus tuus,imò meus:&,ut uerius dicã,noſter,ſcalã præſagatã Iacob
ſomniante iam ſcandit,portat crucẽ ſuam:nec de craſtino cogitat, nec poſt tergũ reſpicit.
Seminat in lachrymis,ut in gaudio metat.Et ſacramẽto Moyſi ſerpentem in eremo ſuſpẽ-
dit.Cedãt huic ueritati,tam Gręco quàm Romano ſtilo,mẽdacijs ficta miracula. Ecce pu-
er honeſtis ſeculi nobiſcũ artibus inſtitutus:cui opes affatim,dignitas apprime,inter æqua
les erat:contẽpta matre,ſororibus,& chariſſimo ſibi germano, inſulã pelago circunſonã
te naufragam,cui aſperæ cautes & nuda ſaxa & ſolitudo terrori eſt,quaſi quidã nouus pa
radiſi colonus inſedit.Nullus ibi agricolarũ:nullus monachorũ,ne paruulus quidẽ, quẽ
3 noſti, Oneſimus,quo uelut fratre in oſculo fruebatur:in tãta uaſtitate adhæret lateri co-
mes.Solus ibi imò iam Chriſto comitãte non ſolus:uidet gloriã dei, quã etiã apoſtoli, niſi
in deſerto non uiderant.Non quidem conſpicit turritas urbes, ſed in nouæ ciuitatis cẽſu,
dedit nomen ſuum.Horrent ſacco mẽbra deformi. Sed ſic melius obuiã Chriſto rapietur
in nubibus.Nulla Euriporum amœnitate perfruitur,ſed de latere domini aquam uitæ bi-
bit.Proponatur tibi ante oculos amice dulciſſime,& in præſentiã rei totus animo ac mẽte
conuertere.Tunc poteris laudare uictoriã,cum laborem præliantis agnoueris.Totã circa
inſulam fremit inſanum mare,& ſinuoſis montium illiſum ſcopulis æquor reclamat.Nul
lo terra gramine uiret,nullis uernans cãpus denſatur umbraculis.Abruptæ rupes, quaſi
quendam horrore carcerẽ claudũt.Ille ſecurus,intrepidus,& totus de Apoſtolo armatus:
nunc deum audit dum diuina relegit,nunc cũ deo loquitur cũ dominum rogat,& fortaſſe
ad exemplum Ioannis aliquid uidet,dum in inſula cõmoratur.Quas nunc diabolum ne-
ctere credis tricas?quas parare arbitraris inſidias?Forſitan antiquæ fraudis memor,famẽ
ſuadere tentabit.Sed iam illi reſponſum eſt: Non in ſolo pane uiuit homo.Opes forſitan
gloriamq; proponet.Sed dicetur illi:Qui cupiũt diuites fieri,incidũt in muſcipulã & ten-
tationes,

A tationes. Et: Mihi gloriatio omnis in Chriſto eſt. Feſſa mẽbra, ieiunijs morbo grauãte con-
cutiet, ſed Apoſtoli repercutietur eloquio: Quãdo em̃ infirmor, tũc fortior ſum. Et uirtus
in infirmitate perficitur. Minabitur mortẽ, ſed audiet: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.
Ignita Iacula uibrabit, ſed excipiẽtur ſcuto fidei. Et ne multa replicẽ, impugnabit Satanas,
ſed tutabitur Chriſtus. Gratia tibi domine Ieſu, quod in die tua habeo, qui pro me te poſ-
ſit rogare. Scis ipſe (tibi enim patẽt pectora ſingulorũ, qui cordis arcana rimaris: qui tãtæ
beſtiæ aluo incluſum prophetã in profundo uides) ut ego & ille pariter à tenera infantia
ad florentẽ uſq; adoleuerimus ætatem: ut ijdem nos nutricum ſinus, ijdem amplexus fo-
uerint baiulorũ. Et cũ poſt Romana ſtudia ad Rheni ſemibarbaras ripas, eodẽ cibo, pari
frueremur hoſpitio, ut ego primus cœperim uelle te colere. Memẽto quæſo hũc bellatorẽ
tuum, mecũ quondam fuiſſe tyronem. Habeo promiſſum maieſtatis tuæ, Qui docuerit &
non fecerit, minimus uocabitur in regno cœlorum. Qui aũt docuerit & fecerit, maximus
uocabitur in regno cœlorũ. Fruatur ille uirtutis corona, & ob quotidiana martyria ſtola-
tus agnũ ſequatur. Multæ enim ſunt mãſiones apud patrẽ. Et: Stella à ſtella differt in cla-
ritate. Mihi concede, ut inter ſanctorũ calcanea caput poſſim leuare: ut cũ ego uoluerim,
ille perfecerit: mihi ignoſcas, quia implere nõ potui: illi tribuas præmium quod meretur.
Plura fortaſſe ꝙ epiſtolæ breuitas patiebatur, longo ſermone protraxerim: quod mihi
ſemper accidere conſueuit, quando aliquid de Bonoſi noſtri laude dicendũ eſt. Sed ut ad
illud redeam unde diſceſſeram, obſecro te ne amicũ qui diu quæritur, uix inuenitur: diffi-
cile ſeruatur: pariter cum oculis mens amittat. Fulgeat cui libet auro, & pompaticis fercu-
lis coruſca ex ſarcinis metalla radient. Charitas non poteſt comparari. Dilectio preciũ nõ
habet. Amicitia quæ deſinere poteſt, uera nunꝙ fuit. Vale in Chriſto.

## SCHOLIA.

1 AVdaci fieri ſatis uoto.) Audax uotũ appellat, cum optat aliquis, quod uix poſſit impetrari.
B Præſentiæ mentiremur.) Rurſum mentiri ponit pro effingere & imaginari, aut imitari.
Nam mutuis literis quaſi colloquimur abſentes. Plus igitur obtigit, quàm auſus fuerat
optare, cum ipſe Ruffinus adueniret in Aegyptum. Cœleſtẽ in terris.) Sentit cœtus mo-
nachorum, cœleſtem uitam in terris agẽtium. Philippi ad Eunuchum.) Quomodo angelus miſerit
Philippum obuiam Eunucho ut baptizaretur, legis in Actis apoſtolorum cap. 8. Habacuc ad Da-
nielem.) De Habacuc qui attulit prandiũ Danieli incluſo, legis Danielis cap. 14. Vel errauit aliquã-
do.) Quod eodem Origenis ſtudio ducerentur. Item alibi: Errauimus iuuenes, emẽdemur ſenes. Ruf
finum eſſe Nitriæ.) Ea ciuitas eſt iuxta Alexandriam, tum recens ad Chriſtũ conuerſa. Semper in-
2 certum mare.) Non ſolum hybernis menſibus. Nam hæc ſcripſit æſtate. Tunc mihi cæruleus.) In-
tertexuit uerſus ex Aeneide Vergiliana. Significat ſibi obortas tenebras & rerum deſperationẽ ob di-
greſſionem ſodalis. Cum me Thracia, Pontus.) Miro cõpendio complexus eſt iter ſuũ, quo perue-
nit è Dalmatia in Syriam. Primũ enim occurrit Thracia: in qua eſt Conſtantinopolis: ab hac tranſmiſſo
freto Propõtidis, peruenit in minorẽ Aſiam, in qua occurrit Ponthus, Bithynia, Galatia, & Cappado-
cia. Nam à Cilicia proxima eſt Syria. E duobus oculis.) Vehementer charum amicũ oculum uocat,
amantium more. Nunc uno & toto.) Toto, quia non ſupereſt alius oculus. Erat nobiſcũ.) Hylas,
aptum famulo uocabulum. Nam is fuit miniſter Herculis. Necdum obductum.) Intelligi uult re-
3 centem dolorẽ ex obitu Innocentij. In oſculo fruebatur.) Hoc dixit alludẽs ad uocẽ Græcã ὀνέομαι, id
eſt, fruor. Vnde dictus eſt Oneſimus. Quã apoſtoli niſi.) Matthæus cap. 17. & Marcus cap. 9. quorũ
ille addit ſeorſum, hic ſolos: oſtendẽs in ſolitudine montis hãc uiſionẽ apoſtolis exhibitam fuiſſe. No-
uæ ciuitatis cenſu.) Cenſus agebatur quinto quoq; anno. Tum mos erat ſingulos dare nomina. Sed
ſic melius.) Nimirum minus onuſtus corporis mole. Nulla Euriporũ.) Euripos olim nobiles gau-
debant habere in hortis, ſic arte factos, ut aqua ſubito immitteretur & emitteretur: & miris uicibus huc
& illuc flueret ac reflueret, ad exẽplar Euripi maris. Ad exemplũ Ioannis.) Nam is creditur Apoca-
4 lypſim in Pathmo inſula ſcripſiſſe. Quas nunc diabolũ.) Reſpexit ad hoc, quod Chriſtus tẽtatus fuit
in deſerto. Ad Rheni ſemibarbaras ripas.) Admonuimus alibi Hieronymũ in Gallia cõmoratũ, no-
minatim Treueris, licet hæ regiões nũc Germaniæ nomine ferãtur uulgò. Semibarbaras uocat, quod
cultiores eſſent extrema Germania. Quin & alibi Galliarũ ſtudia florẽtiſſima uocat. Qui docuerit &
non fecerit.) Hoc ad ſe refert, qui bonos omnes inſtigarit ad hanc uitã, etiã ſi ipſe nõ poſſit eandẽ ſequi.
Pompaticis ferculis.) Quibus in publicis ludis ac pompis ſpectacula ſtatuarum, aut ſimilia oſtenta-

C cula circūferebātur. Quanq; locus hic mihi uidet̃ nō uocare mendo. Charitas nō poteſt.) Admonet
Ruffinum, ut perſeueret in amicitia, quaſi iam tum præſagiēs futurū, ut eum aliquādo ſentiret hoſtem.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Expoſtulat cum Nitia hypodiacono Aquileiæ, quod nihil ſcribat, uelut immemor recentis amici.
Exemplo Chromatij & Euſebij hortatur, ut aliquādo ſcribat. Hic Nitias Hieronymo ſodalis fuit deli-
tiarum, & peregrinationum comes. Quanq; ad quem ſcripta ſit epiſtola, è titulo liquet, non ex ipſa.

HIERONYMVS AD NITIAM.

1 TVrpilius comicus tractans de uiciſſitudine literarum: Sola, inquit, res eſt, quæ
homines abſentes præſentes facit. Nec falſam dedit, quanq; in re nō uera ſen-
tētiam. Quid enim eſt (ut ita dicam) tam præſens inter abſentes, quàm per epi-
ſtolas, & alloqui & audire quos diligas? Nā & rudes illi Italiæ homines, quos
2 Caſcos Ennius appellat, qui ſibi (ut in rhetoricis Cicero ait) ritu ferino uictum quærebāt,
ante chartæ & membranarum uſum, aut in dedolatis è ligno codicilis: aut in corticibus ar
borum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabāt. Vnde & portitores earum tabellarios, &
ſcriptores à libris arborū librarios uocauere. Quanto magis igitur nos, expolito iam arti-
bus mundo, id non debemus omittere, quod illi ſibi præſtiterūt: apud quos erat cruda ru
ſticitas, & qui humanitatē quodāmodo neſciebant? Ecce beatus Chromatius cum ſancto
Euſebio non plus natura quàm morum æqualitate germano, literario me prouocauit of-
ficio. Tu modo à nobis abiens, recentem amicitiā ſcindis potius quàm diſſuis. Quod pru-
denter apud Ciceronem Lælius uetat. Niſi fortè ita tibi exoſus eſt Oriēs, ut literas quoq;
tuas huc uenire formides. Expergiſcere, expergiſcere, euigila de ſomno, præſta unā chartę
ſchedulam charitati. Inter delitias patriæ, & communes quas habuimus peregrinationes,
aliquando ſuſpira. Si amas, ſcribe obſecrā ti: ſi iraſceris, iratus licet ſcribe. Magnum & hoc
deſiderij ſolamen habebo, ſi amici literas, uel indignantis accipiam.

D SCHOLIA

1 TVrpilius.) Hunc Euſebius teſtatur fuiſſe tēporibus Pompeij. Quanq; nulla ingenij ſui mo-
numenta nobis reliquit, quæ quidem extent. Quanq; in re non uera.) Nam comœdia res
ficta eſt: & tamen in fictis fabulis ueræ dicuntur ſententiæ. Quidam non intelligentes hunc
locum, ut qui nihil intelligunt, niſi quod redactum ſit in formam ſyllogiſmi, pro his uerbis,
2 quanq; in re non uera mutauerant, quam in ſe nouerat. Quos Caſcos Ennius appellat.) Priſci caſcū
uocabant uetus, lingua Sabinorum. Ennianum carmen adducit Marcus Varro: Quam primum Caſci
populi caruere Latini. Eſt & prouerbiū in Chiliadibus noſtris: Caſcus caſcam ducit, id eſt, uetulus ue-
tulam. Ferino ritu.) Quia glandibus uictitabant. Ante chartæ.) Membranæ conficiuntur è pel-
libus, chartæ è linteis. E ligno codicillis.) Tabulis ceratis, aut corticibus arborum. Vnde codices di-
cuntur libri, à codice ſeu caudice arborum. Tu modo à nobis.) Modo, id eſt, paulò ante. Quo grauius
eſt tam cito deſiſſe meminiſſe abſentis amici. Scindis potius quàm diſſuis.) Diſſuimus paulatim, di-
ſcindimus repente. Docet autem M. Tullius in Lælio, diſſuendam eſſe conſuetudinem, non diſcinden-
dam: ſi quando inciderimus in amicitiam nobis parum idoneam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Chromatius & Euſebius fratres, unà cum Iouiniano amico & matre, nec non ſororibus uirginibus,
eadē in domo ſancte uiuebant. His omnibus una epiſtola ſatisfacit Hieronymus, cōprobat laudes Bo-
noſi, de quo ſcripſerant. Sororem ſuā illis cōmendat, & ſanctum illorū contubernium laudibus uehit.

HIERONYMVS AD CHROMATIVM.

NOn debet charta diuidere, quos amor mutuus copulauit: nec per ſingulos offi
cia mei ſunt partiēda ſermonis, cū ſic inuicē uos ametis, ut nō minus treis chari
tas iungat, quàm duos natura ſociauit: quin potius ſi rei cōditio pateretur, ſub
uno literulæ apice nomina indiuiſa cōcluderē: ueſtris quoq; ita me literis prouo-
cantibus, ut & in uno treis, & in tribus unū putarē. Nā poſtq; ſancto Euagrio trāſmitten-
1 te, in ea ad me eremi parte delatæ ſunt, quæ inter Syros ac Sarracenos uaſtū limitē ducit:
ſic gauiſus ſum, ut illum diē Romanæ felicitatis, quo primū Marcelli apud Nolam præ-
lio poſt Cannēſem pugnā Hannibalis agmina cōciderūt, ego uicerim. Et licet ſupradictus
frater ſæpe me uiſitet, atq; me ita ut ſua in Chriſto uiſcera foueat, tamen longo à me ſpatio
ſeiunctus

A ſeiunctus, non minus mihi dereliquit abeundo deſiderium, ꝗ attulerit ueniẽdo lætitiam. Nunc cum ueſtris literis fabulor, illas amplector, illæ mecũ loquũtur, illæ hic tantũ Lati-
2 næ ſciunt. Hic enim aut barbarus ſemiſermo diſcendus eſt, aut tacendũ. Quotieſcũq; chariſſimos mihi uultus, notæ manus referunt impreſſa ueſtigia, toties aut ego hic non ſum, aut uos hic eſtis. Credite amori uera dicenti: & cum has ſcriberẽ, uos uidebam. De quibus hoc primum queror, cur tot interiacentibus ſpatijs maris atq; terrarũ tam paruam epiſtolam miſeritis, niſi quod ita merui: q uobis (ut ſcribitis) ante nõ ſcripſi. Chartã defuiſſe nõ puto Aegypto miniſtrãte cõmercia. Et ſi alicui Ptolemæus maria clauſiſſet, tamẽ rex Attalus mẽbranas à Pergamo miſerat, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde & Pergamenarum nomen ad hunc uſq; diem tradẽte ſibi inuicem poſteritate ſeruatũ eſt. Quid igitur? Arbitrer baiulum feſtinaſſe? Quamuis lõgæ epiſtolæ una nox ſufficit. An uos aliqua occupatione detentos? Nulla neceſſitas maior eſt charitate. Reſtãt duo: Vt aut uos piguerit, aut ego nõ meruerim. E quibus magis uolo uos incuſare tarditatis, ꝗ me condemnare
3 non meritum. Facilius enim negligentia emendari poteſt, ꝗ amor naſci. Bonoſus (ut ſcribitis) quaſi filius ἰχθύος, id eſt, piſcis aquoſa petit. Nos priſtina cõtagione ſordẽtes: quaſi reguli & ſcorpiones arentia quæq; ſectamur. Ille iam calcat ſuper colubri caput: nos ſerpẽti, terram ex diuina ſentẽtia comedẽti, adhuc cibus ſumus. Ille iam poteſt ſummũ graduum pſalmũ ſcandere, nobis adhuc in primo aſcẽſu flentibus: neſcio an dicere aliquãdo cõtingat: Leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxilium mihi. Ille inter minaces ſeculi fluctus in tuto inſulæ, hoc eſt, eccleſiæ gremio ſedens, ad exemplũ Ioannis, librum fortè iam deuorat: ego in ſcelerum meorũ ſepulchro iacens, & peccatorũ uinculis colligatus, dominicum de Euãgelio expecto clamorẽ: Hieronyme ueni foras: Bonoſus inquam (quia ſecũ-
4 dum prophetam omnis diaboli uirtus in lumbis eſt) trans Euphratem tulit lumbare ſuũ:
B ubi illud in foramine petræ abſcõdens, & poſtea ſciſſum reperiẽs, cecinit: Domine, tu poſſediſti renes meos. Dirupiſti uincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Me uero Nabuchodonoſor ad Babylonem, id eſt, cõfuſionem mentis meæ catenatum duxit: ibi mihi captiuitatis iugum impoſuit: ibi ferri circulũ naribus meis innectẽs, de canticis Sion cantare præcepit. Cui ego dixi: Dominus ſoluit cõpeditos, dominus illuminat cæcos. Vt breuiter cœptam diſſimilitudinem finiam, ego ueniam deprecor, ille expectat coronã. Soror mea, ſancti Iuliani in Chriſto fructus eſt. Ille plantauit, uos rigate: dominus incremẽtũ dabit. Hanc mihi Ieſus pro eo uulnere, quod diabolus inflixerat, præſtitit, uiuã reddẽdo pro mortua. Huic ego (ut ait gentilis poëta) omnia etiã tuta timeo. Scitis ipſi lubricũ adoleſcentiæ iter, in quo & ego lapſus ſum, & uos nõ ſine timore tranſiſtis. Hoc illa nũc maxime ingrediẽs, omnium eſt fulcienda præceptis, omniũ eſt ſuſtentanda ſolatijs, id eſt, crebris ueſtræ ſanctitudinis epiſtolis roborãda. Et quia charitas omnia ſuſtinet, obſecro ut etiam à papa Valeriano ad eam cõfortandam literas exigatis. Noſtis puellares animos his rebus pleruncq; ſolidari, ſi ſe intelligãt curæ eſſe maioribus. In mea enim patria ruſticitatis uernacula, deus uenter eſt, & in diẽ uiuitur: & ſanctior eſt ille, qui ditior eſt. Acceſſit huic patellæ (iuxta tritum populi ſermone prouerbium) dignũ operculum: Lupicinus ſacerdos, ſecũdum illud quocq;, de quo ſemel in uita Craſſum ait riſiſſe Lucillius: ſimilem habent labra lactucam, aſino carduos comedente: uidelicet ut perforatam nauem debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foueam. Taliſq; ſit rector, quales illi qui regũtur. Matrem cõmunem, quæ cum uobis ſanctitate ſocietur: in eo uos præuenit, quia tales genuit, cuius uere uẽter aureus poteſt dici, eo ſalutamus honore, quo noſtis: unà quocq; ſuſcipiẽdas cunctas ſorores, quæ ſexum uicere cum ſeculo: quæ oleo ad lampadas largiter præparato, ſponſi operiuntur aduentũ. O beata domus, in qua moratur Anna uidua, uirgines prophetiſſæ, geminus Samuel nutritus in templo. O tecta felicia, in quibus cernimus Machabæorũ martyrum coronis cinctam martyrem matrem. Nam licet quotidie Chriſtum confiteamini,

*Pro alicui, fortè legendum, alicubi.*

C dum eius præcepta ſeruatis: tamen ad priuatã gloriã publica hæc acceſſit uobis & aperta
confeſſio, quod per uos ab urbe ueſtra Ariani quondam dogmatis uirus excluſum eſt. Et
miramini forſitan, quod in fine iam epiſtolæ rurſum exorſus ſim. Quid faciã? Vocem pe-
ctori negare non ualeo: epiſtolæ breuitas compellit tacere: deſiderium ueſtri cogit loqui.
Præproperus ſermo: confuſa turbatur oratio: amor ordinem neſcit.

## SCHOLIA.

1 QVæ inter Syros ac Sarracenos.) Hos diuus Hieronymus pro Agarenis, Sarracenos corru-
pto uocabulo dictos putat. Gentem autem eſſe feram, & incertis uagãtem ſedibus, infeſtam
finitimis omnibus. In Hebraicis quæſtionibus ſignificat Sarracenos ab Iſmahele ortos, di-
ctos à Sarram, quod Hebraica lingua ſonat Onagrum. Sunt autem in confinio Syriæ & A-
rabiæ ad meridianam plagam. Marcelli apud Nolam.) In Cannẽſi pugna multa Romanorum millia
ceciderant, uictore Hannibale. Rurſus apud Nolam Marcelli auſpicijs, Pœni grauiſſime conciſi ſunt.
3 Narrat Liuius Decadis tertiæ, libro quarto. Aut barbarus ſemiſermo.) Conſentiunt quidem exem-
plaria, uerum arbitror legendum, ſemibarbarus ſermo, quod parum Syriace illic loquerentur: aut bar
bariſſimus ſermo: aut barbarus mihi ſermo. Aegypto miniſtrante cõmercia.) Vide num legendum
ſit, Aegypti miniſtrante cõmercio. Nam hinc aduehebantur chartæ ſiue papyrus, quæ aliunde fiebant
quàm ex membranis. Aut ſi non placet mutare ſcripturam, intellige chartas è Tyro, ubi primũ inuẽtæ
putantur, deuehi in Aegyptum. Tamen rex Attalus membranas.) Leuiter alluſit ad hiſtoriã, quod
ob æmulationem circa bibliothecas, Ptolemæus non paſſus ſit exportari papyrum, & ob id chartæ ab
Alexandro repertæ ſunt. Deinde Pergami inuentæ membranæ, quarum magnam uim Attalus rex
Romam miſit. Quaſi filius piſcis.) Quod piſcis amet aquas. Is iocus quoniam frigidior erat, addidit
Hieronymus, ſicut ſcribitis, oſtendens illorum eſſe, nõ ſuum. Nos priſtina.) Bonoſus elegerat inſu-
lam undiq; mari circũfluam, Hieronymus uerſabatur in arenis Syriæ. Porrò regulus, quem Græci ba
ſiliſcum uocant, & ſcorpius, in aridis locis maxime reperiuntur, ut in Libycis arenis. Nos ſerpenti.)
Ita legis Geneſis tertio: Super pectus tuũ gradieris, & comedes terram omnibus diebus uitæ tuæ. Pec-
cator autem pabulum eſt diaboli. Summum graduum pſalmũ.) Alluſit ad quindecim gradus, qui
4 ſunt in quindecim pſalmis. Trans Euphratem.) Hic locus ad quem alluſit, eſt apud Hieremiã capi-
te decimotertio. Ruſticitas uernacula.) Quod Græci uocant ἐπιχώριον, hoc eſt, proprium alicubi lo
D co. Quidam codices ſcriptum habebant, ruſticitatis uernacula. Lupicinus ſacerdos.) Epiſcopum in-
telligit dignum tali populo. Scitis lubricum.) Hic palàm confitetur Hieronymus ſe fuiſſe lapſum
in adoleſcentia, & alibi fatetur ſe uirginitatem non habere. Gentilis poëta.) Sic Vergilius in quarto
libro Aeneidos: Omnia tuta timens. Similem habent labra.) Lactuca mollis eſt. At aſinus quoniã
habet labra dura, quod nobis eſt lactuca, hoc illi eſt carduus, herba ſpinoſiſſima.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Expoſtulat cum Chryſogono Aquileiæ monacho, quod nihil ſcribens, oblitus uideatur abſentis a-
mici, idq; tam cito, & eius quem nuper amicum habere cœperit.

## HIERONYMVS AD CHRYSOGONVM MONACHVM.

QVi circa te affectus meus ſit, chariſſimus ambobus Heliodorus tibi potuit fi-
deliter nunciare; qui non minore te diligit amore, quã ego diligo: ut ſemper in
ore meo nomen tuum ſonem: ut ad primam quanq; confabulationem iucũdiſ
ſimi mihi conſortij recorder, ut humilitatem admirer: uirtutem efferam, prædi
1 cem charitatem. Verum tu quod natura lynces inſitum habent, ne poſt tergum reſpicien-
tes meminerint priorum, & mens perdat, quod oculi uidere deſierint: ita noſtræ es neceſ-
ſitudinis penitus oblitus: ut illam epiſtolam quam in corde Chriſtianorũ ſcriptam Apo-
ſtolus refert, non parua litura, ſed imis (ut aiunt) ceris eraſeris. Et illæ quidem (quas dixi-
mus) feræ, ſub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas: aut timidum ceruos a-
nimal comprehendunt: currentemq; fruſtra prædam, dum hoſtem ſuum ſecum uehit: ra-
bido deſuper ore dilaniant, & tamdiu meminere prædandi, quamdiu uenter uacuus ſiccũ
fame guttur exaſperat. Vbi uero ſanguine paſta feritas uiſcera diſtenta compleuerit, cũ ſa
turitate ſuccedit obliuio: tamdiu neſcitura quid capiat, donec memoriam reuocauerit eſu-
ries. Tu necdum ſatiatus è nobis, cur finem iungis exordio? cur amittis antequam teneas?
Niſi fortè negligentiæ ſemper excuſatione ſocia, aſſeras te non habuiſſe quod ſcriberes:
cum hoc ipſum debueris ſcribere, te non habuiſſe quod ſcriberes.

Scholia.

## SCHOLIA.

A

1 SEd tu quod natura lynces.) Plinius tradit Lyncibus hanc ineſſe obliuionē:ut ſi inter edendũ ſubito reſpexerint,oblitæ cibi qui adeſt:alium quærant. Quam in corde Chriſti.) Sic enim Paulus ad Corinthios epiſtola ſecunda,cap.3.Epiſtola mea uos eſtis ſcripta in cordibus &c.
Parua litura.) Litura delet ſummũ æquor ceræ,à linendo dicta. At tum ſolent apparere nonnunquã aliqua literarum ueſtigia. Cæterum quod penitus aboletur,imis ceris eradi dicitur.

## HIERONYMVS AD ANTONIVM DE MODESTIA.

DOminus noſter humilitatis magiſter,diſceptãtibus de dignitate diſcipulis,unũ
apprehendit è paruulis,dicens:Quicunq; ueſtrum non fuerit conuerſus ſicut
infans,non poteſt introire in regnũ cœlorũ. Quod ne tantum docere,nec face
re uideretur,impleuit exemplo:dum diſcipulorum pedes lauat:dum traditorē
oſculo excipit:dum loquitur cum Samaritana:dum ad pedes ſibi ſedente Maria, de cœlo
rum diſputat regno:dum ab inferis reſurgens,primũ mulierculis apparet. Satanas autem
ex archangelico faſtigio non aliam ob cauſam, niſi ob contrariam humilitati ſuperbiam
ruit. Et Iudaicus populus primas cathedras, & ſalutationes in foro uendicans, deputato
1 antea in ſtillam ſitulæ,gentium populo ſuccedente,deletus eſt. Contra ſophiſtas quoq; ſe
culi & ſapientes mundi Petrus & Iacobus piſcatores mittuntur. Cuius rei cauſa ſcriptu-
ra ait:Superbis deus reſiſtit,humilibus dat gratiam. Vide frater quale malũ ſit, quod ad-
uerſarium habet deum. Ob quod in Euangelio & phariſæus arrogans ſpernitur,& humi-
lis publicanus auditur. Decē iam(niſi fallor)epiſtolas plenas tam officij quàm precũ miſi,
cum tu ne nutum quidem facere dignaris:& domino loquente cum ſeruis,frater cum fra-
tre non loqueris. Nimis,inquies,contumelioſe. Crede mihi,niſi ſtili uerecundia prohibe-
ret,tanta læſus ingererem,ut inciperes mihi reſcribere,uel iratus. Sed quoniã & iraſci ho-
minis eſt,& iniuriam non facere,Chriſtiani:ad antiquum morem reuertēs, rurſus precor,
ut & diligentem te diligas,& conſeruo ſermonem cõſeruus impartias. Vale in domino.

## SCHOLIA.

B

1 COntra ſophiſtas.) Sophiſtas intelligit ſapientiæ profeſſores. At nunc ut diuitias & imperiũ, ita ſapientiam quoq; pluſq; mundanam libenter amplectimur,cũ Chriſtus amet eſſe purus ab omni contagio mundi. Cum tu ne motum quidem.) Quidam codices habebant motũ, quidam mutum,quidam nutum. Coniicio ſcriptum fuiſſe,ne my quidem,ſiue ne mu quidē, pro eo quod eſt,ne minimũ quidem uerbum. M. Varro refert hunc uerſum,ni fallor,Ennianum: Dicit quod minimum eſt:neq;,ut aiunt,my facere audēt. De quo plura ſcripſimus in Chiliadibus prouerbiorum. Aliquis imperitus, cũ nõ intelligeret,quid ſibi uellet facere mu,caſtigauit,hoc eſt,deprauauit,mutum:quod alius rurſum offenſus abſurditate ſenſus,uertit in motũ. Tertius quiſpiam,cui nec hoc faciebat ſatis,ex mutum fecit nutum. Atq; hæc ſanè lectio tolerabilior eſt.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Quidã ex conſenſu uxoris,inſtituerat ab uſu matrimonij abſtinere:ſed per occaſionem domeſticæ cõſuetudinis relapſus eſt ad coitum. Illa pœnitēs,ſe cõtulerat ad loca ſancta. Hieronymo rem narrat. Adhortatur igitur maritũ,ut uxoris exēplo pœniteat,& ſacra uiſat loca. Opinor nomē eius ad quē ſcribit, data opera ab Hieronymo ꝑtermiſſũ,ne famã illius notaret. Quãq; haud ſcio qs aſſcripſit ad Ruſticũ.

## HIERONYMVS AD RVSTICVM.

QVod ignotus ad ignotũ audeo ſcribere,ſanctæ ancillæ Chriſti Hedibię & filiæ
meæ,cõiugis tuæ Artemiæ,imò ſororis ex coniuge atq; conſeruæ,fecit depre-
catio. Quæ nequaq; propria ſalute cõtenta,tuam & ante quæſiuit in patria, &
nũc in ſanctis locis quærit,imitari cupiens Andreæ & Philippi apoſtolorũ be-
neuolentiam:quorũ uterq; inuentus à Chriſto,fratrem Simonem,& amicum Nathanaël
inuenire deſiderat,ut alter eorũ mereatur audire:Tu es Simon filius Iohãna,tu uocaberis
Cephas,quod interpretatur Petrus. Alter donũ dei (hoc enim lingua noſtra ſonat Natha
naël) Chriſti ad ſe loquētis teſtimonio ſubleuetur:Ecce uere Iſraëlita:in quo dolus nõ eſt.
Optauerat quondã & Lot cum filiabus ſaluare coniugem ſuã,& de incendio Sodomæ &

C Gomorræ penè ſemiuſtus erumpẽs,educere eã,quæ priſtinis uitijs tenebatur aſtricta: ſed ea deſperatione trepida,reſpiciensq́; poſt tergũ,æterno infidelitatis titulo condemnatur. Et ardens fides pro una muliere perdita,totã Segor liberat ciuitatem. Deniq; poſtq̃ Sodomiticas ualles ac tenebras derelinquẽs,ad mõtana conſcendit,ortus eſt ei Sol in Segor, quæ interpretatur paruula:ut parua fides Lot,quia maiora nõ poterat,ſaltem minora ſeruaret. Neq; eñ Gomorræ quondã & erroris habitator,ſtatim ad meridiẽ poterat perueni re,in qua Abraham amicus domini cum angelis ſuſcepit deum. Et Ioſeph fratres paſcit in Aegypto,ſpõſusq́; audit à ſponſa: Vbi cubas? ubi paſcis in meridie? Samuel quondã plãgebat Saulẽ,quia ſuperbiæ uulnera pœnitentiæ medicamine nõ curabat. Et Paulus lugebat Corinthios,qui fornicationis maculas lachrymis delere nolebãt. Vnde & Ezechiel librũ deuorat ſcriptũ intus & foris,carmine & plãctu & uæ. Carmine ſuper laude iuſtorũ: plãctu:ſuper pœnitentibus:uæ ſuper his de quibus ſcriptũ eſt: Cũ uenerit impius in profundum malorũ,cõtemnit. Quos oſtendit Eſaias,dicẽs: Vocauit dominus ſabaoth in die illa ad fletũ & plãctum & decaluationẽ & accinctionẽ ciliciorũ:ipſi autẽ fecerunt lætitiam & exultationẽ,mactantes uitulos & occidentes oues,ut comederent carnes,dicẽtes: Manducemus & bibamus,cras enim moriemur. De quibus & Ezechiel loquitur: Et tu fili hominis dic domui Iſraël,ſic loquuti eſtis,dicẽtes: Errores noſtri & iniquitates noſtræ ſuper nos erunt,& in ipſis cõtabeſcimus:& quomodo ſalui eſſe poterimus? Dic eis: Viuo ego dicit dominus. Nolo mortẽ impij,ſed ut cõuertatur à uia ſua. Et iterũ: Reuertimini recedentes à uia ueſtra:quare moriemini domus Iſraël? Nihil tam offendit deũ,quàm deſperatiõe meliorũ hærere prioribus. Licet ipſa deſperatio incredulitatis indiciũ ſit. Qui enim deſperat ſalutẽ,non putat futurum eſſe iudiciũ. Quod ſi metueret,utiq; bonis operibus ſe iudici præpararet. Audiamus per Hieremiam loquentẽ deum: Cõuerte pedem tuũ à uia aſpe-

D ra,& guttur tuum à ſiti. Et iterũ: Nunquid qui cadit non reſurget? aut qui auerſus eſt,non reuertetur? Et per Eſaiam: Quãdo cõuerſus ingemueris,tũc ſaluus eris, & ſcies ubi fueris. Scire nõ poſſumus ægrotationis mala,niſi cũ fuerit ſanitas cõſequuta. Et quantum boni uirtus habeat,uitia demonſtrãt:clariusq́; fit lumẽ cõparatione tenebrarũ. Ezechiel quoq; ijſdem uerbis,quia eodem & ſpiritu: Cõuertimini,inquit,& redite ab iniquitatibus ueſtris domus Iſraël,& nõ erũt uobis in tormentũ impietates. Proijcite omnes impietates ueſtras quibus impie egiſtis aduerſum me:& facite uobis cor nouũ & ſpiritũ nouũ. Et quare moriemini domus Iſraël? Nolo enim mortẽ peccatoris dicit dñs. Vnde & in conſequentibus loquitur: Viuo ego dicit dominus. Nolo mortẽ peccatoris,niſi ut reuertatur à uia ſua & uiuat,ne mẽs incredula de bonorũ repromiſſione deſperet:& ſemel perditioni animus deſtinatus,nõ adhibeat uulneri curationẽ:quod nequaq; exiſtimat poſſe curari. Idcirco iurare ſe dicit,ut ſi non credimus promittenti deo,credamus ſaltem pro noſtra ſalute iuranti. Quã ob cauſam iuſtus precatur,& dicit: Conuerte nos deus ſalutaris noſter, & auerte furorẽ tuũ à nobis. Et iterũ: Domine,in uoluntate tua præſtitiſti decori meo fortitudinem. Auertiſti faciẽ tuam à me,& factus ſum cõturbatus. Poſtq̃ enim fœditatẽ delictorũ meorum uirtutum decore mutaui,infirmitatem meam tua gratia roboraſti. Ecce audio pollicẽtem: Perſequar inimicos meos,& comprehendam illos,& non reuertar donec deficiãt: ut qui te ante fugiebam,& inimicus eram,tua comprehendar manu. Ne ceſſes à perſequẽdo donec deficiam à uia mea peſſima,& reuertar ad uirum meum priſtinũ:qui mihi dabit linteamina mea,& oleum,& ſimilam,& cibabit me pinguiſſimis cibis. Qui idcirco obſepſit atq; præcluſit uias meas peſſimas,ut eam inuenirem uiam,quæ dicit in Euãgelio: Ego ſum uia,ueritas,& uita. Audi prophetã loquentẽ: Qui ſeminãt in lachrymis, in gaudio metẽt. Euntes ibant & flebant,portantes ſemina ſua. Venientes autẽ uenient in exultatione:portantes manipulos ſuos. Et loquere cum eo: Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum,in lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Et iterum: Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita

deſiderat

A deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad te deũ fontẽ uiuũ, quãdo ueniam & apparebo ante faciẽ dei. Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes per diẽ & noctẽ. Et in alio loco: Deus deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit anima mea ad te, quàm multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta & inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Quãq; enĩ ſitierit te anima mea, tamẽ multo te plus carnis meæ labore quæſiui, et tibi in ſancto apparere nõ potui: niſi prius in terra deſerta à uitijs & inuia aduerſarijs poteſtatibus, & abſq; humore & rheumate ullius libidinis cõmorarer. Fleuit & dominus ſuper ciuitatẽ Hieruſalem, quia non egiſſent pœnitentiã: & Petrus trinã negationem amaritudine abluit lachrymarũ, impleuitq; illud propheticum: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Plangit et Hieremias populum pœnitentiã non agentẽ, dicẽs: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & plorabo populũ iſtum per diem & noctem? Cur aũt plangat & defleat, ſequenti ſermone demonſtrat: Nolite flere mortuũ, neq; plangatis eum. Flete planctu qui egreditur, quia nõ reuertetur ultra. Nequaq; igitur gẽtilis plangẽdus eſt, atq; Iudæus qui in eccleſia non fuerũt, & ſemel mortui ſunt: de quibus ſaluator dicit: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos; ſed eos plange, qui per ſcelera atq; peccata egrediuntur de eccleſia, & nolunt ultra reuerti ad eam damnatione uitiorũ. Vnde & ad uiros eccleſiaſticos, qui muri & turres eccleſiæ nũcupantur, loquitur ſermo propheticus, dicẽs: Muri Sion, proferte lachrymas, implentes illud Apoſtoli: Gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus: ut dura corda peccantiũ ueſtris lachrymis prouocetis ad fletũ, ne perſeuerãtes in malicia, audiant. Ego plantaui te uineam frugiferam, omne ſemen uerũ: quomodo uerſa es in amaritudinẽ uitis alienæ? Et iterum: Ligno dixerunt, pater meus es tu: & lapidi, tu genuiſti me, & uerterunt ad me dorſa, & nõ facies ſuas. Et eſt ſenſus: Noluerunt ad me cõuerti, ut agerent pœnitentiam, ſed per cordis duritiam in iniuriã meam ſua terga uerterunt. Quamobrẽ & dominus loquitur ad Hieremiam: Vidiſti quæ fecerũt mihi habitatio Iſraël? Abierunt ſuper omnem montem excelſum, & ſubter omne lignũ frondoſum, & fornicati ſunt ibi, & dixit:

B Poſtq; fornicata eſt & fecit hæc omnia, ad me reuertere, & non eſt reuerſa clementia dei, ò noſtra duritia, dum & poſt tanta ſcelera nos prouocat ad ſalutem. Et ne ſic quidem uoluimus ad meliora conuerti: Si reliquerit, inquit, uxor uirum ſuũ, & alij nupſerit, & uoluerit poſtea reuerti ad eum: nũquid ſuſcipiet eã, & nõ deteſtabitur? Pro quo ſcriptum eſt iuxta Hebraicam ueritatẽ, quod in Græcis & Latinis codicibus nõ habetur: Et tu reliquiſti me, tamen conuertere & ſuſcipiam te dicit dominus. Eſaias quoq; in eũdem ſenſum ijſdẽ penè loquitur ſermonibus: Conuertimini qui profundum conſilium cogitatis, & iniquum filij Iſraël: reuertere ad me, & redimã te. Ego deus, & nõ eſt alius præter me, iuſtus & ſaluator non eſt abſq; me. Reuertimini ad me, & ſalui eritis, qui eſtis in extremis terræ. Recordamini horum, & ingemiſcite, & agite pœnitentiã qui erratis. Conuertimini corde, & memẽtote priorum à ſeculo: quoniã ego ſum deus, & nõ eſt alius abſq; me. Scribit & Iohel: Conuertimini ad me ex toto corde ueſtro, in ieiunio, & lachrymis, & planctu: ſcindite corda ueſtra, & non ueſtimẽta ueſtra. Miſericors enim & miſerator eſt dominus, & agens pœnitentiam ſuper malicijs. Quantæ aũt ſit miſericordiæ, & quàm (ut ita loquar) nimiæ ineffabiliſq; clemẽtiæ, Oſee propheta nos doceat, per quẽ loquit̃ deus: Quid tibi faciã Ephraim? quomodo te protegam Iſraël? quid tibi inquam faciam? Sicut Adama ponam te, & ſicut Seboim. Conuerſum eſt cor meũ in me, & cõturbata eſt pœnitudo mea. Nequaq; faciam ſecundũ iram furoris mei. Vnde & Dauid loquitur in pſalmo: Non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno aũt quis cõfitebitur tibi? Et in alio loco: Peccatum meũ notum feci, & iniquitatem meã non abſcondi. Dixi, pronũciabo cõtra me iniquitatẽ meam domino, & tu dimiſiſti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tẽpore opportuno. Verũtamen in diluuio aquarum multarũ ad eum nõ approximabunt. Vide quãta magnitudo ſit fletuũ, ut aquarum diluuio comparetur. Quos qui habuerit, & dixerit cũ

C Hieremia:Non ſileat pupilla oculi mei:ſtatim in illo complebitur:Miſericordia & ueritas
obuiauerũt ſibi,iuſtitia & pax deoſculatæ ſunt:ut ſi te iuſtitia & ueritas ſeruauerint,miſe-
ricordia & pax prouocẽt ad ſalutẽ.Totam pœnitentiã peccatoris oſtẽdit pſalmus q̄nqua-
geſimus,quando ingreſſus eſt Dauid ad Bethſabeæ uxorẽ Vriæ Ethei,& à Nathan pro-
phetante correptus,reſpondit:Peccaui.Statimq́ meruit audire:Et dominus abs te abſtu-
lit peccatũ.Adulterio eñ iunxerat homicidiũ,& tamen cõuerſus ad lachrymas:Miſerere,
ait,mei deus ſecundũ magnã miſericordiam tuam.Et ſecundũ multitudinẽ miſerationum
tuarum,dele iniquitatẽ meã.Magnũ enim peccatũ,magna indigebat miſericordia.Vnde
iungit & dicit:Multũ laua me ab iniquitate mea,& à peccato meo munda me.Quoniam
iniquitatem meã ego agnoſco,& delictũ meum cõtra me eſt ſemper.Tibi ſoli peccaui (rex
enim eram,aliũ non timebam) & malum coram te feci,ut iuſtificeris in ſermonibus tuis,et
uincas cũ iudicaris.Concluſit enim deus omnia ſub peccato,ut omnibus miſereatur.Tan
tumq́ profecit,ut dudũ peccator & pœnitens tranſierit in magiſtrũ,& dicat:Docebo ini-
quos uias tuas,& impij ad te cõuertẽtur.Cõfeſſio enim & pulchritudo corã eo,ut qui ſua
confeſſus fuerit peccata,& dixerit:Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſi-
pientiæ meæ,fœditatẽ uulnerũ in ſanitatis decorẽ cõmutet.Qui enim abſcõdit iniquitatẽ
ſuam,nõ proſperabitur.Achab rex impijſſimus,uineam Nabuthæ cruore poſſedit:& cũ
Hiezabel nõ tam cõiugio ſibi,quàm crudelitate cõiuncta,Heliæ increpatione corripitur.
Hæc dicit dominus:Occidiſti & poſſediſti.Et iterũ:In loco in quo linxerunt canes ſangui
nem Nabuthæ,ibi lingent ſanguinẽ tuũ,& Hiezabel canes comedẽt ante muros Iezraël.
Quod cũ audiſſet Achab,ſcidit ueſtimenta ſua,& poſuit ſaccũ ſuper carnem ſuam ieiuna-
uitq́ & dormiuit in cilicio.Factusq́ eſt ſermo domini ad Heliã,dicens:Quoniã reueritus
eſt Achab faciem meã,non inducam malũ in diebus eius.Vnũ ſcelus Achab & Hiezabel,
D tamen conuerſus ad pœnitentiã Achab,pœna differtur in poſteros,& Hiezabel in ſcelere
perſeuerans,præſenti iudicio condẽnatur.Loquitur & dominus in Euãgelio:Viri Niniui
tæ ſurgent in iudiciũ cum generatione hac,& cõdemnabunt eam,quia egerũt pœnitentiã
in prædicatione Ionæ.Nõ eñ ueni uocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiã.Drachma
perit,& tamẽ inuenitur in ſtercore.Nonagintanouẽ oues relinquunt̃ in ſolitudine,& una
ouis quæ aberrauerat,paſtoris humeris reportat̃.Vnde & lætitia angelorũ eſt ſuper uno
peccatore agente pœnitentiã.Quãta felicitas,ut de ſalute noſtra exultẽt cœleſtia?De qui-
bus dicitur:Pœnitẽtiam agite,appropinquabit enim regnũ cœlorum.Nullum in medio
ſpatium.Mors & uita ſibi cõtraria ſunt,& tamẽ pœnitẽtia copulantur.Luxurioſus filius
totam prodegerat ſubſtantiam:& procul à patre,uix porcorum cibis inediam ſuſtẽtabat.
Reuertitur ad parẽtem,immolatur ei uitulus ſaginatus:ſtolam accipit & anulũ ut Chriſti
recipiat ueſtimentum,quod dudũ polluerat,& audire mereatur:Candida ſint ſemper ue
ſtimenta tua.Receptoq́ ſignaculo dei,proclamet ad dñm:Pater,peccaui in cœlũ,& corã
te:& reconciliatus oſculo,dicat ad eum:Signatum eſt ſuper nos lumẽ uultus tui domine.
Iuſtitia iuſti nõ liberabit eum in quacunq́ die peccauerit:& iniquitas iniqui nõ nocebit ei,
quacũq́ die cõuerſus fuerit.Vnũquenq́ iudicat ſicut inuenerit.Nec præterita cõſiderat,
ſed præſentia:ſi tamẽ uetera crimina nouella cõuerſione mutentur.Septies cadit iuſtus,&
reſurget.Si cadit,quomodo iuſtus?Si iuſtus,quomodo cadit?Sed iuſti uocabulũ nõ amit
tit,qui per pœnitentiam ſemper reſurgit.Et non ſolum ſepties,ſed ſeptuagieſſepties delin-
quenti,ſi conuertatur ad pœnitentiã,peccata donantur.Cui plus dimittitur,plus diligit.
Meretrix lachrymis pedes ſaluatoris lauat;& crine detergit:et in typũ eccleſiæ de gẽtibus
cõgregatæ meretur audire.Dimittũtur tibi peccata tua.Phariſæi iuſtitia perit ſuperbia:&
publicani humilitas,cõfeſſione ſaluatur.Per Hieremiam conteſtatur deus:Ad ſummã lo-
quar cõtra gentẽ et regnũ,ut eradicem & deſtruam,& diſperdã illud.Si pœnitentiã egerit
gens illa à malo ſuo,quod locutus ſum aduerſum eã:agam et ego pœnitentiã ſuper malo,
quod

A quod cogitaui ut facerē ei. Et ad ſummā loquar ſuper gentem & regnū, ut ædificem, & ut
plantem illud. Si fecerit malū in conſpectu meo, ut nō audiat uocem meam: pœnitentiam
agam ſuper bono, quod loquutus ſum ut facerē ei. Statimq́ꝫ infert: Ecce ego fingo contra
uos malū, & cogito cōtra uos cogitationē. Reuertatur unuſquiſqꝫ à uia ſua mala, & dirigi
te uias ueſtras & ſtudia ueſtra. Qui dixerūt: Deſperauimus: poſt cogitationes eñ noſtras
ibimus, & unuſquiſqꝫ poſt prauitatē cordis ſui malū faciemus. Symeon iuſtus in Euāgelio
loquitur: Ecce hic poſitus eſt in ruinā, & in reſurrectionē multorū: in ruinā uidelicet pecca-
torū: & in reſurrectionē eorū, qui agūt pœnitētiā. Apoſtolus ſcribit ad Corinthios: Audi-
tur inter uos fornicatio: & talis fornicatio, qualis ne inter gentes quidē, ita ut uxorē patris
aliquis habeat. Et uos inflati eſtis, & nō magis luctū habuiſtis, ut tollatur de medio ueſtrū,
qui hoc opus fecit. Et in ſecūda ad eoſdē epiſtola, ne abūdātiori triſtitia pereat, qui eiuſmo
di eſt: reuocat eum & obſecrat, ut confirment ſuper illum charitatem: ut qui inceſtu perie-
rat, pœnitētia cōſeruetur. Nullus quidē mundus à peccato: ne ſi unius quidē diei fuerit ui
ta eius, numerabiles aūt anni uitæ illius. Aſtra quoqꝫ ipſa nō ſunt mūda in cōſpectu eius:
& aduerſum angelos ſuos peruerſum quid excogitauit. Si in cœlo peccatū, quāto magis
in terra? Si delictum in his qui carēt tentatione corporea: quāto magis in bonis, qui fragili
carne circūdamur, & cū Apoſtolo dicimus: Miſer ego, qs me liberabit de corpore mortis
huius? Non eñ habitat in carne noſtra bonū, nec agimus quod uolumus, ſed quod nolu
mus: ut aliud anima deſideret, aliud caro facere cogatur. Quod ſi quidā iuſti appellantur
in ſcripturis, & nō ſolū iuſti, ſed iuſti in conſpectu dei: iuxta illā iuſtitiam appellātur iuſti,
iuxta quam ſupra dictū eſt: Septies cadit iuſtus, & reſurget. Et iuxta quod iniquitas iniqui
nō nocebit ei in quacūqꝫ die cōuerſus fuerit. Deniqꝫ & Zacharias pater Iohannis, qui ſcri-
bitur iuſtus, peccauit in eo quod nō credidit, & ſtatim ſilentio cōdemnatur. Et Iob, qui iu-
ſtus & immaculatus, ac ſine querela in principio uoluminis ſui ſcribit̄, poſtea & dei ſermo-
B ne, & cōfeſſione ſui peccator arguitur. Si Abrahā, Iſaac & Iacob, prophetæ quoqꝫ & apo-
ſtoli, nequāqꝫ caruere peccato: ſi puriſſimū triticū habuit mixtas paleas, quid de nobis dici
poteſt, de quibus illud ſcriptū eſt: Quid paleis ad frumentū dicit dñs? Et tamē paleæ futu-
ro reſeruantur incendio: & zizania hoc tēpore mixta ſunt ſegetibus frumentorum, donec
ueniat qui habet uentilabrum in manu ſua, & purgauerit aream: ut cōgreget triticū in hor
rea, & quiſquilias gehennæ igni cōburat. Hæc omnia quaſi pulcherrima ſcripturarū pra-
ta diſcurrens, in unum locum uolui cōgregare: & de ſpecioſiſſimis floribus coronam tibi
texere pœnitentiæ, quā imponas capiti tuo: & aſſumas pēnas columbæ, & uoles & requi-
eſcas, & clemētiſſimo reconcilieris patri. Narrauit mihi uxor quondā tua, nūc ſoror atqꝫ
conſerua, quod iuxta præceptū Apoſtoli ex cōſenſu abſtinueritis uos ab opere nuptiarū,
ut uacaretis oratiōi: tuaq́ꝫ rurſum ueſtigia, quaſi in ſalo poſita fluctuaſſe, imò (ut apertius
loquar) eſſe prolapſa. Illam autē audiſſe à domino cū Moyſe: Tu uero hic ſta mecū, & di-
xiſſe de domino: Statuit ſupra petrā pedes meos. Tuam domū, quæ fundamenta fidei ſo
lida nō habebat, poſtea diaboli turbine concidiſſe. Porrò illius perſtare in dño, & ſuū ti-
bi hoſpitiū non negare: ut cui prius coniunctus fueras corpore, nūc ſpiritu copuleris. Qui
enim adhæret dño, unus ſpiritus eſt cum eo. Cumq́ꝫ uos rabies barbarorū, & imminens
captiuitas ſepararet, ſub iuriſiurandi teſtificatione pollicitū: ut ad ſancta tranſeuntem loca
uel ſtatim, uel poſtea ſequereris, & ſeruares animā tuam, quā uiſus fueras negligētia perdi
diſſe. Redde igitur quod præſente deo ſpopōdiſti. Incerta eſt uita mortaliū: ne ante rapia-
ris, quàm tuā impleas ſponſionē. Imitare eā, quam docere debueras. Prohpudor, fragilior
ſexus uincit ſeculū, & robuſtior ſuperatur à ſeculo. Tāti dux fœmina facti eſt: & nō ſeque
ris eā, in cuius ſalute cādidatus es fidei? Quod ſi te rei familiaris tenēt reliquiæ, ut ſcilicet &
mortes amicorū & ciuium uideas, et ruinas urbiū atqꝫ uillarū: ſaltē inter captiuitatis mala,
& feroces hoſtiū uultus, & prouinciæ tuæ infinita naufragia, teneto tabulā pœnitētiæ: &
memento

C memento conſeruæ tuæ,quæ tuam quotidie ſuſpirat nec deſperat ſalutem. Tu uagaris in
patria,imò non patria,quia patriam perdidiſti,iſta pro te in locis uenerabilibus reſurre-
ctionis & crucis,& incunabulorum domini ſaluatoris:in quibus paruulus uagijt, tui no-
minis recordatur,teq́ ad ſe orationibus trahit:ut ſi non tuo merito, ſaltem huius ſalueris
fide.Iacebat quondam paralyticus in lectulo,& ſic erat cunctis artubus diſſolutus, ut nec
pedes ad ingrediendum,nec manus mouere poſſet ad precandum:& tamen profertur ab
alijs,& reſtituitur priſtinæ ſanitati,ut portaret lectulũ,qui dudum portabatur à lectulo.
Et te igitur abſentem corpore,præſentem fide offert conſerua tua domino ſaluatori:& di-
cit cum Chananæa:Filia mea male uexatur à dæmonio.Recte enim appellabo animã tuã
filiam animæ eius,quæ ſexus neſcit diuerſitatem:quia te quaſi paruulum,atq́ lactentem,
& necdum ualentem ſumere ſolidos cibos,inuitat ad lac infantiæ,& nutricis tibi alimenta
demonſtrat:ut poſſis dicere cum propheta:Erraui ſicut ouis perdita : quære ſeruum tuũ,
quoniam mandata tua non ſum oblitus.

## SCHOLIA.

1 ABſq́ humore & rheumate.) ῥεῦμα Græce fluxus eſt.Pituita & humor,corporis deſiccatur in-
edia.Et corpore exucco,libido extinguitur.Id refert ad hoc quod ſcriptũ eſt : In inuio & in-
aquoſo. Sicut Adama ponam te.) Adama & Seboim duæ ciuitates ſunt iuxta Sodomam,
ex his quas ignis cœleſtis abſumpſit. Quid paleis ad frumẽtum.) Eſt apud Hieremiam ca-
pi.23. Tanti dux fœmina facti.) Hemiſtichium eſt Maronis,quo diuus Hieronymus libenter utitur.
Candidatus es fidei.)Quia ſeruatur uir infidelis in muliere fideli.Vt cãdidati nondũ aſſequuti ſunt ho
norẽ,ſed proximũ eſt ut cõſequant̃:ita uicinus eſt ſaluti,cuius uxor iã pręceſſit ad uere Chriſtianã uitã.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Docet uiduis & uirginibus uitandam eſſe domeſticam conſuetudinem,eorum unde ſit periculum,
uel pudicitiæ,uel famæ.Argumentum epiſtolæ narrat ipſe.In calce huius libelli ſubſignificat hoc ar-
gumentum à ſe declamatorio more fuiſſe ſumptum & tractatum.Idem innuit in alia quadam epiſtola:
D unde nec hic ullum nomen admiſcetur uſquam.Verſatur in genere ſuaſorio:tamen plurimi incidunt
loci coniecturales,in quibus mire luſit Hieronymus. Vtitur crebris dilemmatis in argumentando. I
Multum item admiſcet feſtiuitatis.

## DE VITANDO SVSPECTO CONTVBERNIO.

REtulit mihi quidã frater è Gallia ſe habere ſororẽ uirginem , matremq́ uiduã:
quæ in eadẽ urbe diuiſis habitarẽt cellulis:& uel ob hoſpitij ſolitudinẽ , uel ob
cuſtodiendas facultatulas,præſules ſibi quoſdã clericos aſſumpſiſſent:ut ma-
iore dedecore iungerentur alienis quàm à ſe fuerant ſeparatæ. Cumq́ ego in-
gemiſcerem,& multo plura tacẽdo quàm loquẽdo ſignificarẽ:Quæſo te,inquit,corripias
eas literis tuis,& ad concordiã reuoces:ut mater filiam,& filia matrem agnoſcat. Cui ego:
Optimam,inquã,mihi iniungis perniciẽ:ut alienus conciliem,quas filius fraterq́ non po
tuit.Quaſi uero epiſcopalẽ cathedrã teneam,et nõ clauſus cellula,ac procul à turbis remo
tus,uel præterita plangã uitia,uel uitare nitar præſentia.Sed & incõgruũ eſt latere corpo-
re,& lingua per totũ orbẽ uagari.Et ille:Nimium,ait,formidoloſus es . Vbi illa quondã
conſtantia,in qua multo ſale orbẽ defricans,Lucilianum quippiam retuliſti?Hoc eſt,aio,
quod me fugat,& labra diuidere nõ ſinit.Poſtq́ enim arguẽdo crimina,factus ſum crimi
noſus:& iuxta tritum uulgi ſermone prouerbiũ:Iurgantibus & negantibus cũctis,nec au
res me credo habere,nec tactũ:ipſiq́ parietes in me maledicta reſonarunt, & in me pſalle-
bant qui bibebãt uinũ:coactus malo tacere didici:rectius eſſe arbitrãs,ponere cuſtodiã ori
meo,& oſtiũ munitũ labijs meis,q̃ declinare cor meũ in uerba maliciæ:& dũ carpo uitia,
in uitiũ detractiõis incurrere.Quod cũ dixiſſem:Nõ eſt,inqt,detrahere,uerum dicere:nec
priuata correptio,generalẽ facit doctrinã:cum aut rarus:aut nullus ſit,q ſub huius culpæ
reatũ nõ cadat.Quæſo ergo te,ne me tãto itinere uexatũ,fruſtra ueniſſe patiaris.Scit enim
dñs,qđ poſt uiſionẽ ſanctorũ locorũ,hãc uel maxime cauſam habui,ut cũ tuis literis ſoro
ri mederer ac matri.Et ego:Iamiam, inquã,qđ uis faciã:nã & epiſtolæ trãſmarinæ ſunt,&
ſpecialiter

A ſpecialiter ſermo dictatus, raro poteſt inuenire quos mordeat. Te autẽ obſecro, ut clam ſermonem hunc habeas. Cumq́; portaueris eũ pro uiatico, ſi auditus fuerit: lætemur pariter: ſi autẽ contemptus fuerit, quod & magis reor, ego uerba perdiderim, tu itineris longitudinem. Primũ uos ſcire cupio ſoror & filia, me non idcirco ſcribere, quia aliquid de uobis ſiniſtrum ſuſpicer, ſed ne cæteri ſuſpicentur, ueſtrã me orare concordiã. Alioquin (quod abſit) ſi peccatorũ uos exiſtimarẽ glutino cohæſiſſe, nũq́; ſcriberẽ, ſcireḿq; me ſurdis narrare fabulã. Deinde hoc obſecro, ut ſi mordacius quippiã ſcripſero, non tam meæ putetis auſteritatis eſſe, quàm morbi. Putridæ carnes ferro curãtur & cauterio: uenena ſerpentina pelluntur antidoto. Quod ſatis dolet, maiori dolore expellit. Ad extremũ hoc dico, quod ſi etiã hæc cõſcientia criminis uulnus nõ habeat, habet tamẽ fama ignominiã. Mater & filia nomina pietatis, officiorũ uocabula, uincula naturæ, ſecũda poſt deũ fœderatio. Non eſt laus, ſi uos diligitis: ſcelus eſt, qđ odiſtis. Dominus Ieſus Chriſtus ſubiectus erat paretibus ſuis: uenerabatur matrẽ, cuius ipſe erat pater. Colebat nutritiũ, quẽ nutriuerat: geſtatuḿq; ſe meminerat alterius utero, alterius brachijs. Vnde & in cruce pendens, cõmẽdat parentẽ diſcipulo, quã nunq́; ante crucẽ dimiſerat. Tu uero filia (iam enĩ deſino ad matrẽ loqui, quã forſitan & ætas & imbecillitas ac ſolitudo excuſabilẽ facit) tu inquam filia, eius domũ anguſtã iudicas, cuius nõ tibi fuit uẽter anguſtus? Decẽ mẽſibus utero clauſa uixiſti, & uno die in uno cubiculo cũ matre nõ duras? An oculos eius ferre nõ potes? Et quæ omnes motus tuos, utpote illa quæ genuit, quæ aluit, & ad hãc adduxit ætatẽ, facilius intelligit, teſtem domeſticã fugis? Si uirgo es, quid times diligentẽ cuſtodiã? Si corrupta, cur non palã nubis? Secunda poſt naufragiũ tabula eſt, quod male cœperis, ſaltem hoc remedio tẽperare. Neq; uero hoc dico, quod poſt peccatũ tollã pœnitentiã, ut quod male cœpit, male perſeueret, ſed quod deſperẽ in iſtiuſmodi copula diuulſionem. Alioqui ſi ad matrem migraueris poſt ruinã, facilius poteris cum ea plãgere, quod per illius abſentiã perdi

B diſti. Quod ſi adhuc integra es, & nõ perdidiſti, ſerua ne perdas. Quid tibi neceſſe eſt in ea uerſari domo, in qua neceſſe habes quotidie aut perire, aut uincere? Quis unq́; mortalium iuxta uiperã ſecuros ſomnos capit? Quæ etſi nõ percutiat, certe ſolicitat. Securius eſt perire nõ poſſe, quàm iuxta periculũ nõ periſſe. In altero trãquillitas eſt, in altero gubernatio. Ibi gaudemus, hic euadimus. Sed forte reſpõdeas: Nõ bene morata mater eſt, res ſeculi cupit, amat diuitias, ignorat ieiuniũ, oculos ſtibio linit, uult cõpta procedere, & nocet propoſito meo, nec poſſum cũ huiuſmodi uiuere. Primũ quidẽ etiã ſi talis eſt ut cauſaris, maius habebis præmiũ, ſi talẽ nõ deſeras. Illa te diu portauit in utero, diu aluit: & difficiliores infantiæ mores, blãda pietate ſuſtinuit. Lauit pãnorum ſordes, & immũdo ſæpe fœdata eſt ſtercore. Aſſedit ægrotãti: & quæ pro te ſua faſtidia ſuſtinuit, tua quoq; paſſa eſt. Ad hanc perduxit ætatẽ, ut Chriſtũ amares docuit. Nõ tibi diſpliceat eius cõuerſatio, quæ te ſpõſo tuo uirginẽ conſecrauit. Quod ſi ferre non potes, & delitias eius fugis: atq; (ut hoc uulgò ſolet dici) ſecularis eſt mater, habes alias uirgines, habes ſanctũ pudicitiæ chorũ. Quid matrem deſerens, eum diligis, qui forſitan ſuam reliquit ſororem & matrem? Illa difficilis, ſed iſte facilis. Illa iurgatrix, ergo iſte placabilis. Quæro utrum uirũ ſequuta ſis, an poſtea inueneris? Si eum ſequuta es, manifeſtũ eſt cur matrem reliqueris. Si poſtea repperiſti, oſtendis quid in matris hoſpitio nõ potueris inuenire. Durus dolor, et meo mucrone me uulnerãs: Qui ambulat, inquit, ſimpliciter, ambulat cõfidenter. Tacerem, ſi me nõ morderet cõſcientia, & in alijs meum crimen non reprehenderem: nec per trabem oculi mei alterius feſtucã uiderem. Nunc autẽ cum inter fratres procul habitãs, eoruḿq; fruens cõtubernio, honeſte ſub arbitris, & uideã raro, & uidear: impudẽtiſſimũ eſt eius te uerecundiam non ſequi, cuius ſequeris exemplũ. Quod ſi dixeris: Et mihi ſufficit conſcientia mea: habeo deum iudicem: qui meæ uitæ eſt teſtis: non curo quid loquãtur homines. Audi Apoſtolum ſcribẽtem: Prouidentes bona, nõ ſolum corã deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si quis

te carpit,

C te carpit quod ſis Chriſtiana,quod ſis uirgo:nõ cures:quod ideo dimiſeris matrem, ut in
monaſterio inter uirgines uiueres:talis detractio laus tua eſt. Vbi nõ luxuria in puella dei,
ſed duricia carpitur:crudelitas iſta pietas eſt. Illum eñ præfers matri, quẽ præferre iuberis
& animæ tuæ. Quẽ ſi & ipſa prætulerit,& filiã te ſentiet & ſororem. Quid igitur? ſcelus eſt
ſancti uiri habere cõtubernium? Obtorto collo me in ius trahis,ut aut probẽ quod nolo,
aut multorũ inuidiã ſubeam. Sanctus uir nunqꝫ à matre filiã ſeiungit: utranqꝫ ſuſcipit,&
utranqꝫ ueneratur. Sit quãlibet ſancta filia,mater uidua indicium caſtitatis eſt. Si coæuus
tuus eſt ille,neſcio quis,matrẽ tuam honoret ut ſuam: ſi ſenior te,ut filiam diligat,& paren
tis ſubijciat diſciplinæ. Non expedit amborũ famæ,plus te illũ amare quàm matrem: ne
non uideatur in te affectũ eligere,ſed ætatem. Et hæc dicerem,ſi fratrẽ monachum nõ ha⸗
beres,ſi domeſticis careres præſidijs. Nũc uero,prohdolor,inter matrẽ atqꝫ germanũ,&
matrẽ uiduam,fratremq́ꝫ monachum: cur ſe alienus interſerit? Bonũ quidem eſt, ut te &
filiam noueris & ſororẽ. Si autem utrunqꝫ non potes,& mater quaſi dura reſpuitur, ſaltẽ
frater placeat. Si frater aſperior eſt,mollior ſit illa quæ genuit. Quid palles? quid æſtuas?
quid uultũ rubore ſuffundis? & trementibus labijs impatientiã pectoris conteſtaris? Non
ſuperat amorẽ matris & fratris,niſi ſolius uxoris affectus. Audio præterea te ſuburbana
rura,uillarum amœnitates cũ affinibus atqꝫ cognatis,& iſtiuſmodi generis hominibus cir
cumire. Nec dubito quin uel conſobrina,uel ſoror ſit:in quarũ ſolatiũ,noui generis duca⸗
ris aſſecla. Abſit quippe,ut quamuis proximi ſint & cognati,uirorũ te ſuſpicer captare cõ
ſortia. Obſecro ergo te uirgo,ut mihi reſpondeas. Sola uadis in comitatu propinquorũ,
an cũ amaſio tuo? Quãuis ſis impudens,ſeculariũ oculis eũ ingerere non audebis. Si enim
hoc feceris,& te & illũ familia uniuerſa cantabit. Vos cunctorum digiti denotabunt. Ipſa
quoqꝫ ſoror aut affinis ſiue cognata,quæ in adulationẽ tui ſanctũ nõ nunqꝫ corã te uocãt:
D cũ ſe paululum auerterint,portentuoſum ridebunt maritum. Sin autẽ ſola ieris (quod &
magis exiſtimo) utiqꝫ inter ſeruos adoleſcẽtes,inter maritatas fœminas atqꝫ nupturas, in⸗ B
ter laſciuas puellas,& comatos linteatosq́ꝫ iuuenes,furuarũ ueſtiũ puella gradieris. Dabit
tibi barbatulus quilibet manũ,ſuſtentabit laſſam:& preſſis digitis,aut tentabitur, aut ten
tabit. Erit tibi inter uiros matronasq́ꝫ cõuiuiũ:ſpectabis aliena oſcula, prægustatos cibos.
Et nõ abſqꝫ ſcãdalo tuo in alijs ſericas ueſtẽs,auratasq́ꝫ miraberis. In ipſo quoqꝫ conuiuio
ut ueſcaris carnibus,quaſi inuita cogeris. Vt uinũ bibas,dei laudabit creatura. Vt laues
balneis,ſordibus detrahetur. Et omnes te,cũ aliqd eorũ quæ ſuadẽt,ſi retrectãs feceris,pu
ram,ſimplicẽ,dominã,& uere ingenuam conclamabunt. Perſonabit interim aliquis cãtor
ad menſam,& inter pſalmos dulci modulamine currentes: quoniam alienas non audebit
uxores,te,quæ cuſtodẽ nõ habes,ſepius reſpectabit. Loquetur nutibus:& quicqd metuit
dicere,ſignificabit affectibus. Inter has tãtas illecebras uoluptatum,etiam ferreas mẽtes li⸗
bido domat:quæ maiorẽ in uirginibus patitur famem,dum dulcius putat omne quod ne
ſcit. Narrãt gentiliũ fabulæ,cãtibus Sirenarũ nautas iſſe in ſaxa præcipites:& ad Orphei
citharã,arbores beſtiasq́ꝫ,ac ſilicũ dura mollita. Difficile inter epulas ſeruatᷓ pudicitia. Ni⸗
tens cutis,ſordidũ oſtẽdit animũ. Legimus in ſcholis pueri,& ſpirantia in plateis æra per⸗
ſpeximus:aliquẽ oſſibus uix hærẽtem,illicitis arſiſſe amoribus,& ante uita caruiſſe quàm
peſte. Quid tu facies puella,ſani corporis,delicata,pinguis,rubẽs,eſtuãs inter carnes,inter
uina,& balneas,iuxta maritatas,iuxta adoleſcẽtulos? Quæ & ſi rogata nõ feceris, tamen
deforme putes teſtimoniũ ſi rogeris. Libidinoſa mens ardẽtius honeſta perſequitur:& qđ
nõ licet,dulcius ſuſpicatur. Veſtis ipſa uilis & pulla,animi tacentis indiciũ eſt:ſi rugã non
habeat:ſi per terrã ut altior uidearis trahatur:ſi de induſtria diſſuta ſit tunica, ut aliqd in⸗
tus appareat,operiatq́ꝫ quod fœdũ eſt,& aperiat qđ formoſum. Caliga quoqꝫ ambulãtis
nigella ac nitens,ſtridore ad ſe iuuenes uocat. Papillæ faſciolis cõprimũtur,& criſpãti cin⸗
gulo:anguſtius pectus arctatur. Capilli,uel in frontẽ,uel in aures defluunt. Palliolum in⸗
terdum

A terdum cadit,ut cādidos nudet humeros,& quaſi uideri noluerit,cælat feſtina, quod uolens detexerat.Et quando in publico quaſi per uerecundiam operit faciem: lupanarium arte,id ſolum oſtendit,quod oſtenſum magis placere poteſt.Reſpondebis:Vnde me noſti?Et quomodo tam longe poſitus,iactas in me oculos tuos?Fratris hoc tui mihi narrauerunt lachrymæ,& intolerabiles per momenta ſingultus. Atq; utinam ille mentitus ſit, & magis timens hoc quàm arguens,dixerit:Sed mihi crede:nemo mentiens plorat.Dolet ſibi prælatum iuuenem,non quidem comatum,non ueſtium ſericarum,ſed toroſulum,et in ſordibus delicatum:qui ipſe ſacculum ſignet,textrinum teneat,penſa diſtribuat, regat familiam,emat,quicquid de publico neceſſarium eſt: Diſpenſator & dominus & præueniens officia ſeruulorum,quem omnes rodant famuli:& quicquid domina non dederit, illum clamitet ſubtraxiſſe.Querulum ſeruulorū genus eſt,& quantacūq; dederis, ſemper eis minus eſt.Non enim conſiderant de quāto,ſed quātum detur, doloremq; ſuum ſolis, quod poſſunt,obtrectationibus conſolantur.Ille paraſitum,iſte impoſtorem:hic hæredipetam:alius nouo quolibet appellat uocabulo.Ipſum iactant aſſidere lectulo, obſtetrices adhibere languenti,portare matulam,calefacere lintea,plicare faſciolas.Facilius mala credunt homines,& quodcunq; domi fingitur,rumor in publicum fit.Nec mireris,ſi ancillę & ſeruuli de uobis iſta confingant,cū mater quoq; idipſum queratur & frater. Fac igitur quod moneo,quod precor,ut primum matri,dehinc ſi id fieri non poteſt,ſaltem fratri reconcilieris.Aut ſi iſta tam chara nomina hoſtiliter deteſtaris,diuidere ab eo, quem tuis diceris prætuliſſe.Si autem & hoc non potes,reuerere certe tuos.Si non potes deſerere, uel honeſtius ſodali tuo utere.Separentur domus ueſtræ, diuidaturq; conuiuiū,ne maledici homines ſub uno tectulo uos manentes,lectulum quoq; criminentur habere cōmunem. Potes & ad neceſſitates tuas quale uoluiſti habere ſolatiū,& aliqua ex parte publica carere infamia.Quāquam cauenda ſit macula,quæ nullo nitro ſecundum Hieremiam,nulla
B fullonum herba elui poteſt.Quando uis ut te uideat & inuiſat,adhibe arbitros,amicos,liberos,ſeruulos.Bona conſciētia nullius oculos fugit.Intret intrepidus,ſecurus exeat.Taciti oculi,& ſermo ſilens,& totius corporis habitus,uel trepidationem interdū,uel ſecuritatem loquuntur.Aperi quæſo aures tuas,et clamorem totius ciuitatis exaudi.Iā perdidiſtis ueſtra uocabula,et mutuo ex uobis cognomina ſuſcepiſtis:tu illius diceris,et ille tuus. Hæc mater audit & frater:paratiq; ſunt,& precantur uos ſibi diuidere, & priuatā ueſtræ coniunctionis infamiam laudem facere cōmunem.Tu eſto cū matre,ſit ille cū fratre.Audentius diliges ſodalem fratris tui,honeſtius amabit mater amicum filij quàm filiæ ſuæ. Quod ſi nolueris,ſi mea monita rugata fronte contempſeris,epiſtola tibi hæc uoce libera proclamabit:Quid alienum ſeruū obſides?Quid miniſtrum Chriſti famulum tibi facis? Reſpice ad populum:ſingulorū facies intuere.Ille in eccleſia legit,in te aſpiciunt uniuerſi, niſi quod penè licentia coniugali de tua infamia gloriaris.Nec iam ſecreto dedecore potes eſſe contenta.Procacitatem libertatem uocas.Facies meretricis facta eſt tibi, neſcis erubeſcere.Iterum me malignum,iterū ſuſpitioſum et rumigerulū clamitas.Egó ne ſuſpitioſus? egó ne maliuolus?qui ut in principio epiſtolæ præfatus ſum:ideo ſcripſi, quia nō ſuſpicabar.An tu negligens,diſſoluta,contemptrix:quæ annos nata uigintiquinq; adoleſcentē necdum bene barbatulum:ita brachijs tuis,quaſi caſſibus incluſiſti?Optimū reuera pędagogum,qui te moneat,qui aſperitate frontis terreat.Et quanquam in nullis ætatibus libido ſit tuta:tamen uel cano capite,ab aperta defendit ignominia.Veniet,ueniet tēpus,dies enim allabitur dum ignoras,& iſte formoſulus tuus,quia cito ſeneſcūt mulieres, maxime quæ iuxta uiros ſunt,uel ditiorem reperiet uel iuniorem.Tunc te pœnitebit cōſilij tui,& tædebit pertinaciæ,quando & rem & famā amiſeris,quando quod male iunctum fuerat, diuidetur bene.Niſi fortè ſecura es,& coaleſcente tanti temporis charitate diſſidium non uereris.Tu quoq; mater quæ propter ætatem maledicta non metuis,noli ſic uindicare ut

u pecces.

C pecces. Magis à te diſcat filia ſeparari, quàm tu ab illa ſeiungi. Habes filium & filiam & generum, imò & contubernalem filiæ tuæ. Quid quæris aliena ſolatia, & ignes iam ſopitos ſuſcitas? Honeſtius eſt tibi ſaltem culpam filiæ ſuſtẽtare, quàm occaſionem tuæ quærere. Si tecum filius monachus, pietatis uiduitatisq́ꝫ præſidium. Quid tibi alienum hominem quæris, in ea præſertim domo, quæ filium & filiam capere non potuit? Eius iam ætatis es, ut poſſis nepotes habere ex filia: Inuita ad te utrunq́ꝫ. Reuertatur cum uiro, quæ ſola exierat. Virum dixi, nõ maritum. Nemo calumnietur. Sexum ſignificare uolui, non coniugiũ. Aut ſi erubeſcit & retractat, & domum in qua nata eſt arbitratur anguſtam, uos ad eius hoſpitium pergite, quamuis arctum ſit, facilius matrẽ & fratrem capere poteſt quàm hominem alienum, cum quo certe in domo una ſine cubiculo, caſta manere nõ poterat. Sint in una domo duæ fœminæ, & duo maſculi. Si autem & tertius ille γηροβόσκος tuus, abire nõ uult, & ſeditiones ac turbas concitat, ſit biga, ſit triga, frater ueſter ac filius, & ſororem illi exhibebis & matrem. Alij uitricum & generum uocitent, ille nutritium appellet & fratrẽ. Hæc ad breuem lucubratiunculam celeri ſermone dictaui, uolens deſiderio poſtulantis ſatisfacere, & quaſi ad ſcolaſticam materiam me exercens. Eadem enim die mane pulſabat oſtium, qua profecturus erat. Simulq́ꝫ ut oſtenderem obtrectatoribus meis, quod & ego poſſem quicquid ueniret in buccam dicere. Vnde & de ſcripturis pauca perſtrinxi. Nec orationem meam, ut in cæteris libris facere ſolitus ſum, illarũ floribus texui. Extemporalis eſt dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa, ut notariorũ manus lingua præcurreret, & ſigna ac furta uerborum uolubilitas ſermonum obrueret. Quod idcirco dixi, ut qui non ignoſcit ingenio, ignoſcat uel tempori.

## SCHOLIA.

1 LVcilianum quiddam retuliſti.) Palam alluſit ad id quod Horatius ſcripſit de Lucilio ſatyrico. At idem, quod ſale multo Vrbem defricuit, charta laudatur eadem. Salem uocat dicta ſalſa ac mordacia. Et defricare, pro taxare & tangere poſitum eſt. Iurgantibus atq́ꝫ negantibus cunctis.) Etenim ſi conſentientes uniuerſi, negẽt ſe tales, quales tu prædicas, nimirum quod uides, non uides: & quod audis, non audis. Veſtram euariare.) Quidã codices habebant, orare. Ego legendum cenſeo curare. Surdis narrare fabulam.) Prouerbium eſt, ubi quis nihil agit ſuadendo. Venena ſerpentina.) Serpentina ſeu ſerpentino ſupereſt: legendũ, uenena tolluntur antidoto.

Coràm te uocat.) Coràm hic aduerbium eſt. Et omnes tecum &c.) Et hic locus, uarius habebatur in exemplaribus. Opinor ita legendũ: Et omnes te, cum aliquid eorum quæ ſuadent, detrectans feceris, 2 puram, ſimplicem &c. Legimus in ſcholis.) Exemplum eius qui amore contabuit, cuius ſtatua poſita fuerat in publico. Spirãtia dixit, quaſi uiua, quod ueluti uiuum hominem repreſentaret. Ita Vergilius: Excudentq́ꝫ alij ſpirantia mollius æra. Sed roſulum & in ſordibus.) Quidam codices habebãt Toſſulum: legendum cenſeo, Toroſulum: ut intelligas hominẽ non exhauſtum uigilijs & ieiunijs, ſed bene curata cute & obeſo corpore, etiam ſi parum nitide cultũ alias. Antiqui equites Romanos Troſſulos appellabant, quæ quidem appellatio uidetur in iocum prouerbialẽ abiiſſe. Perſius: Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis. Sed toroſulus magis placet. Ille paraſitum.) παρὰ iuxta, & σῖτος cibus. Vnde qui libenter cibo ueſcũtur alieno, paraſiti uocabãtur. Iſte impoſtorem.) Qui arte fallunt, im- 3 poſtores appellantur, uelut qui uitreas gemmas pro natiuis uendũt. Hic hæredipetam.) Id eſt captatorem teſtamentorum. Portare matulam.) Quædã exemplaria habebant mapulam: nõnulla mattulam. E gemino mendo conijcere licet, legendũ eſſe matulã. Id eſt uas, in quod redditur lotium. Erat abiectiſſimum obſequij genus porrigere matulam. Meminit hac de re in epiſtola ad Nepotianum.

Nullo nitro.) Locus eſt apud Hieremiam capite ſecundo: Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Porrò Borith indicat Hieronymus ſeptuaginta uertiſſe herbam fullonum. Borith autem eſſe herbam, quæ in Palæſtina naſcatur locis humectis, habens eandem fermè uim quam habet nitrum. Nitrum autem quiddam eſt non diſſimile ſali, quod ob acrimoniam olim ad lauandas ueſtes adhiberi conſueuit. Et tertius ille.) Græca uox hoc loco uaria ſubijcitur in exemplaribus. Nec magni refert, aliorum errores percenſere. Dubium non eſt quin legẽdum ſit γηροβόσκος. Sic enim Græce uocatur, qui ſenilem ætatem parentis, aut amici fouet ac ſuſtinet, & γηροβοσκεῖν, alere ſenem, A γῆρας ſenectus & βόσκω paſco.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Diaconus quidam impoſtor fugiens maritum, cuius uitiauerat uxorem, epiſcopi ſui literis Hieronymo commendatus, uenerat in Bethlehem, ſimulans ſe uelle monachum fieri. Receptus eſt. Hic in

ipſis ſa

A ipſis ſacris locis auſus eſt uirginem quandam ad ſtuprum ſolicitare. Deprehẽſo & ueniam petenti, igno-
uit Hieronymus. Is deinde paſſim cœpit obtrectare famæ ſancti uiri. Admonet igitur eũ, ut ingreſſus
monaſterium aliquod, pœnitentiæ laboribus expiet ſua commiſſa. Apparet hoc quoq; thema, decla-
matoria ratione tractatum ab Hieronymo.

## OBIVRGATIO GRAVIS IN SABINIANVM DIACONVM.

SAmuel quondam lugebat Saulem, quia pœnituerat dominum, quod unxiſſet
eum regẽ ſuper Iſraël. Et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio:
& talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes, & quidem uoce flebili cõmonebat, di-
cens: Ne cũ rurſus uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeã multos ex his
qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immunditijs, quas geſſerũt in im-
pudititia & fornicatione. Si hoc propheta & Apoſtolus nulla ipſi labe maculati, clementi
in cũctos mẽte faciebãt, quanto magis ego ipſe peccator, in te debeo facere peccatore, qui
nõ uis erigi poſt ruinã, nec oculos ad cœlũ leuare: ſed prodita patris ſubſtãtia, porcorũ ſili
quis delectaris, & ſuperbiæ prærupta cõſcendens, præceps laberis in profundũ? Deũ uẽ-
trẽ uis habere pro Chriſto, ſeruis libidini, gloriaris in carne & cõfuſione tua, & quaſi pin-
guis hoſtia in mortem propriã ſaginaris, imitarisq; eorum uitam, quorum tormenta non
metuis: ignorans, quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te hortetur. Secundum autẽ duri-
tiam tuã & cor impœnitẽs, theſaurizas tibi irã in die iræ. An idcirco induratur iuxta Pha-
raonem cor tuum, quia nõ ſtatim percuteris, & differris diu ad pœnã? Et ille dilatus eſt: &
decem plagas, non quaſi ab irato deo, ſed quaſi à patre cõmonẽte ſuſtinuit, donec in per
uerſum acta pœnitentia, populum quẽ dimiſerat per deſerta ſequeretur, & ingredi aude-
ret maria: per quæ ſola doceri potuit, timori habendũ eum, cui etiam elementa ſeruiunt.
Dixerat & ille: Non noui dominũ, neq; dimitto Iſraël. Quem tu imitans loqueris: Viſio
quã hic uidet, in dies longos eſt, & in tẽpora lõga iſte prophetat. Propter quod dicit idem
B propheta: Hæc dicit Adonai dñs: Non prolongabuntur amplius omnes ſermones mei,
quoſcunq; loquar, quia loquar uerbũ & faciã. Sanctus Dauid de impijs & de ſceleſtis di-
cit: quorũ tu pars nõ modica, ſed princeps es: quod ſeculi felicitate fruerentur & dicerent:
Quomõ cognouit deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores & abũdantes in ſe-
culo obtinuerũt diuitias: penè lapſo pede & fluctuãti ueſtigio cauſabatur, dicens: Ergo ſi-
ne cauſa iuſtificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas. Præmiſerat enim, quia
æmulatus ſum ſuper iniqua agentes, pacẽ peccatorum uidens, quia nõ eſt reſpectus mor-
ti eorũ, & ſolida plaga in flagella eorum. In laboribus hominum non ſunt, & cum homi-
nibus non flagellabuntur. Propterea tenuit eos ſuperbia, circundati ſunt iniquitate & im-
pietate ſua. Egredietur ſicut ex adipe iniquitas eorũ: trãſierunt in affectũ cordis. Cogitaue
runt, & locuti ſunt mala, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerũt in cœlum os ſuum,
& lingua eorũ pertranſijt ſuper terram. Nónne tibi uidetur de te omnis pſalmus eſſe com
poſitus? Vegeto quippe es corpore, & nouus antichriſti Apoſtolus, cũ in una notus fue-
ris ciuitate, trãſgrederis ad aliã. Non indiges ſumptibus, nõ plaga forti percuteris. Et cum
hominibus, qui nõ ſunt ut tu irrationabilia iumenta, corripi nõ mereris. Propterea elatus
es in ſuperbiã, & ueſtimentũ tuum fœdat luxuria, & quaſi ex aruina pingui & quodã adi-
pe eructans uerba mortifera, non te reſpicis eſſe moriturum, nec unquam poſt expletã li-
bidinem pœnitentia remorderis. Trãſiſti in affectum cordis, & ne tibi ſolus uidearis erraſ-
ſe, ſimulas nefanda de ſeruis dei, neſciens quod iniquitatẽ in altũ loquaris, & ponas in cœ
lum os tuum. Nec mirum ſi à te qualeſcunq; ſerui dei blaſphemẽtur, cum patremfamilias
beelzebub uocauerint patres tui. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ, nec ſeruus ſupra do-
minum ſuũ. Si illi in uiridi ligno tanta fecerunt, tu in me arido ligno quid facturus es? Ta
le quid & in Malachia plebs ſcandalizata credentiũ, de ore tuo loquitur: Dixerunt, uanus
eſt q ſeruit deo. Et quid plus? Quia cuſtodiuimus mãdata eius, & quoniã iuimus ſupplicã

C tes ante faciẽ dei omnipotentis. Et nunc nos beatos dicimus alienos. Reædificãtur omnes
qui faciunt iniqua. Aduerſati ſunt duo, & ſalui facti ſunt. Quibus poſtea diem iudicij do-
minus cõminatur, & quid inter iuſtũ & iniuſtũ futurũ ſit, multo ante prænũcians, ait: Et
conuertimini: & uidebitis quid ſit inter iuſtum, & iniuſtum: inter ſeruientẽ domino, & nõ
ſeruientẽ domino. Hæc tibi ridicula fortè uideantur, qui comœdis & lyricis ſcriptoribus,
mimis & lentulis delectaris, quanq́; ne iſta tibi quidẽ præ nimia cordis hebetudine intelli-
genda conceſſerim. Prophetarum uerba contẽnas, ſed reſpondebit Amos: Et in tribus &
in quatuor impietatibus, nónne auerſabor eũ dicit dominus? Quoniam enim Damaſcus,
Gaza, Tyrus, Idumæa, Ammonitæ, & Moabitæ, Iudæi quoq́; & Iſraël ſæpe ad ſe dei uati-
cinio deſtinato, ut agerent aliquando pœnitentiam, audire contempſerunt, iræ ſuæ quam
illaturus eſt dominus cauſas iuſtiſſimas profert, dicens: In tribus & quatuor impietatibus
nónne auerſabor eos? Sceleratum eſt, inquit, mala cogitare: conceſſi. Nequius eſt male co-
gitata uelle perficere, & hoc pro mea miſericordia benignus indulſi. Nũquid & opere im-
plẽdum peccatũ fuit? & mea ſuperbe calcanda clemẽtia? Tamen & poſt factũ, quia malo
pœnitentiã peccatoris q̃ mortẽ: Non eñ ſani opus habent medico, ſed male habentes, ia-
cẽti manũ porrigo, & conſperſum in ſanguine ſuo, ut proprijs fletibus lauetur exhortor.
Quod ſi nec ſic pœnitentiã uult agere, & fracto nauigio tabulã, per quam ſaluari poterat,
nõ retentat, cogor dicere: Super tribus & quatuor impietatibus, nónne auerſabor eũ dicit
dominus? Auerſionẽ ducens pro pœna, dum ſuæ peccator relinquitur uolũtati. Inde eſt
quod peccata patrũ in tertiã & quartam generationem reſtituit, dum non uult ſtatim pu-
nire peccãtes: Sed ignoſcẽs primis, poſtrema cõdemnat. Alioqui ſi protinus ſcelerũ ultor
exiſteret: & multos alios, & certe Paulũ apoſtolum eccleſiæ nõ haberent. Ezechiel prophe-
ta, cuius ſupra fecimus mentionẽ, dei uerbum ad ſe factum referens, ait: Aperi os tuum, &
D mãduca quæ ego dabo tibi. Et uidi, inquit, & ecce manus extẽta ad me, & in ipſa uolumen
libri. Et reuoluit illud in conſpectu meo, & in ipſo ſcriptũ erat, à facie & retrorſum, lamen-
tum & carmen, & uæ. Prima ſcriptura ad te pertinet, ſi tamen uolueris agere pœnitentiam B
poſt delictũ. Secũda ad ſanctos, qui ad dei canticũ prouocant. Non eſt eñ pulchra lauda-
tio in ore peccatoris. Tertia ad tui ſimiles: qui deſperantes, ſemetipſos tradiderũt immun-
diciæ, & fornicationi, & uentri & his quæ infra uentrẽ ſunt, qui putant omnia morte finiri
& nihil eſſe poſt mortẽ, & dicunt: Tẽpeſtas ſi tranſierit, nõ ueniet ſuper nos. Liber ille, quẽ
propheta deuorat, omnis ſeries ſcripturarũ eſt. In quibus & pœnitẽs plãgitur, & iuſtus ca-
nitur, & maledicitur deſperans. Nihil ita repugnat deo, quàm cor impœnitens. Solum cri-
men eſt, quod ueniam cõſequi nõ poteſt. Si enim ei ignoſcitur poſt peccatum, qui peccare
deſiſtit: & ille flectit iudicem qui rogat: impœnitens autem omnis ad iracũdiam prouocat
iudicantẽ, ſolum deſperationis crimen eſt, quod mederi nequeat. Porrò ut ſcias deũ quoti-
die peccatores ad pœnitentiã prouocare: qui ſi rigidi perſtiterint, de clemẽte eum ſeuerum
& trucem faciũt: Audi Eſaiæ uerba dicẽtis: Et uocabit, inquit, dñs Sabaoth in die illa ad fle-
tum, & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipſi uero fece-
runt læticiam & exultationem: mactantes uitulos, & immolantes oues, ut comederent car-
nes, & biberẽt uinum, dicẽtes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Poſt quas
uoces & perditæ mẽtis audaciam, ſcriptura cõmemorat, dicẽs: Et reuelata ſunt hæc in auri-
bus domini Sabaoth, non remittetur uobis hoc peccatum, donec moriamini. Si enim pec-
cato mortui fuerint, tunc eis remittetur peccatum. Quod quamdiu in peccato uixerint, nõ
dimittit. Parce quæſo animæ tuæ. Crede dei filiũ futurũ eſſe iudicẽ. Recordare à quo epi-
ſcopo diaconus ordinatus ſis. Nec mirum quãuis ſanctum hominẽ, tamen in homine deli-
gẽdo potuiſſe falli, cũ & deum pœniteat, quod Saul in regẽ unxerit: Et in duodecim Apo-
ſtolis Iudas ſit proditor repertus, & de quondã ordinis tui hominibus Nicolaus Antio-
chenus, immũdiciarũ omniũ, & Nicolaitarum hæreſeos autor extitiſſe referatur. Nõ tibi
illa

A illa nunc replico,quod plures uirgines ſtupraſſe narreris,quod à te nobiliū uiolata matri
monia,publico cæſa ſint gladio,quod per lupanaria impurus, & helluo cucurriſti. Ma-
gna quidē iſta ſunt pōdere ſuo,ſed fiunt eorū quæ illaturus ſum cōparatione leuiora.Ro
go quantū crimen eſt,ubi ſtuprum & adulterium parū eſt? Infeliciſſime mortaliū,tu ſpelū
cam illam,in qua dei filius natus eſt,& ueritas de terra orta eſt,& terra dedit fructū ſuum,
de ſtupro condicturus ingrederis. Nō times,ne de præſepi infans uagiat, ne puerpera uir
go te uideat,ne mater domini contempletur? Angeli clamāt,paſtores currunt,ſtella deſu-
per rutilat,Magi adorāt,Herodes terretur,Hieroſolyma cōturbatur,& tu cubiculū uirgi
nis,decepturus uirginē irrepis? Paueo miſer,& tam mēte,ꝗ corpore perhorreſco,ponere
tibi uolēs ante oculos tuos,opus tuum. Tota eccleſia nocturnis uigilijs Chriſtū dominū
perſonabat,& in diuerſarū gentiū linguis,unus in laudibus dei ſpiritus cōcinebat. Tu in-
ter oſtia quondam præſepis dñi,nunc altaris, amatorias epiſtolas fulciebas, quas poſtea
illa miſerabilis:quaſi flexo adoratura genu,inueniret & legeret. Et ſtabas deinceps in cho-
ro pſallētiū,& impudicis nutibus loquebaris. Prohnefas,nō poſſum ultra progredi. Pro-
rūpunt lachrymæ anteꝗ uerba,& indignatione pariter ac dolore, in ipſo meatu faucium
ſpiritus coartatur. Vbi mare illud eloquētiæ Tullianæ? Vbi torrēs fluuius Demoſthenis?
Nūc profecto muti eſſetis ambo,& ueſtra lingua torpeſceret. Inuēta eſt res,quā nulla elo-
quētia explicare queat. Repertū eſt facinus,qđ nec Mimus fingere,nec Scurra ludere,nec
Atellanus poſſit effari. Moris eſt in Aegypti & Syriæ monaſterijs,ut tam uirgo quàm ui-
dua,quæ ſe deo uouerint,& ſeculo renūciantes omnes delitias ſeculi cōculcarint, crinem
monaſteriorū matribus offerāt deſecandū,non intecto poſtea cōtra Apoſtoli uoluntatem
inceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac uelato. Nec hoc quiſpiam, præter tondētes nouit &
tonſas,niſi qđ quia ab omnibus fit,penè ſcitur ab omnibus. Hoc autē duplicē ob cauſam,
de cōſuetudine uerſum eſt in naturā,uel quia lauacrum non adeunt:uel quia oleū, nec ca-
B pite,nec ore norunt,ne à paruis animalibus,quæ inter cutem & crinē gigni ſolēt & cōcre-
tis ſordibus,opprimanť. Videamus igitur,tu uir bone inter iſta quid feceris. Futuro ma-
trimonio,in ſpelūca illa uenerabili,quaſi quoſdā obſides accipis capillos,ſudariola infeli-
cis,& cingulū dotale pignus deportas,iurans ei te nullā ſimiliter amaturū. Deinde curris
ad paſtorum locum,& angelorū deſuper ſtrepitu concinente,in eadem uerba teſtaris. Ni-
hil dico amplius,quod in oſcula rueris,quod amplexatus ſis. Totū quidem de te credi po
teſt,ſed ueneratio præſepis & campi non me ſinunt plus credere,quàm te uolūtate tantū
& animo corruiſſe. Miſer: Nónne quādo in ſpelunca cū uirgine ſtare cœpiſti, caligauerūt
oculi tui,lingua torpuit,cōciderunt brachia,pectus intremuit,nutauit inceſſus? Poſt apo-
ſtoli Petri Baſilicā,in qua Chriſti flāmeo cōſecrata eſt,poſt crucis & reſurrectionis & aſcē
ſionis dominicæ ſacramēta,in quibus rurſum ſe in monaſterio uicturam ſpoponderat,au
des crinē accipere tecum noctibus dormituræ,quem Chriſto meſſuerat in ſpelūca? Dein-
de à ueſpere uſꝗ mane feneſtræ illius aſſides,& quia propter altitudinē, hærere uobis co-
minus nō licebat,per funiculū,uel accipis aliquid,uel remittis. Vide quanta diligentia do
mini fuerit,ut nunꝗ domi uirginē,niſi in eccleſia uideris:& cū talem uterꝗ ueſtrū habue-
rit uoluntatem,niſi per feneſtram nocte facultas uobis non fuerit colloquendi. Oriebatur
tibi,ut poſtea didici,ſol inuito. Exanguis,marcidus, pallidus, ut ſuſpitione omni careres,
euangeliū Chriſti,quaſi diaconus lectitabas. Nos pallorē ieiunij putabamus,exangue os
contra inſtitutū ac morē tuum,quaſi cōfectum uigilijs mirabamur. Iam tibi & ſcalæ per
quas deponeres miſerā parabantur,iam iter diſpoſitū,decreta nauigia, condicta dies, fu-
ga animo pertractata,et ecce angelus ille cubiculi Mariæ ianitor,cunarū domini cuſtos,&
infantis Chriſti gerulus,corā quo tāta faciebas,ipſe te prodidit. O funeſtos oculos meos,
ò diem illū omni maledictione digniſſimū,in quo epiſtolas illas quas hucuſꝗ retinemus,
cōſternata mēte legi. Quæ ibi turpidines? quæ blanditiæ? quanta de cōdicto ſtupro exul-

C tatio? Hæccine diaconum, nõ dicam loqui, ſed ſcire potuiſſe? Vbi miſer iſta didiciſti, qui in
eccleſia te nutritum eſſe iactabas? Niſi quod in eiſdem epiſtolis iuras te nunquam pudicũ,
nunquã fuiſſe diaconum. Si negare uolueris, manus tua te redarguet, ipſi apices proclama
bunt. Habeto igitur interim lucrũ ſceleris, nõ poſſum tibi ingerere quæ ſcripſiſti. Iaces ita-
2 qꝫ aduolutus genibus meis, & miſericordiã, ut tuis uerbis utar, ſanguinis deprecaris. Et ò
te miſerũ, neglecto iudicio dei, me tantũ quaſi uindicem times. Ignoui fateor. Quid enim
aliud poſſum tibi facere Chriſtianus? Hortatus ſum ut ageres pœnitentiã, & in cilicio & ci
nere uolutareris, ut ſolitudinẽ peteres, ut uiueres in monaſterio, ut dei miſericordiam iugi-
bus lachrymis implorares. At tu bonæ ſpei columen, excetræ ſtimulis inflãmatus, factus
es mihi in arcum peruerſum, & cõtra me cõuiciorũ ſagittas iacis. Inimicus tibi factus ſum,
uera dicens: Non dolebo de maledictis. Quis eñ neſciat, nihil niſi flagitioſum tuo ore lau
dari? Hoc plãgo, quod te ipſe nõ plangis, quod te nõ ſentis mortuum, quod quaſi gladia-
tor paratus libithynæ in proprium funus ornaris. Amiciris linteis, digitos anulis oneras,
dentes puluere teris, raros in rubenti caluaria digeris capillos, taurina ceruix toris adipeis
3 intumeſcens, nec quia propter libidinẽ fracta eſt, inclinatᷣ. Super hæc, unguenta fragras,
mutas balneas, & cõtra renaſcentes pilos pugnas, per forum ac plateas, nitidus ac politus
amator incedis. Facies meretricis facta eſt tibi, neſcis erubeſcere. Cõuertere miſer ad dñm,
ut ad te dominus cõuertatur. Age pœnitentiã: ut & ille agat pœnitentiam ſuper omnibus
quæ locutus eſt malis, ut faceret tibi. Quid neglecto uulnere proprio alios niteris infama-
re? Quid me bene tibi & ſedulo conſulentẽ, quaſi phreneticus morſu laceras? Eſto, ego fla
gitioſus ſim, ut uulgò iactitas, ſaltem mecum age pœnitentiã. Criminoſus, ut ſimulas, imi
tare lachrymas criminoſi. Num mea peccata uirtutes tuæ ſunt? An malorũ tuorũ putas ſo
latium, ſi multos tui ſimiles habeas? Fluãt paululũ de oculis lachrymæ, inter ſericũ & lin-
D teamina, quibus tibi uideris fulgidus & formoſus, intellige te nudũ, cõſciſſum, ſordidatũ,
mendicantem. Nunquã eſt ſera pœnitentia. Quamuis de Hieroſolymis deſcenderis, & ſis
in itinere uulneratus, inde te Samaritanus impoſitũ iumẽto, curãdumqꝫ ad ſtabulum refe
ret. Sed & ſi mortuus iaces in ſepulchro, tamẽ & fœtentẽ dominus ſuſcitabit. Imitare ſaltẽ
cæcos illos, propter quos ſaluator dimittẽs domũ ſuam & hæreditatẽ ſuã, Hiericho uenit.
Sedentibus in tenebris & umbra mortis lux orta eſt eis. Qui poſtquam præterire domi-
num cognouiſſent, cœperũt clamare, dicẽtes: Fili Dauid miſerere noſtri. Poteris & tu uide
re, ſi clames, ſi accitus ab eo ſordida ueſtimẽta proijcias. Cum cõuerſus ingemueris, tũc ſal-
uus eris, & tunc ſcies ubi fueris. Tangat modice cicatrices tuas, pertractet luminũ quondã
tuorũ ueſtigia. Licet ab utero ſic genitus ſis, & in delictis cõceperit te mater tua, aſperget te
hyſopo, & mũdaberis: lauabit te, et ſuper niuẽ dealbaberis. Quid incuruus terræ hæres, &
totus in cœno iaces? Illa quã decem & octo annis ſatanas uinxerat, poſtꝙ à ſaluatore cura
ta eſt, cœlũ erecta ſuſpexit. Quod ad Cain dictũ eſt, tibi dictũ puta: Peccaſti, quieſce. Quid
lõgius recedis à facie dei, & habitas in terra Naim? Quid totus in ſalo fluctuas, nec ſtatuis
ſupra petrã pedẽ tuũ? Caue ne te Phinees cũ Madianitide fornicantẽ ſua haſta configat,
4 qui plus ꝙ Thamar uirginẽ frater & cõſanguineus polluiſti, uerſus in Abſalom, occidere
eum cupis, qui te rebellantẽ plãgit & mortuũ. Clamat cõtra te ſanguis Nabuthæ, & uinea
Iezraël, hoc eſt ſeminis dei, quã in hortũ uoluptatis, & laſciuiæ holera cõuertiſti, dignã de
te ultionem repoſcit. Mittitur tibi Helias, tormentũ et interitũ nunciãs. Incuruare, & ſacco
ueſtire pauliſper, & de te poterit dicere deus: Vidiſti, quia reueritus fuerit Achab à facie
mea? Non ſuperducam malitiã in diebus eius. Sed forte blandiris tibi, quod à tali epiſco-
po diaconus ordinatus es. Iam ſuperius dixi, nec patrem pro filio, nec filiũ pro patre puni-
ri. Anima eñ quæ peccauerit, ipſa morietur. Et Samuel habuit filios qui receſſerũt à timo-
re dei, & abierũt poſt auariciam & iniquitatem. Et Heli ſacerdos ſanctus fuit, ſed habuit fi-
lios: qui, ut in Hebræorum uoluminibus legimus, fornicabãtur cũ mulieribus in taberna

culo

A culo dei,& in ſimilitudinem tui,impudenter ſibi dei miniſterium uendicabãt. Vnde & lo-
cus tabernaculi ipſe ſubuerſus eſt,& propter uitia ſacerdotũ dei, ſanctuarium deſtitutum
eſt. Quanquam & ipſe Heli dum eſt nimium lenis in filios,offendit deum. Tantumque abeſt,ut
te ualeat epiſcopi tui iuſticia liberare,ut timendum ſit,ne propter te de ſolio ſuo corruens,
pereat inſanabilis. Oza leuites arcam domini,quam portare ipſe debuerat,quaſi ruentem
ſuſtentare uoluit,& percuſſus eſt. Quid de te futurum putas, qui ſtantem arcam domini
præcipitare conatus es? Quanto magis epiſcopus qui te ordinauit probabilis eſt,tanto tu
amplius deteſtandus,qui talem hominem feſelliſti. Solemus mala domus noſtræ ſcire no-
uiſſimi,ac liberorum & coniugum uitia, uicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis
Italia. Vniuerſi te ſtare ante altare Chriſti ingemiſcebant. Nec tu tam callidus eras,ut pru-
denter tua uitia cælares. Sic æſtuabas,ſic ſubantem te & laſciuientẽ huc atque illuc rapiebat
uoluptas,ut quaſi quoſdam triumphos,palmamque uitiorũ de expletis libidinibus ſuble-
uares. Denique inter gladios barbari mariti,& mariti potentis excubias, impudicitiæ flãma
te rapuit. Non timuiſti in illa domo adulterium facere,in qua ſine iudice læſus uir ſe pote-
rat ulciſci. Duceris ad hortulos,ad ſuburbana pertraheris, tam libere & inſane te agis,ut
abſente marito uxorem te putes habere,nõ adulteram. Vnde per quoſdam cuniculos dũ
illa tenetur,erumpis. Romã occultus ingrederis,latitas inter Samnitas latrones,& ad pri-
mum mariti nunciũ,quod nouus tibi ex alpibus Hannibal deſcendiſſet, nauigio te credis
intuto. Tanta fugæ celeritas fuit,ut tempeſtatem terra duceres tutiorẽ. Veniſti utcunque in
Syriam,inde te uelle Hieroſolymã tranſcendere,& ſeruiturũ domino polliceris. Quis non
ſuſciperet eum,qui ſe monachũ promittebat,præſertim ignorãs tragœdias tuas,& epiſco
pi tui cõmendaticias ad cæteros ſacerdotes epiſtolas legens? At tu infelix transfigurabas
te in angelũ lucis,& miniſter ſatanæ,miniſtrũ iuſticiæ ſimulabas. Sub ueſtitu ouiũ latebas
lupus,& poſt adulterium hominis,adulter Chriſti eſſe cupiebas. Hæc idcirco retuli,ut to-
B tam tibi ſcenam operũ tuorum,quaſi in breui depingerẽ tabella, & geſta tua ante oculos
tuos ponerem,ne miſericordiã domini nimiamque clemẽtiam,materiã exiſtimes delictorũ,
rurſum crucifigens tibimetipſi filium dei,& oſtentui habens,& non legens illud quod ſe-
quitur. Terra enim uenientem ſæpe ſuper ſe bibens imbrem,& generans herbam oppor-
tunam illis à quibus colitur,accipit benedictionem à domino. Proferens autem ſpinas &
tribolos,reproba eſt & maledicto proxima,cuius conſummatio fit in combuſtionem.

SCHOLIA

ET ſolida plaga in flagella.) Locus eſt ex pſalmo 72. tametſi ſecus habet æditio uulgata,etiã Græcorum,Hebræi ſic habent וּבְרִיא אוּלָם & firmũ palatium. Si in uiridi ligno.) Verba ſunt Chriſti Lucæ uigeſimotertio:Se Chriſtus uiride lignum uocat, ut iuuenem & innoxium,& uirtutum frondibus uirentem. De ore tuo loquitur.) Id eſt,tuis uerbis. Nam ita ſentis ut illi loquuntur. Quidam codices habebãt,choro pro ore. Locus autem eſt apud Malachiam cap.3. Qui comœdis.) Comœdi qui agũt comœdias,Lyrici uerſus,qui ad lyram canũtur. Mimi,qui ſcribunt uerſus in ſcena repræſentandos. Et Lentulis.)Explicat quid dixerit mimis,quod Lentulus inter primos celebris mimographus fuerit. Quædam exemplaria pro Lentulis,habebãt clientulis,ſed mendoſe. Nicolaus Antiochenus.)Hic unus ex ſeptẽ primis diaconis fuit electus,ut habes in Actis apoſtolorum. Cæterum pro neophytarum,& ophitarum,quas uoces in codicibus reperi,ſcribendum Nicolaitarum. Quorum meminit Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Et item mẽtio in decretis pontificum. Nec mimus effingere.) Et carmẽ ipſum mimus uocatur,& ſcriptor, & hiſtrio,qui pronunciat à uerbo μιμέω, quod eſt imitor, quod hiſtriones etiam citra uocem aliquoties geſticulatione corporis quiduis repræſentent. Et miſericordiam ſanguinis.) Locus hic ut deprauatus,diuerſus habebatur in exemplaribus. Quædam habebant:Et heminam ſanguinis,ut intelligas minimum ſanguinis. Quædam miſericordiam ſanguinis,ut accipias uulgus his uerbis ſolere deprecari capitis periculũ. Oſtendit enim uerba uulgi eſſe & inepta,non ſua,cum adijcit, Vt tuis uerbis utar. Paratus libithynæ.) In omnibus,quæ quidem uiderim exemplaribus habebatur,Paratus libidine. Sed refragantibus illis non ſum ueritus mutare libithynæ. Sic enim mortem uocant poëtæ. Hor. Niſi quod libithyna ſacrauit. Vbi mare illud.) Ciceroni mare tribuit,ob copiã. Demoſtheni torrentẽ,ob uim & impetũ. Nec Atellanus.) Atellanus dicitur obſcœnarum fabularũ obſcœnus geſticulator,ut alibi dictũ eſt.

C Dentes puluere teris.) Puluiſculum intellige,confectum ex aromatibus, quo olim delicati diuites
purgabant dentes. Raros in rubenti caluaria.) Magis ridiculum erat, comendi capillitij ſtudioſum
eſſe,qui pauculos haberet pilos.Addidit rubenti,uel quod bene paſtus eſſet,uel quod caluis ferè rubet
3 caluaria.Porrò digeris dixit pro diſponis & ordinas. Mutas balneas.)Id eſt,ſubinde alia atq; alia adis
balnea.Quarum uſus putatur obſtare ne ſyluescant pili,& læue ſeruare corpus. Ita Perſius: Elixasq;
nates labefactes forcipe adunca. Domum ſuam & hæreditatem.) Alluſit ad uerba Hieremiæ capite
duodecimo:Reliqui domum meam,dimiſi hæreditatē meam,dedi dilectam &c. Iuxta Hiericho ſanati
ſunt cæci. Si accitus ab eo,ſordida.) Lucæ decimooctauo cap. legis cæcum accerſitum à Ieſu,& ita
ſanatum. Et ſcies ubi fueris.) Quod ut cæci,ſic & impij in tenebris ambulent, neſcientes in quantis
uerſentur malis,niſi deus illis aperuerit oculos. Pertractet luminum tuorum.) Apud Matthæum
capite nono:Ieſus tangit oculos cæcorum,atq; ita ſanat. In terra Naim.) Alluſit ad uocem Hebrai-
cam,Naim enim ſonat fluctum,ſiue commotionem.Eſt oppidum eius nominis in Iudæa,in quo Ieſus
ſuſcitauit filium uiduæ. Apud Græcos item σάλος undarum motum & iactationem ſignificat à σαλεύομαι. Vnde poëtæ mare ſalum uocat. Cum Madianitide.) Hiſtoria eſt in libro Numerorum cap.
uigeſimoquinto.Quidam codices habebant,ſero haſta configat. Quidam, ferro haſtæ. Quidam Syro-
4 maſtæ. Qui pluſquam Thamar.) Amnon uitiauit ſororem ſuam Thamar,ut legimus Regum libro
ſecundo cap.13. At ſacra uirgo pluſquam ſoror eſt. Verſus in Abſalom.) Nam is perſequebatur Da-
uid patrem,à quo tamen ſic amabatur,ut mortuum defleuerit:Abſalom fili mi,fili mi Abſalom. So-
lemus mala domus.) Iuxta illud Iuuenalis: Dedecus ille domus ſciet ultimus: Vt ſubantem & la-
ſciuientem.) Subare eſt niti ad coitum.Horatius: Iamq; ſubando,tenta cubilia,tectaq; rumpit: Vſus
eſt hoc uerbo Plautus quoq;.Pleriq; codices habebant deprauatum,pro ſubantem,ſudantem. Inter
Samnitas latrones.) Cum his crebro pugnatum eſt à Romanis. Nauigio te credis incauto.) Pro in-
cauto quidam habebant,intuto.Significat parum tutam & incautam nauigationem,aut nauim minus
tutam. Scenam operum.) E Scena prodibant actores,qui fabulam repreſentabant.Vnde comœdiæ
ſcenis diſtinguuntur.Etiam ſcenam umbram uocant.Illud autem ſentit, ſe uitam illius obſcuram,in
medium protuliſſe,& publicaſſe.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

D Vercellæ,maritus quidā uxorē innoxiam detulerat adulterij,cōijcitur in carcerem unà cū iuuene, B
quem accuſarat maritus,admouētur tormēta.Iuuenis impatiēs,cōfeſſus eſt,quod nō admiſerat.Mulier
conſtanter negauit.Vterq; dānatus ducitur ad ſuppliciū,ille occiditur.Hæc ſæpius icta uixit,demum
admoto iugulo mucrone,uiſa eſt mori. Sublatū cadauer reuixit.Huic cū ad ſupplicium requireretur
Euagrius,ab Imperatore libertatē ſuis precibus impetrauit. Luſit in hac epiſtola diuus Hieronymus
artificio ſcribēdæ hiſtoriæ,& ſtilū iam ſcribēdi deſuetudine torpeſcentē,hac exercitatiūcula renouauit.

## AD INNOCENTIVM DE MVLIERE SEPTIES ICTA.

SAepe à me Innocenti chariſſime poſtulaſti,ut de eius rei miraculo, quæ noſtra
ætate acciderat,non tacerem. Cumq́; ego id uerecunde & uere, ut nunc expe-
rior,negarem,meq́; aſſequi poſſe diffiderem,ſiue quia omnis ſermo humanus
1 inferior eſſet laude cœleſti,ſiue quia ocium quaſi quædam ingenij rubigo,par
uulam licet facultatem,priſtini ſiccaſſet eloquij,tu econtrario aſſerebas, in dei rebus non
poſſibilitatem inſpici debere,ſed animum:neq; poſſe eum uerba deficere, qui crediſſet 5
in uerbo. Quid igitur faciam? Quod implere non poſſum,negare non audeo. Super one-
2 rariam nauem rudis uector imponor:Et homo qui necdum ſcalmum in lacu rexi,Euxini
maris credor fragoribus. Nunc mihi euaneſcentibus terris,cœlum undiq;,& undiq; pon
tus:nunc unda tenebris inhorreſcens,& cæca nocte,nimborum ſpumei fluctus caneſcūt.
Hortaris ut tumida malo uela ſuſpendam,rudentes explicem,clauum regam. Pareo iam
iubenti,& quia charitas omnia poteſt,ſpiritu ſancto curſum proſequente confidam,habi-
3 turus in utraq; parte ſolatium. Si me ad optatos portus æſtus appulerit, gubernator pu-
tabor. Si inter aſperos orationis anfractus, impolitus ſermo ſubſtiterit, facultatem forſi-
tan requires,uoluntatem certe flagitare non poteris. Igitur Vercellæ Ligurum ciuitas
haud procul à radicibus Alpiū ſita,olim potens, nunc raro eſt habitatore ſemiruta. Hāc
cum ex more conſularis inuiſeret,oblatam ſibi quādam mulierculam unà cum adultero,
nam hoc crimen maritus impegerat,pœnali carceris horrore circundedit. Neque multo
poſt,cum liuidas carnes ungula cruenta pulſaret,& ſulcatis lateribus dolor quæreret ue-
4 ritatem,infeliciſſimus iuuenis uolens compendio mortis longos cruciatus uitare, dum in
ſuum

A ſuum mentitur ſanguinem, accuſauit alienum, ſolusq́; omnium miſer, merito iuſſus
eſt percuti, qui non reliquit innoxiæ, unde poſſet negare. At uero mulier ſexu for-
tior ſuo, cum eculeus corpus extenderet, & ſordidas fœtore carceris manus poſt ter-
gum uincula cohiberēt, oculis quos tantū tortor alligare nō poterat, ſuſpexit ad cœlū, &
uolutis per ora lachrymis: Tu, inquit, teſtis es domine Ieſu: cui occultū nihil eſt, qui es ſcru
tator renis & cordis, nō ideo me negare uelle, ne peream, ſed ideo mētiri nolle, ne peccem.
At tu miſer homo, ſi interire feſtinas: cur duos interimis innocentes? Equidē & ipſa cupio
mori, cupio inuiſum hoc corpus exuere, ſed nō quaſi adultera. Præſto iugulū, micantē in-
trepida excipio mucronem, innocentiā tamē mecū feram. Nō moritur, quiſquis uicturus
occiditur. Igitur cōſularis paſtis cruore luminibus, ut fera, quæ guſtatū ſemel ſanguinem
ſemper ſitit, duplicari tormēta iubet, & ſæuū dentibus frendens, ſimilē carnifici minitatus
eſt pœnā, niſi confiteretur ſexus infirmior, quod nō poterat robur uirile reticere. Sucurre
domine Ieſu, ad unū hominem tuum complura ſunt inuēta ſupplicia. Crines ligantur ad
ſtipitē, & toto corpore ad eculeū fortius alligato, uicinus pedibus ignis apponitur, utrūq;
latus carnifex fodit, nec papillis dantur induciæ: immota mulier manet, & à dolore corpo
ris ſpiritu ſeparato, dum cōſcientiæ bono fruitur: uetuit circa ſe ſæuire tormēta. Iudex cru
delis, quaſi ſuperatus attollitur. Illa deum deprecatur, ſoluūtur membra compagibus. Illa
oculos ad cœlum tendit, quaſi de cōmuni ſcelere alius confitetur. Illa pro cōfitente negat,
& periclitans ipſa, aliū uendicat periclitantem. Vna interim uox eſt: Cæde, ure, lacera, nō
feci. Si dictis tollitur fides: ueniet dies, quæ hoc crimen diligenter diſcutiat, habeo iudicem
meum. Iam laſſus tortor ſuſpirabat, ingemit: nec erat nouo uulneri locus. Iā uicta ſæuitia,
corpus quod laniarat horrebat. Ex templo ira excitus conſularis: Quid miramini, inquit,
circunſtantes, ſi torqueri mulier mauult, q̄ perire? Adulterium certe ſine duobus cōmitti
B non potuit, & eſſe credibilius reor, noxiā ream negare de ſcelere, quàm innocētem iuuenē
confiteri. Pari igitur prolata in utrūq; ſentētia, damnatos carnifex trahit, totus ad ſpecta-
culum populus effunditur, ut prorſus quaſi migrare ciuitas putaretur, ſtipatis proruens
portis turba denſatur. Et quidē miſerrimi iuuenis ad primū ſtatim ictū amputatur gladio
caput, truncumq́; in ſuo ſanguine uolutatur cadauer. Poſtq̄ uero ad fœminam uentum
eſt, & flexis in terrā poplitibus, ſuper trementem ceruicem micans eleuatus eſt gladius, &
exertam carnifex dexterā totis uiribus concitauit, ad primū corporis tactum ſtetit mucro
lœtalis, & leuiter perſtringēs cutem, raſuræ modicæ ſanguinē aſperſit, imbellem manum
percuſſor expauit, & uictam dexteram gladio marceſcente miratus, in ſecundos impetus
torquet. Lāguidus rurſus in fœminam mucro delabitur, & quaſi ferrū eam timeret attin-
gere circa ceruicem torpet innoxiam. Itaq; furens & anhelans lictor, paludāmēto in ceruí-
cem retorto, dum totas expedit uires, fibulam quæ chlamydis mordebat oras, in humum
excuſſit, ignarusq́; rei, enſem librabat in uulnus. En tibi ait mulier ex humero aurum ruit,
collige multo quæſitum labore, ne pereat. Proh rogo quæ eſt iſta ſecuritas? Impendētem
non timet mortem: lætatur percuſſa, carnifex pallet, oculi gladium nō uidentes, fibulā ui-
dent. Et ne parum eſſet, quod non formidabat interitū, præſtat beneficium ſæuienti. Iam
igitur & tertius ictus ſacramētum fruſtratus erat trinitatis. Iam ſpiculator exterritus & nō
credens ferro, mucronem aptabat in iugulum, ut qui ſecare non poterat, ſaltem præmēte
manu corpori cōderetur. O omnibus res inaudita ſeculis. Ad capulū gladius reflectitur,
& uelut dominum ſuū uictus aſpiciens, confeſſus eſt ſe ferire non poſſe. Huc huc mihi triū
exempla puerorū, qui inter frigidos flammarū globos hymnos ædidere pro fletibus, cir-
ca quorū ſaraballa ſanctamq́; cæſariem, innoxiū luſit incendium. Huc beati Daniëlis re-
uocetur hiſtoria, iuxta quem adulantibus caudis, prædam ſuam leonum ora timuerunt.
Nunc Suſanna nobilis fide, omniū ſubeat mentibus, quæ iniquo damnata iudicio, ſpiritu
ſancto puerū replente ſaluata eſt: Ecce non diſpar in utraq; miſericordia domini. Illa libe-

C rata per iudicem,ne iret ad gladiũ:hæc à iudice damnata,abſoluta per gladiũ eſt. Tãdem
ergo ad fœminam uindicãdam populus armatur. Omnis ætas,omnis ſexus carnificẽ fu=
gat,& cœtu in circulũ coeunte exclamat.Nõ credit penè unuſquiſq; quod uidet. Turba=
tur tali nũcio urbs propinqua,et tota lictorũ turma glomeratur.E quibus medius,ad quẽ
damnatorum cura pertinebat erumpẽs,& caniciem immũdam perfuſo puluere turpans:
Quin meum,inquit,ò ciues petitis caput?me illi uicariũ datis? Si eſtis miſericordes,ſi cle=
mentes eſtis,ſi uultis ſeruare damnatã:innocẽs certe perire nõ debeo.Quo fletu uulgi cõ=
cuſſus eſt animus,mœſtusq; ſe per omnes torpor inſinuat,& mirũ in modum uoluntate
mutata:cum pietatis fuiſſet,quod ante defenderant:pietatis uiſum eſt genus ut pateretur
occidi.Nouus igitur enſis:nouus percuſſor apponitur.Stat uictima:Chriſto tantũ fauẽte
munita.Semel percuſſa concutitur,iterũ repetita quaſſatur,tertio uulnerata proſternitur.
O diuinæ potẽtiæ ſublimãda maieſtas,quę prius fuerat quarto ꝑcuſſa,nec læſa:ideo poſt
paululum uiſa eſt mori,ne pro ea periret innoxius.Clerici quibus id officij erat,cruentum
linteo cadauer obuoluũt,& foſſam humũ lapidibus cõſtruentes, ex more tumulũ parãt.
6 Feſtinato ſol curſu occaſum petit:& miſericordia domini,celeriore curſu naturæ nox ad=
uenit.Subito fœminæ palpitat pectus,& oculis quærẽtibus lumẽ,corpus animatẽ ad uitã.
Iam ſpirat,iam uidet,iam ſubleuatur , & loquitur. Iam in illã poteſt uocẽ erumpere:Dñs
auxiliator meus,nõ timebo quid faciat mihi homo.Anus interim quædã,quæ eccleſiæ ſu
ſtentabatẽ opibus,debitũ cœlo ſpiritũ reddidit,& quaſi de induſtria ordine currente rerũ,
uicarium tumulo corpus operitur.Dubia adhuc luce:in littore diabolus occurrit,quærit
cadauer occiſæ,ſepulchrum ſibi monſtrari petit:uiuere putat,quã mori potuiſſe miratur.
Recens à clericis ceſpes oſtẽditur,& dudũ ſuperiecta humus,cũ his uocibus ingeritur fla=
D gitanti:Erue ſcilicet oſſa iam cõdita.Infer nouũ ſepulchro bellum,& ſi hoc parum eſt,aui=
bus feriſq; laniãda mẽbra diſcerpe.Septies percuſſa,debet aliqd plus morte perpeti.Tali
ergo inuidia carnifice confuſo:clàm domi mulier refocillatur.Et ne fortè creber medici ad
eccleſiam cõmeatus ſuſpitiõis panderet uiam,cum quibuſdam uirginibus ad ſecretiorem
uillulã ſecto crine trãſmittitur.Ibi paulatim uirili habitu ueſte mutata, in cicatricẽ uulnus
obducitur.Et ò uere ius ſummũ,ſumma malicia:poſt tanta miracula adhuc ſæuiũt leges.
7 En quo me geſtorũ ordo pertraxit.Iam enĩ ad Euagrij noſtri nomen perueniemus.Cuius
ego pro Chriſto laborẽ,ſi arbitrer à me dici poſſe,nõ ſapiam. Si penitus tacere uelim,uo=
ce in gaudium erumpente nõ poſſim.Quis enim ualeat digno canere præconio,Auxen=
tium Mediolanis incubantem,huius excubijs ſepultũ,penè anteq; mortuũ?Romanum
epiſcopum iam penè factionis laqueis irretitũ:& uiciſſe aduerſarios,& nõ nocuiſſe ſupera
tis? Verum hæc ipſe equidẽ ſpatijs excluſus iniquis Prætereo, atq; alijs poſt me me=
moranda relinquo. Præſentis tantum rei fine cõtentus ſum. Imperatorem de induſtria
adit,precibus fatigat,merito lenit,ſolicitudine ꝓmeret:ut redditã uitæ,redderet libertati.

## S C H O L I A.

1 INgenij rubigo.) Cato contulit ingenium hominis cum ferro,quod ſi exerceas,uſu quidem nonnihil atteritur.Si non exerceas,magis cõſumitur rubigine. Priſtini ſucceſſit eloquij.) Nihil enim citius exareſcit q̃ fons eloquentiæ.Et duriuſcule geminã metaphoram in eadẽ complexus eſt ſententia,ferri & fontis. Non poſſibilitatem.) Græce magis dixit quàm Latine,Quanq; philoſophis & Theologis hic ſermo conceditur τὸ ἀδύνατον. Neq; poſſe eum uerba deficere.) Quidam codices habebant, eum in uerbo deficere. Quidam, ei uerba deficere. Quidam, eum uerba deficere,quod poſtremum ego ſanè potiſſimum approbo, ut deficere uerbo additus ſit accuſandi caſus. Super oneratam nauim.) Quædam exemplaria ſcriptum habebant, onerariam nauim, quæ quidem poſterior lectio mihi magis probatur. Siquidem onerarias naues uocant maiores illas oneribus uehendis paratas, Sunt enim & actuariæ.Porrò plus eſt periculi ſi pereat nauis onuſta mercibus.Vnde ea non ſolet,niſi perito nauclero committi. Scalmum in lacu.) Minores cymbæ, Scal=
2 mi uocantur. Euxini maris. ) Idem Ponticum uocant, incipit à Boſphoro Thracio, hoc undoſius & feruentius, quod minus profundum, nec littora habet arenoſa aut mollia, raras ſtationes.

Vnde

A Vnde ob ſæuiciam & incommoditatem ἄξενον, id eſt, inhoſpitum dixerunt accolæ: deinde ominis cauſa dictum eſt, εὔξενον, id eſt, bene hoſpitale. Et pulchre dixit credor, de re periculoſa. Euaneſcentibus terris.) Sic enim apparet procul intuentibus. Nam progreſſo, terræ condi uidetur & paulatim uideri deſinunt. Cœlum undiq; & und.) Hemiſtichium eſt ex Aeneide Maronis. Nunc unda tenebris inhor.) Imitatus eſt illud Vergilianum: Et inhorruit unda tenebris. Nocte nimborum.) Alluſit ad illud Maronis: Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber, Noctem hyememq; ferens. Noctem uocat caliginem denſiſſimam, & nocti ſimillimam. Spumei fluctus canes.) Vt luſit uerbis poëticis, id quod licet in hiſtoria nonnunquam. Tumida malo.) Ob ſinus uento diſtentos. Curſum proſequente.) Curſum uocat nauticū, quoties uelis impellitur nauis. Et ſpiritus, hoc eſt flatus ſi proſper eſt, curſum

3 adiuuat. Ad optatos portus.) Venuſte dixit æſtus appulerit, hoc eſt ipſe undarum impetus, non ars mea. Et proprie nauis appellitur, ſiue appellit. Orationis anfractus.) In Euxino mari multi ſunt littorum anfractus & flexus periculoſi nautis. Perſiſtit adhuc in metaphora. Facultatem forte.) Id eſt, intelliges mihi defuiſſe facultatem non uoluntatem. Quod conatus ſum, declaraui me uoluiſſe ſatisfacere, quod non ſim aſſequutus, hinc eſt quia non potuerim. Vercellæ Ligurum.) Ligures ea pars Italiæ in qua ſunt Ienuenſes, proximi alpibus Gallicis. Quondam mulierculam.) Ex hoc loco palā apparet adhuc ætate diui Hieronymi, adulterium capite ſolere puniri. Nunc magnatum luſus eſt. [redacted]

4 Compendio mortis.) Ad quam longior erat uia per cruciatus. Et interim tractat locum coniecturalem, à quæſtionibus, Ille confeſſus eſt crimen, quod non admiſerat, impatientia tormentorum. Illa mori maluit, quàm de ſe mentiri. Non reliquit innoxiæ.) Nam illius confeſſio, quaſi præiudicium erat mulieri. Raſuræ modicæ ſanguinem.) Quædam habebant exemplaria, Raſuræ modico ſanguine. Imbellem manum percuſſor expauit.) Nonnulli codices ſic habebant, Aſperſit ſine bello imbellem manum. Sed mendoſe, ni fallor. Coniicio aſſcripſiſſe quempiam imbellem, id eſt, ſine bello: & interpretamentum ab alio redactum fuiſſe in contextum. Mucro delabitur.) Quidam habebant, debilita

5 tur: ſed delabitur magis probo. Dum totas expedit uires.) Quidam habebant expetit: quidā, exerit. Exerit probo, ſed magis arridet expedit. Expedimus enim quod explicamus & promimus ad aliquid agendum. Fibulam quæ Chlamydis.) Fibulis aſtringunt extremas oras ueſtium. Mire depinxit hūc

B carnificem, cum ſuo paludamento, cum fibula aurea. Decentiſſima uero uſus eſt metaphora in mordebat oram, quod ueluti morſu aſtringat. Tertius ictus fruſtratus.) Fruſtratus paſſiue dixit pro fruſtra adactus. Sacramentum erat.) Habebat myſterium & ſignificationem diuini ternionis. Et ne parū eſſet.) Opinor legendum: Et ceu parum eſſet, hoc eſt quaſi parum eſſet. Corpori conderetur.) Condimus quod occultamus & abſcondimus. Ferrum infixum corpori, condi dicitur. Circa quorum Saraballa.) Saraballum Parthorum lingua, ueſtis genus eſt fluxæ. Vtitur hoc uerbo diuus Hierony-

6 mus in Danielem capite tertio. Celeriore curſu naturæ.) Hic locus uarie fuerat deprauatus. Quidam habebant: Et miſericordia domini, celerior matura nocte aduenit. Opinor ita legendum: Et miſericordia domini celerior curſu naturæ nox aduenit, ut intelligas per miſericordiā dei factū, ut nox adueniret celerior quàm ſolito naturæ curſu. Et ò uere ius ſummum.) Hunc quoque locum ſciolus aliquis deprauauerat. Sic enim mutatus erat: Et ò uere ius ſummum, & ſumma lætitia. Non dubium eſt, quin ſcribēdum ſit: Et ò uere ſummum ius, ſumma malicia. Citat enim tritiſſimum illud adagium,

7 Summum ius, ſumma malicia: quo ſignificatum eſt, nihil eſſe peius, quàm ius nimis exacte ſeruatum. Expoſuimus copioſius in Chiliadibus noſtris. Ad Euagrij noſtri.) Huius humanitate ſignificauit ſe ſubleuatum fuiſſe, cum primum in Syriæ ſolitudines commigraſſet. Auxentium Mediolanis incubantem.) Significat hæreſiarcham cui ſucceſſit Ambroſius, oppreſſum diligentia Euagrij. Verū hæc ipſe equidem.) Verſus ſunt ex Georgicis Maronis. Spatijs iniquis.) Hoc ſentit, ſibi non ſuppetere tempus, ad hæc omnia referenda.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

De ortu & uita obitu Pauli primi, ſicuti putant Eremitæ, & quomodo fuerit ſepultus à diuo Antonio monacho. Tanta erat in exemplaribus uarietas, ut appareat Hieronymum ſæpius idem argumentum alijs tractaſſe uerbis, aut alium exercēdæ copiæ cauſa, hoc feciſſe. Videtur & hoc Hieronymus exercitandi ingenij gratia luſiſſe.

## VITA PAVLI EREMITAE.

INter multos ſæpe dubitatum eſt, à quo potiſſimum monachorum eremus habitari cœpta ſit. Quidam enim altius repetentes, à beato Helia & Ioanne ſumpſere principium. Quorum & Helias plus nobis uidetur fuiſſe, quàm monachus, & Iohannes ante prophetare cœpiſſe quàm natus eſt. Alij autem, in quam

C in quam opinionem uulgus omne cõſentit, aſſerunt Antonium huius propoſiti fuiſſe ca-
put, quod ex parte uerũ eſt. Non enim tam ipſe ante omnes fuit, quàm ab eo omnium in
1 citata ſunt ſtudia. Amathas uero & Macarius diſcipuli Antonij, quorũ ſuperior magiſtri
corpus ſepeliuit, etiã nunc affirmant Paulum quendam Thebæum principem iſtius rei fu
iſſe: quod non tam nomine, quàm opinione nos quoq; cõprobamus. Nonnulli & hæc &
alia prout uoluntas tulit iactitant: ſubterraneo ſpecu crinitũ calcaneotenus hominẽ fuiſſe,
& multa quæ perſequi ocioſum eſt, incredibilia fingentes. Quorum quia impudens men-
dacium fuit, ne refellenda quidẽ ſententia uidetur. Igitur quia de Antonio tam Græco ꝙ
Romano ſtilo diligenter traditũ eſt: pauca de Pauli principio & fine ſcribere diſpoſui, ma-
gis quia res omiſſa fuit, quàm fretus ingenio. Quomõ aũt in media ætate uixerit, & quas
ſatanæ pertulerit inſidias, nulli hominũ cõpertum habetur. Sub Decio & Valeriano per-
ſequutoribus, quo tẽpore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore dãnati
ſunt, multas apud Aegyptũ & Thebaidam eccleſias, tẽpeſtas ſæua populata eſt. Voti tũc
Chriſtianis erat, pro Chriſti nomine gladio percuti. Verũ hoſtis callidus tarda ad mortẽ
ſupplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora. Et ut ipſe, qui ab eo paſſus
eſt, Cyprianus ait: uolẽtibus mori, nõ permittebat occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat:
duo memoriæ cauſa exempli ſubiecimus. Perſeuerantẽ igitur in fide martyrẽ, & inter ecu-
leos laminasq; uictorẽ, iuſſit melle perungi, & ſub ardentiſſimo ſole, ligatis manibus poſt
tergũ reſupinari, ſcilicet ut muſcarũ aculeis cederet, qui ignitas ſartagines ante ſuperaſſet.
Alium iuuenili ætate florentẽ: in amœniſſimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia
candẽtia & rubentes roſas, cum leni iuxta murmure aquarũ ſerperet riuus: & molli ſibilo
arborũ folia uentus præſtringeret, ſuper extructum plumis lectũ reſupinari, & ne ſe inde
poſſet excutere: blãdis ſerico nexibus irretitum relinqui. Quò cũ recedẽtibus cunctis, me
D retrix ſpecioſa ueniſſet, cœpit delicatis ſtringere colla cõplexibus. Et, quod dictu quoq; ſce
lus eſt, manibus attrectare uirilia: ut corpore in libidinem cõcitato, ſe uictrix impudica ſu- B
periaceret. Quid ageret miles Chriſti, & quò ſe uerteret neſciebat. Quẽ tormẽta nõ uicerãt
ſuperabat uoluptas. Tandẽ cœlitus inſpiratus: præciſam morſu linguã in oſculantis ſe fa
ciem expuit, ac ſic libidinis ſenſum ſuccedẽs doloris magnitudo ſuperauit. Per idẽ ergo tẽ
pus quo talia gerebãtur apud inferiorẽ Thebaidã, cum ſorore iam uiro tradita, poſt mor-
tem amborũ parentũ in hæreditate locupleti, Paulus relictus eſt annorum circiter quinde
cim, literis tam Græcis quàm Aegyptiacis apprime eruditus, manſueti animi, deum ualde
amans. Et cum perſecutionis procella detonaret, in uillam remotiorem & ſecretiorem ſe-
ceſſit. Verũ quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Sororis maritus cœpit pro
dere uelle, quẽ cælare debuerat. Non illum uxoris lachrymæ, nõ cõmunio ſanguinis, non
ſpectans cũcta ex alto deus, ab ſcelere reuocauit. Ad hæc inſtabat crudelitas, quæ pietatẽ
uidebatur imitari. Quod ubi prudẽtiſſimus adoleſcens intellexit, ad montium deſerta con
fugiens, dum perſecutionis finẽ præſtolaretur, neceſſitatem in uoluntatem uertit, ac paula
tim progrediens: rurſusq; ſubſiſtens, atq; hoc idem ſæpius faciens: tãdem reperit ſaxeum
montẽ: Ad cuius radicẽ haud procul erat grãdis ſpelunca, quæ lapide claudebatur. Quo
remoto (ut eſt cupiditas hominũ occulta cognoſcere) auidius explorãs, animaduertit in-
tus grãde ueſtibulum, qđ aperto deſuper cœlo, patulis diffuſa ramis uetus palma contexe
rat, fontem lucidiſſimũ oſtendens: cuius riuum tãtummodo foras erumpẽtem, ſtatim mo-
dico foramine, eadẽ quæ genuerat aquas terra ſorbebat. Erant præterea per exeſum mon
tem haud pauca habitacula, in quibus ſcabrę iã incudes & mallei, quibus pecunię olim ſi-
gnatæ uiſebantur. Hunc locũ Aegyptiorũ literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuiſſe,
ea tempeſtate qua Cleopatræ iunctus eſt Antonius. Igitur adamato (quaſi quod à deo ſi-
bi offerretur) habitaculo, omnẽ ibidẽ in orationibus & ſolitudine duxit ætatem. Cibũ &
ueſtimentum ei palma præbebat. Quod ne cui impoſſibile uideatur: Ieſum teſtor & ſan-
ctos an-

A ctos angelos eius in ea eremi parte,quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur:uidiſſe me mo-
nachos,de ꝗbus unus per triginta annos clauſus,hordeaceo pane & lutulẽta aqua uixit.
Alter in ciſterna ueteri (quã gentili ſermone Syri cubã uocãt) quinqꝫ caricis per ſingulos
dies ſuſtẽtabatur.Hæc igitur incredibilia eſſe uidebũtur his,qui nõ crediderint:quia oĩa
poſſibilia ſunt credentibus.Sed ut ad id redeã unde digreſſus ſum,cũ iam centũ tredecim
annos beatus Paulus uitã cœleſtẽ ageret in terris,& nonagenarius in alia ſolitudine Anto
nius moraretur (ut ipſe aſſerere ſolebat) hæc in mẽtem eius cogitatio incidit,nullũ ultra ſe
perfectum monachũ in eremo conſediſſe.At illi per noctem quieſcenti reuelatum eſt eſſe
alium ulterius multo ſe meliorem,ad quẽ uiſendum deberet proficiſci.Ilico erũpente luce,
uenerabilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtẽtãs,cœpit ire uelle quò neſciebat. Et
iam media dies coquẽte deſuper ſole feruebat,nec tamen à cœpto itinere abducebatur,di-
cens:Credo in deũ meũ,quia quod mihi ſeruo ſuo promiſit,oſtẽdet.Nec plura his,cõſpi-
2 cit hominẽ equo mixtũ,cui opinio poëtarũ Hippocentauro uocabulũ indidit.Quo uiſo,
ſalutaris impreſſiõe ſigni armat frontẽ:Et heus,tu,inquit,quanam in parte hic ſeruus dei
habitat?At ille barbarũ neſcio quid infrendens,& frangẽs potius uerba, ꝙ proloquens:
inter horrentia ora ſenis blandũ quæſiuit alloquiũ.Et dextræ protenſione manus cupitũ
indicat iter,& ſic patentes campos uolucri tranſmittens fuga,ex oculis mirantis euanuit.
Verum hæc utrum diabolus ad terrẽdũ eum ſimulauerit,an (ut ſolet) eremus mõſtruo-
ſorum animaliũ ferax iſtã quoqꝫ gignat beſtiam,incertum habemus.Stupens itaqꝫ Anto-
nius,& de eo quod uiderat ſecum uoluẽs,ulterius progreditur. Nec mora,inter ſaxoſam
conuallẽ haud grandẽ homũculũ uidet,aduncis naribus,fronte cornibus aſperata,cuius
extrema pars corporis in caprarũ pedes deſinebat.Infractuſqꝫ & hoc Antonius ſpectacu
lo,ſcutum fidei & loricã ſpei,ut bonus præliator arripuit:nihilominus memoratũ animal,
palmarum fructus eidem ad uiaticum quaſi pacis obſides afferebat. Quo cognito,gradũ
B preſſit Antonius & quiſnam eſſet interrogãs,hoc ab eo reſponſum accepit:Mortalis ego
ſum,& unus ex accolis eremi:quos *uario deluſa errore gẽtilitas,Faunos Satyroſqꝫ & in- *Aliàs uano
cubos uocans colit.Legatione fungor gregis mei.Precamur ut pro nobis cõmunem deũ
depreceris,quem pro ſalute mundi ueniſſe cognouimus,& in uniuerſam terrã exijt ſonus
eius.Talia eo loquẽte,lõgæuus uiator ubertim faciẽ lachrymis rigabat:quas magnitudo
læticiæ,indices cordis effuderat.Gaudebat ꝗppe de Chriſti gloria,& de interitu Satanæ:
ſimulqꝫ admirãs,quod eius poſſet intelligere ſermonẽ,& baculo humũ percutiẽs,aiebat:
Væ tibi Alexandria,quæ pro deo portenta ueneraris,Væ tibi ciuitas meretrix,in quã to-
tius orbis dæmonia cõfluxere.Quid nũc dictura es?Beſtiæ Chriſtum loquũtur,& tu pro
deo portẽta ueneraris.Necdũ uerba cõpleuerat,& quaſi pẽnigero uolatu petulcũ animal
aufugit.Hoc ne cuiqꝫ ob incredulitatẽ ſcrupulum moueat,ſub rege Cõſtantino uniuerſo
mundo teſte defenditur.Nã Alexãdriã iſtiuſmodi homo uiuus perductus,magnũ popu-
lo ſpectaculũ præbuit:& poſtea cadauer exanime,ne calore æſtatis diſſiparetur ſale ĩfuſo,
Antiochiam ut ab imperatore uideretur,allatũ eſt.Sed ut propoſitũ perſequar,Antonius
cœptam regionem pergebat,ferarum tantum ueſtigia intuens,& eremi latam uaſtitatem.
Quid ageret,quò uerteret gradũ neſciebat.Iam altera effluxerat dies. Reſtabat unum,ut
deſeri ſe à Chriſto nõ poſſe cõſideret.Pernox ſecũdas in oratiõe exegit tenebras, & dubia
adhuc luce,procul intuetur lupam ſitis ardoribus anhelantẽ,ad radicem montis irrepere.
Quam ſequutus oculis,& iuxta ſpeluncã cũ fera abijſſet accedẽs,intro cœpit aſpicere:ni-
hil curioſitate proficiente,tenebris arcẽtibus uiſum.Verum (ut ſcriptura ait) perfecta dile
ctio foras mittit timorẽ:ſuſpẽſo gradu & anhelitu temperato,callidus explorator ingreſ-
ſus:ac paulatim progrediẽs,ſæpiuſqꝫ ſubſiſtẽs,ſonũ aure captabat.Tãdem per cæcæ no-
ctis horrorẽ procul lumẽ intuitus:dum auidius properat,offenſo in lapidem pede,ſtrepi-
tum concitauit:poſt cuius ſonitum beatus Paulus oſtiũ quod patebat occludẽs,ſera obſir

C mauit. Tunc uero Antonius præ foribus corruens, uſq; ad ſextam, & eo amplius horam,
aditum precabatur, dicēs: Qui ſim, unde, cur uenerim noſti. Scio me nō mereri conſpectū
tuū: tamē niſi uidero, nō recedā. Qui beſtias recipis, hominē cur repellis? Quæſiui, et inue-
ni: pulſo, ut aperiatur. Quod ſi non impetro, hic moriar ante poſtes tuos: certe ſepelies uel
meū cadauer: Talia perſtabat memorās, fixusq; manebat. Ad quē reſpōſum paucis ita
reddidit heros. Nemo ſic petit, ut minetur: nemo cū lachrymis iniuriā, uel calumniā facit.
Et miraris ſi nō recipiam, cū moriturus adueneris? Sic arridēs Paulus patefecit ingreſſum.
Quo aperto, dū in mutuos miſcētur amplexus, proprijs ſe ſalutauere nominibus, gratiæ
domino in cōmune referūtur. Et poſt ſanctum oſculum reſidēs Paulus, cum Antonio ita
exorſus eſt: En quē tāto labore quæſiſti, putridis ſenectute mēbris operit inculta canicies.
En uides hominē, puluerē mox futurum. Verum quia charitas omnia ſuſtētat, narra mihi
quæſo, quomodo ſe habeat humanū genus. An in antiquis urbibus noua tecta cōſurgāt:
quo mundus regatur imperio: an ſuperſint aliqui, qui dæmonū errore rapiātur. Inter has
ſermocinationes ſuſpiciunt alitem coruū in ramo arboris cōſediſſe, qui inde leniter ſubuo
labat, & integrum panem ante ora mirantium depoſuit. Poſt cuius abſceſſum: Eia, inquit
Paulus, dominus nobis prandiū miſit, uere pius, uere miſericors. Sexaginta iam anni ſunt
quod accipio dimidij ſemper panis fragmētum: uerū ad aduentum tuū, militibus ſuis du-
plicauit annonā. Igitur domino gratiarum actione celebrata, ſuper uitrei marginem fontis
uterq; cōſedit. Hic uero quis frāgeret panē oborta cōtentio, penè diem duxit in ueſperū.
Paulus more cogebat hoſpitij. Antonius iure refellebat ætatis. Tandē conſiliū fuit, ut ap-
prehenſo è regione pane, dum ad ſe quiſq; nititur, pars cuiq; ſua remaneret in manibus.
Dehinc paululū aquæ in fronte prono ore libauerūt: & immolantes deo ſacrificiū laudis,
noctē tranſegere uigilijs. Cumq; iam eſſet terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antoniū B
D ſic loquutus eſt: Olim te frater in iſtis regionibus habitare ſciebā: olim te conſeruū meum
mihi promiſerat deus. Sed quia iam dormitiōis tēpus aduenit, & quod ſemper cupiebam
diſſolui & eſſe cum Chriſto, peracto curſu ſupereſt mihi corona iuſtitiæ: tu miſſus es à do-
mino, qui humo corpuſculū meū tegas, imò terrę terrā reddas. His Antonius auditis, flēs
& gemens ne ſe deſereret, atq; ut comitē talis itineris acciperet, precabatur. Et ille: Nō de-
bes, inquit, quærere quæ tua ſunt, ſed quę aliena. Expedit tibi ſarcina carnis abiecta, agnū
ſequi. Sed & cæteris expedit fratribus, ut tuo adhuc inſtituātur exēplo. Quamobrē quæ-
ſo perge, niſi moleſtū eſt & pallium, quod tibi Athanaſius epiſcopus dedit, ad inuoluēdū
corpuſculum meū defer. Hoc autē beatus Paulus rogauit, non quod magnopere curaret
utrum tectū putreſceret cadauer, an nudum (quippe qui tanto temporis ſpacio, cōtextis
palmarū folijs ueſtiebatur) ſed ut à ſe recedenti mœror ſuæ mortis leuaretur. Stupefactus
ergo Antonius, quod de Athanaſio & pallio eius audierat, quaſi Chriſtū in Paulo uidēs,
& in pectore eius deum uenerās, ultra reſpondere nihil auſus eſt: ſed cū ſilētio lachrymās,
oſculatis eius oculis manibusq;, ad monaſteriū quod poſtea à Saracenis occupatum eſt,
regrediebatur. Neq; uero greſſus ſequebātur animū. Sed quamuis corpus inane ieiunijs,
ſeniles etiam anni fregerant, tamē animò uincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus
ad habitaculum ſuū confecto itinere peruenit. Cui cum duo diſcipuli, qui ei longo iam tē-
pore miniſtrare cōſueuerant, occurriſſent, dicētes: Vbi tamdiu moratus es pater? Reſpon
dit: Væ mihi peccatori, qui falſi monachi nomen fero. Vidi Heliam, uidi Ioānē in deſerto,
& uere uidi Paulum in paradiſo. Et ſic ore compreſſo, manu uerberans pectus, ex cellula
pallium protulit. Rogantibusq; diſcipulis, ut plenius quidnā rei eſſet exponeret, ait: Tem
pus tacendi, & tempus loquēdi. Tunc egreſſus foras, & ne modicū quidē cibi ſumens per
uiam qua uenerat regreſſus eſt, illum ſitiens, illū uidere deſiderās, illū oculis ac mente con-
templans. Timebat enim quod euenit, ne ſe abſente Chriſto debitum ſpiritum redderet.
Cumq; iam dies alia illuxiſſet, & triū horarū ſpatio uiā remeauiſſet, uidit inter angelorum

choros,

A choros,inter prophetarum & apoſtolorum populos,niueo candore Paulum fulgẽtem in ſublime conſcẽdere. Et ſtatim in faciem ſuam procidens,ſabulum capiti ſuperiaciebat:plo ransq́; & eiulans,aiebat:Cur me Paule dimittis? Cur inſalutatus abis? Tam tarde notus, tam cito recedis? Referebat poſtea beatus Antonius tanta ſe uelocitate, quod reliquũ erat uiæ cucurriſſe,ut inſtar auis peruolaſſet:nec immerito:Nam introgreſſus ſpelũcam, uidit genubus cõplicatis,erecta ceruice,extenſisq́; in altũ manibus,corpus exanime. Ac primũ & ipſe uiuere eum credẽs,pariter orabat. Poſtq̃ uero nulla (ut ſolebat) ſuſpiria precantis audiuit,in flebile oſculũ ruens,intellexit quod etiã cadauer ſancti,deũ (cui omnia uiuunt) officioſo geſtu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoq; & pſalmos de Chriſtiana traditione decantãs,cõtriſtabatur Antonius, quod ſarculum quo terram foderet nõ haberet:fluctuansq́; uario mẽtis æſtu,& ſecum multa reputãs,dicebat: Si ad monaſterium reuertar,tridui iter eſt:ſi hic maneam,nihil ultra proficiam. Moriar ergo,ut dignum eſt,iuxta bellatorem tuũ Chriſte ruens extremũ halitum fundam. Talia eo animo uoluente,ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes, uolantibus per colla iubis,ferebantur:quibus aſpectis exhorruit. Rurſusq́; ad deum referens mentẽ, quaſi columbas uideret,manſit intrepidus. Et illi quidẽ directo curſu,ad cadauer beati ſenis ſubſtiterunt:adulantibusq́; caudis circa eius pedes accubuere,fremitu ingenti rugiẽtes:prorſus ut intelligeret eos plangere,quomodo poterãt. Deinde haud procul cœperunt humũ pedibus ſcalpere:arenamq́; certatim egerentes,unius hominis capacem locum foderunt. Ac ſtatim quaſi mercedem pro opere poſtulantes,cum motu aurium ceruice reiecta, ad Antonium perrexerunt,manus eius pedesq́; lingentes. At ille animaduertit benedictionẽ eos à ſe precari. Nec mora,in laudationem Chriſti effuſus,quod muta quoq; animalia deũ eſſe
B ſentirent,ait:Domine,ſine cuius nutu nec folium arboris defluit,nec unus paſſerũ ad terram cadit,da illis ſicut tu ſcis. Et manu annuẽs eis,ut abirẽt imperauit. Cumq́; illi receſſiſſent,ſancti corporis onere ſeniles curuauit humeros. Et depoſito eo in foſſam, deſuper humum congregans tumulum ex more compoſuit. Poſtq̃ aũt alia dies illuxit, ne quid pius hæres ex inteſtati bonis nõ poſſideret,tunicam eius ſibi uendicauit,quem in ſportarũ modum de palmæ folijs ipſe ſibi contexuerat. Ac ſic ad monaſterium reuerſus,diſcipulis cuncta ex ordine replicauit,diebusq́; ſolennibus Paſchæ & Pentecoſtes ſemper Pauli tunica ueſtitus eſt. Libet in fine opuſculi eos interrogare,qui ſua patrimonia ignorãt, qui domos marmoribus ueſtiunt,qui uno filo uillarum inſuunt prædia:huic ſeni nudo quid unquã defuit? Vos gemma bibitis,ille naturæ concauis manibus ſatisfecit. Vos in tunicis aurum texitis,ille ne uiliſſimum quidem indumentum habuit mancipij ueſtri. Sed econtrario illi quidem pauperculo paradiſus patet,uos auratos gehenna ſuſcipiet. Ille ueſtem Chriſti,nudus licet,tamen ſeruauit:uos ueſtiti ſericis,indumentum Chriſti perdidiſtis. Paulus uiliſſimo puluere coopertus iacet reſurrecturus in gloriam:uos operoſa ſaxi ſepulchra premũt cum ueſtis opibus arſuros. Parcite quæſo uobis:parcite ſaltẽ diuitijs quas amatis. Cur & mortuos ueſtros auratis obuoluitis ueſtibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasq́; non ceſſat? An cadauera diuitum niſi in ſerico putreſcere neſciunt? Obſecro quicũq; hæc legis, ut Hieronymi peccatoris memineris:cui ſi dominus optionem daret,multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius,quàm regum purpuram cum pœnis ſuis.

## SCHOLIA.

1 AMathas uero &.) Tres celebrantur Antonij diſcipuli:Sarmata,Amathas, & Macarius:quorum Sarmata à Saracenis incurſantibus fuit interemptus. Quid nõ mortalia pectora cogis &c.) Carmen eſt ex Aeneide Maronis. Inſtabat crudelitas.) Nam religionis prætextu ſæuiebant in Chriſtianos,& impij uocabantur, apud quos ſolos erat pietas. Furtiuæ monetæ.) Ad eundem uſum paratum fuiſſe putarim,quod hodie Cumis oſtenditur antrum Sibyllæ. Olim ſignatæ uiſebantur.) Nonnulli codices pro uiſebantur ſcriptum habebant,cudebantur. Igitur adamato,) Feſtiuiter dixit adamato,cum ſentiat eum loco delectatum. Cibum & ueſtimentum.)

C Nam fructum habet iucundiſſimum,quem palmulas,alij dactylos uocant. Et arbor eſt hirſuta frondi-
2 bus. Quinqꝫ carycis.) Ficos ſiccos carycas uocant:etiam ſi poſtea Græci carycas uocare cœperunt ci- j
bi genus ex contuſis carnibus confectum. Hippocentaurum.) Superne homines ſunt,inferne equi:
unde nomen inditum ἵππος equus, κέντρω ſtimulare. Plinius teſtatur huiuſmodi monſtrum Romam
aliquoties allatum ſpectaculi gratia. Nonnulli codices habebant, onocentaurum: nonnulli centau-
rum. Frangens potius.) Id eſt,fragore quodam promens. Inter horrentia ora.) Hic locus habe-
batur diuerſus in exemplaribus,nec ulla lectio mihi faciebat ſatis. Offenſo in lapidem pede.) Sic
enim legendum arbitror,cum hic locus uarie deprauatus haberetur. Talia perſtabat.) Vt libenter
diuus Hieronymus inſerit uerſus Vergilianos. Ex inteſtati bonis.) Iocatur quod Paulus utpote
pauperculus,inteſtatus deceſſerit,hoc eſt, non condito teſtamento. Qui ſua patrimonia.) Pauperis
eſt numerare pecus,ut inquit Ouidius.Et iuxta Flaccum,exilis domus eſt,ubi non & multa ſuperſunt:
& fallunt dominos & proſunt furibus. Qui uno filo.) De margarito gemma ſentit,quod unico filo
inſuitur ueſti,& tamen precium eſt multorum prædiorum.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulus & Hilarion diuerſo uitæ genere parem aſſequuti ſunt laudem. Ille per omnem uitam latita-
uit,hoc ipſo notiſſimus,quod nulli notus fuerit.Hic dum huc & illuc diſcurrens fugitat famã,quo ma-
gis fugit hominum noticiam,hoc magis innotuit omnibus.

## VITA SANCTI HILARIONIS.

SCripturus uitam beati Hilarionis,habitatorem eius inuoco ſpiritum ſanctum:
ut qui illi uirtutes largitus eſt,mihi ad narrandas eas ſermonem tribuat,ut fa-
1 cta dictis exæquentur. Eorum enim qui fecere uirtutes (ut ait Criſpus) tanta
habentur merita,quantum ea uerbis potuere attollere præclara ingenia. Ale-
xander Magnus Macedo,quem uel arietem, uel pardum, uel hircum caprarum Daniel
uocat:cum ad Achillis tumulum perueniſſet; Felicem te, ait,iuuenis, qui magno fruaris
præcone meritorum,Homerum uidelicet ſignificans.Porrò mihi tanti ac talis uiri cõuer-
ſatio,uitaqꝫ diceda eſt:ut Homerus quoqꝫ ſi adeſſet,uel inuideret materiæ,uel ſuccũberet.
2 Quanqꝫ enim ſanctus Epiphanius Salaminæ Cypri epiſcopus, qui cum Hilarione pluri-
D mum uerſatus eſt,laudem eius breui epiſtola ſcripſerit,quæ uulgò legitur:tamen aliud eſt B
locis cõmunibus laudare defunctum,aliud defuncti proprias narrare uirtutes. Vnde &
nos fauore magis illius quàm iniuria,cœptum ab eo opus aggredientes,maledicorum uo-
ces contemnimus:qui olim detrahentes Paulo meo,nunc fortè detrahẽt & Hilarioni:illũ
ſolitudinis calumniati,huic obijcientes frequentiam:ut qui ſemper latuit, non fuiſſe:qui à
multis uiſus eſt,uilis exiſtimetur.Fecerunt hoc & maiores eorum quondam phariſæi,qui-
bus nec Ioannis eremus ac ieiunium,nec domini ſaluatoris turbæ cibi potuſqꝫ placuere.
Verum deſtinato operi imponam manum,& Scyllæos canes obturata aure trãſibo. Hi- 4
larion ortus uico Thabatha,qui circiter quinqꝫ milia à Gaza urbe Palæſtinæ ad auſtrum
ſitus eſt:cum haberet parentes idolis deditos, roſa (ut dicitur) de ſpinis floruit. A quibus
miſſus Alexandriam,grammatico traditus eſt:ibiqꝫ quantum illa patiebatur ætas,magna
ingenij & morum documẽta præbuit,in breui charus omnibus & loquendi arte gnarus.
3 Quodqꝫ his maius eſt omnibus,credens in dominum Ieſum,non Circi furoribus,nõ are-
næ ſanguine,non theatri luxuria delectabatur,ſed tota illi uoluntas in eccleſiæ erat cõgre-
gatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij,quod per omnes Aegypti popu-
los ferebatur,incenſus uiſendi eius ſtudio,perrexit ad eremum.Et ſtatim ut eum uidit,mu-
tato priſtino habitu,duobus ferè menſibus iuxta eum manſit, contemplans ordinem ui-
tæ eius,morumqꝫ grauitatem.Quàm creber in oratione, quàm humilis in ſuſcipiẽdis fra-
tribus,ſeuerus in corripiendis,alacer in exhortandis eſſet: & ut continentiam cibiqꝫ eius
aſperitatem nulla unquam infirmitas frangeret.Porrò frequentiam eorum, qui ad eũ ob
uarias paſſiones aut impetus dæmonum concurrebant, ultra non ferens:nec congruum
eſſe ducens,pati in eremo populos ciuitatum:ſicqꝫ ſibi magis incipiendum eſſe, ut cœpiſ-
ſet Antonius,illum quaſi uirum fortem uictoriæ præmia accipere,ſe necdum militare cœ-
piſſe,reuerſus eſt cum quibuſdam monachis ad patriam:& parẽtibus iam defunctis,par-
tem

A tem ſubſtantiæ fratribus, partem pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omnino reſeruans, & timēs illud de Actibus apoſtolorū, Ananiæ & Sapphiræ uel exemplum, uel ſupplicium, maximeq́ dominici memor, dicētis: Qui nō renūciauerit omnibus quæ habet, nō poteſt meus eſſe diſcipulus (erat aūt tūc annorum quindecim) ſic nudus & armatus in Chriſto, ſolitudinem quæ in ſeptimo miliario à Maioma Gazæ emporio per littus euntibus Aegyptum ad leuam flectitur, ingreſſus eſt. Cumq́ eſſent cruēta latrocinijs loca, & propinqui amiciq́ eius imminēs periculum denūciarent: contempſit mortem, ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animum: mirabātur ætatem, niſi quod flamma quædam pectoris, & ſcintillæ fidei in oculis relucebant. Lenes erāt genæ, delicatū corpus & tenue, & ad omnē iniuriā impatiens: quod leui uel frigore, uel æſtu poſſet affligi. Igitur ſacco tātum membra coopertus, & pelliceum habēs ependyten, quem illi beatus Antonius proficiſcēti dederat, ſagumq́ ruſticum inter mare & paludē, uaſta et terribili ſolitudine fruebatur, quindecim tantum carycas poſt ſolis occaſum comedēs. Et quia regio latrocinijs infamis erat, nunquam in eodē loco manſitans. Quid faceret diabolus? quò ſe uerteret? Qui gloriabatur ante, dicens: In cœlum aſcendam: ſuper ſydera cœli ponam thronū meum, & ero ſimilis altiſſimo: cernebat ſe uinci à puero, & prius ab eo calcatū fuiſſe, quàm per ætatē calcare potuiſſet. Titillabat itaq́ ſenſus eius, & pubeſcenti corpori ſolita uoluptatum incēdia ſuggerebat. Cogebatur tyrunculus Chriſti cogitare quod neſciebat: & eius rei animo pompā uoluere, cuius experimēta non nouerat. Iratus itaq́ ſibi, & pectus pugnis uerberās, quaſi cogitationes cæde manus poſſet excludere: Ego, inquit, aſelle faciam, ut nō calcitres: nec te hordeo alam, ſed paleis. Fame te conficiam & ſiti: graui onerabo pondere: per æſtus indagabo & frigora, ut cibum potius quàm laſciuiam cogites. Herbarum ergo ſucco & paucis carycis poſt triduū uel quadriduum deficientem animam ſuſtentabat, orans frequēter &
B pſallens, & raſtro humū fodiēs: ut ieiuniorum laborem labor operis duplicaret. Simulq́ fiſcellas iunco texens, æmulabatur Aegyptiorū monachorū diſciplinam, & Apoſtoli ſententiam, dicētis: Qui autē non operatur, non manducet: ſic attenuatus, & intantum exeſo corpore, ut oſſibus uix hæreret. Quadam nocte cœpit infantū audire uagitus, balatus pecorum, mugitus boum, plāctū quaſi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rurſus uariarū portēta uocum, ut ante ſonitu q̃ aſpectu territus cederet. Intellexit dæmonum ludibria: & prouolutus genibus, Chriſti crucē ſignauit in fronte: taliq́ armatus caſſide, & lorica fidei circūdatus, iacens fortius præliabat: amodo uidere deſiderās, quos horrebat audire, & ſolicitis oculis huc illucq́ circūſpiciens. Cum interim ex improuiſo, ſplendente luna, cernit rhedam feruētibus equis ſuper ſe irruere: cumq́ inclamaſſet Ieſum, ante oculos eius repētino terræ hiatu pompa omnis abſorpta eſt. Tunc ille ait: Equū & aſcēſorem proiecit in mare. Et, hi in curribus, & hi in equis, nos aūt in nomine dei noſtri magnificabimur. Multæ ſunt tētationes eius, & die noctuq́ uariæ dæmonū inſidiæ: quas ſi omnes narrare uelim, modū excedā uoluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubāti, quoties eſurienti largiſſimæ apparuere dapes? Interdū orantē, lupus ululās & uulpecula ganniēs tranſiliuit, pſallentiq́ gladiatorū pugna ſpectaculū præbuit, & unus quaſi interfectus, & ante pedes eius corruēs, ſepulturā rogauit. Orauit ſemel fixo in terram capite: et ut natura fert hominū, abducta ab oratione mens, neſcio quid aliud cogitabat: inſilijt dorſo eius feſtinus gladiator: & latera calcibus, ceruicem flagello uerberans: Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansq́ deſuper, cum defeciſſet, an hordeum uellet accipere, ſciſcitabatur. Igitur à ſextodecimo uſq́ ad uiceſimū ſuæ ætatis annū, æſtus & pluuias breui tuguriūculo declinauit, qđ iunco & carice texerat. Extructa deinceps breui cellula, quę uſq́ hodie p̄manet, latitudine pedū quatuor, altitudine pedū q̄nq́, hoc eſt ſtatura ſua humiliore, porrò lōgitudine paulò ampliore, q̃ eius corpuſculū patiebatur, ut ſepulchrū potius quàm domū crederes: capillum ſemel in anno die Paſchæ totondit: ſuper nudam humum ſtratumq́

x 3 iunceum

C iunceum uſq; ad mortem cubitauit. Saccum quo ſemel fuerat indutus, nũquam lauans: & ſuperfluum eſſe dicens, mundicitias in cilicio quærere. Nec mutauit alteram tunicam, niſi cum prior penitus ſciſſa eſſet. Scripturas quoq; ſanctas memoriter tenens, poſt orationes & pſalmos quaſi deo præſente recitabat. Et quia longũ eſt per diuerſa tẽpora carptim aſcẽſum eius edicere, comprehendam breuiter, ante lectoris oculos uitam eius pariter exponens, & deinceps ad narrandi ordinem regrediar. Viceſimoprimo anno uſq; ad uiceſimumſeptimum, tribus annis dimidium lentis ſextarium madefactum aqua frigida comedit, & alijs tribus panem aridum cum ſale & aqua. Porrò à uigeſimoſeptimo uſq; ad triceſimum, herbis agreſtibus, & uirgultorum quorũdam radicimus crudis ſuſtentatus eſt. A triceſimo autem primo uſq; ad triceſimumquintum, ſex uncias hordeacei panis, & coctũ modice holus abſq; oleo in cibo habuit. Sentiẽs autem caligare oculos ſuos, & totum corpus impetigine & pumicea quadam ſcabredine contrahi, ad ſuperiorem uictum adiecit oleum: & uſq; ad ſexageſimum tertium uitæ ſuæ annum hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinſecus aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei guſtãs. Inde cum ſe uideret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem: à ſexageſimoquarto anno uſq; ad octogeſimum pane abſtinuit, incredibili feruore mẽtis: ut eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem domini, quo cæteri ſolent remiſſius uiuere. Fiebant autem ei de farina & cõminuto holere ſorbitiunculæ, cibo & potu uix quinq; uncias appendentibus: ſicq; complens ordinem uitæ, nunquam ante ſolis occaſum, nec in diebus feſtis, nec in grauiſſima ualetudine ſoluit ieiunium. Sed iam tempus eſt ut ad ordinem reuertamur. A

Cum habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decẽ & octo, latrones ad eum nocte uenerunt, uel exiſtimantes habere aliquid quod tollerent, uel in contemptum ſui reputantes fieri, ſi puer ſolitarius eorum impetus non pertimeſceret. Itaq; inter mare & paludẽ à ueſpere uſq; ad ſolis ortum diſcurrentes, nũquam locum eius cubiculi inuenire potuerunt. *Aut, cubilis.* B

D Porrò clara luce reperto puero, quaſi per iocum: Quid, inquiunt, faceres, ſi latrones ad te uenirent? Quibus ille reſpõdit: Nudus latrones nõ timet. Et illi: Certe, aiunt, occidi potes. Poſſum, inquit, poſſum: & ideo latrones nõ timeo, quia mori paratus ſum. Tũc admirati conſtantiam eius & fidem, confeſſi ſunt noctis errorem, cæcatosq; oculos, correctiorẽ deinceps uitam pollicentes. Viginti & duos iam in ſolitudine habebat annos, fama tantũ notus omnibus, & per totas Palæſtinæ uulgatas urbes: cum interim mulier quædã Eleutheropolitana cernẽs deſpectui ſe haberi à uiro ob ſterilitatem (iam enim per annos quindecim nullos coniugij fructus dederat) prima irrumpere auſa eſt ad beatũ Hilarionem: & nihil tale ſuſpicanti, repente genibus eius aduoluta: Ignoſce, inquit, audaciæ: ignoſce neceſſitati meæ. Quid auertis oculos? quid rogantem fugis? Noli mulierem aſpicere, ſed miſeram. Hic ſexus genuit ſaluatorem. Non habent ſani opus medico, ſed qui male habent. Tãdem ſubſtitit, & poſt tantum temporis uiſa muliere, interrogauit cauſam aduẽtus eius ac fletuum. Et poſtquàm didicit, leuatis ad cœlum oculis, fidere iuſſit: euntemq; lachrymis proſequutus, exacto anno uidit cum filio. Hoc ſignorum eius principium, maius aliud ſignum nobilitauit. Ariſtæneta Helpidij, qui poſtea præfectus prætorio fuit, uxor, ualde nobilis inter ſuos, & inter Chriſtianos nobilior: reuertens cum marito & tribus liberis à beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata eſt. Ibi enim ſiue ob corruptum aërem, ſiue (ut poſtea claruit) propter gloriam Hilarionis ſerui dei, hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis deſperati ſunt. Iacebat ululans mater, & quaſi inter tria filiorum diſcurrens cadauera, quem prius plangeret, neſciebat. Cognito autẽ quod eſſet quidam monachus in uicina ſolitudine, oblita matronalis pompæ, tantum ſe matrem nouerat, uadit comitata ancillulis & eunuchis: uixq; à uiro perſuaſum eſt, ut aſello ſedens pergeret. Ad quem cum perueniſſet: Per ego te, ait, Ieſum clementiſſimum deum noſtrum obteſtor, per crucem & ſanguinem, ut reddas mihi treis filios, & glorificetur in urbe gẽti-

lium

A 5 lium nomen domini ſaluatoris,& ingrediatur ſeruus eius Gazam,& Marnas corruat. Re-
nuente illo & dicente,nunquam ſe egreſſurum de cella:nec habere conſuetudinem, ut nō
modo ciuitatem,ſed ne uillulam quidem ingrederetur: proſtrauit ſe humi crebro clami-
tans:Hilarion ſerue Chriſti,redde mihi liberos meos.Quos Antonius tenuit in Aegypto,
à te ſeruentur in Syria.Flebant cuncti qui aderant,ſed & ipſe negans fleuit. Quid multa?
Non prius mulier receſſit,quàm ille pollicitus eſt ſe poſt ſolis occaſum Gazam introitu-
rum. Quò poſtq; uenit,ſingulorum lectulos & arentia membra conſiderās, inuocauit Ie-
ſum.Et ô mira uirtus,quaſi de tribus fontibus ſudor pariter erupit:eadem hora acceperūt
cibos,lugentemq; matrem cognoſcentes,& benedicentes deum, ſancti manus deoſculati
ſunt.Quod poſtquàm auditum eſt,& lōge lateq; percrebuit,certatim ad eum de Syria &
Aegypto confluebant:ita ut multi crederent in Chriſtum,& ſe monachos profiterentur.
Necdum enim tunc monaſteria erant in Palæſtina, nec quiſquam monachum ante ſan-
ctum Hilarionem in Syria nouerat.Ille fundator & eruditor huius conuerſationis & ſtu-
dij in hac prouincia fuit.Habebat dominus Ieſus in Aegypto ſenem Antoniū:habebat in
Palæſtina Hilarionē iuniorem. Facidia uicus eſt Rhinocoruræ urbis Aegypti. De hoc
(ſunt decem iam anni)cæca mulier adducta eſt ad beatum Hilarionem:oblataq; ei à fratri
bus (iam enim multi cum eo monachi erant) omnem ſe ſubſtantiam expendiſſe ait in me-
dicos.Cui reſpōdit:Si quæ in medicis perdidiſti dediſſes pauperibus,curaſſet te uerus me
dicus Ieſus.Clamante autem illa,& miſericordiam deprecante,expuit in oculos eius: ſta-
timq; ſaluatoris exemplum uirtus eadem proſequuta eſt. Auriga quoque Gazenſis in
curru percuſſus à dæmone,totus obriguit:ita ut nec manum agitare, nec ceruicem poſſit
reflectere.Delatus ergo in lecto,cum ſolam linguam moueret ad preces, audit non prius
poſſe ſanari,quàm crederet in Ieſum:& ſe ſponderet arti priſtinæ renunciaturum. Credi-
B dit,ſpopōdit,ſanatus eſt:magiſq; de animæ quàm de corporis ſalute exultauit. Præterea
fortiſſimus iuuenis nomine Marſitas de territorio Hieroſolymæ, tātum ſibi applaudebat
in uiribus,ut quindecim frumenti modios diu longeq; portaret:& hanc haberet palmam
fortitudinis ſuæ,ſi aſinos uinceret.Hic afflictus peſſimo dæmone,non catenas,non com-
pedes,non clauſtra oſtiorum integra patiebatur:multorū naſum & aures morſibus am-
putauerat:horum pedes,illorum gulam fregerat.Tantumq; terrorem omnibus incuſſe-
rat, ut oneratus catenis & funibus, in diuerſa nitentium, quaſi ferociſſimus taurus ad
monaſterium pertraheretur: quem poſtquàm fratres uidēre,perterriti, (erat enim miræ
magnitudinis) nunciauerūt patri.Ille ſicut ſedebat,iuſſit eum ad ſe pertrahi & dimitti. So-
lutoq;:Inclina,ait,caput & ueni.Tremere ille,& ceruicem flectere,nec aſpicere contra au-
ſus:omniq; ferocitate depoſita,pedes cœpit ſedentis lambere.Adiuratus itaq; dæmon,&
tortus qui iuuenem poſſederat,ſeptima die egreſſus eſt. Sed nec illud tacendū eſt,quod
Orionus,uir primarius & ditiſſimus urbis Ailæ,quæ mari rubro imminet,à legione poſ-
ſeſſus dæmonum,ad eum adductus eſt.Manus,ceruix,latera,pedes ferro onerati erāt:fu-
rorisq; ſæuitiam torui oculi minabantur.Cumq; deambularet ſanctus cum fratribus,&
de ſcripturis neſcio quid interpretaretur,erupit ille de manibus ſe tenētium: & amplexus
eum poſt tergum,in ſublime leuauit.Clamor ortus ab omnibus:timebant enim ne confe
cta ieiunijs membra collideret.Et ſanctus arridens:Sinite,inquit,& mihi meū palæſtritam
dimittite.Ac ſic reflexa ſuper humeros manu,caput eius tetigit: apprehenſoq; crine, ante
pedes adduxit:ſtringens è regione ambas manus eius,& plantas utroque calcās pede: ſi-
mulq; ingeminans,torquere dæmonum turba. Cumq; ille eiularet,& reflexa ceruice ter
ram uertice tāgeret:Domine,inquit,Ieſu:ſolue miſerum,ſolue captiuum. Vt unum, ita &
plures uincere tuum eſt.Rem loquor inauditā:ex uno hominis ore diuerſæ uoces,& qua-
ſi confuſus populi clamor audiebatur.Curatus itaque & hic non poſt multum temporis,
cum uxore & liberis uenit ad monaſterium: plurima, quaſi gratiam redditurus, dona

C afferens. Cui ſanctus: Non legiſti, inquit, quid Giezi, quid Simon paſſi ſint: quorum alter
accepit preciū, alter obtulit: ut ille uẽderet gratiam ſpiritus ſancti, hic mercaretur? Cumq;
Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus, reſpōdit: Tu melius potes tua diſtribue-
re, qui per urbes ambulas, & noſti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetā? Mul
tis nomē pauperū, occaſio auariciæ eſt: miſericordia uero artem non habet. Nemo melius
erogat, quàm qui ſibi nihil reſeruat. Triſti autē & in terra iacenti: Noli, inquit, cōtriſtari fi-
li, quod facio pro me, & pro te facio. Si ēm̄ hæc accepero, & ego offendā deum, & ad te le-
gio reuertetur. Quis uero poſſit ſilentio præterire, quod Gazanus Maramites haud lō
ge à monaſterio eius lapides ad ædificandū de ora maris cudens, totus paralyſi diſſolutus
& ab operis ſocijs delatus ad ſanctū, ſtatim ad opus reuerſus eſt? Etenim littus quod Palæ
6 ſtinæ Aegyptoq; prætenditur, per naturam molle, arenis in ſaxa dureſcẽtibus aſperatur,
paulatimq; cohæreſcens ſibi glarea, perdit tactum, cum non perdat aſpectum. Sed &
Italicus eiuſdem oppidi municeps Chriſtianus, aduerſum Gazenſem duumuirum, Mar-
næ idolo deditum, Circenſes equos nutriebat (hoc ſiquidē in Romanis urbibus iam inde
ſeruatur à Romulo) ut propter felicē Sabinarum raptum, ab ipſo quaſi cōſiliorum deo,
quadrigæ ſepteno currāt circumitu: & equos partis aduerſæ fregiſſe, uictoria ſit. Hic itaq;
æmulo ſuo habente maleficū, qui dæmoniacis quibuſdam imprecationibus huius impedi
ret equos, & illius incitaret ad curſum: uenit ad beatū Hilarionē, & nō tam aduerſariū læ-
di, quàm ſe defendi obſecrauit. Ineptū uiſum eſt uenerãdo ſeni, in huiuſcemodi nugis ora-
tionem perdere. Cumq; ſubrideret & diceret: Cur ēm̄ non magis equorum preciū pro ſa-
lute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille reſpōdit, functionē eſſe publicam: & hoc nō tam
ſe uelle, quàm cogi: nec poſſe hominē Chriſtianum uti magicis artibus, ſed à ſeruo Chriſti
potius auxiliū petere, maxime cōtra Gazenſes aduerſarios dei: & nō tam ſibi quàm eccle-
ſiæ Chriſti inſultātes. Rogatus ergo à fratribus qui aderāt, ſcyphū fictilē quo bibere cōſue
D uerat, aqua iuſſit impleri, eiq; tradi. Quem cum accepiſſet Italicus, & ſtabulum, & equos, B
& aurigas ſuos, rhedam, carcerumq; repagula aſperſit. Mira uulgi expectatio: nā & aduer
ſarius hoc ipſum irridens diffamauerat, & fautores Italici ſibi certam uictoriā pollicentes
exultabant. Igitur dato ſigno hi aduolant, iſti præpediunt. Sub horū curru rotæ feruent,
illi præteruolantium terga uix cernunt. Clamor fit uulgi nimius: ita ut ethnici quoq; ipſi
cōcreparēt, Marnas uictus à Chriſto eſt. Porrò furentes aduerſarij, Hilarionē maleficum
Chriſtianū ad ſuppliciū poſcere. Indubitata ergo uictoria, & illis, & multis retro Circenſi-
bus plurimis fidei occaſio fuit. Eiuſdē Gazenſis emporij, oppido uirginem dei uicinus
iuuenis deperibat. Qui cū frequẽter tactu, iocis, nutibus, ſibilis, & cæteris huiuſmodi, quæ
7 ſolent morituræ uirginitatis eſſe principia, nihil profeciſſet: perrexit Mēphim, ut confeſſo
uulnere ſuo, magicis artibus rediret armatus ad uirginē. Igitur poſt annum doctus ab Ae
ſculapij uatibus, nō remediantis animas, ſed perdẽtis: uenit præſumptū animo ſtuprū ge-
ſtiens, & ſubter limen domus puellæ tormẽta quædā uerborū, & portentoſas figuras ſcul
ptas in æris Cyprij lamina defodit. Ilico inſanire uirgo, et amictu capitis abiecto, rotare cri
nem, ſtridere dẽtibus, inclamare nomē adoleſcẽtis. Magnitudo quippe amoris ſe in furo-
rem uerterat. Perducta ergo à parẽtibus ad monaſterium, ſeni traditur: ululante ſtatim &
cōfitente dæmone, uim ſuſtinui, inuitus abductus ſum: quàm bene Memphis ſomnijs ho
mines deludebā. O cruces ô tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus ſubter limen
teneor. Non exeo, niſi me adoleſcẽs qui tenet, dimiſerit. Tūc ſenex: Grandis: ait, fortitudo
tua, qui licio & lamina ſtrictus teneris. Dic, quare auſus es ingredi puellā dei? Vt ſeruarē,
inquit, eam uirginē. Tu ſeruares proditor caſtitatis? Cur nō potius in eum qui te mittebat
es ingreſſus? Vt quid, reſpōdit, intrarē in eum, qui habebat collegam meū amoris dæmo-
8 nem? Noluit autē ſanctus anteq; purgaret uirginem, uel adoleſcentē, ſigna iubere perqui-
ri: ne aut ſolitis incãtationibus receſſiſſe dæmon uideretur, aut ipſe ſermoni eius accommo
daſſe

A daſſe fidem,aſſerens fallaces eſſe dæmones,& ad ſimulandū eſſe callidos:& magis reddita ſanitate increpuit uirginē,cur feciſſet talia,per quæ dæmon intrare potuiſſet. Nō ſolum autē in Palæſtina,& in uicinis urbibus Aegypti uel Syriæ,ſed etiā in longinquis prouincijs fama eius percrebuerat.Nanq; cādidatus Cōſtantij imperatoris rutilus coma,& candore corporis indicans prouinciā (inter Saxones quippe & Alemanos gens eius non tam lata quàm ualida,apud hiſtoricos Germania,nūc uero Frācia uocatur) antiquo, hoc eſt,ab infantia poſſeſſus à dæmone,qui noctibus eū ululare,ingemiſcere,fremere dētibus compellebat,ſecreto ab imperatore euectionē petijt,cauſam ei ſimpliciter indicans. Et acceptis ad conſularē quoq; Palæſtinæ literis,cū ingenti honore & comitatu Gazam deductus eſt.Qui cū à decurionibus illius loci quæſiſſet,ubi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenſes,& putantes eū ab imperatore miſſum, ad monaſterium adduxerunt, ut & honorem cōmendato exhiberent:& ſi quid ex præteritis iniurijs in Hilarionem eſſent offenſi,nouo officio deleretur.Deambulabat tūc ſenex in arenis mollibus,& ſecum de pſalmis neſcio quid ſubmurmurabat.Videnſq; tantā turbā uenientē, ſubſtitit. Et reſalutatis omnibus,manuq; eis benedicens:poſt horā cæteros abire præcepit, illū uero cum ſeruis ſuis & apparitoribus remanere.Ex oculis em̄ eius & uultu,cur ueniſſet agnouit.Statim ergo ad interrogationē ſuſpenſus homo,uix terrā pedibus tangens,& immane rugiens, Syro quo interrogatus fuerat ſermone,reſpondit:Videres de ore barbaro,& qui Francā tantum & Latinam linguam nouerat,Syra ad purum uerba reſonare:ut non ſtridor,nō aſpiratio,nō idioma aliquod Palæſtini deeſſet eloquij.Confeſſus eſt itaq;, quo in eū intraſſet ordine.Et ut interpretes eius intelligerent,qui Græcam tantum & Latinam linguam nouerant,Græce quoq; eum interrogauit.Quo ſimiliter & in uerba eadē reſpondente,multaſq; incantationum occaſiones,& neceſſitates magicarum artium obtendente: Non curo,ait, quomodo intraueris, ſed ut exeas in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti impero.

B Cumq; curatus eſſet,ſimplicitate ruſtica decem auri libras offerēs,hordeaceum ab eo panem accepit:audiēs quod qui tali cibo aleretur,aurum pro luto ducerent. Parum eſt de hominibus loqui,bruta quoq; animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur, in quibus Bactrum camelū enormis magnitudinis,qui iam multos obtriuerat,triginta & eo amplius uiri diſtentum ſolidiſſimis funibus cū clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, ſpumabat os,uolubilis lingua turgebat,& ſuper omnē terrorē rugitus perſonabat immanis.Iuſſit igitur eū dimitti ſenex.Statim uero & qui adduxerant,& qui cum ſene erāt,uſq; ad unum omnes defugere.Porrò ille ſolus perrexit obuiam,& ſermone Syro: Non me, inquit,terres diabole tanta mole corporis:& in uulpecula,et in camelo unus atq; idem es. Et interim porrecta ſtabat manu.Ad quem dum furens, & quaſi eum deuoratura belua perueniſſet,ſtatim corruit:ſubmiſſumq; caput terræ coæquauit,mirātibus cūctis qui aderant,poſt tantam ferociam tantā ſubito manſuetudinem.Docebat autem ſenex, hominū cauſa diabolum etiam iumenta corripere:& tanto eorum ardere odio,ut non ſolum ipſos ſed & ea quæ ipſorū eſſent,cuperet interire.Huiuſq; rei proponebat exemplum,quod antequam beatum Iob tentare permitteretur,omnem ſubſtantiam eius interfecerit. Nec mouere quempiā debere,quod domini iuſſione duo milia porcorū à dæmonibus interfecta ſunt.Siquidem eos qui uiderant,non potuiſſe eos aliter credere exiſſe de homine tantam dæmonum multitudinem,niſi grandis porcorum numerus,& quaſi à multis actus pariter corruiſſet. Tempus me deficiet,ſi uoluero uniuerſa ſigna,quę ab eo perpetrata ſunt, dicere.In tantā em̄ à domino fuerat eleuatus gloriam,ut beatus quoq; Antonius audiens cōuerſationē eius,ſcriberet ei,libenterq; eius epiſtolas ſumeret.Et ſi quādo de Syriæ partibus ad ſe languentes perrexiſſent,diceret eis:Quare uos tam longe uexare uoluiſtis,cū habeatis ibi filium meum Hilarionem?Exemplo itaq; eius per totam Palæſtinam innumerabilia monaſteria eſſe cœperunt,& omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille

C cernens,laudabat domini gratiã:& pro affectu animi ſingulos cohortabatur, dicẽs: Præ-
terire figurã huius mũdi:& illam eſſe ueram uitam,quæ uitæ præſentis emeretur incõmo
do. Volens autẽ exemplũ eis dare & humilitatis & officij,ſtatis diebus ante uindemiã
luſtrabat cellulas monachorũ.Quod poſtqꝫ cognitũ eſt à fratribus,omnes ad eum cõflue
bant:& comitati tali duce,circumibant monaſteria,habẽtes uiaticum ſuum : quia interdũ
uſqꝫ ad duo milia hominũ congregabantur.Sed & procedente tempore,unaquæqꝫ uillu-
la uicinis monachis ad ſuſceptionem ſanctorum gaudens,cibos offerebat.Quantum autẽ
fuerit in eo ſtudij,ut nullum fratrem quamuis humilem, quamuis pauperem præteriret,
uel illud indicio eſt,quod uadẽs in deſertũ Cades ad unũ de diſcipulis ſuis uiſendum , cũ
infinito agmine monachorũ peruenit Eluſam,eo fortè die,quo anniuerſaria ſolennitas o-
mnem oppidi populũ in templum Veneris congregauerat.Colunt autẽ illam ob Lucife-
rum,cuius cultui Saracenorũ natio dedita eſt.Sed & ipſum oppidũ ex magna parte ſemi-
barbarũ eſt propter loci ſitũ.Igitur audito quod ſanctus Hilarion præteriret (multos eñ
Saracenorũ arreptos à dæmone frequẽter curauerat) gregatim ei cum uxoribus & liberis
obuiã proceſſere,ſubmittẽtes colla,& uoce Syra Barach,id eſt,benedic inclamãtes. Quos
ille blãde humiliterqꝫ ſuſcipiẽs,obſecrabat ut deum magis quàm lapides colerent,ſimulqꝫ
ubertim flebat,cœlũ ſpectans,& pollicens ſi Chriſto crederẽt,ad eos ſe crebro eſſe uentu-
rum.Mira domini gratia,nõ prius abire paſſi ſunt,quàm futuræ eccleſiæ lineã mitteret:&
ſacerdos eorũ,ut erat coronatus,Chriſti ſigno denotaretur. Alio quoqꝫ anno cũ exitu-
rus eſſet ad uiſenda monaſteria,& digereret in ſchedula,apud quos manere,quos in trãſi-
tu uiſitare deberet:ſcientes monachi quendã de fratribus parciorẽ, ſimulqꝫ cupiẽtes uitio
eius mederi,rogabãt ut apud eũ maneret.Et ille:Quid,inquit,uultis & uobis iniuriam , &
fratri uexationẽ facere?Quod poſtqꝫ frater ille parcus audiuit,& annitẽtibus cunctis, uix
D ab inuito impetrauit,ut ſuũ quoqꝫ monaſteriũ in manſionũ ordinẽ poneret.Poſt diem er- B
go decimum uenerunt ad eum,cuſtodibus iam in uinea,qua uenirent illi diſpoſitis,qui cũ
lapidibus & glebarũ iactu,fundæqꝫ uertigine accedentes deterrerent, ſine eſu uuæ mane
omnes profecti ſunt,ridẽte ſene,& diſſimulãte ſcire quod euenerat.Porrò ſuſcepti ab alio
monacho,cui Sabas uocabulũ eſt (debemus quippe parci tacere uocabulũ, largi dicere)
quia dominicus erat dies,inuitabãtur ab eo uniuerſi in uineam, ut ante horã cibi uuarum
paſtu laborẽ uiæ ſubleuarent.Et ſanctus:Maledictus,ait,qui prius refectionem corporis
quàm animæ quæſierit.Oremus,pſallamus,reddamus domino officiũ , & ſic ad uineam
properabitis.Cõpleto itaqꝫ miniſterio,in ſublimi ſtans benedixit uineæ,& ſuas ad paſcen
dum dimiſit oues.Erant autẽ qui ueſcebantur,non minus tribus milibus . Cumqꝫ cẽtum
lagenis æſtimata fuiſſet integra adhuc uinea,poſt dies uiginti trecẽtas fecit.Porrò ille par
cus frater multo minus ſolito colligẽs,etiã id quod habuerat uerſum in acetũ ſero doluit.
Hoc multis fratribus ſenex ante futurũ dixerat. Deteſtabatur autẽ præcipue monachos
qui infidelitate quadã in futurum reſeruarent ſua:& diligentiã haberent,uel ſumptuũ,uel
ueſtitus,aut alicuius earũ rerum quæ cum ſeculo tranſeunt. Deniqꝫ unum de fratribus in
quinto ferè à ſe miliario manentẽ,quia comperiebat hortuli ſui nimis cautum timidumqꝫ
cuſtodẽ,& pauxillum habere nũmorũ,ab oculis abegerat.Qui uolens ſibi reconciliari ſe-
nẽ,frequẽter ueniebat ad fratres,& maxime ad Heſychiũ,quo ille uehemẽtiſſime delecta-
batur.Quadã igitur die ciceris faſcem uirẽtis,ſicut in herbis erat detulit.Quem cum Heſy
chius poſuiſſet in menſa ad ueſperum,exclamauit ſenex,ſe putorem eius ferre non poſſe,
ſimulqꝫ unde eſſet rogauit.Reſpondente autem Heſychio,quod frater quidam primitias
agelli ſui fratribus detuliſſet:Non ſentis,inquit,putorẽ teterrimũ,& in cicere fœtere auari
ciam?Mitte bubus,mitte brutis animalibus,& uide an comedãt.Quod cũ ille iuxta præ-
ceptum in præſepe poſuiſſet, exterriti boues,& plus ſolito mugiẽtes,ruptis uinculis in di
uerſa fugerunt.Habebat enim ſenex hanc gratiã,ut ex odore corporum ueſtiumqꝫ, & ea-
rum

A rum rerum quas quis tetigerat, ſciret cui dæmoni, uel cui uitio ſubiaceret. Igitur ſexageſimo tertio uitæ ſuæ anno cernẽs grãde monaſteriũ, & multitudinẽ fratrũ ſecũ habitãtiũ: turbasq; eorum qui diuerſis languoribus & immundis ſpiritibus occupatos ad ſe deducebant, ita ut omni genere hominũ ſolitudo per circumitũ repleretur, flebat quotidie, & incredibili deſiderio cõuerſationis antiquæ recordabat. Interrogatus à fratribus quid haberet cur ſe cõficeret, ait: Rurſum ad ſeculũ redij, & recepi mercedẽ meã in uita mea. En homines Palæſtinæ & uicinæ prouinciæ exiſtimãt me alicuius eſſe momenti, & ego ſub prætextu monaſterij ad diſpenſationẽ fratrum, uilem ſupellectilem habeo. Seruabatur autem à fratribus, maxime ab Heſychio: qui miro amore uenerationi ſenis deditus erat. Cumq; ita uixiſſet lugens bienniũ, Ariſtæneta illa, cuius ſupra fecimus mentionẽ, præfecti tũc uxor, ſed nihil de præfecti ambitu habens uenit ad eũ, uolens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens: Velle, ait, ipſe quoq; ire, ſi nõ carcere huius monaſterij clauſus tenerer, & ſi eundi fructus eſſet. Biduum eñ hodie eſt, quod totus mundus tali parente orbatus eſt. Credidit illa & ſubſtitit. Et poſt paucos dies ueniente nuncio, Antonij dormitionem audiuit.

Mirentur alij ſigna quæ fecit: mirentur incredibilẽ abſtinentiã, ſcientiam, humilitatem. Ego nihil ita ſtupeo, quàm gloriã illum & honorem calcare potuiſſe. Cõcurrebant epiſcopi, presbyteri, clericorũ & monachorũ greges, matronæ quoq; Chriſtianorum grandis tẽtatio, & hinc inde ex urbibus & agris uulgus ignobile: ſed & potẽtes uiri & iudices, ut benedictum ab eo panẽ uel oleum acciperent. At ille nihil aliud niſi ſolitudinẽ meditabatur, intantũ, ut quadã die proficiſci ſtatuerit: & adducto aſello (nimis quippe exeſus ieiunijs, uix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cũ percrebuiſſet, & quaſi uaſtitas & iuſtitium Palæſtinæ indiceretur, plus quàm decẽ milia hominum diuerſæ ætatis & ſexus ad retinendũ eum congregata ſunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas diſcutiens, lo-
B quebatur: Fallacẽ dominũ meum nõ faciam: non poſſum uidere ſubuerſas eccleſias, calcata Chriſti altaria, filiorũ meorũ ſanguinem. Vniuerſi autem qui aderant, intelligebãt reuelatum ei quiddã eſſe ſecreti, quod nollet cõfiteri: & nihilominus cuſtodiebant eũ, ne proficiſceretur. Decreuit ergo, publica omnes uoce cõteſtans, nõ cibi ſe, nõ potus quicquam ſumere, niſi dimitteretur. Et poſt ſeptẽ dies inediæ, tandẽ relaxatus, ac ualedicẽs plurimis, cũ infinito agmine proſequentium uenit Betilium: ubi perſuaſis turbis ut reuerterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberẽt uiaticũ, & poſſent ieiunantes ingredi, id eſt, poſt ſolis occaſum cibũ ſumere. Quinto igitur die uenit Peluſium, uiſitatisq; fratribus, q in uicina eremo erant, & in loco qui dicitur Lychnos morabãtur, perrexit poſt triduum ad caſtrum Theubatũ, ut uideret Dracontium epiſcopum & confeſſorẽ, qui ibi exulabat. Quo incredibiliter cõſolato tãti uiri præſentia, poſt aliud triduum multo Babylonẽ labore peruenit, ut uideret Philonem epiſcopum & ipſum cõfeſſorem. Cõſtantius enim rex Arianorum fauens hæreſi, utrunq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens poſt triduum, uenit ad oppidum Aphroditon: ubi conuento dyacono Baiſane, qui locatis camelis & dromedis, ob aquæ in eremo penuriam conſueuerat euntes ad Antonium ducere, cõfeſſus eſt fratribus inſtare diem dormitionis beati Antonij: & peruigilẽ noctem in ipſo quo defunctus fuerat loco, à ſe ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per uaſtam & horribilẽ ſolitudinem, tandem ad montẽ altiſſimum peruenerunt, repertis ibi duobus monachis, Iſaac & Peluſiano, quorũ Iſaac interpres Antonij fuerat. Et quia ſe præbet occaſio, & ad id loci uenimus, dignũ uidetur breui ſermone habitaculum tanti uiri deſcribere. Saxeus & ſublimis mons per mille circiter paſſus, ad radices ſuas aquas exprimit: quarũ alias arenæ ebibunt: aliæ ad inferiora delapſæ, paulatim riuum efficiunt: ſuper quẽ ex utraq; ripa palmæ innumerabiles, multũ loco & amœnitatis & commodi tribuunt. Videres ſenem huc atq; illuc cum diſcipulis beati Antonij diſcurrere. Hic aiebãt pſallere, hic orare, hic operari, hic feſſus reſidere ſolitus erat. Has uites, has arbuſculas ipſe plantauit: illam areolam ma-

nibus

C nibus ſuis ipſe cõpoſuit. Hanc piſcinam ad irrigandũ hortulum multo ſudore fabricatus eſt. Iſtum ſarculũ ad fodiendum terrã pluribus annis habuit. Iacebat in ſtratu eius, et quaſi calens adhuc cubile deoſculabatur. Erat autem cellula non plus menſuræ per quadrũ tenens, quàm homo dormiens extendi poterat. Præterea in ſublimi mõtis uertice, quaſi per cochleam aſcẽdentibus, arduæ ualde, duæ eiuſdẽ mẽſuræ cellulæ uiſebãtur: in quibus uenientium frequẽtiam, & diſcipulorum ſuorum contubernium fugiens moratus eſt. Verũ hæ in uiuo exciſæ ſaxo, oſtia tantũ addita habebant. Poſtꝙ autẽ ad hortulum uenerant: Videtis, inquit, Iſaac hoc pomarium arbuſculis conſitũ, & holeribus uirẽs. Ante hoc fermè triẽniũ cũ Onagrorũ grex uaſtaret, unum è ductoribus eorũ ſtare iuſſit, baculoq; tũdẽs latera: Quare, inquit, comeditis quod nõ ſeminaſtis? Et exinde acceptis aquis, ad quas potandas uentitabãt, nunꝙ eos nec arbuſculã, nec holera contigiſſe. Præterea rogabat ſenex, ut ſibi locũ tumuli eius oſtenderẽt. Qui cũ ſeorſum eum abduxiſſent, utrum mõſtrauerint nec ne, ignoratur. Cauſam occultandi iuxta præceptum Antonij fuiſſe referẽtes, ne Pergamus, qui in illis locis ditiſſimus erat, ſublato ad uillam ſuã ſancti corpore, martyriũ fabricaretur. Igitur reuerſus ad Aphroditon, duobus ſecũ tantũdem retentis fratribus, in uicina eremo moratus eſt: tanta abſtinẽtia & ſilentio, ut tũc primũ ſe cœpiſſe Chriſto ſeruire diceret. Porrò iam triẽniũ erat, quod clauſum cœlũ illas terras arefecerat: ut uulgo dicerent, Antonij mortẽ etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis, accolas quoq; illius loci: & certatim uirilis ac muliebris ſexus ora luridi, & attenuati fame, pluuias à ſeruo Chriſti, id eſt, à beati Antonij ſucceſſore deprecabantur. Quos ille cernẽs, mire doluit. Eleuatiſq; in cœlũ oculis, & utraſq; in ſublime erigẽs palmas, ſtatim impetrauit qđ rogauerãt. Ecce autẽ ſitiens arenoſaq; regio, poſtꝙ pluuijs irrorata eſt, tantã ſerpentũ & uenenatorũ animaliũ ex improuiſo ebulliuit multitudinẽ: ut percuſſi innumerabiles, niſi ad Hi-

D larionẽ cõcurriſſent, ſtatim interirent. Benedicto itaq; oleo uniuerſi agricolæ atq; paſtores tangentes uulnera, certam ſalutem reſumebant. Vidẽs etiam ibi ſe miris honoribus affici, perrexerit Alexandriã, inde ad ulteriorẽ Oſam eremũ tranſiturus. Et quia nunꝙ ex quo cœperat eſſe monachus, in urbibus mãſerat, diuertit ad quoſdã fratres ſibi notos in Brutio, haud procul ab Alexandria: qui cũ miro gaudio ſuſcepiſſent ſenem, & iam uicina nox eſſet, repẽte audiũt diſcipulos eius aſinũ ſternere, illũq; parare proficiſci. Itaq; aduoluti pedibus, rogabãt ne hoc faceret: & ante limen proſtrati, citius ſe mori, ꝙ tãto carere hoſpite teſtabantur. Quibus ille reſpõdit: idcirco abire feſtino, ne uobis moleſtiam generem. Certe ex poſterioribus cognoſcetis, nõ ſine cauſa me ſubito ambulaſſe. Igitur altera die Gazenſes cum lictoribus profecti (nam pridie eum ueniſſe cognouerant) intrantes monaſteriũ: cum illũ minime inueniſſent, inuicem loquebantur: Nonne uera ſunt quæ audiuimus? magus eſt, & futura cognoſcit. Vrbs autẽ Gaza, poſtꝙ profecto de Palæſtina Hilarione, Iulianus in imperiũ ſucceſſerat, deſtructo monaſterio eius, precibus ad imperatorẽ datis, & Hilarionis & Heſychij mortẽ impetrauerat: amboq; ut quærerentur, toto orbe ſcriptum erat. Egreſſus ergo de Brutio, per inuiã ſolitudinẽ intrauit Oſam; ibiq; anno plus minus exacto, quia illuc quoq; ſua fama præuenerat, quaſi iã in Oriẽte latere nõ poſſet: ubi multi illũ & opinione, et uultu nouerãt, ad ſolas nauigare inſulas cogitabat: ut quẽ terra uulgauerat, ſaltẽ maria cælarẽt. Eodẽ fermè tẽpore Hadrianus diſcipulus eius de Palæſtina ſuperuenit, dicẽs Iulianũ occiſum, Chriſtianũ imperatorẽ regnare cœpiſſe; reuerti eũ debere ad monaſterij ſui reliquias. Quod ille audiens deteſtatus eſt, & conducto camelo per uaſtam ſolitudinẽ, peruenit ad maritimã urbem Libyæ Paretoniũ: ubi Hadrianus infelix uolens Palæſtinã reuerti, & priſtinã ſub nomine magiſtri quærẽs gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum: cõuaſatis quæ à fratribus ei miſſa detulerat, neſciente illo profectus eſt. Super hoc quia alter locus referẽdi nõ eſt, hoc tantum dixerim in terrorem eorũ, qui magiſtros deſpiciunt, quod poſt aliquantulũ temporis computruerit morbo regio. Ha

bens

A bens igitur ſenex Gazanū ſecum, aſcendit claſſem, quæ Siciliam nauigabat. Cumq́; uenūdato euangeliorum codice, quem manu ſua adoleſcēs ſcripſerat, dare naulum diſponeret, in medio fermè Adriæ, naucleri filius arreptus à dæmone, clamare cœpit & dicere: Hilarion ſerue dei, cur nobis per te & in pelago tutos eſſe nō licet? Da mihi ſpatium donec ad terram ueniā, ne hic eiectus, præcipiter in abyſſum. Cui ille: Si deus meus, ait, tibi concedit ut maneas, mane. Sin aūt ille te eijcit, quid mihi inuidiā facis, homini peccatori atq; mendico? Hoc aūt dicebat, ne nautæ & negociatores qui in naui erāt, ſe, cū ad terrā perueniſſent, proderent. Nec multo poſt purgatus eſt puer, patre fidē dante, & cæteris qui aderāt, nulli

11 ſe ſuper eius nomine locuturos. Ingreſſus aūt Pachynum promontorium Siciliæ, obtulit nauclero euangelium pro ſubuectione ſua & Gazani. Qui nolens accipere, maxime cum uideret illos, excepto illo codice & his quibus ueſtiti erant, amplius nihil habere, ad extremum iurat ſe nō accepturum. Sed & ſenex acceſſus fiducia pauperis cōſciētiæ, in eo magis lętabatur, & quod nihil haberet ſeculi, & ab accolis illius loci medicus putaretur. Porrò recogitās ne negociatores de oriente uenietes ſe notū facerent, ad mediterranea fugit loca, id eſt, uiceſimo à mari miliario, ibiq́; in quodā deſerto agello, lignorū quotidie faſcem alligans, imponebat dorſo diſcipuli. Quo in proxima uilla uenūdato, & ſibi alimoniā, & his qui forte ad eos ueniebant, pauxillulum panis emebant. Sed uere iuxta quod ſcriptū eſt: Non poteſt ciuitas latere ſuper montē poſita. Scutarius quidā cum in Baſilica beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immundus ſpiritus. Ante paucos dies Siciliā ingreſſus eſt Hilarion ſeruus Chriſti, & nemo eum nouit, & putat ſe eſſe ſecretum, ego uadam & prodam illum. Statimq́; cū ſeruulis ſuis aſcenſa in portu naue, appulſus eſt Pachynum, & deducente ſe dæmone, ubi ante tugurium ſenis ſe proſtrauit, ilico curatus eſt. Hoc initium ſignorum eius in Sicilia, innumerabilē ad eum deinceps ægrotātium, ſed & religioſorum

B hominum adduxit multitudinem: intantum, ut de primoribus quidam tumēs morbo intercutis, eodem die quo ad eū uenerat, curatus ſit. Qui poſtea offerens ei infinita munera, audiuit dictū ſaluatoris ad diſcipulos: Gratis accepiſtis, gratis date. Dum hæc ita gerūtur in Sicilia, Heſychius diſcipulus eius, toto ſenem orbe quærebat, luſtrās littora, deſerta penetrans. Et hanc tantū habens fiduciā, quia ubicunq; eſſet, diu latere non poſſet. Tranſacto igitur iam triēnio, audiuit Methonæ à quodam Iudæo, uilia populis ſcruta uendēte, prophetam Chriſtianorū apparuiſſe in Sicilia, tanta miracula & ſigna facientem, ut de ueteribus ſanctis deputaretur. Interrogatus itaq; habitū eius, inceſſum & linguā, maximeq; ætatem, nihil dicere potuit. Ille enim qui referebat, famā ad ſe ueniſſe tātum hominis teſtabatur. Ingreſſus igitur Adriam, proſpero curſu uenit Pachynū, & in quadā curui littoris uillula, famam ſenis ſciſcitatus, conſona uoce omniū cognouit ubi eſſet, quid ageret, nihil in eo ita cunctis admirātibus, quàm quod poſt tanta ſigna atq; miracula, ne fragmen quidē panis à quoquam in illis locis accepiſſet. Et ne longum faciā, ſanctus uir Heſychius ad magiſtri genua prouolotus, plantaſq́; eius lachrymis rigans, tandē ab eo ſubleuatus, poſt bidui triduiq́; ſermonem audit à Gazano, nō poſſe ſenem iam illis habitare regionibus; ſed uelle ad barbaras quaſdā pergere nationes, ubi & nomen & ſermo ſuus incognitus foret.

Duxit itaq; illum ad Epidaurum Dalmatiæ oppidū, ubi paucis diebus in uicino agello manſitans, nō potuit abſcondi. Siquidem draco miræ magnitudinis, quos gētili ſermone boas uocant, ab eo quod tam grandes ſint, ut boues glutire ſoleant, omnem late uaſtabat prouinciam, & nō ſolū armēta & pecudes, ſed agricolas quoq; & paſtores tractos ad ſe ui ſpiritus abſorbebat. Cui cū pyram iuſſiſſet præparari, & oratione ad Chriſtū miſſa euocato populo, præcepiſſet ſtruem lignorum ſcādere, ignem ſuppoſuit. Tum itaq; cuncta ſpectante plebe, immanem beſtiam cōcremauit. Vnde æſtuans quid faceret: quò ſe uerteret, aliam parabat fugam, & ſolitarias terras mēte perluſtrans, mœrebat quod tacēte de ſe lingua, miracula loquerētur. Ea tempeſtate, terræ motu totius orbis, qui poſt Iuliani mortē

C accidit,maria egreſſa ſunt terminos ſuos,& quaſi rurſum deus diluuium minaretur,uel in
antiquũ chaos redirent omnia,naues ad prærupta de latere montiũ pependerunt.Quod
cum uiderent Epidauritani,fremẽtes fluctus & undarũ moles,& mõtes gurgitum littori-
bus inferri,uerentes quod iam eueniſſe cernebãt,ne oppidũ funditus ſubuerteretur ingreſ
ſi ſunt ad ſenem,& quaſi ad prælium proficiſcentes,poſuerunt eum in littore.Qui cũ tria
crucis ſigna pinxiſſet in ſabulo,manusq; contra tẽderet,incredibile dictu eſt in quantam
altitudinẽ intumeſcẽs mare ante eũ ſteterit:ac diu fremens,& quaſi ad obicem indignans,
paulatim in ſemetipſum relapſum eſt.Hoc Epidaurus & omnis illa regio uſq; hodie præ-
dicat,matresq; docẽt liberos ſuos ad memoriã in poſteros trãſmittendã. Vere illud quod
ad apoſtolos dictũ eſt;Si credideritis,dicetis huic monti,tranſi in mare, & fiet,etiam iuxta
literam impleri poteſt,ſi tamẽ quis habuerit apoſtolorum fidem & talem qualem illis ha-
bendã dominus imperauit.Quid enim intereſt,utrũ mons deſcendat in mare,an immenſi
undarum montes repente obriguerint,& ante ſenis tãtum pedes ſaxei ex alia parte molli-
ter fluxerint. Mirabatur om̃is ciuitas,& magnitudo ſigni Salonis quoq; percrebuerat.
Quod intelligens ſenex,in breui lembo clam nocte fugit,& inuẽta poſt biduum oneraria
naui,perrexit Cyprũ.Cumq; inter Maleã & Cytheram piratæ derelicta claſſe in littore,
quæ nõ antemna,ſed conto regitur,duobus haud paruis myoparonibus occurriſſent,&
denuo hincinde fluctus occurrerẽt,remiges omnes qui in naui erãt trepidare,flere,diſcur-
rere,præparare cõtos,& quaſi nõ ſufficeret unus nũcius,certatim ſeni piratas adeſſe dice-
bãt.Quos ille procul intuẽs ſubriſit.Et cõuerſus ad diſcipulos dixit;Modicæ,inquit,fidei
quare trepidatis?Nũquid plures ſunt hi q̃ Pharaonis exercitus?tamẽ omnes deo uolẽte
ſubmerſi ſunt.Loquebatur hic,& nihilominus ſpumãtibus roſtris,hoſtiles turmæ immi-
nebant,iactu tantũ lapidis medio.Stetit ergo in prora nauis,& porrecta contra uenientes
D manu:hucuſq;,ait,ueniſſe ſufficiat.O mira rerũ fides,ſtatim reſiluere nauiculæ,& impellẽ-
tibus cõtra remis,ad puppim impetus redit.Mirabãtur piratæ,poſt tergũ ſe redire nolẽ-
tes:totoq; corporis nixu,ut ad nauigiũ peruenirẽt laborãtes,uelocius multo quàm uene-
rant,ad littus ferebantur. Prætermitto cætera,ne uidear in narratione ſignorũ, uolumẽ
extendere.Hoc ſolũ dicã,quod inter Cycladas nauigans, hincinde clamãtium de urbibus
& uicis,& ad littora concurrentium,immundorum ſpirituum uoces audiebantur.Ingreſ-
ſus ergo Paphum urbem Cypri nobilẽ carminibus poëtarum,quæ frequẽter terræmotu
lapſa,nũc ruinarũ tantum ueſtigijs quid olim fuerit oſtendit,in ſecundo ab urbe miliario
habitabat ignobilis,gaudensq; quod paucis diebus quiete uiueret. Verum non ad plenũ
uiginti tranſiere dies,cum per omnem illam inſulam quicunq; immundos habebant ſpi-
ritus clamare cœperunt,ueniſſe Hilarionem ſeruum Chriſti:& ad eũ ſe debere properare.
13 Hoc Salamina,hoc Curium,hoc Lapetha,& urbes reliquæ cõclamabãt,pleriſq; aſſerenti-
bus ſcire ſe quidẽ Hilarionem,& uere illum eſſe famulum dei,ſed ubi eſſet ignorare: Intra
triginta igitur nec multo amplius dies,ducẽti fermè,tã uiri quàm mulieres,ad eum cõgre-
gati ſunt.Quos cũ uidiſſet,dolens quod ſe nõ paterentur quieſcere , & quodammodo in
ultionem ſui ſæuiens,tanta eos orationum inſtantia flagellauit:ut quidam ſtatim,alij poſt
biduum triduumúe,omnes uero intra unam hebdomadã curarentur. Manens itaque
ibi biennio,& ſemper de fuga cogitãs,Heſychium ad ſe ueris tẽpore reuerſurum, Palæſti-
nam ad ſalutationẽ fratrum & monaſterij ſui cineres uiſendos miſit.Qui cũ reuertiſſet, cu-
pienti rurſum ad Aegyptum nauigare,hoc eſt ad ea loca,quæ uocantur Bucolia, eo quod
nullus ibi Chriſtianorũ eſſet,ſed barbara tantum & ferox natio,ſuaſit ut in ipſa magis in-
ſula ad ſecretiorem locum conſcenderet.Quem cũ diu luſtrans omnia reperiſſet,perduxit
eũ duodecim milibus à mari procul inter ſecretos aſperosq; montes,& quo uix reptando
manibus genubusq; poſſet aſcendi.Qui introgreſſus,cõtemplatus quidẽ eſt terribilẽ ual-
de & remotum locum,arboribusq; hincinde circundatum,habẽtem etiã aquas de ſuper-
cilio

A cilio collis irriguas,& hortulũ peramœnum,& pomaria plurima, quorũ fructũ nunquã in cibo ſumpſit:ſed antiquiſſimi iuxta tẽpli ruinam,ex quo (ut ipſe referebat & eius diſcipuli teſtantur) tam innumerabiliũ per noctes & dies dæmonũ uoces reſonabant, ut exercitum crederes. Quo ille ualde delectatus, quo ſcilicet antagoniſtas haberet in proximo, habitauit ibi per annos quinq;,& ſæpe inuiſente ſe Heſychio,in hoc extremo iã uitæ ſuæ tẽpore refocillatus eſt,quod propter aſperitatẽ difficultatemq; loci & umbrarum (ut ferebatur uulgò) multitudinẽ,aut nullus,aut rarus ad ſe uel poſſet,uel auderet aſcẽdere. Quodam autẽ die egreſſus hortulũ,uidit hominẽ toto corpore paralyticũ iacentem ante fores. Interrogauitq; Heſychium quiſnã eſſet,uel quomodo fuiſſet adductus. Qui reſpondens ait:procuratorẽ ſe fuiſſe uillulæ,ad cuius cõfinia hortulus quoq; in quo ipſi erãt, pertineret. Et ille collachrymans tẽdensq; ad iacentẽ manum: Tibi,inquit, dico in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,ſurge & ambula. Mira uelocitas. Adhuc uerba in ore loquẽtis uoluebantur,& iam mẽbra ſolidata ad ſtandũ hominẽ ſurrigebãt. Quod poſtquã auditum eſt, etiam difficultatẽ loci,& iter inuium plurimorũ uicit neceſſitas. Nihil æque per circumitũ cunctis uillis obſeruãtibus,quàm ne quo modo elaberetur. Diſſeminauerat eñ hoc de eo rumor diu eum in eodẽ loco manere non poſſe. Quod ille nõ leuitate quadam,aut puerili ſenſu uictus faciebat,ſed honorem fugiens & importunitatem. Semper enim ſilentium & uitam ignobilẽ deſiderabat. Igitur octogeſimo ætatis ſuæ anno cũ abſens eſſet Heſychius:quaſi teſtamẽti uice breuẽ manu propria ſcripſit epiſtolam,omnes diuitias ſuas ei derelinquens. Euangeliũ ſcilicet,& tunicam ſacceam,cucullam & palliolũ. Nam miniſter eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaq; ad ægrotantem de Papho multi religioſi uiri: & maxime quod eum dixiſſe audierant,iam ſe ad dominum migraturum,& de corporis uinculis liberandũ. Sed & Conſtantia quædam ſancta fœmina, cuius generum & filiam de

B morte liberauerat unctione olei,quos omnes adiurauit,ut ne pũcto quidẽ horæ poſt mortem reſeruaretur,ſed ſtatim eum in eodẽ hortulo terra operirent,ſicut ueſtitus erat in tunica cilicina & cuculla,et ſago ruſtico. Iamq; modicus calor tepebat in corpore,nec præter ſenſum quicquã uiui hominis ſupererat,et tamẽ apertis oculis loquebatur: Egredere,quid times? egredere anima mea qd dubitas? Septuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times? In hæc uerba exhalauit ſpiritũ. Statimq; humo obrutũ, ante urbi ſepultũ,quã mortuum nunciauerũt. Quod poſtquã Palæſtinæ ſanctus uir audiuit Heſychius, perrexit ad Cyprum,& ſimulans ſe uelle habitare in eodẽ hortulo,ut diligẽtis cuſtodiæ ſuſpitionem accolis tolleret,cũ ingenti uitæ ſuæ periculo,poſt decẽ ferè menſes corpus eius furatus eſt. Quod Maioniam deferens,totis monachorũ & oppidorum turbis proſequentibus:in antiquo monaſterio cõdidit,illæſa tunica,cuculla & palliolo:et toto corpore quaſi adhuc uiueret,integro:tantisq; fragrãte odoribus,ut delibutũ unguẽtis putaretur. Nõ mihi uidetur in calce libri tacẽda Conſtãtiæ illius ſanctiſſimæ mulieris deuotio, quæ perlato ad ſe nuncio,quod corpuſculũ Hilarionis Palæſtinæ eſſet,ſtatim exanimata eſt,uerã in ſeruum dei dilectionem etiã morte comprobans. Erat enim ſolita peruigiles in ſepulchro eius nocteis ducere,& quaſi cũ præſente ad adiuuandas orationes ſuas ſermocionari. Cernas uſq; hodie miram inter Palæſtinos & Cyprios contentionẽ,his corpus Hilarionis, illis ſpiritum ſe habere certãtibus. Et tamẽ in utriuſq; locis magna quotidie ſigna fiunt, ſed magis in hortulo Cypri,forſitan quia plus illum locum dilexerit.

## SCHOLIA.

1 POtuere attollere.) Magni refert à quo pingaris, aut à quo tua uita literis prodatur. Vel arietem.) Ita legis Daniẽlis capite octauo: Etenim aries ſtabat ante paludem. Quanquam ex his arietibus alterum interpretatur Darium auunculum Cyri, alterum Darium quem deuicit Alexander Magnus. Vel pardum.) Pardum appellat Daniẽl cap. ſeptimo. Poſt hæc,inquiens,aſpiciebam,& ecce alia beſtia quaſi pardus,& alas habebat quatuor ſuper ſe, & quatuor ca

C tuor capita erant in beſtia. Porrò regem hunc alatum pardum facit, quod incredibili celeritate mun-
dum peragrauit. Cæterum per quatuor capita, quatuor intelligi uult duces, qui ſuppreſſerũt Alexã- 6
drum, Ptolemæum, Seleucum, Philippum, Antigonum. Vel hircum caprarum.) De hirco memi-
nit capite octauo. Illud mirandum hic Hieronymum ueluti dubitare, per quam harum beſtiarum ſi-
gnificatus ſit Alexander, cum illic interpretetur & Angelus & hic ipſe. Ad Achillis tumulum.) Is
erat ſepultus in Troia, Cenotaphium erat in Cheroneſo, Achillis laudes extulit Homerus in Iliade. Et
Alexander iam puer amabat pædagogum Leonidem, qui ſe Phœnicem appellare ſolitus eſt. Philip-
pum, Peleum. Nec tamen contigit Alexandro præco qualem optabat. Etenim cum Appellem na-
ctus eſſet pictorem, ſtatuarium Lyſippum, ſummos artifices: Cherylum habuit malum poëtam.
2 Salaminæ Cypri.) Eſt enim in inſula Cypro metropolis Salamina, ſiue Salamis, de qua ſentit hoc 7
loco. Locis communibus.) Taxat eos qui laudant non ad fidem hiſtoriæ, ſed ad exemplum, quomo
do Xenophon laudauit Cyrum, tametſi malum exemplar ille nobis propoſuit. Fauore magis ꝗ.)
Ne quis putaret æmulatione factum, quod Hieronymus idem tractaret argumentum quod tractaue-
rat Epiphanius. Nam fauere uidetur, qui abſoluit quod alius cœpit. Nec domini ſaluatoris.) Hoc
eſt quod Chriſtus ipſe teſtatur in euangelio: Cecinimus uobis, & non ſaltaſtis: planximus, & non luxi-
ſtis. Scylleos canes.) Alluſit ad fabulam Scyllæ, quam poëtæ fingunt pubetenus cinctam canibus
ob latratum undarũ. Obturata aure.) Reſpexit ad fabulam Vlyſſis, qui cera ſociorum aureis obtura
uit, ne cantu Sirenarum auocarentur. Roſa de ſpinis.) Roſæ apud priſcos prima gloria fuit inter flo
res. Et tamen hæc in ſpinoſo naſcitur frutice, folijs etiam aculeatis. Circi furoribus.) Romæ in circo
agebantur certamina. Annotandum ab Hieronymo notari, quod hodie principes Chriſtiani præclarũ
in primis ac uere regium putant, armatos haſtis inter ſe concurrere, magno periculo, nullo fructu. Qui
dam codices poſt hæc uerba, circi furoribus habebant, non artificis furia, quæ puto addita ab indocto 8
3 quopiam, qui conatus ſit interpretari quid dixiſſet circi furores. Non arenæ ſanguine.) Siquidem
in arena committebantur gladiatores, ſpectaculum homine prorſus indignum. Non Theatri luxu-
ria.) Luxuriam dixit propter oſtẽtationem barbaricarum opum. De qua meminit & in epiſtolis Ho-
ratius. Vel exemplum, uel ſupplicium.) Supplicium, ſi puniti ſunt nocentes: exemplum, ſi emen-
dati ſunt qui ſpectarunt. A Maionia Gazæ emporio.) Vel hinc apparet Maioniam fuiſſe littoralem
D quod eam uocet emporium Gazæ, uelut opportunam importationibus. Emporium enim Græcis eſt, B
quod nobis mercatus, ab importando. Hiſtoria tripartita Maiomã appellat non Maioniam, quæ quum
prius eſſet portus Gazæ ciuitatis, fauore Cõſtantini ciuitatis honore donata eſt, ne ſeruiret idololatris,
& ex nomine Conſtantij Conſtantini filij Cõſtantia dicta eſt. Deinde per Iulianum in ditionem Gazẽ-
ſium redacta eſt & appellata Gaza maritima. Ependyten.) ἐπενδύτης Græcis dicitur intima ueſtis,
quam intuſium, ſiue ſubuculam uocant Latini. Vox quæ ſtatim hoc loco ſequebatur in codicibus, era-
ciaſten, in pleriſq; exemplaribus non habebatur, nec uideo quid ſibi uelit. Poſt ſolis occaſum.) Hoc 9
erat antiquis ieiunium, nihil capere cibi toto die. Per ætatem peccare.) Nonnulli codices pro pecca-
re habebant calcare. Cæde manus.) Atrocem percuſſionem uocat cædem. Quidam habebant ceſſio-
ne, opinor ſcriptum fuiſſe ceſione, per ſimplex, ſ. Per æſtus indagabo.) Non uideo quid hoc loco ſi-
4 bi uelit indagabo, puto legendum, agam. Iacens fortius.) Exemplo Moyſi, qui orãdo feliciſſime pu
gnauit. Iacentem uocat proſtratum & ſupplicem in oratione. Quod iunco & carice.) Carex herba
eſt agreſtis, ſed ſpinoſa: cum iuncus ſit leuis & enodis. Lentis ſextarium.) Lens leguminis eſt genus
uile & plebeium. Sextarius menſuræ nomen. Eleutheropolitana.) Eleutheropolis ciuitas eſt Syriæ.
Præfectus prætorio.) Nam erant & præfecti ærario, & præfecti urbis. Hemitritæo pariter.) Hic
quidam non intelligentes hunc locum pro hemitritæo mutarant, & meriti, ſed prorſus ridicule. Siqui-
dem ut clariſſime docet Cornelius Celſus libro tertio capite itẽ tertio: Tertianæ febris duo ſunt gene- 10
ra, alterum quod eodem modo quo quartana & incipit & deſinit, nec aliud diſcrimen eſt, niſi quod unũ
tantum diem præſtat integrum, tertio recurrit. Alterum longe pernicioſius, quod tertio quidem die
reuertitur, ex octo autem & quadraginta horis, ferè ſex & triginta per acceſſionem occupat, interdum
etiam uel minus uel plus, nec ex toto in remiſſione deſiſtit, ſed tantum leuior eſt morbus. Et ob id me
dici ἡμιτριταῖον appellarunt, quod imperfecta ſit tertiana, & propius ad quotidianam accedat. Ga-
5 zam & Marnas.) Marnas dei nomen eſt, uel dæmonis potius, qui illic colebatur, de quo dictum in ſu-
perioribus ſcholijs. Rinocoruræ.) Quidam codices habebant Rinochæ, uerum utraque lectio men-
doſa eſt, legendum eſt autem Rhinocuraræ. Id eſt oppidum Aegypti, ſic appellatum, quod olim in- 11
colæ ſummas nares haberent inciſas, id quod nunc uidemus in equis quibuſdam. Autor Stephanus.
Propius ad ueram lectionem accedebant, qui habebant Rinocoruræ. Si aſinos uinceret.) Nam ho
rum eſt geſtare onera, hominis eſt ingenio ualere magis quàm corpore. Meum Palæſtritam.) Palæ
ſtra lucta, Palæſtrites luctator. Gazarius ſiue Gazanus Maramites.) Quidam habebant, zaname-
nus Manumites. Suſpicor Gazamus nomen eſſe proprium, & pro Maranites legendum Maiomites, ſi-
ue Maiomenus. Nam id temporis Maiomæ nomen adhuc uetus manebat. Et ſit mentio de ora maris.
Maioma autem portus erat Gazæ. In ſaxa dureſcentibus.) Simile quiddam uidemus in Britannia
apud

A apud Londinum, Nempe limum marginis defluente ſubinde aqua, paulatim in ſaxa dureſcere, manen-
te tamen priſtina limi ſpecie. Perdit tactum.) Subaudi priſtinum. Non eſt idem tangenti, & tamen
6 idem eſt aſpectui. Maleficum Chriſtianorum.) Maleficum uocat, non ſimpliciter eum qui male
facit, ſed qui magicis & improbatis utitur artibus. Chriſtiani quondam laborarunt hac infamia, pro-
pter miraculorum nouitatem. Ad ſupplicium poſcunt.) Non admodum refert cõmemorare, quàm
uarie fuerit hic locus deprauatus. Verum collatis diuerſis deprauationibus, ita legendum eſſe depre-
hendimus. Porrò furentes aduerſarij Hilarionem maleficum Chriſtianum ad ſupplicium poſcere. In-
dubitata ergo uictoria, & illis & multis retro Circenſibus, plurimis fidei occaſio fuit. Senſus eſt, Occa-
ſione huius uictoriæ, plurimos ad fidem Chriſti fuiſſe conuerſos, non ſolum in illis ludis Circenſibus,
qui tum agebantur, uerumetiam alijs multis ordine ſecutis. Oppido uirginem dei.) Oppido hoc lo
7 co, ni fallor, aduerbium eſt, pro ualde: & deperire poſuit, pro adamare. Morituræ uirginitatis.) Vt
eleganter luſit in uerbi metaphora. Sunt enim apud medicos morituri hominis indicia quædam, ita
ſunt & uirginitatis. Perrexit Memphim.) De hac urbe Aegypti prodigioſiſſima memorantur ſu-
per illuſionibus dæmonum & magorum oſtentis. Aeſculapij uatibus.) Hi magicis incantamentis
pollicebantur remedia morborum, quales ſunt hodie quoque inter Chriſtianos, tam impudentes, ut
auſint eiuſmodi promittere: & reperiunt tam ſtultos, ut credant illos poſſe præſtare. Non remedian
tis.) Remediari dixit pro mederi. Quod uerbi, non recordor uſquam legiſſe me, niſi quod hic eodem
utitur aduerſus Iouinianum, addito ut hic quoque facit, accuſandi caſu. Aeris Cyprij.) Genus eſt
æris mollius, & ad ſculpturam magis accommodum. Qui licio & lamina.) Licia fila ſunt, quibus
implicatur ſtamen. Ea detracta è ſtamine, putabant in maleficijs efficaciam habere. Teſtis Vergilius.
Et item Plinius oſtendit licium telæ detractum, ſeptenis nodis alligari ſolitum, ſic ut ad ſingulos no-
dos uiduam aliquam nominarent. Id exiſtimabant remedio eſſe morbis inguinũ. Et lamina.) Vtra-
8 que res mollis, filum & lamina cuprij æris, in quo magicæ imagines erant depictæ. Signa iubere per-
quiri.) Veluti deprehenſurus an uera dixiſſet dæmon. Mirum eſt autem, quod hic de una uirgine nar-
rat Hieronymus, ſed ætate noſtra rem uidimus multo prodigioſiorem, in frequenti uirginum mona-
ſterio, quod eſt in Hannonia, uulgò dictum keinout. Ea res nõ mediocriter torquebat humaniſſimum
præſulem & uere pãtrem, epiſcopum Cameracenſem Henricum, inter inclytos illos Berganæ ſtirpis
heroas, tum natu maximum. Nam apud hunc id temporis admodum iuuenis uiuebam. Quæ gymna-
B ſia uir ille ſuper hac re non conſuluit? Quos non adduxit, quos exiſtimaſſet, uel eruditione pollere, uel
ſanctimonia? Nemo non ſtupefactus diſceſſit. Nec prius extinctum eſt hoc malum, quàm extinctis ad
unam uirginibus, quæ fuerant à dæmone correptæ. Candidatus Conſtantij.) Candidatum uocat,
quod ambiret apud imperatorem honorem militiæ. Rutilus coma.) Hinc Horatius: Nec fera cæ-
rulea domuit Germania pube. Inter Saxones & Alemanos.) Hanc hodie uulgò non Franciam, ſed
Franconiam appellant. Neq; enim accipi poteſt de Francia Galliarum, ea parte in qua ſunt Pariſij.
9 Francam tantum & Latinam.) Francam linguam appellat, eam quæ nunc eſt Germanica. Non
idioma.) ἰδίωμα Græcis proprietas eſt. Habet uniuſcuiuſq; gentis ſermo, neſcio quid ſuum & pecu-
liare. Bactrũ camelum.) Addidit nomen gentis, quod illinc maximi mitterentur. Submiſſumq;
caput.) Nam cameli natura ſunt erecto & prælongo collo. Et ad profectum animæ.) In nonnullis
ſcriptum erat, pro affectu animi. Quamuis humilem.) Quamuis dixit, pro quantumuis, ut aliàs
admonuimus. Cades.) Ea dicitur Cades Barnæ. Eſt in deſerto, coniungitur ciuitati Petræ in Ara-
bia. Peruenit Peluſium.) Peluſium ciuitas in extremo Nili oſtio orientem uerſus. Verum magis
mihi placet, quod in alijs erat exemplaribus, Eluſam. Ea ciuitas eſt nunc Palæſtinæ quondam Arabiæ,
teſte Stephano. Nam Peluſium in Aegypto eſt. Ob Luciferum.) Quem & heſperum uocant. Hanc
10 enim ſtellam, Veneris eſſe putant. Syra Barach.) Alij ſcriptum habebant Barecho. Lineam mit-
teret.) Id eſt, ut ducta linea circunſcriberet locum extruendæ eccleſiæ, quod olim in urbibus quoque
condendis religioſe fiebat. In manſionem poneret.) In alijs habebatur, in manſionum ordine pone-
ret. Manſiones autem uocat, ubi quieſcitur in itinere. Vaſtitas & iudicium.) Sic habebant exem-
plaria permulta, ſed palàm eſt iuſtitium eſſe legendum. Iuſtitium autem eſt, quando diebus nefaſtis
nihil agere publice licet. Hic longius tranſtulit, ad omnium rerum intermiſſionem, & quaſi publi-
cum luctum. Id eſt poſt ſolis or.) Rurſum interpretatur, quid ſit ieiunium: nempe totum diem à ci-
bis abſtinere. Atq; id uocat habere uiaticum, non egere cibo. Qui dicitur Lychnos.) In nonnullis
exemplaribus habebatur, Lith pro Lychnos. Et pro Theribatum Thabotum. Philemonem.) Ple-
11 rique codices habebant Philonem. Et Dromedis.) Dromadas uocat animal ad curſum idoneum, &
hinc uocabulum. Præterea in ſublimi.) Hic locus diuerſus habebatur in exemplaribus. In quibuſ-
dam ita ſcriptum erat: Quaſi per cochleam aſcendentibus, ut arduæ ualde, duæ eiuſdem menſuræ cel-
lulæ uidebantur. In alijs ſic erat: Quaſi per cochleam aſcendentibus, ut arduo ualle adniſu, eiuſdem
menſuræ cellulæ uiſebantur. Martyrium fabricaretur.) Martyrium appellat monumentum, aut
ſacellum martyri dicatum, ut Ανάκφορ & ſimilia apud Græcos. Plus minus.) Ita loquimur, incertũm
ſignificantes utrum paulò plus fuerit, an paulò minus. Ad ſolas inſulas.) Solas uocat deſertas.

C Nam & locus ſolus dicitur, in quo nemo uerſatur, ut apud Ouidium: Loca ſola nocent, loca ſola caueto. Ad extremum conuaſtatus.) Quidam hunc locum ita deprauarant: Commendatis fratribus ei, qui ei miſſa detulerat. At dubium non eſt, quin ſcribendum ſit conuaſatis. Eſt enim conuaſare in ſarcinam componere, quod uelis aſportare. Ita ſeruus ille Terentianus: Aliquid conuaſaſſem & ſenis

12 ultus eſſem iracundiam. Pachynum.) Sicilia tria habet promontoria, Pachynum, quod Græciam ſpectat, Lilybeum, quod Africam, Pelorum, quod ad Italiam uergens, Scyllæ aduerſum eſt. Audiuit Methonæ.) De Methona diximus in Epitaphio Paulæ. Quidam codices habebant, Methono. Habetur autem & huius nominis ciuitas in Arabia. Vilia populis ſcruta.) Alluſit ad illud Horatianum in epiſtolis: Vilia uendentem tunicato ſcruta popello. Boas uocant.) Nimirum à Græca uoce, βόας, quæ boues ſignificat. Duobus haud paruis myoparonibus.) Myoparo ſiue ut Græci Myoparon genus nauigij eſt, ad curſum & celeritatem paratum. Hinc inde fluctus occurrerent.) Eſt enim circa Maleam promontorium periculoſiſſima nauigatio, quod Græco quoque teſtatum eſt prouerbio. Nobilem carminibus.) Nam ipſam Venerem Paphiam appellant, quod illic olim coleretur.

13 Hoc Corion, hoc Lapithe.) Hæc nomina uarijs modis erant deprauata, ut cuiq; uenerat in mẽtem, ita mutata ſcriptura. Verum haud dubium eſt quin legendum ſit, Curium & Lapethos iuxta deſcriptionem Ptolemæi. Significat enim uniuerſam inſulam Cyprum, cuius præcipue ſunt urbes quas recenſuit, Salamina ad orientem, Paphos ad occidentem, Lapethus ad ſeptentrionem, Curium ad meridiem. Quæ uocantur Bucolia.) Quaſi dicas bubulcorum loca ſiue ſedes. Tantos agoniſtas.) Sic habebant pleriq; codices. Alij pro Agoniſtas mutarant, quos deſiderabat. Ego non uideo quid hoc loco uelit, tantos, quaſi uel maiores eſſent hi cæteris, uel plures. Vnde conijcio legendũ, pro tantos Agoniſtas, antagoniſtas, quod Græcis ſignificat aduerſarium certaminis ἀνταγωνιστάς. Vt diligenti cuſtodia ſuſpitionem oculis tolleret.) Sic habebant aliquot exemplaria. Verum ex alijs non minus, ſed aliter deprauatis, colligo legendum: Vt diligentis cuſtodiæ ſuſpitionem accolis tolleret, ut hic ſit ſenſus, Eum ob id ſimulaſſe uelle commorari ſe in eo hortulo, ne alioqui ueniret in ſuſpitionem accolis eius loci, quod tam diligenter obſideret & obſeruaret ſepulchrum.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

D Depinxit ſolitarium, depinxit celebrem, depingit hic captiuum & agitatum. Luſit & in hoc argumento, ingenij exercitandi gratia. Cæterum uarietatem lectionis, apparet non caſu, ſed ſtudio alicuius accidiſſe. B

## DE VITA MALCHI CAPTIVI monachi.

1 QVi nauali prælio dimicaturi ſunt, ante in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & uncos præparant, diſpoſitumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente ueſtigio ſtare firmiter conſueſcunt, ut quod in ſimulachro pugnæ didicerint, in uero certamine non perhorreſcant. Ita & ego qui diu tacui (ſilere quippe me fecit, cui meus ſermo ſupplicium eſt) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quãdam rubiginem linguæ abſtergere, ut uenire poſſim ad latiorem hiſtoriam. Scribere enim diſpoſui (ſi tamen uitam dominus dederit, & ſi uituperatores mei ſaltem fugientem me, & incluſum perſequi deſierint) ab aduentu ſaluatoris uſque ad noſtram ætatem, id eſt, ab apoſtolis, uſque ad noſtri temporis fecem, quomodo & per quos Chriſti eccleſia nata ſit, & adulta, perſequutionibus creuerit, martyrijs coronata ſit: Et poſtquam ad Chriſtianos principes uenit, potentia quidem & diuitijs maior, ſed uirtutibus minor facta ſit. Verum hæc aliàs. Nunc quod imminet explicemus. Maronia triginta fermè milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grã

2 dis ad orientẽ diſtat uiculus. Hic poſt multos, uel dominos, uel patronos, dum ego adoleſcentulus morarer in Syria, ad papæ Euagrij neceſſarij mei poſſeſſionem deuolutus eſt, quem idcirco nunc nominaui: ut oſtenderẽ, unde noſſem quod ſcripturus ſum. Erat igitur illic quidam ſenex nomine Malchus, quẽ nos Latine regẽ poſſumus dicere, Syrus natione & lingua, & reuera αὐτόχθων. Anus quoq; in eius cõtubernio ualde decrepita, & iã morti

A morti proxima uidebatur, tam ſtudioſe ambo religioſi, & ſic eccleſiæ limen terẽtes, ut Za-
chariam & Helizabeth de euangelio crederes, niſi quod Ioannes in medio nõ erat. De his
cum curioſe ab accolis quærerem, quæ nam eſſet eorũ copula, matrimonij, ſanguinis, an
ſpiritus: omnes uoce conſona, ſanctos & deo placitos, & mira neſcio quæ reſpondebant.
Qua cupiditate illectus, adortus ſum hominem, & curioſius ſciſcitatus rerum fidem, hæc
ab eo accepi. Ego, inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus, ſed ſolus parentibus fui.
Qui cum me quaſi ſtirpem generis ſui, & hæredem familiæ ſuæ ad nuptias cogerent, mo
nachum potius me uelle eſſe reſpondi. Quantis pater minis, quantis mater blanditijs
perſequuti ſint, ut pudicitiam proderem, hæc res ſola indicio eſt, quod & domum & pa-
rentes fugi. Et quia ad orientem ire non poteram propter uicinam Perſidem, & Romano-
rum militum cuſtodiam, ad occidentem uerti pedes, pauxillulum neſcio quid portans
uiatici, quod me ab inopia tantum defenſaret. Quid multa? Perueni tandem ad eremũ
Chalcidos, quæ inter Immam & Eſſam magis ad auſtrum ſita eſt. Ibi repertis monachis,
eorum me magiſterio tradidi, manuum labore uictum quæritans, laſciuiamq́ꝫ carnis refre
nans ieiunijs. Poſt multos annos incidit mihi deſideriũ, ut ad patriam pergerem. Et dum
adhuc uiueret mater, iam enim patrem mortuum audieram, ſolarer uiduitatem eius, &
exinde uenundata poſſeſſiuncula, partem erogarem pauperibus, partem monaſterio con
ſtituerem, quid erubeſco confiteri infidelitatem meam? partem in ſumptuũ meorum ſola-
tia reſeruarem. Clamare cœpit abbas meus diaboli eſſe tentationem, & ſub honeſtæ rei
occaſione, latere antiqui hoſtis inſidias. Hoc eſſe reuerti canem ad uomitum ſuum. Sic
multos monachorum eſſe deceptos, nuſquam diabolum aperta fronte ſe prodere. Pro-
ponebat mihi exempla de ſcripturis plurima: inter quæ illud, quod initio Adam quoque
& Euam ſpe diuinitatis ſupplantauerit. Et cum perſuadere non poſſet, prouolutus geni-
bus obſecrabat, ne ſe dexererem, ne me perderem: nec aratrũ tenens, poſt tergum reſpice-
B rem. Væ miſero mihi, uici monitorem peſſima uictoria, putans illum non meam ſalutem,
ſed ſuum ſolatium quærere. Proſequutus ergo me de monaſterio, quaſi funus efferret, &
ad extremum ualedicens: Video, ait, te fili ſatanæ cauterio notatum: non quæro cauſas,
excuſationes non recipio. Ouis quæ de ouilibus egreditur, lupi ſtatim morſibus patet. De
Beria ad Eſſam pergentibus, uicina eſt publico itineri ſolitudo, per quam Saraceni incer-
tis ſedibus huc atq; illuc ſemper uagantur. Quæ ſuſpicio frequentiam in illis locis uiato-
rum congregat, ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo
uiri, fœminæ, ſenes, iuuenes, paruuli, numero circiter ſeptuaginta. Et ecce ſubito equorum
camelorumq́ꝫ ſeſſores Iſmaëlitæ irruunt, crinitis uittatisq́ꝫ capitibus, ac ſeminudo corpo-
re, pallia & latas caligas trahentes, pẽdebant ex humero pharetræ, laxos arcus uibrantes,
haſtilia longa portabant. Non eñ ad pugnandũ: ſed ad prædam uenerant. Rapimur, di-
ſpergimur, in diuerſa trahimur. Ego enim longo poſtliminio hæreditarius poſſeſſor, & ſe-
ro mei conſilij pœnitens, cum altera muliercula in unius heri ſeruitutẽ ſortitus uenio. Du-
cimur, imò portamur ſublimes in camelis, & per uaſtam eremum ſemper ruinam timẽtes,
pendemus potius quàm ſedemus. Carnes ſemicrudæ cibus, & lac camelorum potus erat.
Tandem grãdi amne tranſmiſſo, peruenimus ad interiorem ſolitudinẽ, ubi dominam libe
rosq́ꝫ ex more gẽtis adorare iuſſi, ceruices flectimus. Hic quaſi clauſus carcere, mutato ha-
bitu, id eſt, nudus ambulare diſco. Nam aëris quoq; intemperies, nihil aliud præter pudẽ-
da uelari patiebatur. Traduntur mihi paſcendæ oues, & in malorũ cõparatione hoc fruor
ſolatio, quod dominos meos, & conſeruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere ſan
cti Iacob, Recordabar Moyſi, qui & ipſi in eremo quondam fuere paſtores. Veſcebar re-
centi caſeo & lacte. Orabam iugiter, canebam pſalmos, quos in monaſterio didicerã. Dele
ctabat me captiuitas mea. Agebam dei iudicio gratias, quod monachum, quem in pa-
tria fueram perditurus, in eremo inueneram. O nihil unquam tutum apud diabolum.

C O multiplices & ineffabiles eius inſidiæ. Sic quoq; latẽtem me inuenit inuidia. Dominus
uidens gregẽ ſuum creſcere, nihilq; in me deprehendens fraudulẽtiæ, ſciebam enim Apo A
ſtolum præcepiſſe: Dominis ſic quaſi deo fideliter ſeruiendum, & uolens me remunerare
quo fidum ſibi magis faceret, tradidit mihi illam conſeruam meam, aliquando captiuam.
Et cum ego refutarem, diceremq; me Chriſtianum, nec licere mihi uxorem uiuentis mari-
ti accipere (ſiquidem captus nobiſcum uir eius, ab alio domino fuerat abductus) rurſus
ferus ille & implacabilis in furorem uerſus, euaginato me cœpit petere gladio. Et niſi con
feſtim brachia tendens mulierem præoccupaſſem, ilico fudiſſet ſanguinem. Iam igitur ue-
nerat tenebroſior ſolito, & mihi nimium matura nox. Duco in ſpeluncam ſemirutam, no
uam coniugem: & pronubante nobis mœſticia, uterq; deteſtamur alterum, nec fatemur.
Tunc uere ſenſi captiuitatem meam, proſtratusq; humi, monachum cœpi plangere, quẽ
perdebam, dicens: Huccine miſer ſeruatus ſum? Ad hoc me mea ſcelera perduxerunt, ut
incaneſcente iam capite, uirgo maritus fierem? Quid prodeſt parentes, patriam, rem fami-
liarem contempſiſſe pro domino: ſi hoc facio, quod ne facerem, illa contempſi, niſi quod
fortè propterea hæc ſuſtineo, quia patriam deſideraui? Quid agimus anima? perimus an
uincimus? Expectamus manum domini, an proprio mucrone cõfodimur? Verte in te gla
dium, tua magis mors timenda eſt, quàm corporis. Habet & ſeruata pudicitia ſuum mar-
tyrium, iaceat inſepultus Chriſti teſtis in eremo, ipſe mihi ero perſecutor & martyr. Sic fa-
tus, eduxi in tenebris quoque micantem gladium, & acumine contra me uerſo: Vale, in-
quam, infelix mulier: habeto me martyrem potius, quàm maritũ. Tunc illa pedibus meis
prouoluta: Precor te, inquit, per Ieſum Chriſtum, & per huius horæ neceſſitatem adiuro,
ne effundas ſanguinem tuum in crimen meũ. Vel ſi mori placet, in me primum uerte mu-
cronem: Sic nobis potius coniungamur. Etiam ſi uir meus ad me redierit, ſeruarem caſtita
tem, quã me captiuitas docuit, uel interirem potius quàm perderem. Cur moreris, ne mi-
D hi iungaris? Ego morerer, ſi mihi iungi uelles. Habeto me coniugem pudicitiæ, & magis B
animæ copulã amato: quàm corporis. Sperẽt domini maritum, Chriſtus nouerit fratrẽ.
Facile ſuadebimus nuptias, cum nos uiderint ſic amare. Fateor, inquit, obſtupui, & admi-
ratus uirtutẽ fœminæ, coniugem plus amaui. Nunquam tamen illius nudum corpus in-
tuitus ſum, nunq; eius carnem attigi, timẽs in pace perdere, quod in prelio ſeruauerã. Trã
ſeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fu
gæ ſuſpitio, interdum & menſe toto aberam fidus gregis paſtor per ſolitudinẽ. Poſt gran
de interuallum dum ſolus in eremo ſedeo, & præter cœlũ terramq; nihil uideo, cœpi me-
cum tacitus uoluere, & inter multa, cõtubernij quoq; monachorum recordari, maximeq;
uultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq;. Sicq; cogitans, aſpicio formi-
carum gregem anguſto calle feruerẽ, ferre onera maiora, quàm corpora. Aliæ herbarum
quædam ſemina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foueis, & aquarũ mea-
tus aggeribus excludebant. Illæ uẽturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbã
horrea uerteret, illata ſemina præcidebant. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deporta-
bant. Quodq; magis mirũ eſt in tanto agmine, egrediens non obſtabat intranti, quin po-
tius ſi quam uidiſſent ſub faſce & onere concidiſſe, ſuppoſitis humeris adiuuabant. Quid
multa? Pulchrum mihi ſpectaculum dies illa tribuit. Vnde recordatus Salomonis, ad for
micarum ſolertiam nos mittentis, & pigras mẽtes tali exemplo ſuſcitantis, cœpi tædere ca-
ptiuitatis, & monaſterij cellulas quærere, ac formicarũ illarũ ſimilitudinẽ deſiderare, ubi
laboratur in mediũ, cumq; nihil cuiusq; propriũ ſit, omniũ omnia ſunt. Regreſſo ad cubi
le occurrit mulier, triſtitiã animi diſſimulare nõ potui. Rogat cur ita exanimatus ſim. Au-
dit cauſas, hortatur fugã. Peto ſilẽtij fidẽ, nõ aſpernat̃, & iugi ſuſurro inter ſpẽ & metũ me-
dij fluctuamus. Erãt mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occiſis, utres fa-
cio, eorũq; carnes uiatico præparo. Et primo ueſperi, putãtibus nos dñis ſecreto cubitare,

inuadimus

A inuadimus iter,utres & partes carnium portātes.Cumq́ꝫ perueniſſemus ad fluuium,nam decem milibus aberat,inflatis cōſcenſisq́ꝫ utribus,aquis nos credimus,paulatim pedibus ſubremigantes, ut deorſum nos flumine deferente, & multo longius quàm cōſcenderamus,in alteram nos exponente ripam,ueſtigium ſequentes perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes,& ex parte lapſæ,uix tridui cibum pollicebantur.Bibimus uſqꝫ ad ſatietatem,futuræ nos ſiti præparantes.Currimus,poſt tergum ſemper aſpicimus,& magis noctibus prouehimus,quàm diebus:uel propter inſidias late uagantium Saracenorum,uel propter ardorem ſolis nimium.Paueſco miſer etiam referēs,& ſi tota mente ſecurus, toto tamen corpore perhorreſco.Poſt diem uero tertium, dubio proſpectu procul aſpicimus duos camelis inſidentes uenire concitos.Statimq́ꝫ mens mali præſaga,putare cœpit dominum meditari mortem,ſolem cernere nigreſcētem,Dumq́ꝫ timemus, & ueſtigijs nos proditos per arenas intelligimus,offertur ad dexteram ſpecus,longe ſub terrā penetrans.Igitur timentes uenenata animalia,nam ſolent uiperæ,reguli & ſcorpiones,cæteraq́ꝫ huiuſce modi,feruorem ſolis declinantia,umbram petere:intrauimus quidem ſpeluncam,ſed ſtatim in ipſo introitu ſiniſtræ nos foueæ credimus,nequaquam ultra progrediētes,ne dum mortem fugimus,incurramus in mortem.Illudq́ꝫ nobiſcum reputātes, ſi iuuat dominus miſeros,habemus ſalutem.Si deſpicit peccatores, habemus ſepulchrū. Quid putas fuiſſe nobis animi?quid terroris,cum ante ſpecum haud procul ſtarent dominus & conſeruus, et ueſtigio indice iam ad latebras perueniſſent?O multo grauior expectata,q̄ illata mors. Rurſus cum timore & labore lingua balbutit,& quaſi clamante domino, mutire non audeo.Mittit ſeruum,ut nos de ſpecu trahat:ipſe camelos tenet,& euaginato gladio,noſtrū expectat aduentum.Interea tribus ferè uel quatuor cubitis introgreſſo famulo,nobis ex occulto tergum eius uidentibus,nam oculorum iſtiuſmodi natura eſt,ut poſt ſolē umbrā
B intrantibus,cæca ſint omnia,uox per antrum ſonat:Exite furciferi, exite morituri.Quid ſtatis?quid moramini?Exite.Dominus uocat, patienter expectat. Adhuc loquebatur,& ecce per tenebras aſpicimus leænam inuaſiſſe hominem,& gutture ſuffocatum,cruentum intro trahere.Ieſu bone,quid tunc terroris nobis,quid gaudij fuit?Spectabamus domino neſciente,hoſtem noſtrum perire.Qui cum uideret illum moras facere,ſuſpicatus eſt duos uni reſiſtere.Sed iram differre non ualens,ſicut tenebat gladium ad ſpelūcam uenit,& furore rabido ſerui increpans uecordiam, prius à fera eſt tentus quàm ad noſtras latebras perueniret.Qui ſunt qui hoc crederent,ut ante os noſtrum, beſtia pro nobis dimicaret? Sublato autē illo metu,ſimilis ante oculos noſtros uerſabatur interitus, niſi quod tutius erat rabiem leonis,quàm iram hominis ſuſtinere.Pauemus intrinſecus,& ne mouere quidem nos auſi,præſtolabamur euentum rei,inter tanta pericula,pudicitiæ tantum cōſciētia pro muro ſepti.Leæna inſidias cauens,& uiſam eſſe ſe ſentiens,apprehenſos mordicus catulos effert,nobiſq́ꝫ cedit hoſpitium. Neqꝫ tamen ſatis creduli, ſtatim erumpimus:ſed expectantes diu,& egredi cogitantes: illius nobis figurabamus occurſum. Sublato ergo horrore,& alia tranſacta die egredimur ad ueſperam,uidimuſq́ꝫ camelos, quos ob nimiā uelocitatem dormedarios uocant,præteritos cibos in ore uoluere, & in aluum miſſos iterum retrahere.Quibus aſcenſis,& noua ſitarcia,id eſt,annona refocillati, decima tandem die ad Romana per deſertum caſtra uenimus. Oblatiq́ꝫ tribuno,rem ordine pandimus, inde tranſmiſſi ad Sabinum Meſopotamiæ ducem, camelorum prætium accepimus. Et quia iam abbas ille meus dormierat in domino,ad hæc delatus loca me monachis reddo, hanc trado uirginibus,diligens eam ut ſororem,non tamen ei me credens ut ſorori. Hæc mihi ſenex Malchus adoleſcentulo retulit.Hæc ego uobis narraui ſenex,& caſtis hiſtoriā caſtitatis expono.Virgines caſtitatem cuſtodire exhortor.Vos narrate poſteris, ut ſciant inter gladios,& inter deſerta & beſtias,pudicitiam nunquam eſſe captiuam:& hominem Chriſto deditum poſſe mori,non poſſe ſuperari.

Scholia

C

## SCHOLIA

1 QVi nauali.) Hanc Græci uocant, ναυμαχίαν, Subſignificat autem hoc argumentum non eſſe
ſerium,ſed exercitandi ſtili cauſa ſumptum. Ferreas manus.) Harpagones uocant,quibus
iniectis attrahunt nauim,commiſſuri. Cui meus ſermo ſup.) Ruffinum, ni fallor,ſignifi-
cat,à quo omnia illius carpebantur. Fugientem me.) Mutarat enim locum cedens aduer-
ſario,ſicut alibi teſtatus eſt. Ab aduentu.) Opus quod hic pollicetur de claris ſcriptoribus, reperies
in fine huius tomi. Et poſtquam ad chriſtianos principes.) Quid diceres Hieronyme, ſi nunc uide-
res eccleſiam,tot regnis,tot opibus,tot bellis,tot uictorijs,tot triumphis,tot legationibus profanis,tot
fœderibus,penè obrutam? Maronias.) Quidam habebant Maronianus,ſed deprauate. Apud Ptole-
2 mæum legimus Maroniam,& conuenit locus ad Hieronymi deſcriptionem. Papæ Euagrij.) Hunc
oſtendit & aliàs ſibi ſubſidio fuiſſe. Malchus.) Hebræis מֶלֶךְ ſonat regem. Inde libri Malachim di-
cuntur. Thebaſtonis indigena.) Hic locus non uno modo deprauatus fuit. E ueſtigijs puto legen-
dum eſſe ad hunc modum. Syrus & natione & lingua & reuera αὐτόχθων. Porrò indigena eius loci,aſ-
ſcripſerat aliquis,uolens exponere, quid eſſet αὐτόχθων. Chalcidos.) Chalcis eſt ad ſeptentrionem
Syriæ. Eſſa ſeu Iſſa littoralis eſt. Imma interior ad orientem. Tenebroſior ſolito.) In omnibus exem-
plaribus pro ſolito habebatur ſolitudo. Et pronubante nobis.) Pronubæ eſt dictare uerba nuptia-
lia,bene ominata. Atqui hic malis ominibus inibatur matrimonium, ut uterque alterum deteſtaretur:
pronubari dixit, pro pronubæ officio fungi. Ob mœſticiam.) Quidam habebant iuſticiam,alij tri-
3 ſticiam: mihi mœſticiam magis probatur. Rurſus cum timore.) Locus hic planè deprauatus eſt,nec
uno modo. Vide num ſic legendum ſit. Rurſum timore labor, lingua balbutit, & quaſi clamante do-
mino,mutire non audeo. Vt ſenſus ſit,Malchum inter narrandum pati denuo, quod olim in ipſa re
fuiſſet paſſus. Aut ſic,timore labor,lingua balbutit,& clamante domino mutire non audeo. Vt intelli-
gas eum euocanti domino præ metu non auſum fuiſſe reſpondere. Dromedarios.) Dromos enim
Græce curſus eſt. Præteritos cibos.) Ruminant enim cameli. Sed uide num præſtet legere prætri-
tos. Sitarcia.) σῖτος cibus,& ἀρκεῖν ſufficere.

# CATOLOGI SCRIPTORVM ECCLESIASTIcorum, Index.


Simon Petrus
Andreas
Iacobus frater domini.
Matthæus
Iacobus Zebedæi.
Philippus
Bartholomæus
Thomas
Simon Cananæus
Matthias
Timotheus
Titus
Creſcens
Iudas
Paulus apoſtolus
Barnabas
Lucas
Marcus
Ioannes
Hermas
Philo
Lucius Anneus Seneca.
Ioſephus
Iuſtus
Clemens
Ignatius
Polycarpus
Papias
Quadratus
Ariſtides
Agrippa
Egeſippus
Iuſtinus
Melito
Theophilus
Apollinarius
Dionyſius
Pinytus
Tatianus
Philippus
Muſanus
Modeſtus
Bardeſanes
Victor
Irenæus
Pantænus
Rhodon
Clemens
Miltiades
Apollonius
Sarapion
Apollonius
Theophilus
Bacchylus
Polycrates
Heraclius
Maximus
Candidus
Appion
Sextus
Brabianus
Iudas
Tertulianus
Origenes
Ammonius
Ambroſius
Tryphon
Minutius
Gaius
Beryllus
Hippolytus
Alexander
Iulius
Geminus
Theodorus
Cornelius
Cyprianus
Pontius
Dionyſius
Nouatianus
Malchion
Archelaus
Anatolius
Victorinus
Pamphilus
Pierius
Lucianus
Phileas
Arnobius
Firmianus
Euſebius
Rheticius
Methodius
Iuuencus
Euſtathius
Marcellus
Athanaſius
Antonius
Baſilius
Theodorus
Euſebius
Triphyllius
Donatus
Aſterius
Lucifer
Euſebius
Fortunatianus
Acacius
Sarapion
Hilarius
Victorinus
Titus
Damaſus
Apollinarius
Gregorius
Tacianus
Photinus
Sœbadius
Didymus
Optatus
Aquilius
Cyrillus
Euzoius
Epiphanius
Efræm
Baſilius
Gregorius
Lucius
Diodorus
Eunomius
Priſcillianus
Matronianus
Tiberianus
Ambroſius
Euagrius
Ambroſius
Maximus
Gregorius
Ioannes
Gelaſius
Theotimus
Dexter
Amphilochius
Sophronius
Hieronymus.


B

HIERONYMI EPISTOLA AD
A Dextrum prætorio præfectum, è Latina lingua in Græcam tranſlata.

HIERONYMVS DEXTRO.

HOrtaris Dexter, ut Tranquillum ſequens, eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digeram: & quod ille in enumerandis gentilium literarum uiris fecit illuſtribus, ego in noſtris faciam, id eſt, ut à paſſione Chriſti, uſque ad decimumquartum Theodoſij imperatoris annũ, omneis qui de ſcripturis ſanctis memoriæ aliquid prodiderunt, tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos, Hermippus peripateticus, Antigonus Caryſtius, Satyrus doctus uir, & longe omnium doctiſſimus, Ariſtoxenus muſicus. Apud Latinos autẽ Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum uis prouocare, Tranquillus. Sed non mea & illorum ſimilis eſt conditio: illi enim ueteres hiſtorias annaleſq; replicantes,
B potuerunt quaſi de ingenti prato paruam opuſculi ſui coronam texere. Ego quid acturus, qui nullum præuium ſequens, peſſimum, ut dicitur, magiſtrum memetipſum habeo? Quanquàm Euſebius Pamphili, in decem Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libris, maximo nobis adiumento fuerit: & ſingulorum de quibus ſcripturi ſumus uolumina, ætates autorum ſuorum ſæpe teſtantur. Itaq; dominum Ieſum Chriſtũ precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ ſtetit eloquentiæ, non eſt facere dedignatus in Bruto, oratorum Latinæ linguæ texens catalogum: id ego in eccleſiæ illius ſcriptoribus enumerandis, digne cohortatione tua impleam. Si qui autem de his qui uſque hodie ſcriptitant, à me in hoc uolumine prætermiſſi ſunt, ſibi magis quàm mihi debent imputare. Neque enim cælantes ſcripta ſua, de his quæ non legi, noſſe potui, & quod alijs forſitan ſit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certe cum ſcriptis ſuis claruerint, non magnopere noſtri ſilentij diſpendio ſuſpirabunt. Diſcant ergo Celſus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduerſus

ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ δέξτρον ἔπαρχον πραιτορίου, ἀπὸ ῥωμαϊκῆς εἰς ἑλληνικὰ μεταβληθεῖσα.

ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ ΔΕΞΤΡΩ.

ΠΡοτρέπῃ δέξτρε, ὥς τε τραγκύλῳ ἑπόμενόν με, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς συγγραφέας κατὰ τάξιν ἐκθέσθαι, καὶ ὅπερ ἐκεῖνος ἀπαριθμούμενος τοὺς περιφανεῖς ἄνδρας, τοὺς τὰ ἐθνικὰ συντάξαντας πεποίηκε, κἀγὼ ἐν τοῖς ἡμετέροις ποιήσω, τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος ἄχρι τεσσαρεσκαιδέκατου ἔτους θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, πάντας τοὺς ἐκ τῶν θείων γραφῶν συγγραψαμένους τι, καὶ τῇ μνήμῃ παραδεδωκότας, διὰ βραχέων φανερώσω, πεποιήκασι μὲν οὖν τοῦτο αὐτὸ, παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ἕρμιππος περιπατητικὸς, ἀντίγονος καρύστιος, σάτυρος ἀνὴρ πολυμαθὴς, καὶ πολλῶν πάνυ διδασκαλικώτερος, ἀριστόξενος μουσικὸς, παρὰ δὲ τοῖς ῥωμαίοις, βάῤῥων, σάντρας, νέπως, ὑγῖνος, καὶ οὗ εἰς ὑπόδειγμα ἡμᾶς προκαλεῖσθαι βούλει, τραγκύλος, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐμοῦ ἢ ἐκείνων, ὁμοία ἡ αἵρεσις, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, παλαιὰς ἱστορίας καὶ τὰ ἑκάστου ἔτους ἀνακυκλίοντες συντάγματα, ἐδυνήθησαν ὡσανεὶ ἐκ μεγάλου λειμῶνος, ἐλάχιστον γοῦν τοῦ οἰκείου ἔργου στέφανον πλέξαι. Ἐγὼ δὲ, τί διαπράξομαι, ἡγουμένῳ ἑπόμενος οὐδενὶ, ἀλλ' ἐμαυτὸν κάκιστον, ὡς ὁ λόγος φησὶ, διδάσκαλον ἔχων; Εἰ καὶ τὰ μάλιστα εὐσέβιος ὁ παμφίλου εἰς δέκα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βίβλους, μεγίστην ἡμῖν παρέχετο βοήθειαν, καὶ τὰ ἑκάστου περὶ ὧν συγγράφειν μέλλομεν τεύχη ὑπὲρ τῶν οἰκείων τὴν μαρτυρίαν παρέχουσι χρόνων. Τοιγαροῦν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ δέομαι, ἵν' ὅπερ ὁ σὸς κικέρων, ὁ ἐν τῷ ἄκρῳ τῆς ῥωμαϊκῆς εὐγλωττίας ἱστάμενος, ποιῆσαι οὐκ ἀπηξίωσεν εἰς βροῦτον, τὸν τῶν ῥητόρων τῇ ῥωμαϊκῇ γλώττῃ συντάττων κατάλογον, τοῦτο ἐγὼ ἐν τῷ ἀπαριθμήσασθαι τοὺς συγγραφέας τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ἐξεπληρώσω διὰ τῆς σῆς προτροπῆς. Εἰ δέ τινες, ἐκ τῶν ἄχρι τήμερον συγγεγραμμένων παρ' ἐμοῦ ἐν τῷ δὲ τῷ τεύχει παρελείφθησαν, ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ ἐμοὶ συγγραφέτωσαν, οὐ δὲ γὰρ ἀποκρυπτόντων αὐτῶν τὰ ἴδια συγγράμματα, γνῶναι ἐδυνήθην οἷς οὐκ ἐνέτυχον, καὶ ὅπερ ἄλλοις ἐσθὸν ὅτε γνωστὸν τυγχάνει, ἐμοὶ ἐν τῇ τοῦ κόσμου τούτου γωνίᾳ, ἄγνωστον ὑπῆρξεν, ὅμως ὅταν κατάδηλοι διὰ τῶν οἰκείων γένωνται συγγραμμάτων, οὐχ ὡς τὰ μέγιστα βλαβέντες τὴν ἡμετέραν συστενάξουσι σιωπήν. Μαθέτωσαν τοιγαροῦν κέλσος, πορφύριος, ἰουλιανὸς, οἱ λυσσώδεις

C aduerſus Chriſtum canes, diſcant eorum ſectatores, qui putant eccleſiam, nullos philoſophos & eloquentes, nullos habuiſſe doctores, quanti & quales uiri eam fundauerint, extruxerint, & ornauerint, & deſinant fidem noſtram, ruſticæ tantum ſimplicitatis arguere, ſuamq́ potius imperitiam agnoſcant.

SImon Petrus filius Ioannis, prouinciæ Galilææ, uico Bethſaida, frater Andreæ apoſtoli, & princeps apoſtolorum: poſt epiſcopatum Antiochẽſis eccleſiæ, & prædicationẽ diſperſionis eorum, qui de circũciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecũdo Claudij anno, ad expugnandum Simonẽ Magum Romam pergit, ibiq́ uigintiquinq́ annis cathedram ſacerdotalem tenuit, uſq́ ad ultimum annum Neronis, id eſt, decimumquartũ. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terrã uerſo, & in ſublime pedibus eleuatis: aſſerens ſe indignum, ut ſic crucifigeretur ut dominus ſuus. *Variat Græcus.* Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominãtur: quarum ſecunda à pleriſq́ eius eſſe negatur, propter ſtili cum priore diſſonantiam. D Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius, è quibus unus Actorũ eius inſcribitur, alius Euangelij, tertius Prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus Iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta uiã triumphalem totius urbis ueneratione celebratur.

*Diuus Hieronymus nõ receſſit niſi ſcriptores: at Sophronius reliquos itẽ apoſtolos adiunxit. Ea nos Latina fecimus, & adijcienda curauimus, ne non cõgruerent Græca cũ Latinis.*

ANdreas frater huius, ut maiores noſtri prodiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Saccis prædicauit Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Auguſta ciuitate prædicauit, quæ cognominatur magna, ubi eſt irruptio Apſari, & Phaſis fluuius, illic incolunt Aethiopes interiores. Sepultus eſt autem Patris ciuitate Achaiæ, cruci ſuffixus ab Aegæa præfecto Edeſenorum.

IAcobus, qui appellatur frater domini, cognomento iuſtus, ut nonnulli exiſtimant, Ioſeph ex alia uxore, ut autem mihi uidetur, Mariæ ſororis matris domini, cuius Ioannes in libro ſuo meminit, filius: poſt paſſionẽ domini ſtatim ab apoſtolis Hieroſolymorũ epiſcopus ordinatus; unam tãtum ſcripſit epiſtolam,



κατὰ χριστοῦ κύνες, μαθέτωσαν οἱ τούτων ἀκόλουθοι, οἱ νομίζοντες τὴν ἐκκλησίαν, μήτε φιλοσόφους καὶ εὐφραδεῖς, μήτε εἶναι ἐσχηκέναι διδασκάλους, ὅσοι καὶ πηλίκοι ἄνδρες, ταύτην θεμελιώσαντες, ᾠκοδόμησάν τε καὶ διεκόσμησαν, καὶ παύσωνται τὴν ἡμετέραν πίστιν, ἀγροικικῆς εὐηθείας μόνον ἁπλότητος, τὴν οἰκείαν μᾶλλον ἀμαθίαν ἐπιγνωσόμενοι.

Σίμων πέτρος ἀπόστολος υἱὸς ἰωνᾶ, ἐπαρχίας γαλιλαίας, κώμης βηθσαϊδᾶ, ἀδελφὸς ἀνδρέου ἀποστόλου, καὶ ἀρχηγὸς τῶν ἀποστόλων, μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας, καὶ τὸ κήρυγμα τῶν διασπαρέντων, καὶ ἐκ τῆς περιτομῆς πιστευσάντων, ἐν πόντῳ, γαλατίᾳ, καππαδοκίᾳ, ἀσίᾳ, καὶ βιθυνίᾳ, τῷ δευτέρῳ κλαυδίου ἔτει, εἰς τὸ ἐκπολεμῆσαι σίμωνα τὸν μάγον, τῇ ῥώμῃ ἐφίσταται, ἔνθα εἴκοσι πέντε ἐνιαυτοὺς, τὸν θρόνον τῆς ἱερωσύνης κατέχεν, ἕως τοῦ τελευταίου ἐνιαυτοῦ νέρωνος, τουτέστι, τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου, ἐφ' οὗ καὶ σταυρωθεὶς ἐμαρτύρησε, τὴν κεφαλὴν κατὰ γῆν ἔχων, τοὺς πόδας δὲ, ἐν μετεώρῳ, φάσκων ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι, τὸν ὅμοιον τρόπον σταυρωθῆναι τῷ πάντων κυρίῳ, ἔγραψε δύο ἐπιστολὰς τὰς ὀνομαζομένας καθολικάς, ἀφ' ὧν τὴν δευτέραν οἱ πλείους οὐκ ἐγκρίνουσιν αὐτοῦ τυγχάνειν, διὰ τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν διαφωνίαν τῆς πρώτης ἐπιστολῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ μάρκον εὐαγγέλιον, ὃς μαθητὴς αὐτοῦ καὶ ἑρμηνευτὴς ἐγένετο, τούτου λέγεται εἶναι. τὰ δὲ συγγράμματα, τουτέστι πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται πράξεις αὐτοῦ, δεύτερον, εὐαγγέλιον, τρίτον, κήρυγμα, τέταρτον, ἀποκάλυψις, πέμπτον, κρίσις, ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται. κηδευθεὶς δὲ ἐν ῥώμῃ ἐν τῷ βατικάνῳ, πλησίον τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπίκλην θριαμφαλίας, μετὰ παντὸς τοῦ σεβάσματος, παρὰ τῶν ῥωμαίων θρησκεύεται.

Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν, σκύθαις καὶ σογδιανοῖς καὶ σάκκαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἐν σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ ἀψάρου, καὶ φάσις ὁ ποταμός, ἔνθα οἰκοῦσιν αἰθίοπες οἱ ἐσώτεροι, θάπτεται δὲ ἐν πάτραις τῆς ἀχαίας, σταυρῷ παραδοθεὶς ὑπὸ αἰγεά τοῦ βασιλέως ἐδεσηνῶν.

Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου, ἀπόστολος καὶ ἐπίκλην δίκαιος, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, τοῦ ἰωσὴφ, ἀπὸ ἄλλης γυναικός, ὡς δὲ ἐμοὶ φαίνεται, μαρίας ἀδελφῆς τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου, ἧς ἰωάννης μέμνηται παρὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου, εὐθὺς παρὰ τῶν ἀποστόλων, ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος κατασταθεὶς, μίαν μόνην συνεγράψατο ἐπιστολήν,

A lam, quæ de ſeptem catholicis eſt, quæ & ipſa ab alio quodam ſub nomine eius ædita aſſeri tur: licet paulatim tẽpore procedente obtinue rit autoritatem. Hegeſippus uicinus apoſtolicorum temporũ, in quinto cõmẽtariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suſcepit eccleſiam Hieroſolymæ poſt apoſtolos frater domini Iacobus, cognomẽto Iuſtus. Multi ſiquidem Iacobi uocabantur. Hic de utero matris ſanctus fuit, uinũ & ſicerã nõ bibit, carnẽ nullam comedit, nunquàm attonſus eſt, nec unctus unguẽto, nec uſus balneo. Huic ſoli licitũ erat ingredi ſancta ſanctorum. Siquidem ueſtibus laneis non utebatur, ſed lineis, ſoluſq; ingrediebatur tẽplum, & flexis genibus pro populo deprecabatur: intantum, ut camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederetur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum eſt. Sed & Ioſephus in uiceſimo libro antiquitatũ refert, & Clemens in ſeptimo Hypotypoſeon, mortuo Feſto, qui Iudæam regebat, miſſum à Nerone eſſe ſucceſſorem eius Albinum: qui cum necdum ad prouinciã perueniſſet: Ananus, inquit, põtifex adoleſcẽs Anani filius, de
B genere ſacerdotali, accepta occaſione, ἀναρχίας concilium congregauit: & compellens publice Iacobum, ut Chriſtum dei filium denegaret, cõtradicentẽ lapidari iuſſit: qui cum præcipitatus de pinna templi cõfractis cruribus, adhuc ſemiuiuus tendẽs ad cœlum manus diceret: Domine, ignoſce eis: quod enim faciũt, neſciũt: fullonis fuſte, quo rudia ueſtimẽta extorqueri ſolet, in cerebro ꝑcuſſus interijt. Tradit item Ioſephus tãtæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo: ut propter eius necẽ, creditum ſit ſubuerſam eſſe Hieroſolymam. Hic eſt de quo Paulus apoſtolus ſcribit ad Galatas: Alium autem apoſtolorum uidi neminem, niſi Iacobum fratrem domini. Et apoſtoloꝝ ſuper hoc crebrius Acta teſtatur. Euãgelium quoq; quod appellatur ſecundũ Hebræos, & à me nuper in Græcũ Latinumq; ſermonẽ tranſlatũ eſt, quo & Origenes ſæpe utit̃, poſt reſurrectionẽ ſaluatoris refert. Dñs autẽ cum dediſſet ſindonem ſeruo ſacerdotis, iuit ad Iacobũ, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus, ſe non comeſturũ panẽ ab illa hora, qua biberat calicẽ domini, donec uideret eum





λὴν, ἥτις τῶν ἑπτὰ καθολικῶν τυγχάνει. Καί τινες παρ' ἑτέρου τινὸς ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ ἐκδεδόσθαι ταύτην φάσκουσι, καὶ κατὰ βραχὺ τοῦ χρόνου προϊόντος, αὐθεντίας τινὸς ἐπελάβετο. Ηγήσιππος γείτων τῶν ἀποστολικῶν χρόνων, ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῶν ὑπομνημάτων περὶ Ἰακώβου διηγούμενος, ἔφη. Εδέξατο τὴν ἐκκλησίαν Ἱεροσολύμων μετὰ τοὺς ἀποστόλους, ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ἐπικληθεὶς δίκαιος, διὰ τὸ πολλοὺς καλεῖσθαι Ἰακώβους, οὗτος ἐκ γενητῆς ἅγιος ἦν, οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιε, κρεῶν δὲ οὐδὲ ἑτέρου θυτοῦ οὐ μετέλαβε πώποτε, οὐδὲ ἐκείρατο, οὐδὲ ἀλείμμασιν ἢ λουτροῖς προσωμίλησεν, ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἐσθῆτι ἐρεΐνῃ μὴ κεχρημένῳ, ἀλλὰ λινῇ, μόνῳ τε αὐτῷ ἐξῆν εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι, καὶ γόνατα κλίνων, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ προσηύχετο. τοσοῦτον, ὥστε τὰ γόνατα αὐτοῦ ὑπερβαίνειν νομίζεσθαι, τοὺς τῶν καμήλων τύπους, λέγει καὶ ἕτερά τινα, ἃ μακρὸν εἴη καταλέγεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ Ἰώσηπος ἐν τῷ εἰκοστῷ τῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ, καὶ Κλήμης ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ὑποτυπώσεων εἰρήκασι, μετὰ τὴν τελευτὴν Φήστου τοῦ τὴν Ἰουδαίαν διέποντος, πεμφθῆναι παρὰ Νέρωνος διάδοχον αὐτοῦ Ἀλβῖνον, καὶ πρὶν ἢ τοῦτον τῆς ἐπαρχίας ἐπιστῆναι, Ανανός φησιν ἱερεὺς νέος, Ανάνου υἱός, γένος ἱερατικοῦ, εἰληφὼς ἀφορμὴν, ἀναρχίας συνεδρίου γενομένου, ἠνάγκασε τὸν Ἰάκωβον δημοσίᾳ, ἵνα τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἀρνήσηται, ἀντιλέγοντα δὲ λιθασθῆναι προσέταξεν, ὃς ἐκ τοῦ πτερυγίου τοῦ ναοῦ κρημνισθεὶς, καταγότων αὐτοῦ τῶν σκελῶν, ἡμιθανὴς ἐπάρας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, λέγει. Κύριε, σύγγνωθι αὐτοῖς, ὃ γὰρ ποιοῦσιν ἀγνοοῦσι, τότε κναφικῷ μοχλῷ ᾧ τὰ ἱμάτια ἐκπιάζειν εἰώθασι, κατὰ τοῦ ἐγκέφαλον κρουσθεὶς, ἀνεπαύσατο. Προστίθησιν ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος, τοσαύτης αὐτὸν γεγενῆσθαι ἁγιωσύνης ἐντὸς καὶ θρησκείας παρὰ τῷ λαῷ, ὡς διὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον πεπεῖσθαι πάντας, τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. Περὶ τούτου καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος πρὸς τοὺς Γαλάτας λέγει. Ἄλλον δὲ ἐκ τῶν ἀποστόλων οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου. Καὶ τῶν ἀποστόλων περὶ τούτου μαρτυροῦσιν αἱ πράξεις. Καὶ τὸ εὐαγγέλιον δὲ τὸ ἐπίγραφον καθ' Ἑβραίους, ὅπερ ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν ἑλληνικὴν καὶ ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετεβλήθη, ᾧ καὶ Ὠριγένης πολλάκις κέχρηται, μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος, λέγει. Ὁ δὲ κύριος δεδωκὼς σινδόνα τῷ δούλῳ τοῦ ἱερέως, ἀπελθὼν πρὸς Ἰάκωβον, ἤνοιξεν αὐτῷ, ὠμωμόκει γὰρ Ἰάκωβος μὴ γεύσασθαι ἄρτου, ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας ἀφ' ἧς πεπώκει τὸ ποτήριον ὁ κύριος, ἕως οὗ ἴδῃ αὐτὸν

*Pro τύπους, legendũ arbitror πύλους.*

*Græcus legiſſe uidetur, aꝑuit.*

C reſurgentem à mortuis. Rurſuſq; poſt paululum: Afferte, ait dominus, mēſam & panem. Statimq; additur: Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo iuſto, & dixit ei: Frater mi, comede panē tuum, quia reſurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaq; annos Hieroſolymis rexit eccleſiā, id eſt, uſq; ad ſeptimū Neronis annū, & iuxta templum ubi & præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Titulum uſq; ad obſidionem Titi & ultimam Hadriani notiſſimum habuit. Quidam è noſtris in monte oliueti eum putauerunt conditum, ſed falſa eorum opinio eſt.

MAtthæus, qui & Leui, ex publicano apoſtolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circunciſione crediderant, Euangelium Chriſti Hebraicis literis uerbiſq; cōpoſuit. Quod quis poſtea in Græcum tranſtulerit, non ſatis certum eſt. Porrò ipſum Hebraicum habetur uſq; hodie in Cæſarienſi bibliotheca, quam Pāphilus martyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quoq; à Nazaræis, qui in Beroea urbe Syriæ hoc uolumine utuntur, deſcri-

D bendi facultas fuit. In quo animaduertēdum, quod ubicunque euangeliſta, ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona domini ſaluatoris, ueteris ſcripturæ teſtimonijs utitur, non ſequatur Septuaginta tranſlatorum autoritatem, ſed Hebraicam, è quibus illa duo ſunt: Ex Aegypto uocaui filium meum. Et: Quoniam Nazaræus uocabitur.

*Hæc uſque ad Iudã non ſunt Hieronymi, ſed à Græcis adiecta.*

IAcobus Zebedæi filius, duodecim tribubus quæ erāt in diſperſione, omnibus prædicauit Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti. Interfectus eſt autem gladio ab Herode Tetrarcha Iudæorum.

PHilippus apoſtolus in Phrygia prædicat Euangelium domini Ieſu. Sepelitur Hierapoli cum filiabus honorifice.

BArtholomæus apoſtolus, Indis ijs qui dicuntur fortunati, prædicauit Euangelium Chriſti, & Euangelium quod eſt ſecundum Matthæum eis tradidit. Dormiuit autem Albanopoli oppido maioris Armeniæ.

THomas apoſtolus, quemadmodum traditū eſt nobis, Parthis & Medis & Perſis & Germanis & Hircanis & Bactris & Magis prædicauit Euangelium domini. Dormiuit



ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Αὖθις δὲ μικρὸν ὕστερον, δότε, φησὶν ὁ κύριος, τράπεζαν καὶ ἄρτον. Εὐθὺς δὲ προστίθεται, λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ δέδωκεν Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ, λέγει αὐτῷ. Ἀδελφέ μου, ἔσθιε τὸν ἄρτον τὸν σόν, ἠγέρθη γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν. Τριάκοντα τοιγαροῦν ἐνιαυτοὺς τὴν Ἱεροσολύμων κυβερνήσας ἐκκλησίαν, τουτέστιν, ἕως ἑβδόμου ἐνιαυτοῦ Νέρωνος, πλησίον τοῦ ναοῦ ἀπετέθη, ἐν ᾧ καὶ ἐῤῥίφθη, τίτλον ἄχρι τοῦ Τίτου πολιορκίας, καὶ τῆς τελευταίας Ἀδριανοῦ ἐπίσημον ἔχειν. Ὧν τινες δὲ ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦ ἐλαιῶνος τεθεῖσθαι νομίζουσι, ψευδοῦς οὔσης τῆς τούτων ὑπονοίας.

ΜΑτθαῖος ὁ καὶ λευΐς, ἀπόστολος ἀπὸ τελωνῶν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας εὐαγγέλιον τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ γράμμασιν καὶ ῥήμασιν Ἑβραϊκοῖς συνέταξεν, ἀγνοουμένου τοῦ μετὰ ταῦτα εἰς ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν ἄχρι τήμερον ἐστὶν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ Καισαρείας τῆς παρὰ Παμφίλου μάρτυρος περισπουδάστως κατασκευασθείσης. Ἐμοὶ δὲ παρὰ τῶν Ναζωραίων τῶν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ κεχρημένων, ἄδεια παρεσχέθη τῆς τούτου μεταγραφῆς, δι᾽ οὗ ἐστὶν ἀκριβῶς πεισθῆναι, ὡς ἔνθα ἂν ὁ εὐαγγελιστὴς εἴτε ἐκ προσώπου οἰκείου, εἴτε ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ καὶ σωτῆρος ταῖς μαρτυρίαις κατακέχρηται τῶν παλαιῶν γραφῶν, μὴ ἀκολουθεῖν τῇ αὐθεντίᾳ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν, ἀλλὰ τῇ Ἑβραϊκῇ, ἀφ᾽ ὧν τὰ δύο ἐστὶν ἐκεῖνα, ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. καί, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

ΙΑκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, πᾶσιν ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ἀνῃρέθη δὲ μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρώδου τετράρχου τῶν Ἰουδαίων.

ΦΙλιππος ὁ ἀπόστολος ἐν Φρυγίᾳ κηρύσσει τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ΙΗΣΟΥ. Θάπτεται ἐν Ἱεραπόλει μετὰ τῶν θυγατέρων ἐνδόξως.

ΒΑρθολομαῖος ὁ ἀπόστολος, Ἰνδοῖς, τοῖς καλουμένοις εὐδαίμοσιν, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον αὐτοῖς εὐαγγέλιον ἔδωκεν, ἐκοιμήθη δὲ ἐν Ἀλβανοπόλει τῆς μεγάλης Ἀρμενίας.

ΘΩμᾶς ὁ ἀπόστολος, καθὼς ἡ παράδοσις περιέχει, Πάρθοις καὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις καὶ Γερμανοῖς καὶ Ὑρκανοῖς καὶ Βάκτροις καὶ Μάγοις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου. Ἐκοιμή-

θη

A uit in ciuitate Calamina, quæ eſt Indiæ.

SImon Cananæus, cognomento Iudas, frater Iacobi epiſcopi, qui & ſucceſſit illi in epiſcopatum, poſt obitum Iacobi cognomẽto iuſti: uixit annos uiginti ſupra centũ. Crucifixus autem ſub Traiano præfecto, mota perſecutione graui, dormiuit.

MAtthias, cum unus eſſet è numero ſeptuaginta, allectus eſt in ordinẽ undecim apoſtolorum, in locum Iudæ Iſcariotæ, qui fuit proditor. In altera Aethiopia, ubi eſt irruptio Apſari & Hyſſi portus, prædicauit euangelium, cum eſſent homines agreſtes. Et illic dormiuit & illic ſepultus eſt, uſque ad hodiernum diem.

TImotheus autẽ Epheſiorum epiſcopus ordinatus à beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circunciſione. De quo multa teſtatur Paulus, admonens ut honeſtam profeſſionẽ dati ſibi doni ſeruaret, qui & glorioſe illic teſtificatus eſt.

TItus epiſcopus Cretæ, in eadem & in circumiacentibus inſulis prædicauit euãge-
B lium Chriſti. Ibidem autem & dormiuit, & ſepultus eſt, nempe in Creta.

CReſcens in Gallijs prædicauit euãgelium & illic ſepultus eſt. Eunuchus Candaces Aethiopum reginæ in Arabia cognomento Felici. Et in Taprobana inſula maris rubri prædicauit euãgelium domini. Aiunt autem eum & ibidem martyrium pertuliſſe, & honorifice fuiſſe ſepultum.

IVdas frater Iacobi paruam quidem quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimoniũ, à pleriſque reijcitur: tamen autoritatem uetuſtate iam & uſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

PAulus apoſtolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſchalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymã, à Gamaliele uiro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autem interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epiſtolis, ad perſequẽdos eos, qui Chriſto

θη ἐν πόλει Καλαμίνῃ τῆς Ἰνδικῆς.

ΣΙμων ὁ Καναναῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, ὃς [illegible] καὶ τὸν κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς ἐδέξατο μετὰ τὴν Ἰακώβου τοῦ δικαίου κοίμησιν, ἔζησεν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη. Σταυρῷ δὲ παραδοθεὶς ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, διωγμοῦ μεγάλου κινηθέντος, ἐκοιμήθη.

ΜΑτθίας εἷς ὢν τῶν ἑβδομήκοντα, συγκαταριθμηθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων, ἀντὶ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου τοῦ προδότου γενομένου, ἐν τῇ δευτέρᾳ Αἰθιοπίᾳ, ὅπου ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Ὕσσου λιμήν, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, ἀγρίοις ἀνθρώποις οὖσι, καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἕως τῆς σήμερον.

ΤΙμόθεος δὲ ὁ ἐπίσκοπος Ἐφέσου κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἐξ ἐθνῶν ἦν, οὐκ ἐκ περιτομῆς, ᾧ καὶ πολλὰ μαρτυρεῖ Παῦλος, νουθετῶν τὴν καλὴν ὁμολογίαν τοῦ δοθέντος αὐτῷ χαρίσματος φυλάξαι, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐκεῖ ἐμαρτύρησεν.

ΤΙτος ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐν αὐτῇ καὶ ταῖς πέριξ νήσοις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ἐκεῖ καὶ ἐκοιμήθη καὶ ἐτάφη ἐν Κρήτῃ.

ΚΡίσκης ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη, εὐνοῦχος Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ἐν Ἀραβίᾳ τῇ εὐδαίμονι, καὶ ἐν τῇ Προβάνῃ νήσῳ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου. Λόγος δὲ περιέχει, ὡς καὶ μεμαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνδόξως ταφῆναι.

ΙΟύδας ἀδελφὸς Ἰακώβου, ἐλαχίστην, ἥτις ἐκ τῶν ἑπτὰ καθολικῶν ἐστιν, ἐπιστολὴν καταλέλοιπεν, καὶ ἐπείπερ ἀπὸ τῆς βίβλου Ἐνώχ, τῆς ἀποκρύφου τυγχανούσης, προσλαμβάνεται ἐν αὐτῇ μαρτυρίας, παρὰ πολλῶν ἐκβάλλεται, ἀλλ' ὅμως τῇ ἀρχαιότητι καὶ τῇ τῆς χρήσεως αὐθεντίᾳ ἠξιώθη ταῖς θείαις γραφαῖς συγκαταριθμεῖσθαι.

ΠΑῦλος ὁ ἀπόστολος ἔξω τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα ἀποστόλων τυγχάνων, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν, καὶ κώμης Γισχάλων τῆς Ἰουδαίας, ὁρμώμενος, πορθηθείσης παρὰ τῶν Ῥωμαίων τῆς αὐτῆς κώμης, μετὰ τῶν οἰκείων γονέων εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας κατῴκησεν, ὑφ' ὧν σταλεὶς διὰ τὴν ἄσκησιν τοῦ νόμου εἰς Ἱεροσόλυμα, παρὰ Γαμαλιὴλ ἀνδρὶ διδασκαλικωτάτῳ, οὗ καὶ Λουκᾶς μέμνηται, ἐφοίτησεν, ἀλλ' ἡνίκα παρῆν τῇ σφαγῇ Στεφάνου τοῦ μάρτυρος, λαβὼν ἐπιστολὰς τοῦ ἱερέως ἐπὶ διωγμῷ τῶν

C Chriſto crediderāt, Damaſcū pergeret, reuela
tiōe cōpulſus ad fidē, quæ in Actibus apoſto
lorū ſcribitur, in uas electiōis de perſecutore
trāſlatus eſt. Cumq; primū ad prædicationē
eius Sergius Paulus procōſul Cypri credidiſ
ſet, ab eo quod eum Chriſti fidei ſubegerat,
ſortitus eſt nomen Paulus: & iuncto ſibi Bar
naba, multis urbibus peragratis, reuertensq;
Hieroſolymā, à Petro Iacoboq; & Ioāne gen
tium apoſtolus ordinatur. Et quia in Actibus
apoſtolorū pleniſſime de eius cōuerſatiōe ſcri
ptū eſt, hoc tantū dicā, qđ poſt paſſionē dñi
uiceſimoquinto anno, id eſt ſecūdo Neronis,
eo tēpore quo Feſtus ꝓcurator Iudææ ſucceſ
ſit Felici, Romā uinctus mittit̃, & bienniū in
libera manens cuſtodia, aduerſus Iudæos de
aduētu Chriſti quotidie diſputauit. Sciēdum
autē in prima ſatiſfactiōe, necdū Neronis im
perio roborato, nec in tāta erumpēte ſcelera,
quāta de eo narrāt hiſtoriæ, Paulum à Nero
ne dimiſſum, ut euāgeliū Chriſti in Occidētis
quoq; partibus prędicaret: ſicut ipſe ſcribit in
ſecūda epiſtola ad Timotheū, eo tēpore quo
& paſſus eſt, de uinculis dictat epiſtolā: In pri
D ma mea ſatiſfactiōe nemo mihi affuit, ſed oēs
me dereliquerūt: nō eis imputetur. Dñs autē
mihi affuit, & cōfortauit me, ut ꝑ me ꝑdicatio
cōpleret̃, & audirēt oēs gētes: & liberatus ſum
de ore leonis. Manifeſtiſſime leonē ꝓpter cru
delitatē Neronē ſignificans. Et in ſequētibus:
Liberatus ſum de ore leonis. Et ſtatim: Libe
rauit me dñs ab omi ope malo, & ſaluauit me
in regnū ſuū cœleſte, qđ ſcilicet ꝓſens ſibi ſen
tiret imminere martyriū. Nā & in eadē epiſto
la præmiſerat: Ego eñ iam immolor, & tēpus
reſolutiōis meæ inſtat. Hic ergo xiiij. Neronis
anno, eodē die quo Petrus, Romæ pro Chri
ſto capite trūcatus ſepultusq; eſt in uia Oſtiē
ſi, anno poſt paſſionē domini triceſimo ſepti
mo. Scripſit aūt nouē ad ſeptē eccleſias epiſto
las, ad Romanos unam, ad Corinthios duas,
ad Galatas unam, ad Epheſios unam, ad Phi
lippēſes unam, ad Coloſſenſes unā, ad Theſſa
lonicenſes duas: præterea ad diſcipulos ſuos,
Timotheo duas, Tito unā, Philemoni unam.
Epiſtola aūt quæ fertur ad Hebræos, nō eius
creditur ꝓpter ſtili ſermonisq; diſtātiā: ſed uel
Barnabæ iuxta Tertullianū: uel Lucæ euan
geliſtæ



ἐν τῷ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ πιστευσάντων, ἐπιστὰς τῇ Δαμασκῷ διὰ ἀποκαλύψεως εἰς τὴν πίστιν τὴν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἐγγεγραμμένην, εἰς σκεῦος ἐκλογῆς ἀπὸ διώκτου μετηνέχθη, πιστεύσαντος δὲ πρῶτον εἰς τὴν τούτου κήρυξιν Σεργίου Παύλου ἀνθυπάτου τῶν Κυπρίων, διὰ αὐτοῦ ὅτι αὐτὸν τῇ πίστει τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ὑπέταξεν, ἐκληρώθη τοῦ ὀνόματος Παύλου, καὶ συζεύξας ἑαυτῷ Βαρνάβαν, πολλαῖς τε πόλεσιν ἐπιστὰς ἀναζεύξας εἰς Ἱεροσόλυμα παρὰ Πέτρου καὶ Ἰακώβου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος καθίσταται. Ἐπεὶ τοίνυν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων περὶ τῆς τούτου διαγωγῆς πολλὰ εἴρηται, τοῦτο μόνον λέξω, ὅτι μετὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου εἰκοστῷ πέμπτῳ ἔτει, τουτέστι δευτέρῳ Νέρωνος, ἡνίκα Φῆστος ὁ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος, διεδέξατο Φήλικα, εἰς Ῥώμην δέσμιος πέμπεται, καὶ ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς ἐν ἐλευθέρᾳ μένων παραφυλακῇ, κατὰ τῶν Ἰουδαίων περὶ τῆς ἐλεύσεως ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἑκάστοτε διηγήσατο. Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ, μήπω τῆς τοῦ Νέρωνος βασιλείας στερεωθείσης, μήτε εἰς τοσαύτας αὐτοῦ πράξεις, ὅσας αἱ ἱστορίαι φέρουσιν, διεληλακότος, Παῦλος παρὰ Νέρωνος ἀπελύθη ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ καὶ ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν κηρύξαι, καθὼς γράφει ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ, ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθεν, ὅτ' ἂν ἐν τοῖς δεσμοῖς ὢν, ἐπέστελλε, λέγων. Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, σαφῶς διὰ τὴν ὠμότητα, Νέρωνα λέγων. Αἰσθόμενος γὰρ δηλονότι ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τὸ μαρτύριον, ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ προεῖπε, λέγων. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. Ὁμοίως τοίνυν καὶ αὐτὸς τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Νέρωνος ἐνιαυτῷ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ᾗ καὶ Πέτρος ἐν Ῥώμῃ ὑπὲρ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἀποκεφαλισθεὶς, ἀπετέθη ἐν τῇ ὁδῷ, τῇ λεγομένῃ Ὀστιωσίᾳ, ἔτους μετὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, τριακοστοῦ ἑβδόμου. Ἔγραψε δὲ ἐπιστολὰς ἐννέα, πρὸς ἑπτὰ ἐκκλησίας οὕτως, πρὸς Ῥωμαίους μίαν, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μίαν, πρὸς Ἐφεσίους μίαν, πρὸς Φιλιππησίους μίαν, πρὸς Κολασσαεῖς μίαν, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, Τιμοθέῳ δύο, Τίτῳ μίαν, Φιλήμονι μίαν. Τὴν δὲ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴν τινὲς νομίζουσι μὴ εἶναι αὐτοῦ, διά τε τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν τοῦ λόγου διαφωνίαν, ἀλλὰ Βαρνάβα κατὰ τὸν Τερτυλλιανὸν, ἢ τοῦ Λουκᾶ τοῦ εὐαγ-

γελιστοῦ

A geliſtæ, iuxta quoſdam: uel Clementis Romanæ poſtea eccleſiæ epiſcopi, quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone. Vel certe quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos, nominis titulum in principio ſalutationis amputauerat. Scripſerat ut Hebræus Hebræis Hebraice, id eſt, ſuo eloquio diſertiſſime, ut ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentius uerterentur in Græcũ: & hanc cauſam eſſe, quod à cæteris Pauli epiſtolis diſcrepare uideatur. Legunt quidam & ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.

BArnabas Cyprius, qui & Ioſeph Leuites, cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus, unam ad ædificationem eccleſiæ pertinentem epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas ſcripturas legitur. Hic poſtea propter Ioannem diſcipulum, qui & Marcus uocabatur,
B ſeparatus à Paulo, nihilominus euangelicæ prædicationis iniunctum ſibi opus exercuit.

LVcas medicus Antiochenſis, ut eius ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus fuit, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scripſit euangeliũ, de quo idem Paulus: Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes, Salutat uos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheum: Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoq; ædidit uolumen egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur: cuius hiſtoria uſque ad biennium Romæ cõmorantis Pauli peruenit, id eſt, uſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum eſſe compoſitum. Igitur περιόδους Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, ut indiuiduus comes apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterũ quendã in Aſia σπουδαστὴν apoſtoli Pauli, conuictũ apud Ioannem, quod autor eſſet libri, & cõfeſſum

γελιστοῦ, καθάπερ τισὶ δοκεῖ, ἢ Κλήμεντος τοῦ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ὕστερον ἐπισκόπου, ὅν φασι τὰ ἀποφθέγματα Παύλου οἰκείως συντάξαι καὶ κοσμῆσαι λόγῳ. ἢ τόγε μᾶλλον Παῦλος γράφων πρὸς Ἑβραίους, διὰ τὸν φθόνον τὸν πρὸς αὐτόν, τὴν τοῦ ἀποστόλου ἐπιγραφὴν ἐν ἀρχῇ τῆς προσηγορίας γραφῆναι, οὐκ ἐδοκίμασεν.
Ἐγεγράφει γὰρ ὡς Ἑβραῖος Ἑβραϊστὶ, τουτέστιν οἰκείᾳ φράσει ἐλλογίμως, καὶ ὅπερ εὐφραδῶς συντέτακτο τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, εὐφραδέστερον εἰς Ἑλληνικὴν μετεφράσθη, καὶ ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν, τοῦ οἴεσθαι διαφωνεῖν ταῖς ἄλλαις Παύλου ἐπιστολαῖς. τινὲς δὲ, καὶ τὴν πρὸς Λαοδικέας ἀναγινώσκουσιν, ἀλλὰ παρὰ πάντων ἐκβάλλεται.

Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος καταστάθεὶς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥ τις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. οὗτος ὕστερον διὰ Ἰωάννην τὸν μαθητὴν, ὃς καὶ Μάρκος ἐκαλεῖτο, χωρισθεὶς Παύλου, οὐδὲν ἧττον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἔργον ἐπιταγὲν αὐτῷ ἐπλήρωσεν.

Λουκᾶς ἰατρὸς Ἀντιοχεὺς, καθὼς τὰ συγγράμματα αὐτοῦ δηλοῖ, τοῦ ἑλληνικοῦ οὐκ ἄπειρος, σπουδαστὴς Παύλου ἀποστόλου, καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς ἀποδημίας ἀκόλουθος. Συνέταξεν εὐαγγέλιον, περὶ οὗ αὐτὸς Παῦλος, ἀπεστείλαμεν φησὶ σὺν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ πάσας τὰς ἐκκλησίας. Καὶ πρὸς τοὺς Κολασσαεῖς, ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. καὶ πρὸς Τιμόθεον, Λουκᾶς ἐστὶ μετ᾽ ἐμοῦ μόνος. Καὶ ἕτερον δὲ ἐξέδωκε τεῦχος ἐξαίρετον, ἐπιγράφημα πράξεις ἀποστόλων, οὗ ἡ ἱστορία ἕως διετίας διάγοντος ἐν τῇ Ῥώμῃ Παύλου ἐκτείνεται, τουτέστιν ἕως τετάρτου Νέρωνος ἐνιαυτοῦ. ἀφ᾽ ὧν πεπείσμεθα, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν βίβλον συντετάχθαι. Ἡ γὰρ περίοδος Παύλου καὶ Θέκλας, καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσανεὶ Λέοντος βαπτισθέντος, εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ψηφισθήσεται. οὐδὲ γὰρ ἐνεχώρει τὸν ἀχώριστον τοῦ ἀποστόλου μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ πράξεων τοῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανὸς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἀναφέρει πρεσβύτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, σπουδαστὴν Παύλου ἀποστόλου, ἐλεγχθέντα ἐπὶ Ἰωάννου, οἷα παρ᾽ αὐτοῦ συνταγείσης βίβλου.

 ὡμολογηκέναι

C & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob id excidiſſe quidam ſuſpicantur, quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Lucæ ſignificare uolumine: & Lucam non ſolum ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium, qui cum domino in carne nō fuerat, ſed à cæteris apoſtolis, quod ipſe quoq; in principio ſui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipſi uiderunt & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euangelium ſicut audierat ſcripſit. Acta uero apoſtolorum ſicut uiderat cōpoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus eſt Conſtantinopoli, ad quam urbem uiceſimo Cōſtantij anno, oſſa eius cū reliquijs Andreæ apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

Marcus diſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrū referentem audierat, rogatus Rhomæ à fratribus, breue ſcripſit euan-
D geliū. Quod cū Petrus audiſſet, probauit, & eccleſiæ legendū ſua autoritate ædidit, ſicut Clemens in ſexto ὑποτυπώσεων libro ſcribit. Et Papias Hieroſolymitanus epiſcopus, meminit huius Marci, & Petrus in epiſtola prima. ſub nomine Babylonis figuraliter Rhomā ſignificās: Salutat uos quæ in Babylone cū electa, & Marcus filius meus. Aſſūpto itaq; euāgelio quod ipſe cōfecerat, perrexit Aegyptū, & primus Alexādriæ Chriſtū annūcians, cōſtituit eccleſiā, tātæ doctrinæ & uitæ cōtinētia ut omnes ſectatores Chriſti ad exēplū ſui cogeret. Deniq; Philo diſertiſſimus Iudæorū, uidēs Alexādriæ primā eccleſiā adhuc Iudaizantē, quaſi in laudem gentis ſuæ librū ſuper eorū cōuerſatiōe ſcripſit. Et quomodo Lucas narrat Hieroſolymę credētes omnia habuiſſe cōmunia: ſic ille quod Alexādriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus eſt autē octauo Neronis āno, & ſepultus Alexandriæ, ſuccedente ſibi Aniano.

Ioannes apoſtolus, quem Ieſus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apoſtoli, quē Herodes poſt paſſionē domini decollauerat, nouiſſimus omnium ſcripſit euangelium, rogatus ab Aſiæ epiſcopis, aduerſus Cerinthū, aliosq; hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma cōſurgens, qui aſſerunt Chriſtum



ὡμολογηκέναι φίλτρῳ κατεχόμενον Παύλου τοῦτο πεποιηκέναι, διὸ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τοῦτον τινὲς ὑπολαμβάνουσιν. ὁσάκις γὰρ Παῦλος ἐν ταῖς οἰκείαις ἐπιστολαῖς λέγει, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, δῆλον ὡς περὶ τοῦ τεύχους τοῦ κατὰ Λουκᾶν σημαίνει, καὶ Λουκᾶν οὐ μόνον παρὰ τοῦ ἀποστόλου Παύλου μεμαθηκέναι τὸ εὐαγγέλιον, οἷα μετὰ τοῦ κυρίου τηνικαῦτα ἐν τῷ σώματι μὴ γενομένου, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἰδίου συντάγματος περιφανῶς λέγει. Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται. τοιγαροῦν τὸ εὐαγγέλιον καθὼς ἀκήκοεν ἔγραψε. τὰς δὲ πράξεις τῶν ἀποστόλων, καθὰ ἱστόρησεν αὐτὸς, καὶ συνέταξεν. Ἠνέχθη τὰ λείψανα αὐτοῦ καὶ ἀπετέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἰς ἣν πόλιν τῷ εἰκοστῷ Κωνσταντίνου ἐνιαυτῷ τὸ τούτου σῶμα μετὰ τῶν λειψάνων Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου μετηνέχθη.

Μάρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καθὼς τοῦ Πέτρου ἐξηγουμένου ἀκήκοε, παρακληθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, βραχὺ συνέταξεν εὐαγγέλιον, ὅπερ ἐντυχὼν Πέτρος ἐδοκίμασε, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίας ἐξέδωκε, καθὰ συνεγράψατο Κλήμης ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων λόγῳ, καὶ Παπίας Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, μέμνηται τούτου τοῦ Μάρκου, καὶ Πέτρος ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ, ἐπ' ὀνόματι Βαβυλῶνος εἰκονικῶς Ῥώμην σημαίνων. Ἀσπάζεται ὑμᾶς φησὶν ἡ ἐν Βαβυλῶνι σὺν τῇ ἐκλεκτῇ, καὶ Μάρκος ὁ ἐμὸς υἱός. παραλαβὼν τοιγαροῦν τὸ εὐαγγέλιον, ὅπερ αὐτὸς συνέταξε, καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ κηρύττων, κατεστήσατο ἐκκλησίαν, τοσαύτῃ παιδεύσει καὶ βίου καρτερίᾳ διέπρεψεν, ὥστε πάντας τοὺς ἀκολουθοῦντας τῷ ΧΡΙΣΤΩ ἕπεσθαι τῇ τούτου διαγωγῇ. Ὅθεν καὶ Φίλων ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐλλογιμώτατος, ὁρῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρώτην ἐκκλησίαν ἔτι ἰουδαΐζουσαν, ὡσανεὶ εἰς ἔπαινον τοῦ οἰκείου ἔθνους, βίβλον περὶ τῆς τούτων διαγωγῆς συνεγράψατο, καὶ ὥσπερ Λουκᾶς διηγεῖται τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις πιστεύσαντας πάντα ἐσχηκέναι κοινὰ, οὕτως κἀκεῖνος ὅπερ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ Μάρκου τοῦ διδασκάλου ἑώρα γινόμενον, τῇ μνήμῃ παρέδωκε. τελευτήσας δὲ τῷ ὀγδόῳ τοῦ Νέρωνος ἔτει, ἀπετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διαδεξαμένου αὐτὸν Ἀνανίου.

Ἰωάννης, ὃν ΙΗΣΟΥΣ πάνυ ἠγάπησεν, υἱὸς Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ὑπὸ Ἡρώδου μετὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἀποκεφαλισθέντος, ἔσχατος πάντων ἔγραψεν εὐαγγέλιον, παρακληθεὶς παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων, καὶ κατὰ Κηρίνθου καὶ ἄλλων αἱρετικῶν, καὶ μάλιστα τηνικαῦτα τοῦ τῶν Ἐβιωνιτῶν δόγματος ἀνακύψαντος, τῶν φασκόντων τὸν Χριστὸν

A Chriſtũ ante Mariã nõ fuiſſe. Vnde & cõpul
ſus eſt diuinã eius natiuitatẽ edicere. Sed & a-
liam cauſam huius ſcripturæ ferũt: quod cũ le
giſſet Matthei, Marci & Lucæ uolumina, ꝓ-
bauerit quidem textum hiſtoriæ, & uera cos
dixiſſe firmauerit, ſed unius tantum anni, in
quo & paſſus eſt, poſt carcerem Ioannis hi-
ſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaq; ãno, cuius
acta à tribus expoſita fuerãt, ſuꝑioris tẽporis
antequã Ioãnes clauderet in carcerẽ, geſta nar-
rauit, ſicut manifeſtũ eſſe poterit his q diligen
ter quatuor Euãgeliorum uolumina legerint.
Quæ res etiã διαφωνίαν, quæ uidet Ioannis eſſe
cũ cæteris, tollit. Scripſit autẽ & unã epiſtolã,
cuius exordiũ eſt: Quod fuit ab initio, qđ au-
diuimus & uidimus oculis noſtris, qđ perſpe
ximus, & manus noſtræ cõtrectauerũt de uer
bo uitæ: quæ ab uniuerſis eccleſiaſticis & eru-
ditis uiris probatur. Reliquæ aũt duæ, quarũ
principiũ eſt: Senior electæ dominæ & natis
eius: & ſequẽtis: Senior Caio chariſſimo, quẽ
ego diligo in ueritate: Ioãnis preſbyteri aſſe-
runt, cuius & hodie alterũ ſepulchrum apud
Epheſum oſtendit: & nõnulli putãt duas me-
morias eiuſdẽ Ioãnis euãgeliſtæ eſſe: ſup qua
B re cũ per ordinẽ ad Papiã auditorẽ eius uen-
tum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur
anno, ſecundã poſt Neronẽ ꝑſecutionẽ moue
te Domitiano, in Patmos ĩſulã relegatus, ſcri
pſit Apocalypſim, quã ĩterp̃tat Iuſtinus mar-
tyr & Hirenæus. Interfecto autẽ Domitiano,
& actis eius ob nimiã crudelitatẽ à ſenatu re-
ſciſſis, ſub Pertinace principe redit Epheſum:
ibiq; uſq; ad Traianũ principẽ perſeuerãs, to-
tas Aſię fundauit rexitq; eccleſias, & cõfectus
ſenio, ſexageſimooctauo poſt paſſionem dñi
anno mortuus, iuxta eandẽ urbẽ ſepultus eſt.

HErman, cuius apoſtolus Paulus ad Ro-
manos ſcribẽs meminit: Salutate Aſyn-
critum, Phlegontẽ, Herman, Patrobam, Her-
men, & qui cum eis fratres ſunt: aſſerunt auto
rem eſſe libri, qui appellatur Paſtor, & apud
quaſdam Græciæ eccleſias etiam publice legi-
tur. Reuera utilis liber, multiq; de eo ſcripto-
rum ueterum uſurpauerunt teſtimonia. Sed
apud Latinos penè ignotus eſt.

PHilo Iudæus, natione Alexandrinus, de
genere ſacerdotum, idcirco à nobis inter
ſcriptores



ΧΡΙΣΤΟΝ πρὸ Μαρίας μὴ γεγεννῆσθαι, ὅθεν ἠναγκάσθη τὴν θείαν γέννησιν αὐτοῦ εἰπεῖν. καὶ ἄλλην δὲ αἰτίαν τούτου τοῦ συγγράμματος φέρουσιν. ἀναγνοὺς γὰρ Ματθαίου, Μάρκου, καὶ Λουκᾶ τὰ τεύχη, ἐδοκίμασε μὲν τὸ ὕφος τῶν ἱστοριῶν καὶ ἀληθῆ αὐτοὺς εἰρηκέναι ἐβεβαίωσεν, ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ μόνου, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθε, μετὰ τὴν φυλακὴν Ἰωάννου τὴν ἱστορίαν συντάξαι. ἐάσας τοίνυν τὸν ἐνιαυτὸν οὗ τὰ πεπραγμένα παρὰ τῶν τριῶν διετέθη, τοῦ ἀνωτέρου χρόνου, πρὶν ἢ τὸν Ἰωάννην ἐμβληθῆναι εἰς τὴν εἱρκτήν, τὰς πράξεις διέθετο, κατὰ σαφηνισθῆναι δυνήσεται τοῖς ἐπιμελῶς τοῖς τέτρασιν Εὐαγγελίοις ἐντυγχάνουσιν. ὅπερ καὶ τὴν διαφωνίαν τὴν δοκοῦσαν εἶναι Ἰωάννου μετὰ τῶν λοιπῶν, εἶργει. ἔγραψε δὲ μίαν ἐπιστολήν, ἧς ἡ ἀρχή ἐστι. ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἥ τις παρὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πεπαιδευμένων ἀνδρῶν ἐγκρίνεται. αἱ δὲ λοιπαὶ δύο, ὧν ἡ ἀρχή ἐστι, πρώτης μὲν, ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, δευτέρας δὲ, ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, Ἰωάννου πρεσβυτέρου λέγονται. οὗ ἔτι καὶ νῦν ἕτερον μνῆμα ἐν τῇ Ἐφέσῳ τυγχάνει. καί τινες νομίζουσι, τὰ δύο μνημεῖα Ἰωάννου εἶναι τοῦ εὐαγγελιστοῦ, περὶ οὗ ἡνίκα κατὰ τάξιν εἰς Παπίαν τὸν τούτου ἀκροατὴν ἔλθωμεν διηγησόμεθα. τοιγαροῦν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, δεύτερον μετὰ Νέρωνα διωγμὸν κινοῦντος Δομετιανοῦ, εἰς Πάτμον νῆσον περιορισθεὶς, συνέταξεν Ἀποκάλυψιν, ἣν μετέφρασεν Ἰουστῖνος μάρτυς καὶ Ἡρηναῖος. σφαγέντος δὲ Δομετιανοῦ, καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ διὰ τὴν πολλὴν ὠμότητα παρὰ συγκλήτου ἀκυρωθεισῶν, ἐπὶ Περτίνακος εἰς Ἔφεσον ἀναζεύξας, ἕως Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε διατελέσας, πάσας τὰς τῆς Ἀσίας ἐθεμελίωσε καὶ ᾠκοδόμηκεν ἐκκλησίας, καὶ λίαν γηράσας ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ἐνιαυτῷ, μετὰ τὸ πάθος κυρίου τελευτήσας, πλησίον τῆς προειρημένης πόλεως ἠξιώθη τῆς κοιμήσεως.

Ἑρμᾶς, οὗ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται, ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου, ἐπιγραφείσης ποιμήν, ἥ τις ἔν τισιν ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας, ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

Φίλων Ἰουδαῖος, τεχθεὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, γένους ἱερέων, δι' αὐτοῦ παρ' ἡμῶν μεταξὺ
τῶν

C ſcriptores eccleſiaſticos ponitur,quia librum de prima Marci euãgeliſtæ apud Alexandriã ſcribens eccleſia,in noſtrorum laude uerſatus eſt,non ſolum eos ibi, ſed in multis quoque prouincijs eſſe memorans,& habitacula eorũ dicens monaſteria.Ex quo apparet talem primũ Chriſto credentiũ fuiſſe eccleſiam,quales nũc monachi eſſe nitũtur & cupiunt,ut nihil cuiuſq; propriũ ſit,nullus inter eos diues,nullus pauper,patrimonia egentibus diuidunt, orationi uacatur,& pſalmis,doctrinæ quoq; & continentiæ,quales & Lucas refert,primũ Hieroſolymæ fuiſſe credẽtes. Aiunt hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum,quò legatus gentis ſuæ miſſus fuerat. Cũ ſecunda uice ueniſſet ad Claudiũ,in eadem urbe locutum eſſe cum apoſtolo Petro,eiuſq; habuiſſe amicitias,& ob hanc cauſam etiã eccleſiam Marci,diſcipuli Petri,apud Alexandriã ſectatores ornaſſe laudibus. Extãt huius præclara & innumerabilia opera in quinq; libros Moyſi: De confuſione linguarũ liber unus:De natura & inuentione liber unus:De his quæ ſenſu precamur & teſtamur liber unus: De eruditione liber unus:De hærede diuinarũ rerum

*In hoc Græcus pro egẽtibus, legiſſe uidetur gentibus.*

D liber unus:De diuiſione æqualium & contrariorum liber unus:De tribus uirtutibus liber unus:Quare quorũdam in ſcripturis mutata ſunt nomina liber unus:De pactis libri duo: De uita ſapientis liber unus:De gigantibus liber unus:Quod ſomnia mittãtur à deo libri quinq;:Quæſtionũ & ſolutionũ in Exodo libri quinq;: De tabernaculo & decalogo libri quatuor:Necnõ de uictimis & repromiſſionibus,ſiue maledictis: De prouidentia: De Iudæis:De cõuerſatione uitæ:De Alexãdro,dicẽte quod propriã rationẽ muta animalia habeant,& quod omnis inſipiẽs ſeruus ſit:Et de uita noſtrorũ librũ,de quo ſupra diximus,id eſt de apoſtolicis uiris,quẽ & inſcripſit περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, quod uidelicet cœleſtia cõtemplẽtur,& ſemper deũ orẽt:& ſub alijs indicibus: De agricultura duo:De ebrietate duo. Sũt & alia eius monumẽta ingenij,q̃ in noſtras manus nõ peruenerũt. De hoc uulgo apud Græcos dicitur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id eſt,aut Plato Philonẽ ſequit̃, aut Platonẽ Philo: tanta eſt ſimilitudo ſenſuũ & eloquij.

Lucius



τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων τάσσεται, ἐπείπερ περὶ τῆς πρώτης Μάρκου εὐαγγελιστοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας γράφων, εἰς ἔπαινον τῶν ἡμετέρων χωρεῖ, οὐ μόνον αὐτόθι αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλαῖς ἐπαρχίαις εἶναι φάσκων, καὶ τὰς οἰκήσεις αὐτῶν καλῶν μοναστήρια, ἀφ᾽ ὧν δηλοῦται τοιαύτην ἐξ ἀρχῆς τῶν τῷ ΧΡΙΣΤΩ πιστευσάντων ἐκκλησίαν γενέσθαι, ὁποῖοι οἱ νῦν μοναχοὶ εἶναι ζηλοῦσί καὶ ἐπιθυμοῦσίν, ὥς τε μηδὲν ἴδιον ἔχειν τινὰ, μηδὲ εἶναι εἰς αὐτοὺς πλούσιον ἢ πένητα, τὰς δὲ οὐσίας τοῖς ἔθνεσι διανέμοντες, εὐχαῖς σχολάζουσι καὶ ψαλμοῖς, παιδεύσει τε καὶ ἐγκρατείᾳ, οἵους καὶ Λουκᾶς ἀναφέρει, τὸ πρῶτον ἐν Ἱεροσολύμοις τοὺς πιστοὺς γεγενῆσθαι. Λέγουσι τοῦτον ἐπὶ Γαΐου Καλλιγόλα ἐν τῇ Ῥώμῃ κινδυνεῦσαι, ὅπη καὶ πρεσβεύτης τοῦ οἰκείου ἔθνους ἀπεστάλη. καὶ ὅτε τὸ δεύτερον ἦλθε πρὸς Κλαύδιον, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει διαλεχθῆναι τῷ ἀποστόλῳ Πέτρῳ, καὶ τούτου ἐσχηκέναι φιλίαν. καὶ διὰ τοῦτον τοὺς σπουδαστὰς Μάρκου τοῦ μαθητοῦ Πέτρου, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπαίνοις κεκοσμηκέναι. Εἰσὶ τούτου περιφανῆ καὶ ἀναρίθμητα συντάγματα εἰς πέντε λόγους Μωϋσέως, οὕτως περὶ συγχύσεως γλωσσῶν λόγος εἷς. περὶ φύσεως καὶ εὑρήματος. περὶ ὧν κατὰ νοῦν εὐχόμεθα καὶ ἀπομαρτυρόμεθα, λόγος εἷς. περὶ παιδεύσεως λόγος εἷς. περὶ κληρονόμου τῶν θείων πραγμάτων λόγος εἷς. περὶ μερισμοῦ ἴσων καὶ ἐναντίων λόγος εἷς. περὶ τριῶν δυνάμεων λόγος εἷς. περὶ τῶν ἐναλλαγεισῶν γραφῶν παρά τινων λόγος εἷς. περὶ συνθηκῶν λόγοι δύο. περὶ βίου φιλοσοφικοῦ λόγος εἷς. περὶ γιγάντων λόγος εἷς. περὶ τοῦ τοὺς ὀνείρους παρὰ θεοῦ πέμπεσθαι, λόγοι πέντε. ζητημάτων καὶ ἑρμηνευμάτων τῆς ἐξόδου, λόγοι πέντε. περὶ τῆς σκηνῆς καὶ δεκαλόγου, λόγοι τέσσαρες. περὶ θυσιῶν, περὶ ὑποσχέσεων, ἤτοι καταρῶν, περὶ προνοίας, περὶ Ἰουδαίων, περὶ διαγωγῆς βίου, περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ ὅτι ἴδιον λογισμὸν ἔχει τὰ ἄλογα, ὅτι πᾶς ἄφρων δοῦλός ἐστιν. περὶ διαγωγῆς τῶν ἡμετέρων, περὶ οὗ ἔμπροσθεν εἴπομεν, τουτέστι τῶν ἀποστόλων, λόγος εἷς, ὃν ἐπέγραψε, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, τουτέστιν, ὅτι τὰ ἐπουράνια ἀτενίζουσι καὶ ἀεὶ εὔχονται τῷ θεῷ. περὶ γεωργίας λόγοι δύο, περὶ μέθης δύο. Εἰσὶ καὶ ἕτερα αὐτοῦ συγγράμματα, οὔπω εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας ἐλθόντα. περὶ τούτου ἐστὶν ἡ παροιμία τῶν ἑλληνικῶν, ἢ Πλάτων Φιλωνίζει, ἢ Φίλων Πλατωνίζει, τοιαύτη ἐστὶν ὁμοιότης τῆς τε διανοίας καὶ φράσεως.

Λούκιος

A LVcius Anneus Seneca Cordubenſis Sotionis Stoici diſcipulus,& patruus Lucani poetæ,cõtinentiſſimæ uitæ fuit:quem non ponerem in catalogo ſanctorum,niſi me illæ epiſtolæ prouocarẽt,quæ legũtur à plurimis, Pauli ad Senecam,& Senecæ ad Paulum. In quibus cũ eſſet Neronis magiſter,& illius tẽporis potẽtiſſimus,optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos,cuius ſit Paulus apud Chriſtianos. Hic ante bienniũ q̃ Petrus & Paulus coronarẽt martyrio,à Nerone interfectus eſt.

IOſephus Matthathiæ filius,ex Hieroſolymis ſacerdos,à Veſpaſiano captus,cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam ueniens, ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit,qui & bibliothecæ publicæ traditi ſunt:& ob ingenij gloriã ſtatuam quoq; meruit Romæ. Scripſit autem & alios uiginti antiquitatum libros,ab exordio mundi,uſq; ad decimũquartum annum Domitiani Cæſaris,& duos ἀρχαιότητος aduerſum Appionem grammaticum Alexandrinum, qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium:contra Philonem etiam librum,uituperationem gentis Iudaicæ continentem,ſcri- B pſerat. Alius quoq; liber eius,qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ualde elegans habetur in quo & Machabæorũ ſunt digeſta martyria. Hic in decimooctauo antiquitatum libro, manifeſtiſſime cõfitetur,propter magnitudinem ſignorũ,Chriſtũ à phariſæis interfectũ, & Ioãnem Baptiſtam uere prophetam fuiſſe, & ꝑpter interfectionẽ Iacobi apoſtoli,dirutã Hieroſolymã. Scripſit autem de domino in hunc modum:Eodem tempore fuit Ieſus uir ſapiens,ſi tamen uirum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operũ,& doctor eorum,qui libenter uera ſuſcipiũt:plurimos quoq; tam de Iudæis quàm de gentibus, ſui habuit ſectatores,& credebatur eſſe Chriſtus. Cumq; inuidia noſtrorum principum, cruci eũ Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum primum dilexerant,perſeuerauerũt. Apparuit enim eis tertia die uiuẽs. Multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo uaticinantibus,& uſq; hodie Chriſtianorum gens ab hoc ſortita uocabulum, non defecit.

Iuſtus

Λούκιος ἄννεως σένεκα κορδουβιώσιος, σώζοντος σοϊκοῦ μαθητής, καὶ θεῖος πρὸς πατρὸς, λουκιανοῦ τοῦ ποιητοῦ, πάνυ ἐγκρατὴς, ὃν οὐ πάντως κατηρίθμουν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἁγίων, εἰ μὴ αἱ ἐπιστολαὶ τούτου προήγειρεν, αἱ παρὰ πολλῶν ἀναγινωσκόμεναι, παύλου πρὸς σένεκα, καὶ σένεκα πρὸς παῦλον. νέρωνος ὢν διδάσκαλος, καὶ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ δυνατὸς, ηὔχετο τοιοῦτον ἔχειν παρὰ τοῖς ἰδίοις τόπον, οἷον παῦλος παρὰ τοῖς χριστιανοῖς. οὗτος πρὸ ἐνιαυτῶν δύο τοῦ παθεῖν τοὺς ἀποστόλους πέτρον καὶ παῦλον, παρὰ νέρωνος ἐσφάγη.

Ιώσηπος ματθίου υἱὸς, ἱεροσολύμων ἱερεὺς, παρὰ οὐεσπασιανοῦ ἁλοὺς, μετὰ τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κατελείφθη, ὃς εἰς ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως, τοῖς δύο βασιλεῦσι τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ προσενήνοχεν, οἵτινες καὶ τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν, καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς εὐφυΐας, ἀνδριάντος ἀξιώθη. ἔγραψε δὲ καὶ τῆς ἀρχαιολογίας λόγους εἴκοσι, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς, ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους δομετιανοῦ καίσαρος, καὶ δύο ἀρχαιότητος κατὰ ἀππίωνος γραμματικοῦ ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ καλλιγόλα πρεσβευτὴς ἀπεστάλη παρὰ τοῦ μέρους τῶν ἐθνικῶν, κατὰ φίλωνος λόγον περιέχοντα κατάγνωσιν τῶν ἰουδαίων ἔγραψε. ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ ἐξαίρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τοῦ πάθους τῶν μακκαβαίων ἐμνήσθη. οὗτος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ, φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων, τὸν χριστὸν ἐσφάχθαι παρὰ φαρισαίων, καὶ ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγενῆσθαι προφήτην, καὶ διὰ τὴν σφαγὴν ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου τὰ ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ τοῦ κυρίου οὕτως. γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τ᾽ἀληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν ἰουδαίους πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλληνισμοῦ ἐπηγάγετο, ὁ χριστὸς οὗτος ἦν, καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ᾽ ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο, οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν, πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, εἴς τε νῦν χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἔλιπε τὸ φῦλον.

*Hic interpres aliquid mutauit.*

*Et hic additum eſt aliquid.*

Ιοῦστος

C IVſtus Tiberiēſis,de prouincia Galilæa,conatus eſt & ipſe Iudaicarū rerum hiſtoriā texere,& quoſdam cōmentariolos de ſcripturis componere,ſed hunc Ioſephus arguit mēdacij. Conſtat autem illum eo tempore ſcripſiſſe,quo & Ioſephus.

CLemēs,de quo apoſtolus Paulus ad Philippenſes ſcribens,ait:Cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis,quorū nomina ſcripta ſunt in libro uitæ,quartus poſt Petrū Romæ epiſcopus.Siquidem ſecundus Linus fuit,& tertius Anacletus,tametſi pleriq; Latinorū,ſecundū poſt Petrū apoſtolum putent fuiſſe Clemētē. Scripſit ex pſona Romanæ eccleſiæ,ad eccleſiā Corinthiorū ualde utilem epiſtolā,quę & in nōnullis locis publice legit̃,quæ mihi uidet̃ characteri epiſtolæ,quæ ſub Pauli noīe ad Hebræos fert̃,cōuenire.Sed & multis de eadē epiſtola,nō ſolū ſenſibus,ſed iuxta uerbo℞ quoq; ordinē abutitur.Omnino grandis in utraq; ſimilitudo eſt.Fertur & ſecūda eius nomine epiſtola,quæ à ueteribus reprobatur.Et diſputatio Petri & Appionis lōgo ſermōe cōſcripta,quā Euſebius in tertio
D Hiſtoriæ eccleſiaſticæ uolumīe coarguit.Obijt tertio Traiani anno,& noīs eius memoriā uſq; hodie Romæ extructa eccleſia cuſtodit.

IGnatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrū apoſtolū epiſcopus,cōmouente perſecutionē Traiano,damnatus ad beſtias,Romā uinctus mittitur.Cumq; nauigans Smyrnam ueniſſet,ubi Polycarpus auditor Ioānis epiſcopus erat,ſcripſit unā epiſtolā ad Epheſios,alterā ad Magneſianos,tertiam ad Trallenſes,quartā ad Romanos,& inde egrediens ſcripſit ad Philadelpheos & ad Smyrnęos,& proprie ad Polycarpū,cōmēdans illi Antiochenſem eccleſiā:in qua & de Euāgelio,quod nuper à me tranſlatū eſt,ſuper perſona Chriſti ponit teſtimoniū,dicens:Ego uero & poſt reſurrectionē in carne eum uidi,& credo quia ſit.Et quādo uenit ad Petrū:& ad eos qui cū Petro erāt,dixit eis:Ecce,palpate me,& uidete,quia non ſum dæmoniū corporale. Et ſtatim tetigerūt eum,& crediderūt.Dignū autē uidetur,quia tanti uiri fecimus mētionē,& de epiſtola eius,quā ad Romanos ſcribit,pauca ponere.De Syria uſq; ad Romam pugno ad

beſtias



Ἰοῦστος τιβεριάδος, ἐπαρχίας γαλιλαίας, ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα περὶ γράφειν, ἀλλὰ τοῦτον ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσάμενον. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν, ὅτε καὶ ἰώσηπος.

Κλήμης, περὶ οὗ παῦλος ὁ ἀπόστολος πρὸς φιλιππησίους γράφων λέγει· μετὰ καὶ κλήμεντος, τέταρτος μετὰ πέτρον ῥώμης ἐπίσκοπος, δεύτερος γὰρ λῖνος ἐγένετο, τρίτος ἀνέγκλητος, εἰ καὶ πολλοὶ τῶν ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν ἀπόστολον γεγενῆσθαι κλήμεντα. ἔγραψεν ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας ῥώμης, πρὸς τὴν ἐν κορίνθῳ ἐκκλησίαν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμαστήν, ἥ τις ἐν φανεροῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς ἑβραίους ἐπιστολῆς παύλου συνᾴδουσα, οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις, καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶν ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίωσις, φέρεται καὶ ἑτέρα δὲ ὀνόματος αὐτοῦ εἶναι ἐπιστολή, ἥ τις παρὰ πάντων ἀποδοκιμάζεται. καὶ διάλογος πέτρου καὶ ἀππίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἥν τινα εὐσέβιος εὐθύνει ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει. τελευτᾷ τῷ τρίτῳ ἐνιαυτῷ τραϊανοῦ, καὶ τὴν τούτου μνήμην ἄχρι τήμερον, ἡ ἐν τῇ ῥώμῃ οἰκοδομηθεῖσα ἐκκλησία φυλάττει.

Ἰγνάτιος τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας μετὰ πέτρον τὸν ἀπόστολον ἐπίσκοπος, διωγμὸν κινήσαντος τραϊανοῦ, θηριομαχῆσαι κελευσθεὶς, εἰς ῥώμην στέλλεται δέσμιος. πλέων δὲ καὶ ἐπιστὰς τῇ σμύρνῃ. ἐν ᾗ πολύκαρπος ἀκροατὴς ἰωάννου ἐπίσκοπος ἦν, ἔγραψε πρὸς ἐφεσίους ἐπιστολὴν μίαν, ἄλλην πρὸς μαγνησιανούς, τρίτην πρὸς τραλλιανούς. τετάρτην πρὸς ῥωμαίους, κἀκεῖθεν ἐξιών, ἔγραψε φιλαδελφεῦσι, καὶ σμυρναίοις, καὶ ἰδικῶς πρὸς πολύκαρπον, παρατιθέμενος ἐν αὐτῷ τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ πρώην μεταφρασθέντος, ἐκ προσώπου ἰησοῦ χριστοῦ μνήμην ποιεῖται λέγων. ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον, καὶ πιστεύω ὅτι ἐστί, καὶ ὅτε ἦλθον πρὸς πέτρον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὄντας, εἶπεν αὐτοῖς. ψηλαφήσατέ με, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον σωματικόν. καὶ εὐθέως ἥψαντο αὐτοῦ, ἐπίστευσαν. ἄξιον δὲ φαίνεται, ἐπείπερ τοιούτου ἀνδρὸς πεποιήμεθα μνήμην, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς ῥωμαίους γραφείσης, ὀλίγα ἐκθέσθαι. ἀπὸ συρίας ἄχρι ῥώμης, θηριομα-

χῶ

A beſtias in mari & in terra,nocte dieq́, ligatus cũ decem leopardis,hoc eſt,militibus,qui me cuſtodiũt:quibus & cũ benefeceris, peiores fiunt.Iniquitas autem eorũ,mea doctrina eſt,ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs,q̃ mihi ſunt præparatæ,quas & oro mihi ueloces eſſe ad interitũ,& ad ſupplicia,& allici ad comedendũ me,ne ſicut & aliorũ martyrũ nõ audeãt corpus attingere.Qđ ſi uenire noluerint,ego uim faciã ut deuorer. Ignoſcite mihi filioli:quid mihi ꝓſit,ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus,nihil de his quæ uidẽtur deſiderans,ut Ieſum Chriſtũ inueniã.Ignis,crux,beſtiæ,cõfractio oſſium, mẽbrorũ diuiſio,& totius corporis contritio, & tota tormẽta diaboli,in me ueniãt,tantũ ut Chriſto fruar.Cũq́ iã dãnatus eſſet ad beſtias,ardore patiẽdi,cũ rugiẽtes audiret leones, ait:Frumentum Chriſti ſum,dentibus beſtiarum molar,ut panis mundus inueniar. Paſſus eſt anno undecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacẽt extra portam

B Daphniticam in cœmiterio.

POlycarpus, Ioannis apoſtoli diſcipulus, & ab eo Smyrnæ epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit.Quippe qui nõnullos apoſtolorũ,& eorũ qui uiderãt dñm,magiſtros habuerit & uiderit.Hic propter quaſdã ſuper die paſchæ quæſtiones,ſub imperatore Antonino Pio,eccleſiam in urbe regente Aniceto,Romam uenit,ubi plurimos credentiũ, Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos,reduxit ad fidem.Cumq́ ei fortuito obuiam fuiſſet Marcion, & diceret: Cognoſcis nos? Reſpondit: Cognoſco primogenitũ diaboli.Poſtea uero regnante M.Antonino & L.Aurelio Cõmodo,quarta poſt Neronẽ perſecutione,Smyrnæ,ſedente proconſule & uniuerſo populo in amphitheatro aduerſus eum perſonante,igni traditus eſt. Scripſit ad Philippẽſes ualde utilem epiſtolam,quæ uſq́ hodie in Aſiæ conuentu legitur.

PApias,Ioannis auditor, Hieropolitanus epiſcopus in Aſia,quinq́ tantum ſcripſit uolumina, quæ prænotauit, explanatio ſermonũ domini.In quibus cũ ſe in præfatione aſſerat,nõ uarias opiniones ſequi,ſed apoſtolos autores habere,ait:cõſiderabã q́d Andre-

as,quid



χῶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν γῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δέκα συνδεδεμένος λεοπάρδοις, τουτ᾽ ἔστι, στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί με. οἳ τινες καὶ μετὰ εὐεργεσίαν χείρονες γίνονται. Αἱ γὰρ ἀνομίαι αὐτῶν, παίδευσίς μοι ἐστὶ, ἀλλ᾽ οὐ δια τοῦτο ἐδικαιώθην. καὶ εἴθε ἀπολαύσω τῶν θηρίων τῶν ἐντρεπισθέντων μοι, ἃ τινα εὔχομαι ὀξύτατα εἶναι μοι εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἐνδελεχίζειν εἰς τὴν ἐμὴν κατάβρωσιν, μήπως ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων, μὴ τολμήσωσι τοῦ σώματός μου ἅψασθαι. Εἰ γὰρ ἐπελθεῖν μὴ θελήσουσιν, ἐγὼ βιάσομαι, ποθῶν καταβρωθῆναι. σύγγνωτέ μοι τεκνία, τὸ συμφέρον μοι ἐγὼ οἶδα. Νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητὴς, οὐδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων ἐπιθυμῶν, ἵνα τὸν ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ εὕρω. Πῦρ, σταυρὸς, θηρία, σύγκλασις ὀστέων, καὶ τῶν μελῶν διασπασμὸς, καὶ παντὸς τοῦ σώματος συντριβὴ, καὶ βάσανοι τοῦ διαβόλου, εἰς ἐμὲ ἔλθωσιν, ἵνα ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἀπολαύσω. Κατακριθεὶς τοίνυν θηριομαχῆσαι, καὶ πόθῳ τοῦ παθεῖν, ἀκούσας τοῦ βρυγμοῦ τῶν λεόντων, ἔφη. Σῖτός ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ εἰμὶ, καὶ εὔχομαι τοῖς ὀδοῦσι τῶν θηρίων ἀλεσθῆναι, ἵνα ἄρτος καθαρὸς εὑρεθῶ, ἔπαθε δεκάτῳ ἔτει τραϊανοῦ. τὸ δὲ λείψανον ἔξω τῆς Δαφνητικῆς πύλης Αντιοχείας κατάκειται ἐν τῷ κοιμητηρίῳ.

ΠΟλύκαρπος ἰωάννου ἀποστόλου μαθητὴς, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τῶν Σμυρναίων ἐπίσκοπος καταστάθεὶς, πάσης τῆς Ασίας ἀρχηγὸς γέγονε, διὰ τὸ πολλοῖς τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν τὸν ΧΡΙΣΤΟΝ ἑωρακότων συντετυχηκέναι, καὶ διδασκάλους ἐσχηκέναι. οὗτος διά τινας αἰτίας τοῦ πάσχα, βασιλεύοντος Αντωνίου τοῦ Πίου, καὶ ἐπισκοποῦντος τῆς ἐκκλησίας Ρώμης Ανικήτου, ἐπέστη τῇ Ρώμῃ, ἐν ᾗ καὶ πολλοὺς, τῷ δόγματι Μαρκίωνος καὶ Βαλεντίνου πιστεύσαντας, ἀνεκαλέσατο. Απαντήσαντος δὲ αὐτῷ δῆ αὐτομάτου Μαρκίωνος, καὶ εἰρηκότος αὐτῷ. γνώριζε ἡμᾶς; Απεκρίθη, γνωρίζω τὸν πρωτότοκον τοῦ διαβόλου. Μετὰ ταῦτα βασιλεύοντος Μάρκου Αντωνίου, καὶ Λουκίου Αυρηλίου Κομόδου, τετάρτου μετὰ Νέρωνα διωγμοῦ κινηθέντος, ἐν Σμύρνῃ θεωροῦντος τοῦ ἀνθυπάτου, καὶ παντὸς τοῦ δήμου ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ κατ᾽ αὐτοῦ βοῶντος, πυρὶ παρεδόθη. Εγραψε πρὸς Φιλιππησίους πάνυ θαυμασίαν ἐπιστολὴν. ἥτις ἄχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ Ασιανῇ συνόδῳ ἀναγινώσκεται.

ΠΑπίας Ιωάννου ἀκροατὴς Ιεραπολίτης, καὶ Ασίας ἐπίσκοπος, πέντε μόνους συνέταξε λόγους, οὓς καὶ ἐπέγραψεν, ἔκθεσις λογίων κυρίου. ἐν οἷς λέγων ἐν προοιμίοις μὴ ἀκολουθεῖν ποικίλαις φήμαις, ἀλλὰ τοὺς ἀποστόλους ἔχειν ἡγουμένους, ἔφη. Κατενόουν τί Ανδρέ-

& ας,τί

C as,quid Petrus dixiſſent,quid Philippus, qd Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes,quid Matthæus,uel alius qlibet diſcipulorum dñi: quid etiã Ariſtion & ſenior Ioannes,diſcipuli dñi loquebãt. Nõ eñ tantũ mihi libri ad legendũ ꝓſunt,quãtũ uiua uox, uſq; hodie in ſuis autoribus perſonans. Ex quo apparet ex ipſo catalogo nominũ,aliũ eſſe Ioannem,qui inter apoſtolos ponit̃: & aliũ ſeniorẽ Ioãnem, quẽ poſt Ariſtionẽ enumerat. Hoc autẽ diximus ꝓpter ſuperiorẽ opinionẽ quã à pleriſq; retulimus traditã, duas poſteriores epiſtolas Ioãnis,nõ apoſtoli eſſe,ſed presbyteri: hic dicitur mille annorũ Iudaicã ædidiſſe δευτέρωσιν, quem ſecuti ſunt Irenæus & Apollinarius,& cæteri,qui poſt reſurrectionẽ aiũt in carne cũ ſanctis dñm regnaturũ. Tertullianus quoq; in libro de ſpe fideliũ,& Victorinus Pictauiẽſis,& Lactantius hac opinione ducuntur.

QVadratus apoſtolorum diſcipulus, Publio Athenarum epiſcopo,ob Chriſti fidem martyrio coronato,in locum eius ſubſtituitur,& eccleſiam grandi terrore diſperſam, D fide & induſtria ſua congregat. Cumq; Hadrianus Athenis exegiſſet hyemem, inuiſens Eleuſinã,& omnibus penè Græciæ ſacris initiatus,dediſſet occaſionem his, qui Chriſtianos oderant,abſq; præcepto imperatoris uexare credentes: porrexit ei librũ pro religione noſtra compoſitum,ualde utilem, plenumq; ratiõis & fidei,& apoſtolica doctrina dignũ: in quo & antiquitatem ſuæ ætatis oſtendens, ait, plurimos à ſe uiſos,qui ſub domino uariis in Iudæa oppreſſi calamitatibus ſanati fuerant,& qui à mortuis reſurrexerant.

ARiſtides Athenienſis philoſophus eloquentiſſimus,& ſub priſtino habitu diſcipulus Chriſti,uolumẽ,noſtri dogmatis rationem cõtinens,eodem tẽpore quo & Quadratus,Hadriano principi dedit, id eſt, apologeticum pro Chriſtianis: quod uſq; hodie perſeuerãs,apud philologos ingenij eius indicium eſt.

AGrippa, cognomento Caſtor, uir ualde doctus, aduerſum uigintiquatuor Baſilidis hæretici uolumina, quæ in euangelium confecerat, fortiſſime diſſeruit, prodens eius uniuerſa myſteria, & prophetas enumerans,



ας, τί Πέτρος εἰρήκασι, τί Φίλιππος, τί Θωμᾶς, τί Ἰάκωβος, τί Ἰωάννης, τί Ματθαῖος, καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ κυρίου μαθηταί, τί δὲ Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, μαθηταὶ τοῦ κυρίου ἐλάλησαν. Οὐδὲ γάρ με τοσοῦτον βίβλοι εἰς ἀνάγνωσιν ὠφελοῦσιν, ὅσον ζῶσα φωνή, ἥ τις ἄχρι τοῦ παρόντος διὰ τῶν συγγραψαμένων ἀκμάζει. Δηλοῦται δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων, ἄλλον εἶναι Ἰωάννην ἀπόστολον, καὶ ἄλλον εἶναι πρεσβύτερον Ἰωάννην, ὅν τινα ὕστερον μετὰ τὸν Ἀριστίωνα καταριθμεῖται. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν διὰ τὰ προαναφερόμενα, ἐν οἷς εἴπομεν, τὰς δύο ὑστέρας ἐπιστολὰς μὴ εἶναι Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, ἀλλὰ τοῦ πρεσβυτέρου. Οὗτος λέγεται χιλίων ἐνιαυτῶν Ἰουδαϊκὴν ἐκδεδωκέναι δευτέρωσιν, ᾧ ἠκολούθησαν Εἰρηναῖος, καὶ Ἀπολλινάριος, καὶ οἱ λοιποί, οἵ τινες μετὰ τὴν ἀνάστασιν φάσκουσιν ἐν τῷ σώματι μετὰ τῶν ἁγίων τὸν κύριον βασιλεύειν. Καὶ Τερτυλλιανὸς δὲ ἐν τῇ βίβλῳ τῇ περὶ τῆς ἐλπίδος τῶν πιστῶν, καὶ Βικτωρῖνος Πεταβῖνος, καὶ Λακτάντιος ταύτῃ τῇ δοκήσει ἕλκωνται.

Κουαδρᾶτος τῶν ἀποστόλων μαθητής, παθόντος Πουπλίου Ἀθηνῶν ἐπισκόπου ὑπὲρ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ, εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ὑπεισέρχεται, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν μεγάλῃ ταραχῇ διασκορπισθεῖσαν συνάγει. Καὶ ἡνίκα Ἀδριανὸς ἐν Ἀθήναις ἐχείμαζεν ἐν Ἐλευσῖνι γενόμενος, καὶ πάντα σχεδὸν τὰ τῆς Ἑλλάδος μυστήρια μυηθείς, δέδωκεν ἀφορμὴν ἐπὶ τὸ τοὺς μισοῦντας τοὺς Χριστιανούς, καὶ δίχα βασιλικῆς κελεύσεως κολάσαι, ἐπιδέδωκε βίβλον ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας θρησκείας συντεθεῖσαν, πάνυ χρησίμην, καὶ γέμουσαν λογισμοῦ καὶ πίστεως, ἀξίαν τε τῆς ἀποστολικῆς παιδεύσεως, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀρχαιότητα τῆς ἰδίας ἡλικίας δεικνύς, ἔφη, πολλοὺς ἑωρακέναι τοὺς ὑπὸ τοῦ κυρίου ποικίλαις ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κάμνοντας νόσοις ἰαθέντας, καὶ ὅτι τινὲς ἐκ νεκρῶν ἀνέστησαν.

Ἀριστείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος εὐφραδής, καὶ κατὰ τὴν προτέραν διαγωγήν, μαθητὴς ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, τεῦχος δόγματος ἡμετέρου, ἀνάμεστον λογισμοῦ, κατ᾽ ἐκεῖνον καιροῦ, ἐν ᾧ καὶ Κουαδρᾶτος Ἀδριανοῦ τῷ βασιλεῖ ἐπιδέδωκε, τουτέστιν ἀπολογητικὸν ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν, ὅ περ ἄχρι τοῦ παρόντος παρὰ τοῖς φιλολόγοις σώζεται.

Ἀγρίππας, ὁ ἐπίκλην Κάστωρ, ἀνὴρ πάνυ πεπαιδευμένος, κατὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων Βασιλείδου αἱρετικοῦ λόγων τῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον παρ᾽ αὐτοῦ περιφρασθέντων, γενναίως ἐξηγήσατο, πάντα αὐτοῦ τὰ μυστήρια ἐκφαίνων, καὶ τοὺς προφήταις συναριθμουμένους,

A enumerans,Barcaban & Marcob, & ad terrorē audientiū alia quædā barbara nomina: & deū maximū eius Abraxas,qui quaſi annū cōtinens,iuxta Græcorū numerū ſupputet. Mortuus eſt autem Baſilides,à quo Gnoſtici in Alexandria tēporibus Hadriani: qua tempeſtate & Chochibus dux Iudaicæ factionis,Chriſtianos uarijs ſupplicijs enecauit.

EGeſippus uicinus apoſtolicorum tēporū, & omnes à paſſione domini uſqꝫ ad ſuā ætatē,eccleſiaſticorū actuum texens hiſtorias, multaqꝫ ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans,quinqꝫ libros compoſuit,ſermone ſimplici:ut quorum uitā ſectabatur,dicēdi quoqꝫ exprimeret characterem. Aſſerit ſe uēniſſe ſub Aniceto Romā,qui decimus poſt Petrū epiſcopus fuit, & perſeueraſſe uſqꝫ ad Eleutheriū eiuſdē urbis epiſcopum,qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea aduerſum idola diſputans, ex quo primū errore creuiſſent,ſubtexit hiſtoriā: ex qua oſtendit,qua floruerit ætate. Ait enim: Tumulos mortuis tēplaqꝫ fecerunt,ſicut uſqꝫ hodie uidemus:è quibus eſt & Antinous ſeruus Hadriani Cæſaris,cui & gymnicus agon
B exercetur apud Antinoum ciuitatem:quā ex eius nomine condidit,& ſtatuit prophetas in templo. Antinoum autē in delicijs habuiſſe Cæſar Hadrianus ſcribitur.

IVſtinus philoſophus,habitu quoque philoſophorū incedens,de Neapoli urbe Palæſtinæ, patre Priſco Bacchio, pro religione Chriſti plurimū laborauit,intantum ut Antonino quoqꝫ Pio,& filijs eius,& ſenatui librum contra gentes ſcriptum daret,ignominiamqꝫ crucis non erubeſceret,& alium librū ſucceſſoribus eiuſdem Antonini,M. Antonino Vero,& L. Aurelio Cōmodo. Extat eius & aliud uolumen cōtra gentes,ubi de dæmonum quoqꝫ natura diſputat: & quartum aduerſus gentes,cui titulū prænotauit, ἔλεγχος: ſed & alium de monarchia dei, & alium librum,quem prænotauit Pſalten,& alium de anima.Dialogus contra Iudæum,quem habuit aduerſus Tryphonem principē Iudæorum,ſed & contra Marcionem inſignia uolumina,quorum Irenæus quoqꝫ in quinto aduerſus hæreſes libro meminit:& alium librū

contra



περιθμουμένους, Βαρκαβᾶν καὶ Μαρκὼβ, καὶ πρὸς φόβον τῶν ἀκροωμένων, ἕτερά τινα βάρβαρα ὀνόματα, καὶ τὸν μέγιστον αὐτοῦ θεὸν Ἀβραξὰς, οἷα ἐνιαυτὸν περιέχοντα κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν γραικῶν ψηφιζόμενον. Τελευτῶντος Βασιλείδου Γνωστικοὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκλήθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀδριανοῦ, ὅτε καὶ Χόχιβος ὁ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενος, πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ποικίλαις τιμωρίαις ἀνείλωσεν.

Ἡγήσιππος τῶν χρόνων τῶν ἀποστόλων, πάσας ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου, ἕως τῶν ἰδίων χρόνων, τῶν ἐκκλησιαστικῶν πράξεων ὑφαίνων ἱστορίας, καὶ πολλὰ ἕτερα εἰς ὄφελος τῶν ἀναγινωσκόντων συντείνοντα, πανταχόθεν συλλέγων, πέντε συνέθηκε βίβλους ἁπλουστέρῳ λόγῳ, ὥστε ἐκείνων διηγήσασθαι χαρακτῆρας, ὧν τῷ βίῳ διηκολούθει. Φάσκει δὲ ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, τοῦ μετὰ Πέτρον δεκάτου ἐπισκόπου, καὶ διαπετελεκέναι ἄχρι Ἐλευθέρου ἐπισκόπου τῆς προειρημένης Ῥώμης, ὃς Ἀνικήτου διάκονος ἐγεγόνει. Καὶ κατὰ τῶν εἰδώλων διεξερχόμενος, ἐκ ποίας πρῶτον πλάνης ηὐξήθη, συνέταξεν ἱστορίαν, δεικνὺς ἐν ποίοις ἤνθησε καιροῖς. Φάσκει γὰρ οὕτως. Τύμβους τοῖς νεκροῖς, καὶ ναοὺς ἐποιήσαντο, καθὰ ἄχρι τῆς δεῦρο ὁρῶμεν, ἀφ' ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνους, ὁ δοῦλος Ἀδριανοῦ καίσαρος, οὗ τινος καὶ γυμνικὸς ἀγὼν ἐν τῇ Ἀντινόῳ ἐπιτελεῖται, καὶ τὸ δίκαιον τῆς πόλεως ἐκ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ἔτυχε, καὶ προφήτας ἐν τῷ ναῷ ἔστησε. Τὸν δὲ Ἀντίνοον ἐν τῷ μεταξὺ τῶν αὐδιλικίων ἐσχηκέναι Ἀδριανόν τινες συγγράφονται.

Ἰουστῖνος φιλόσοφος, καὶ τῷ σχήματι τῶν φιλοσόφων χρώμενος, ἀπὸ τῆς Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας Παλαιστίνης, ἐκ πατρὸς Πρίσκου Βακχείου, ὑπὲρ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν πάνυ ἐκοπίασεν, ὥστε καὶ Ἀντωνίνῳ τῷ ἐπίκλην πίῳ, καὶ τοῖς τούτου παισὶ, καὶ τῇ συγκλήτῳ, βίβλον κατὰ τῶν ἐθνῶν συνταγεῖσαν ἐπιδοῦναι, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ σταυροῦ μὴ αἰσχυνόμενος, καὶ ἄλλην βίβλον τοῖς τοῦ αὐτοῦ Ἀντωνίνου διαδόχοις, τουτέστι Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομόδῳ. Ἔστι καὶ ἄλλη αὐτοῦ βίβλος κατὰ τῶν ἐθνῶν, ἐν ᾗ περὶ τῆς φύσεως τῶν δαιμόνων διαλέγεται, καὶ τέταρτον λόγον ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν, ὃν ἐπέγραψεν ἔλεγχος, καὶ ἄλλον περὶ τῆς τοῦ θεοῦ μοναρχίας, καὶ ἄλλον ὠνόμασε ψάλτην, καὶ ἕτερον περὶ τῆς ψυχῆς. Διάλογον κατὰ τῶν Ἰουδαίων, ὃν ἔχει κατὰ Τρύφωνος ἀρχηγοῦ τῶν Ἰουδαίων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐπίσημα τεύχη, ὧν τινων καὶ Εἰρηναῖος ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ κατὰ τῶν αἱρετικῶν μέμνηται, καὶ ἄλλη βίβλος

 κατὰ

C cōtra oēs hæreſes:cuius facit mētionē in apologetico,quē dedit Antonino Pio.Hic cū in urbe Roma haberet τὰς διατριβὰς, & Creſcētem Cynicum,qui multa aduerſum Chriſtianos blaſphemabat,redargueret,guloſum,& mortis timidū,luxuriæq́ꝫ & libidinū ſectatorem, ad extremū ſtudio eius & īſidijs accuſatus ꝙ Chriſtianus eſſet,pro Chriſto ſanguinē fudit.

MElito Aſianus,Sardēſis eps̄,librū imperatori M.Antonino Vero,q̄ Frōtonis oratoris diſcipulus fuit,ꝓ Chriſtiano dogmate dedit.Scripſit quoq́ꝫ & alia,de q̄bus iſta ſūt quæ ſubiecimus : De paſcha libros duos: de uita prophetarū librū unū:de eccleſia librum unū:de die dn̄ica librū unū:de ſenſibus librū unū:de fide librū unum:de plaſmate librum unū:de aīa & corpe librū unū:de baptiſmate librū unū:de ueritate librū unū:de generatione Chriſti librū unū:de ꝓphetia ſua librū unū:de philoxenia librū unū:& aliū librū q̄ clauis inſcribit:de diabolo librū unū:de apocalypſi Ioānis librum unū, καὶ περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ librū unū:& ἐκλογῶν libros ſex.Huius elegans

D & declamatoriū īgeniū Tertullianus ī ſeptē libris,quos ſcripſit aduerſus eccleſiā ꝓ Montano,dicit eū à pleriſq́ꝫ noſtrorꝫ ꝓphetā putari.

THeophilus ſextus Antiochenſis eccleſiæ epiſcopus,ſub imperatore M.Antonino Vero librū cōtra Marcionē cōpoſuit,q̄ uſq́ꝫ hodie extat. Feruntur eius & ad Autolicum tria uolumina,& cōtra hæreſim Hermogenis liber unus,& alij breues elegātesq́ꝫ tractatus ad ædificationē eccleſiæ pertinentes.Legi ſub nomine eius in euāgeliū & in ꝓuerbia Salomonis cōmētarios,q̄ mihi cū ſuperiorū uoluminū elegātia & phraſi nō uidenī cōgruere.

APollinarius Aſiæ Hierapolitanus eps̄, ſub imperatore M.Antonino ſecundo floruit,cui & inſigne uolumē ꝓ fide Chriſtianorū dedit.Extāt eius & alij q̄nq́ꝫ aduerſum gētes libri,& de ueritate duo,& aduerſū Cataphrygas tūc primū exortos cū Priſcilla & Maximilla inſanis uatibus,īcipiēte Mōtano.

DIonyſius Corinthiorū eccleſiæ eps̄,tantæ eloquentiæ & induſtriæ fuit,ut nō ſolum ſuæ ciuitatis & ꝓuinciæ populos,ſed & aliarū urbiū & ꝓuinciarū ep̄os epiſtolis erudiret. E quibus eſt una ad Lacedæmonios, alia



κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἧς μέμνηται ἐν τῷ ἀπολογητικῷ, ὃν ἔδωκεν Ἀντωνίνου τῷ Πίῳ. Οὗτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔχων τὰς διατριβὰς, εὐθύνων Κρίσκην τὸν κυνικὸν, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν βλασφημοῦντα, καὶ καλῶν αὐτὸν λαίμαργον, καὶ τὸν θάνατον φοβούμενον, ἄσωτόν τε καὶ ἀκόλαστον, τέλος τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιβουλῇ, ὡς Χριστιανὸς ὑπὲρ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ἔπαθεν.

ΜΕλίτων Ἀσιανὸς, Σάρδεων ἐπίσκοπος, βίβλον βασιλεῖ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, ὃς Φρόντωνος τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐγεγόνει, ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν δόγματος ἐπέδωκεν. Ἔγραψε δὲ καὶ ἕτερα, ἀφ᾽ ὧν τάδε ὑπετάξαμεν, τοῦ πάσχα λόγους δύο, περὶ βίου προφητικοῦ λόγον ἕνα, περὶ ἐκκλησίας λόγον ἕνα, περὶ ἡμέρας κυριακῆς λόγον ἕνα, περὶ διανοίας λόγον ἕνα, περὶ τῶν πιστῶν λόγον ἕνα, περὶ πλάσεως ἕνα, περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἕνα, περὶ βαπτίσματος ἕνα, περὶ ἀληθείας ἕνα, περὶ γεννήσεως ΧΡΙΣΤΟΥ ἕνα, περὶ προφητείας ἰδίας ἕνα, περὶ φιλοξενίας ἕνα, καὶ ἕτερον λόγον ὃς ἐπιγράφεται κλεὶς, περὶ διαβόλου ἕνα, περὶ ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ἕνα, καὶ περὶ τοῦ ἐνσωμάτου θεοῦ λόγον ἕνα, ἐκλογῶν λόγους ἕξ. Τούτου τὴν εὐφυίαν ἐπαινῶν Τερτυλλιανὸς ἐν τοῖς ἑπτὰ λόγοις, οὓς ἔγραψε κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ Μοντανοῦ, λέγει ὅτι πολλοὶ τῶν ἡμετέρων νομίζουσιν αὐτὸν εἶναι προφήτην.

B

ΘΕόφιλος ἕκτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου βίβλον κατὰ Μαρκίωνος συνέταξεν, ἣ ἕως ἄρτι τήμερον τυγχάνει. Τούτου φέρεται καὶ πρὸς Αὐτόλυκον τρία τεύχη, καὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως Ἑρμογένους λόγος εἷς, καὶ ἄλλαι βραχεῖαι βίβλοι, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἀνήκουσαι. Ἀνέγνων ἐπ᾽ ὀνόματι αὐτοῦ εἰς εὐαγγέλιον καὶ εἰς παροιμίας Σολόμωνος ὑπομνήματα, ἅτινά μοι οὐ δοκοῦσι συμφωνεῖν τῇ εὐφυίᾳ καὶ τῇ φράσει τῶν προειρημένων συγγραμμάτων.

ΑΠολλινάριος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου ἤνθησεν, ᾧ τινι καὶ ἐπίσημον τεῦχος ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἐπέδωκεν. Εἰσὶ καὶ ἕτεροι πέντε αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι, καὶ περὶ ἀληθείας δύο, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν τότε πρῶτον ἀνακυψάντων ἅμα Πρισκίλλᾳ καὶ Μαξιμίλλᾳ ἀνοσίοις προφήταις, ἀρξαμένου Μοντανοῦ.

ΔΙονύσιος ὁ κατὰ Κόρινθον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εὐφραδὴς καὶ σπουδαῖος ἐγένετο, ὥστε μὴ μόνον τοὺς λαοὺς τῆς ἰδίας πόλεως καὶ ἐπαρχίας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, διὰ οἰκείων ἐπιστολῶν πεπαιδευκέναι, ἀφ᾽ ὧν ἐστὶ μία πρὸς Λακεδαιμονίους, ἄλλη

A alia ad Atheniēſes, tertia ad Nicomedenſes, quarta ad Cretēſes, quinta ad eccleſiā Amaſtrianam, & ad reliquas Ponti eccleſias: ſexta ad Gnoſſianos, & ad Pinytū, eiuſdē urbis epiſcopū: ſeptima ad Romanos, quā ſcripſit ad Soterem epiſcopū eorum: octaua ad Chryſophorā, ſanctā fœminā. Claruit ſub impatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Cōmodo.

PInytus Cretenſis, Gnoſſiæ urbis epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium Corinthi epiſcopū ualde elegantē epiſtolam: in qua docet, nō ſemper lacte populos nutriēdos, ne quaſi paruuli ab ultimo occupentur die: ſed & ſolido ueſci debere cibo, ut in ſpiritualem proficiant ſenectutē. Et hic ſub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Cōmodo floruit.

TAtianus, qui primū oratoriā docēs, non paruam ſibi ex arte rhetorica gloriā comparauerat, Iuſtini martyris ſectator fuit, florens in eccleſia, quàmdiu ab eius latere nō diſceſſit. Poſtea uero inflatus eloquentiæ tumore, nouā cōdidit hæreſim, quæ ἐγκρατιτῶν dicitur, quā poſtea Seuerus auxit, à quo eiuſdem B partis hæretici Seueriani uſq; hodie appellantur. Porrò Tatianus infinita ſcripſit uolumina, è quibus unus cōtra gentes florētiſſimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur inſignis. Et hic ſub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Cōmodo floruit.

PHilippus epiſcopus Cretenſis, hoc eſt, urbis Gortynæ: cuius Dionyſius in epiſtola ſua meminit, quā ſcripſit ad eiuſdem ciuitatis eccleſiam: præclarum aduerſum Marcionem ædidit librum, temporibusq; M. Antonini Veri, & L. Aurelij Commodi claruit.

MVſanus, non ignobilis inter eos, qui de eccleſiaſtico dogmate ſcripſerunt, ſub imperatore M. Antonino Vero, cōfecit librū aduerſus quoſdam fratres, qui de eccleſia ad Encratitarum hæreſim declinauerant.

MOdeſtus & ipſe ſub impatore M. Antonino, & L. Aurelio Cōmodo aduerſum Marcionē ſcripſit librū, q uſq; hodie pſeuerat. Ferūt ſub nomie eius & alia συγγράμματα, ſed ab eruditis quaſi ψευδεπίγραφα repudiant.

BArdeſanes in Meſopotamia clarus habitus eſt, qui primum Valentini ſectator, deinde confutator, nouam hæreſim cōdidit.

Ardens



ἄλλη πρὸς Ἀθηναίους, τρίτη πρὸς Νικομηδεῖς, τετάρτη πρὸς Κρῆτας, πέμπτη πρὸς Ἀμαστριανὴν ἐκκλησίαν καὶ ἑτέρας Πόντου ἐκκλησίας, ἕκτη πρὸς Κνωσιανοὺς καὶ Πινυτὸν τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπον, ἑβδόμη πρὸς Ῥωμαίους, ἣν ἔγραψε πρὸς Σωτῆρα τὸν τούτων ἐπίσκοπον, ὀγδόη πρὸς Χρυσοφόραν εὐλαβῆ γυναῖκα. Διέπρεψεν ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου, καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου.

ΠΙνυτὸς Κρήτης Κνωσοῦ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, ἔγραψε πρὸς Διονύσιον Κορίνθου ἐπίσκοπον πάνυ κομψὴν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ διδάσκει, οὐκ ἀεὶ δεῖν τοὺς λαοὺς γάλακτι τρέφεσθαι, μήπως ὡς νήπιοι τῇ ἐσχάτῃ καταληφθῶσιν ἡμέρᾳ, ἀλλὰ καὶ στερεῷ βρώματι, ἵνα εἰς πνευματικὸν προκόψωσι γῆρας. Καὶ οὗτος ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἤνθησεν.

ΤΑτιανὸς, ὁ πρώην τὴν ῥητορικὴν διδάσκων, οὐκ ἐλαχίστην ἐκ τῆς ῥητορικῆς ἐπιστήμης δόξαν ὠνήσατο, Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος σπουδαστὴς γέγονε, διαπρέπων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ὅσῳ τῆς τούτου πλευρᾶς οὐκ ἀπέστη. Ὕστερον δὲ τῷ ὄγκῳ τῆς παιδεύσεως ἐπαρθεὶς, καινὴν συνεστήσατο αἵρεσιν, λέγω δὴ τῶν ἐγκρατιτῶν, ἣν μετέπειτα Σεβῆρος ἐπηύξησεν, ἀφ' οὗ ἄχρι τοῦ παρόντος οἱ τούτου τοῦ μέρους αἱρετικοὶ, Σεβηριανισταὶ ὀνομάζονται. Ὁ δὲ προειρημένος Τατιανὸς πάμπολλα συνεγράψατο τεύχη, ἀφ' ὧν ἔστι κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγος εἷς πάνυ θαυμαστὸς, ὃς μεταξὺ πάντων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων ἐπίσημός ἐστι. Καὶ οὗτος βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου, καὶ Αὐρηλίου Κομόδου ἤνθησεν.

ΦΙλιππος ἐπίσκοπος Κρήτης πόλεως Γορτύνης, οὗ τινος Διονύσιος ἐν τῇ ἐπιστολῇ αὐτοῦ μέμνηται, ἣν ἔγραψε πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τῆς προειρημένης πόλεως, ἔνδοξον πάνυ κατὰ Μαρκίωνος ἐξέδωκε βίβλον, ἐν τοῖς καιροῖς τῶν προειρημένων διέπρεψεν.

ΜΟυσανὸς, οὐκ ἄδοξος μεταξὺ τῶν περὶ ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος συγγραψαμένων, ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου κατεσκεύασε βίβλον πρὸς τινὰς ἀδελφοὺς, τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, πρὸς τὴν τῶν Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν κατανεύσαντας.

ΜΟδεστὸς, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀντωνίνου καὶ Κομόδου κατὰ Μαρκίωνος συνέταξε βίβλον, ἥτις ἄχρι σήμερον ὑπάρχει. Φέρεται καὶ ἄλλα αὐτοῦ συγγράμματα, ἅτινα παρὰ τῶν πεπαιδευμένων ὡς ψευδεπίγραφα ἀποδοκιμάζεται.

ΒΑρδησάνης ἐν Μεσοποταμίᾳ λαμπρὸς φανεὶς, πρῶτον μὲν Βαλεντίνου σπουδαστὴς, ὕστερον δὲ ἀντίπαλος, καινὴν αἵρεσιν συνεστήσατο.

C Ardens eius à Syris prædicatur ingenium, & in diſputatione uehemens. Scripſit infinita aduerſum omnes penè hæreticos, qui ætate eius pullulauerant. In quibus clariſſimus ille eſt & fortiſſimus liber, quē M. Antonino de fato tradidit: & multa alia ſuper perſecutione uolumina, quę ſectatores eius de Syra lingua uerterunt in Græcam. Si autem tanta uis eſt & fulgor in interpretatione, quantam putamus in ſermone proprio?

Victor tertiuſdecimus Romanæ urbis epiſcopus, ſuper quæſtione paſchæ, & alia quædam ſcribens opuſcula, rexit eccleſiā ſub Seuero principe annis decem.

Irenæus Pothini epī qui Lugdunenſem in Gallia regebat eccleſiā, presbyter, à martyribus eiuſdē loci ob quaſdā eccleſiæ quæſtiones legatus Romā miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutheriū epiſcopū perfert literas. Poſtea iam Pothino propè nonagenario, ob Chriſtum martyrio coronato, in locū eius ſubſtituitur. Cōſtat autē Polycarpi, cuius ſupra fecimus mentionem, ſacerdotis & martyris, hūc fuiſſe diſcipulū. Scripſit quinq; ad-
D uerſus hæreſes libros, & contra gentes uolumen breue, & de diſciplina aliud, & ad Martianū fratrē de apoſtolica prædicatione, & librum uariorū tractatuū, & ad Blaſtū de ſchiſmate, & ad Florinum de monarchia, ſiue ꝙ deus non ſit cōditor malorū, & περὶ τῆς ὀγδοάδος egregiū cōmētarium, in cuius fine ſignificans ſe apoſtolicorū temporū uicinū fuiſſe, ſic ſubſcripſit: Adiuro te, ꝙ trāſcribis librū iſtū, per dñm Ieſum Chriſtū, & ꝑ glorioſū eius aduentū, quo iudicaturus eſt uiuos & mortuos, ut cōferas poſtꝗ̄ trāſcripſeris, & emēdes illum ad exemplar, unde ſcripſiſti, diligētiſſime: hāc quoq; obteſtationem ſimiliter trāſferas, ut inueniſti in exemplari. Feruntur eius & aliæ ad Victorem epm Romanum de quæſtione paſchæ epiſtolæ, in quibus cōmonet eū, nō facile debere unitatem collegij ſcindere. Siquidē Victor multos Aſiæ & orientis epos, à decimaquarta luna cū Iudæis paſcha celebrabant dānādos crediderat. In qua ſentētia hi qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maxime ſub Cōmodo principe ꝗ M. Antonino Vero ī imperiū ſucceſſerat.

Pantænus



τούτου παρὰ τῶν σύρων θερμοτάτη κηρύττεται εὐφυΐα, καὶ ἐν διαλέξει σφοδροτάτη. Ἔγραψε πάμπολλα κατὰ πασῶν σχεδὸν τῶν αἱρέσεων, τῶν ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ ἀνακυψασῶν, ἐν οἷς περιφανής ἐστιν καὶ γενναῖος ἐκεῖνος ὁ λόγος, ὃν Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ περὶ μοίρας ἐπιδέδωκε, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ περὶ διωγμοῦ τεύχη, ἅπερ οἱ τούτου σπουδασταὶ ἀπὸ τῆς σύρας εἰς ἑλληνικὴν διάλεξιν μετέφρασαν. ὅπου δὲ τοσαύτη ἰσχύς ἐστι καὶ λαμπρότης ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, πόσην νομίζομεν ἐν τῷ οἰκείῳ λόγῳ ἔχειν ἀρετήν;

Βίκτωρ τρισκαιδέκατος Ῥώμης ἐπίσκοπος, περὶ τῆς τοῦ πάσχα ζητήσεως, καὶ ἄλλα τινὰ συνέταξε τεύχη. ἐκυβέρνησε τὴν ἐκκλησίαν βασιλεύοντος Σεβήρου ἔτη ἐπὶ δέκα.

Εἰρηναῖος Ποθεινοῦ τοῦ ἐπισκόπου Λουγδούνων τῆς ἐν Γαλλίαις ἐκκλησίας πρεσβύτερος, παρὰ τῶν μαρτύρων τῆς εἰρημένης πόλεως, διά τινας ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, πρεσβευτὴς εἰς Ῥώμην σταλείς, ἐπ' ὀνόματι οἰκείῳ δεξάμενος ἐπιστολὰς γεμούσας τιμῆς, πρὸς Ἐλεύθερον ἐπίσκοπον Ῥώμης ἀπηνέγκατο. Μετὰ δὲ ταῦτα Ποθεινοῦ σχεδὸν ἐνενηκονταετοῦς μαρτυρήσαντος, εἰς τὸν τούτου τόπον ὑπεισέρχεται. ὡμολόγηται δὲ Πολυκάρπου, οὗ τινος προεμνήσθημεν, γεγενῆσθαι μαθητής. ἔγραψε πέντε κατὰ τῶν αἱρετικῶν βίβλους, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τεῦχος βραχύ, καὶ περὶ ἐπιστήμης ἕτερον, καὶ πρὸς Μαρκιανὸν ἀδελφὸν περὶ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, καὶ βίβλον ποικίλων ὁμιλιῶν, καὶ πρὸς Βλάστον περὶ σχίσματος, καὶ πρὸς Φλωρῖνον περὶ μοναρχίας, καὶ ὅτι ὁ θεὸς κτίστης κακῶν οὐκ ἔστι, καὶ περὶ ὀγδοάδος ἐξαίρετον σύνταγμα, ἐν τῷ τέλει δὲ τοῦ αὐτοῦ συντάγματος ὑπέγραψεν οὕτως. ὁρκῶ σε τὸν μεταγράφοντα ταύτην τὴν βίβλον, κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου ἐλεύσεως αὐτοῦ, ἐν ᾗ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς μετὰ τὸ γράψαι, καὶ ἐκδιορθώσῃ πρὸς τὰ ἀντίγραφα, ἀφ' ὧν ἔγραψας, ἐπιμελῶς, καὶ ταύτην τὴν κατάκρισιν ὁμοίως μεταγράψῃς, καθὼς εὗρες ἐν τοῖς ἀντιγράφοις. Φέρονται αὐτοῦ καὶ ἄλλαι πρὸς Βίκτωρα ἐπίσκοπον Ῥώμης περὶ ζητήσεως τοῦ πάσχα ἐπιστολαί, ἐν αἷς παραινεῖ αὐτῷ, μὴ ῥαδίως ὀφείλειν τὴν ἕνωσιν τῆς ἑταιρότητος διασχίσαι. καὶ γὰρ Βίκτωρ πολλοὺς τῆς Ἀσίας καὶ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους καθεῖλεν, οἳ τινες τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πάσχα ἐπετέλεσαν. ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ τοὺς διαφωνήσαντας μὴ συναινέσαι Βίκτωρι. Ἤνθησεν μάλιστα ἐπὶ Κομόδου βασιλέως, ὅς τις εἰς τόπον Ἀντωνίνου Βήρου ὑπεισῆλθεν.

Græca nism.

Πάνταινος

A PAntænus Stoicæ ſectæ philoſophus, iuxta quandam ueterem in Alexãdria conſuetudinem, ubi à Marco euangeliſta ſemper eccleſiaſtici fuere doctores, tantæ prudẽtiæ & eruditionis, tam in ſcripturis diuinis, quàm in ſeculari literatura fuit, ut in Indiam quoq; rogatus ab illius gentis legatis, à Demetrio Alexandriæ epiſcopo mitteretur, ubi reperit Bartholomæum de duodecim apoſtolis, aduentum domini Ieſu, iuxta Matthæi euangelium prædicaſſe, quod Hebraicis literis ſcriptum, reuertens Alexandriam, ſecum retulit. Huius multi quidem in ſanctam ſcripturam extant commentarij, ſed magis uiua uoce eccleſijs profuit. Docuitq; ſub Seuero principe, & Antonino cognomento Caracalla.

ΠΑνταινος Στοϊκοῦ δόγματος φιλόσοφος, κατά τινα παλαιὰν τῶν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν, ἐν ᾗ ἀπὸ Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐκκλησιαστικοὶ γεγόνασι διδάσκαλοι, τοσαύτης σοφίας καὶ παιδεύσεως, τοῦτο μὲν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς κοσμικοῖς γράμμασιν ἐντὸς γέγονεν, ὥστε παρακληθέντα αὐτὸν παρὰ τῶν Ἰνδίας πρεσβυτέρων, ὑπὸ Δημητρίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, εἰς τὴν Ἰνδίαν ἀποσταλῆναι, ἐν ᾗ εὗρε Βαρθολομαῖον ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ΙΗΣΟΥ κατὰ τὸ Ματθαίου εὐαγγέλιον κηρύξοντα, ὅπερ Ἑβραϊκοῖς γράμμασι γεγραμμένον, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀναζεύξας, μεθ' ἑαυτοῦ ἐκόμισε, τούτου πολλὰ ὑπομνήματα εἰς τὰς θείας γραφὰς τυγχάνει, ἀλλὰ μᾶλλον ζώσῃ φωνῇ τὰς ἐκκλησίας ὠφέλησεν, ἐδίδαξε ἐπὶ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλλου.

RHodon genere Aſianus, à Tatiano, de quo ſupra diximus, Romæ in ſcripturis eruditus, ædidit plurima: præcipuũq; aduerſus Marcionẽ opus, in quo refert, quomodo ipſi quoq; inter ſe Marcionitæ diſcrepent, & Apellem ſenem alium hæreticũ à ſe quõdam fuiſſe conuentum, & riſui habitum, eo quod deum quem coleret, ignorare ſe diceret. Me-
B minit in eodem libro, quem ſcripſit ad Calliſtionem, Tatiani ſe Romæ fuiſſe auditorem. Sed & in Hexaëmeron elegantes tractatus cõpoſuit, & aduerſum Phrygas inſigne opus. Temporibusq; Commodi & Seueri floruit.

ΡΌδων Ἀσιανός, παρὰ Τατιανῷ περὶ οὗ ἀναφερομένῳ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς παιδευθείς, ἐξέδωκε μὲν πάμπολλα, ἐξαίρετον δὲ κατὰ Μαρκίωνος σύνταγμα, ἐν ᾧ ἐξηγεῖται, ὅπως καὶ αὐτοὶ εἰς ἑαυτοὺς Μαρκιωνισταὶ διαφωνοῦσι, καὶ τὸν Ἀπελλῆν τὸν γέροντα ὁμοίως αἱρετικόν, συντετυχηκέναι αὐτοῖς, καὶ καταγέλαστον γεγενῆσθαι, εἰρηκότα ὅτι τὸν θεὸν ὃν σέβει, ἀγνοεῖ. Μέμνηται ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, ἣν ἔγραψε πρὸς Καλλιστίωνα, Τατιανοῦ γεγενῆσθαι ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀκροατής, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον δὲ κόμψας ὁμιλίας συνέταξε, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν ἐπίσημον ἔργον, ἀνθήσας ἐπὶ τῶν χρόνων Κομόδου καὶ Σεβήρου.

CLemẽs Alexãdriæ eccleſiæ presbyter, Pãtæni, de quo ſupra retulimus, auditor, poſt eius mortẽ Alexãdriæ eccleſiaſticã ſcholã tenuit, & κατηχήσεων magiſter fuit. Ferũtur eius inſignia uolumina, plenaq; eruditionis & eloquẽtiæ, tam de ſcripturis diuinis, q̃ de ſecularis literaturæ inſtrumẽto. E q̃bus illa ſunt, στρωματεῖς libri octo: ὑποτυπώσεων libri octo: aduerſus
Græca uariant. gentes liber unus: pædagogi libri tres: de paſcha liber unus: de ieiunio diſceptatio: & alius qui inſcribit̃: Quiſnã diues ille ſit, q̃ ſaluet̃. De obtrectatiõe liber unus: de canonibus eccl'iaſticis, & aduerſum eos q̃ Iudæorũ ſequũtur errorẽ, liber unus, quẽ ꝓprie Alexãdro Hieroſolymorũ ep̃o προσεφώνησε. Meminit aũt in ſtromatibus ſuis, uoluminis Tatiani, aduerſus gẽtes, de quo ſupra diximus: & Caſſiani cuiuſdam χρονογραφίας, quod opuſculũ inuenire nõ potui. Necnon & de Iudæis Ariſtobulũ quendam,

ΚΛήμης Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος, Πανταίνου, περὶ οὗ προείπομεν, ἀκροατής, ὃς μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν τὰς διατριβὰς τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας κατέχε, καὶ κατηχήσεων διδάσκαλος γέγονεν, ἐπίσημά τε τεύχη παιδεύσεως, καὶ εὐγλωττίας ἀνάμεστα συνέταξε, τοῦτο μὲν τῶν θείων, τοῦτο δὲ τῶν κοσμικῶν, ἀφ' ὧν ἐστι τάδε, στρωματεῖς ὀκτώ, ὑποτυπώσεων λόγοι ὀκτώ, κατὰ τῶν ἐθνῶν παιδαγωγοὶ τρεῖς, περὶ τοῦ πάσχα εἷς, περὶ νηστείας διάλεξις, καὶ ἕτερος ἐπιγραφόμενος, τίς ἄρα πλούσιος σωθήσεται, περὶ κακολογίας λόγος εἷς, περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, καὶ κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ λόγον, ὅν τινα ἰδικῶς Ἀλεξάνδρῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων προσεφώνησε. Μέμνηται δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις στρώμασιν τοῦ τεύχους Τατιανοῦ τοῦ προειρημένου κατὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ Κασιανοῦ τινὸς χρονογραφίας, ὅπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς εὑρεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ Ἰουδαίους Ἀριστόβουλόν τινα,

C & Demetrium & Eupolemum ſcriptores aduerſus gentes refert, qui in ſimilitudinem Ioſephi ἀρχαιογονίας Moyſi & Iudaicæ gentis aſſeuerant. Extat Alexandri Hieroſolymitarum epiſcopi, qui cum Narciſſo poſtea rexit eccleſiã, epiſtola ſuper ordinatione Aſclepiadis cõfeſſoris ad Antiochenſes, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc uobis domini ac fratres ſcripta tranſmiſi per Clementem beatum presbyterum, uirum illuſtrem, & probatum: quem uos quoque ſcitis, & nunc plenius recognoſcetis, qui cum huc ueniſſet iuxta prouidentiam & uiſitationem dei, confirmauit & auxit domini eccleſiam. Conſtat Origenem huius fuiſſe diſcipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filij eius temporibus.

MIltiades, cuius Rhodon in opere ſuo, quod aduerſus Mõtanum, Priſcillam, Maximillamq́ cõpoſuit, recordatur, ſcripſit contra eoſdem uolumẽ præcipuum: & aduerſus gentes Iudæosq́ libros alios; & principibus illius tẽporis apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Commodi tẽporibus.

D APollonius uir diſertiſſimus, ſcripſit aduerſus Montanũ, Priſcillã, & Maximillã inſigne & lõgũ uolumẽ, in quo aſſerit Mõtanũ & inſanas uates periſſe ſuſpẽdio: & multa alia, in quibus de Priſcilla & Maximilla refert: Si negãt eas accepiſſe munera, cõfiteãtur nõ eſſe ꝓphetas qui accipiũt: & mille hoc teſtibus approbabo. Sed & ex alijs fructibus probãtur ꝓphetæ. Dic mihi, crinẽ fucat ꝓphetes? ſtybio oculos linit? Prophetæ ueſtibus & gẽmis ornãtur? Prophetes tabula ludit & teſſeris? Propheta fœnus accipit? Reſpondeant, utrum hoc fieri liceat, an non: meũ eſt approbare, quod fecerint. Dicit in eodẽ libro, quadrageſimũ eſſe annum uſq; ad tẽpus, quo ipſe ſcribebat librũ, ex quo hæreſis Cataphrygarũ habuerit exordium. Tertullianus ſex uoluminibus aduerſus eccleſiam æditis, quos ſcripſit περὶ ἐκστάσεως, ſeptimum proprie aduerſus Apollonium elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius ſub Cõmodo, Seueroq́ principibus.

SArapion undecimo Commodi imperatoris anno, Antiochiæ epiſcopus ordinatus, ſcripſit epiſtolam ad Carinum, & Pontium



καὶ Δημήτριον, καὶ Εὐπόλεμον ἀναφέρει, οἷα κατὰ τῶν ἐθνῶν συγγραψαμένους καθ' ὁμοιότητα Ἰωσήπου, ἀρχαιογονίας Μωϋσέως, καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρου Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου, ὃς μετὰ Νάρκισσον ὕστερον προέστη τῆς ἐκκλησίας, ἐπιστολὴ περὶ χειροτονίας Ἀσκληπιάδου ὁμολογητοῦ, πρὸς Ἀντιοχέας, συγχαίροντος αὐτοῖς, ἐν ᾗ εἰς τὸ τέλος οὕτως λέγει. ταῦτα ὑμῖν κύριοι ἀδελφοί τε τὰ γράμματα ἐπέπομψα διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου Κλήμεντος ἀνδρὸς περιφανοῦς, καὶ δεδοκιμασμένου, ὃν καὶ ὑμεῖς ἴστε, καὶ νῦν πλέον ἐπιγνώσεσθε, ὅς τις ἐνταῦθα ἐλθὼν κατὰ πρόνοιαν καὶ ἐπιφοίτησιν θεοῦ, ἐστερέωσε καὶ ηὔξησε τοῦ κυρίου τὴν ἐκκλησίαν, ὡμολόγηται τὸν Ὠριγένην τούτου γεγενῆσθαι μαθητήν, ἤνθησε δὲ βασιλευόντων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

ΜΙλτιάδης, οὗ τινος Ῥόδων ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι τῷ κατὰ Μοντανοῦ καὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας συντεθέντι, μέμνηται, ἔγραψε κατ' αὐτῶν τεῦχος ἐξαίρετον, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων λόγους ἄλλους, ἐπέδωκε δὲ τοῖς τηνικαῦτα βασιλεῦσιν ἀπολογητικόν, ἀνθήσας ἐν τοῖς χρόνοις Μάρκου Ἀντωνίνου Κομόδου.

ΑΠολλώνιος ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ἔγραψε κατὰ Μοντανοῦ, Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας μέγα καὶ ἐπίσημον τεῦχος, ἐν ᾧ φησὶ Μοντανόν τε καὶ τὰς μαινομένας προφήτιδας ἀπάγξασθαι, καὶ ἕτερα πολλὰ ἐν οἷς περὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας λέγει. Εἰ ἀρνοῦνται αὐτὰς εἰληφέναι δῶρα, ὁμολογησάτωσαν μὴ εἶναι προφήτας τοὺς δεχομένους δῶρα, καὶ διὰ χιλίων τοῦτο ἐλέγχω μαρτύρων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἑτέρων ἔργων προφῆται δοκιμάζονται, εἰπέ μοι, κόμην βάπτει προφήτης; στιβίῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίει; προφήτης ἐσθήματι καὶ μαργαρίταις κοσμεῖται; προφήτης τάβλα καὶ βολίοις παίζει; τόκους λαμβάνει προφήτης; ἀποκριθῶσιν εἰ τοῦτο γενέσθαι δεκτὸν ἢ καὶ μή, καὶ ἐμὸν ἐστὶ ἐλέγξαι ὅτι περ πεποιήκασι. λέγει ἐν αὐτῇ τῇ βίβλῳ, τεσσαρακοστὸν εἶναι ἐνιαυτὸν ἕως τοῦ καιροῦ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς συγγράφεται, ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο ἡ αἵρεσις ἡ κατὰ φρύγας. Τερτυλλιανὸς δὲ ἐκδεδωκὼς λόγους ἓξ κατὰ τῆς ἐκκλησίας περὶ ἐκστάσεως, τὸν ἕβδομον ἰδικῶς κατὰ Ἀπολλωνίου συνέταξεν, ἐν ᾧ πάντα ἅπερ ἐκεῖνος εὐθύνειν ἐπιχειρεῖ, ἐκδικεῖ, ἤνθησε δὲ Ἀπολλώνιος ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου.

ΣΑραπίων τῷ ἑνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ Κομόδου τοῦ βασιλέως χειροτονηθεὶς τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Κάρινον καὶ

Πόντιον

A Pontium, de hæreſi Montani, in qua & hæc addit: Vt autem ſciatis falſi huius dogmatis, id eſt, nouæ prophetiæ, ab omni mundo inſaniam reprobari, miſi uobis Apollinaris beatiſſimi, qui fuit in Hierapoli Aſiæ epiſcopus, literas. Ad Domnum quoque qui perſecutionis tempore ad Iudæos declinauerat, uolumen compoſuit: & alium de euangelio, quod ſub nomine Petri fertur, librum ad Rhoſenſem Ciliciæ eccleſiam, quæ in hæreſim eius lectione diuerterat. Leguntur & ſparſim eius breues epiſtolæ autoris ſui ἀσκήσει & uitæ congruentes.

APollonius Romanæ urbis ſenator, ſub Cōmodo principe à ſeruo, Seuero proditus, quod Chriſtianus eſſet, imperato ut rationem fidei ſuæ redderet, inſigne uolumen cōpoſuit, quod in ſenatu legit, & nihilominus ſententia ſenatus pro Chriſto capite truncatus eſt, ueteri apud eos obtinente lege, abſque negatione non dimitti Chriſtianos, qui ſemel ad eorum iudicium pertracti eſſent.

THeophilus Cæſareæ Palæſtinæ (quæ olim turris Stratonis uocabatur) epiſco-
B pus, ſub Seuero principe aduerſum eos, qui decimaquarta luna cum Iudæis paſcha faciebant, cum cæteris epiſcopis ſynodicam ualde utilem compoſuit epiſtolam.

BAcchylus Corinthi epiſcopus, ſub eodem Seuero principe clarus habitus, de paſcha ex omnium qui in Achaia erāt epiſcoporum perſona, elegantem librum ſcripſit.

POlycrates Epheſiorum epiſcopus, cum cæteris epiſcopis Aſiæ, qui iuxta quādam ueterem conſuetudinem cum Iudæis decima quarta luna paſcha celebrabant: ſcripſit aduerſus Victorem epiſcopum Romanum epiſtolam ſynodicam, in qua docet ſe apoſtoli Ioannis & ueterum autoritatem ſequi, de qua hæc pauca excerpſimus. Nos igitur inuiolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Aſia elementa maxima dormierunt, quæ reſurgent in die domini, quando uenturus eſt de cœlis in maieſtate ſua, & ſuſcitaturus omnes ſanctos, Philippum loquor de duodecim apoſtolis, qui dormiuit Hierapoli, & duas filias eius quæ uirgines ſenuerunt: & aliam eius filiam, quæ ſpiritu



πόντιον, περὶ τῆς αἱρέσεως Μοντανοῦ, ταῦτα προσθείς, ἵνα δὲ γνῶτε τὴν βλάσφημον τοῦ δόγματος τούτου, τῆς καινῆς λέγω προφητείας, καὶ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μανίαν ἀποδοκιμασθεῖσαν ὑπάρχειν, ἔπεμψα ὑμῖν Ἀπολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου, ὃς γέγονεν Ἱεραπολίτης Ἀσίας ἐπίσκοπος, γράμματα. Καὶ πρὸς Δόμνον δὲ τὸν παρὰ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατανεύσαντα συνέταξε τεῦχος, καὶ ἄλλο περὶ τοῦ εὐαγγελίου, ὅπερ ἐπ' ὀνόματι Πέτρου φέρεται, καὶ πρὸς τὴν ἐν Ῥόσῳ τῶν Κιλίκων ἐκκλησίαν βίβλον, ἥ τις εἰς τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ διεστράφη, καί τινας εἰς ἀνάγνωσιν τῆς τούτου αἱρέσεως μετήνεγκεν. Ἀναγινώσκονται δὲ καὶ σποράδην βραχύταται αὐτοῦ ἐπιστολαὶ τῇ ἀσκήσει καὶ τῷ βίῳ αὐτοῦ συνᾴδουσαι.

ΑΠολλώνιος Ῥώμης συγκλητικὸς ἐπὶ Κομόδου τοῦ βασιλέως παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρῳ προδοθεὶς Χριστιανὸς εἶναι, ἐπιταγεὶς τε τῆς οἰκείας πίστεως δοῦναι λόγον, μέγα τεῦχος συνέταξεν, ὅπερ ἐν τῇ συγκλήτῳ ἀνέγνω, καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον ἀποφάσει τῆς συγκλήτου, ὑπὲρ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ἀπετμήθη, παλαιᾶς παρ' αὐτοῖς κατεχούσης συνηθείας, δίχα ἀρνήσεως μὴ ἀφεθῆναι τοὺς Χριστιανούς, τοὺς ἅπαξ εἰς τὴν αὐτῶν ἀκρόασιν ἑλκυσθέντας.

ΘΕόφιλος Καισαρείας Παλαιστίνης, ἥ τις πρώην πύργος Στράτωνος ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως κατὰ τῶν ἐπιτελούντων τὸ πάσχα μετὰ τῶν Ἰουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, συνοδικὴν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμαστὴν μετὰ ἑτέρων συνέταξεν.

ΒΑκχυλος Κορίνθου ἐπίσκοπος, ὁμοίως Σεβήρου βασιλεύοντος λαμπρὸς ὑπάρχων, περὶ τοῦ πάσχα ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ ἐπισκόπων, θαυμαστὴν συνέταξε βίβλον.

ΠΟλυκράτης Ἐφέσου ἐπίσκοπος, μετὰ τῶν λοιπῶν Ἀσίας ἐπισκόπων, τῶν ἐπιτελούντων τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα μετὰ τῶν Ἰουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, κατὰ Βίκτωρος ἐπισκόπου Ῥώμης ἐπιστολὴν συνοδικὴν διέδωκε, διδάσκων ὀφείλειν Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, καὶ τῇ παλαιᾷ διακολουθεῖν αὐθεντίᾳ, ἀφ' ἧς ὀλίγα διηγήσομαι. Ἡμεῖς τοίνυν ἀμίαντον ἐπιτελοῦμεν τὴν ἑορτήν, μηδὲ προστιθέντες, μηδὲ ὑπεξαιροῦντες. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ μεγάλα στοιχεῖα ἐκοιμήθη, ἅπερ ἀναστήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ, ἐγείρων πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον λέγω ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς ἐκοιμήθη ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰς δύο θυγατέρας, αἵ τινες παρθένοι ἐγήρασαν, καὶ ἑτέραν αὐτοῦ θυγατέρα, ἥ τις ἐν ἁγίῳ

C ſpiritu ſancto plena, in Epheſo occubuit. Sed & Ioannes, qui ſuper pectus dñi recubuit, & pontifex eius, aureã laminã in fronte portãs, martyr & doctor in Epheſo dormiuit, & Polycarpus epiſcopus & martyr Smyrnæ cubat. Thraſeas quoque epiſcopus & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requieſcit. Quid neceſſe eſt Sagaris epiſcopi & martyris recordari, qui in Laodicea ſoporatur: & Papyrij beati, & Melitonis in ſancto ſpiritu eunuchi, qui ſemper dño ſeruiens, poſitus eſt in Sardis, & expectat in aduentu eius reſurrectionem? Hi omnes obſeruauerũt paſchæ diẽ decimaquarta luna, ab euãgelica traditione in nullã partẽ declinãtes, & eccleſiaſticũ ſequẽtes canonem. Ego quoq; minimus omniũ ueſtrũ Polycrates, ſecundũ doctrinã propinquorũ meorum, quos & ſecutus ſum (ſeptẽ ſiquidẽ fuerũt propinqui mei epiſcopi, & ego octauus) ſemper paſcha celebraui, quãdo populus Iudæorum azyma faciebat. Itaq; fratres ſexagintaquinq; annos ætatis meæ natus in dño, & à multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni ſcriptura, non formidabo eos, qui nobis

D minantur. Dixerunt enim maiores mei: Obedire deo magis oportet quàm hominibus. Hæc propterea poſui, ut ingenium & autoritatem uiri ex paruo opuſculo demonſtrarem. Floruit temporibus Seueri principis, eadem ætate, qua Narciſſus Hieroſolymæ.

HEraclius, ſub Cõmodi Seuerióq; imperio, in apoſtolum cõmentarios compoſuit.

MAximus ſub ijſdem principibus, famoſam quæſtionem inſigni uolumine uentilauit, unde malum, & quod materia à deo facta ſit.

CAndidus regnantibus ſupra ſcriptis, in Hexaëmeron pulcherrimos tractatus ædidit.

APpion ſub Seuero principe, ſimiliter in Hexaëmeron tractatus fecit.

SExtus ſub imperatore Seuero, librum de reſurrectione ſcripſit.

BRabianus ſub eodẽ principe ædidit quædam opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia.

IVdas de ſeptuaginta apud Danielẽ hebdomadibus pleniſſime diſputauit, & chronographiam ſuperiorum temporum uſque ad decimum



ἁγίῳ πνεύματι πεπληρωμένη, ἐν Ἐφέσῳ ἐπελεύθη, καὶ Ἰωάννης, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀνεκλίθη, καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε, χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζων, μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐκοιμήθη, καὶ Πολύκαρπος ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἐν τῇ Σμύρνῃ κατάκειται, καὶ Θρασέας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας ἐν τῇ αὐτῇ Σμύρνῃ ἀναπαύῃ, οὐκ ἔστιν ἀνάγκη Σαγάρεως τοῦ ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος μεμνῆσθαι, τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυομένου, καὶ Παπυρίου τοῦ μακαριωτάτου, καὶ Μελίτωνος ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εὐνούχου, ὅστις ἀεὶ τῷ κυρίῳ λατρεύων, ἐν Σάρδεσι κατετέθη, καὶ περιμένει ἐν τῇ αὐτοῦ ἐλεύσει τὴν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες παρεφύλαξαν τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, ἀπὸ τῆς εὐαγγελικῆς παραδόσεως, εἰς οὐδὲν μέρος ἀπονεύοντες, καὶ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἑπόμενοι. κἀγὼ δὲ ἐλάχιστος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ τὴν διδαχὴν τῶν πλησίον μου, οἷς καὶ ἐξηκολούθησα, ἑπτὰ γὰρ ἐγένοντο συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, κἀγὼ ὄγδοος, ἀεὶ τὸ πάσχα ἐτέλεσα, ὅτε ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς τὰ ἄζυμα ἐποιεῖτο. τοιγαροῦν ἀδελφοὶ ἑξηκονταπέντε ἄγων ἔτη ἐν κυρίῳ, καὶ παρὰ πολλῶν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀδελφῶν παιδευθεὶς, ἐντυχὼν πάσῃ γραφῇ, οὐ δειλιάσω τοὺς ἀπειλουμένους ἡμῖν, ἔφησαν γὰρ οἱ προηγησάμενοί μου, πειθαρχεῖν μᾶλλον θεῷ δεῖ ἢ ἀνθρώποις. ταῦτα διὰ τοῦτο τέθεικα, ἵνα τὴν τοῦ ἀνδρὸς αὐθεντίαν ἐξ ἐλαχίστου συντάγματος ὑποδείξω, ἤνθησεν ἐν τοῖς χρόνοις Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὁπηνίκα καὶ Νάρκισσος ἐν Ἱεροσολύμοις.

HΡάκλειος ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου βασιλέως τὸν ἀπόστολον ὑπεμνημάτισεν.

MΑξιμος ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων, θαυμαστὸν ζήτημα ἐν ἐπισήμῳ τεύχει συνέταξε, τοῦτ᾽ ἔστιν, πόθεν τὸ κακὸν, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη ἐδόθη.

KΑνδίδος βασιλευόντων τῶν προγεγραμμένων, εἰς τὴν ἑξαήμερον ὡραίας συνέταξεν ὁμιλίας.

AΠπίων ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὁμοίως εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας συνεγράψατο.

ΣΕξτος ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως, βίβλον περὶ τῆς ἀναστάσεως συνεγράψατο.

BΡαβιανὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ἐξέδωκέ τινα συντάγματα, τῶν Χριστιανῶν δόγματι προσήκοντα.

IΟύδας περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων τῶν κατὰ Δανιὴλ, ἀκριβῶς ἐξηγήσατο, καὶ χρονογραφίαν τῶν ἀνωτέρω χρόνων, ἕως τοῦ δεκάτου

A

B

A decimum Seueri perduxit annum. In qua er-
roris arguitur, quod aduentum antichriſti cir
ca ſua tempora futurum eſſe dixerit: ſed hoc
ideo, quia magnitudo perſecutionum præſen
tem mundi minabatur occaſum.

Tertullianus presbyter, nunc demum pri-
mus poſt Victorē & Apolloniū Latino-
rum ponit̃, pūinciæ Africæ, ciuitatis Cartha-
ginenſis, patre Centurione proconſulari. Hic
acris & uehemētis ingenij, ſub Seuero princi-
pe & Antonino Caracalla floruit, multaq;
ſcripſit uolumina: quæ quia nota ſunt pluri-
bus, prætermittimus. Vidi ego quendā Pau
lum Cōcordiæ, quod oppidum Italiæ eſt, ſe-
nem, qui ſe beati Cypriani iam grandis æta-
tis notariū, cum ipſe admodū eſſet adoleſcēs,
Romæ uidiſſe diceret, referreq; ſibi ſolitum,
nunq; Cyprianū abſque Tertulliani lectione
unam diē præteriſſe: ac ſibi crebro dicere: Da
magiſtrum: Tertullianū uidelicet ſignificans.
Hic cum uſq; ad mediā ætatē presbyter eccle-
ſiæ permanſiſſet, inuidia poſtea & cōtumelijs
clericorū Romanæ eccleſiæ, ad Mōtani dog-
B ma delapſus, in multis libris nouæ ꝓphetiæ
meminit: ſpecialiter aūt aduerſum eccleſiā te-
xuit uolumina De pudicitia, De perſecutiōe,
De ieiunijs, De monogamia, De ecſtaſi libros
ſex, & ſeptimū quē aduerſum Apolloniū cō-
poſuit. Ferturq; uixiſſe uſq; ad decrepitā æta-
tē, & multa quæ nō extāt opuſcula cōdidiſſe.

Origenes, qui & Adamātius, decimo Se-
ueri Pertinacis anno aduerſum Chriſtia
nos perſecutione commota, à Leonide patre,
Chriſti martyrio coronato, cum ſex fratribus
& matre uidua, pauper relinquitur annos na-
tus circiter decē & ſeptē. Rem enim familiarē
ob cōfeſſionē Chriſti, fiſcus occupauerat. Hic
Alexādriæ, diſperſa eccl'ia, decimooctauo æta
tis ſuæ anno, κατηχήσεων opus aggreſſus: poſtea
à Demetrio, eius urbis epiſcopo, in locū Cle-
mētis p̃sbyteri cōfirmatus, per multos annos
floruit: & cū iam mediæ eſſet ætatis, & ꝓpter
eccleſias Achaiæ, quæ pluribus hæreſibus ue-
xabātur, ſub teſtimonio eccleſiaſticæ epiſtolæ
Athenas per Palæſtinā pergeret, à Theoctiſto
& Alexādro, Cæſareæ & Hieroſolymorū epi
ſcopis, p̃sbyter ordinatus, Demetrij offendit
animū, q̃ tāta in eum debacchatus eſt inſania
ut

δεκάτου ἐνιαυτοῦ Σεβήρου τοῦ βασιλέως συνέταξεν, ἐν ᾗ καταγινώσκεται τὴν τοῦ ἀντιχρίστου παρουσίαν, περὶ τοὺς ἰδίους καιροὺς φήσας πλησιάζειν, τὸ γὰρ μέγεθος τοῦ τότε διωγμοῦ, ὡσανεὶ προὔλεγεν ἐμέλλε τῆς οἰκουμένης ἀπώλειαν.

Τερτυλλιανὸς πρεσβύτερος νῦν πρῶτος μετὰ Βίκτωρα καὶ Ἀπολλώνιον ψηφίζεται τοὺς Ῥωμαϊκούς, ἐκ τῆς Καρχηδόνος τῆς Ἀφρικῆς ὁρμώμενος, πατρὸς κεντυρίωνος ἀνθυπατικοῦ. οὗτος δεινὸς καὶ σφόδρα εὐφυὴς ἐπὶ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλλου ἤνθησε, πολλὰ συντάξας τεύχη, ἅ τινα διὰ τὸ πολλοῖς εἶναι ἐγνωσμένα, παραλιμπάνομεν. Συνέτυχον ἐγὼ Παύλῳ ἀπὸ Κονκορδίας τῆς Ἰταλίας γέροντι, ὃς τις τοῦ μακαριωτάτου Κυπριανοῦ νοτάριον, λοιπὸν πρεσβύτην, ἔλεγεν, ἔτι νέος ὢν ἑωρακέναι ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ, ὡς οὐδὲ μίαν σχεδὸν ἡμέραν διετέλεσε Κυπριανὸς ἀναγνωσμάτων Τερτυλλιανοῦ χωρίς, συνεχῶς λέγοντος τοῦ αὐτοῦ Κυπριανοῦ, ἐπίδος τὸν διδάσκαλον, Τερτυλλιανὸν δηλονότι μηνύων. Οὗτος ἄχρι μέσης ἡλικίας πρεσβύτερος τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας γέγονεν, ὕστερον δὲ φθόνῳ καὶ προπηλακισμοῖς τῶν κληρικῶν τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας, εἰς τὸ Μοντανοῦ δόγμα ὀλισθήσας, πολλὰς συνέταξε βίβλους, καινῆς προφητείας μέμνηται, καὶ ἰδικῶς κατὰ τῆς ἐκκλησίας συνεγράψατο, οὐδὲν δὲ ἧττον περὶ σωφροσύνης, περὶ διωγμοῦ, περὶ νηστείας, περὶ μονογαμίας, περὶ ἐκστάσεως λόγους ἕξ, καὶ ἕβδομον κατὰ Ἀπολλωνίου, καὶ ἕτερα πάμπολλα, ζήσας ἕως γήρως ἐσχάτου.

Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, δεκάτῳ ἐνιαυτῷ Σεβήρου τοῦ Περτίνακος κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμοῦ κινηθέντος, παρὰ Λεωνίδου πατρός, τοῦ καὶ μαρτυρήσαντος, μετὰ ἓξ ἀδελφῶν καὶ μητρὸς χήρας πένης κατελείφθη, ἐτῶν περίπου ἑπτακαίδεκα, τούτων γὰρ ἡ περιουσία διὰ τὸ εἶναι Χριστιανῶν ἐδημεύθη, ὅς τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διασκορπισθείσης τὴν ἐκκλησίαν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ἄγων, κατηχήσεων ἐπιστήμην παρειληφώς, μετ' οὐ πολὺ παρὰ Δημητρίου, τοῦ αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, εἰς τόπον Κλήμεντος πρεσβυτέρου κατασταθείς, ἐπὶ ἔτη πολλὰ διέπρεψε, μεσῆλιξ τε γενόμενος, διὰ τὰς ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ ἐκκλησίας, αἵ τινες παρὰ πολλῶν αἱρέσεων ἐσκύλλοντο, ἐπὶ μαρτυρίᾳ ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστολῆς ἀπιὼν διὰ Παλαιστίνης εἰς Ἀθήνας, παρὰ Θεοκτίστου καὶ Ἀλεξάνδρου Καισαρείας καὶ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπων, πρεσβύτερος χειροτονηθείς, Δημητρίῳ προσέκρουσεν, ὅς τις τοσαύτῃ κατ' αὐτοῦ ἐχρήσατο ἀνοίᾳ,
ὥστε

C ut per totum mundũ ſuper nomine eius ſcri-
beret. Conſtat eum antequàm Cæſaream mi
graret, fuiſſe Romæ ſub Zephyrino epiſco-
po,& ſtatim Alexandriã reuerſum, Heraclan
presbyterũ iterum, qui ſub habitu philoſophi
perſeuerabat, adiutorem ſibi feciſſe κατηχήσεως,
qui quidẽ & poſt Demetrium Alexãdrinam
tenuit eccleſiã. Quãtæ autẽ gloriæ fuerit, hinc
apparet, quod Phirmillianus Cæſareæ epiſco
pus, cum omni Cappadocia eum inuitauit, &
diu tenuit, & poſtea ſub occaſione ſanctorũ
locorũ Palæſtinã ueniẽs, diu Cæſareæ in ſan-
ctis ſcripturis ab eo eruditus eſt: ſed & illud,
quod ad Mamean matrẽ Alexãdri imperato
ris religioſam fœminã rogatus uenit Antio-
chiam, & ſummo honore habitus eſt: quodq;
ad Philippũ imperatorẽ, qui primus de regi-
bus Romanis Chriſtianus fuit, & ad matrem
eius literas fecit: quæ uſq; hodie extãt: Et qđ
tantũ in ſcripturis diuinis habuerit ſtudij, ut
etiã Hebræã linguã cõtra ætatis gentiſq; ſuæ
naturam ediſceret: Et exceptis ſeptuaginta in-
terpretibus, alias quoq; æditiones in unũ con
D gregaret uolumẽ, Aquilæ ſcilicet Pontici pro-
ſelyti, & Theodotionis Hebionei, & Symma-
chi eiuſdẽ dogmatis, qui in euãgelium quoq;
κατὰ Ματθαῖον ſcripſit cõmetarios, de quo & ſuum
dogma cõfirmare conat̃. Præterea quintã &
ſextã & ſeptimã æditionẽ, quas etiam nos de
eius bibliotheca habuimus, miro labore repe-
rit, & cum cæteris æditionibus cõparauit. Et
quia indicẽ operum eius in uoluminibus epi-
ſtolarum, quas ad Paulã ſcripſimus, in quadã
epiſtola cõtra Varronis opera cõferẽs poſui,
nunc omitto: illud de immortali eius ingenio
non tacẽs, quod Dialecticã quoq; & Geome-
triã, Arithmeticã, Muſicã, Grãmaticã, & Rhe
toricã, omniumq; philoſophoꝝ ſectas ita di-
dicit, ut ſtudioſos quoq; ſecularium literarũ ſe-
ctatores haberet, & interpretaret̃ eis quotidie,
cõcurſuſq; ad eum miri fierent, quos ille pro-
pterea recipiebat, ut ſub occaſiõe ſecularis lite
raturæ, in fide Chriſti eos inſtitueret. De cru-
delitate aũt perſecutiõis, q̃ aduerſum Chriſtia
nos ſub Decio cõſurrexit, eo qđ in religionẽ
Philippi deſæuiret, quẽ & interfecit, ſuꝑfluũ
eſt dicere, cum etiã Fabianus Romanæ eccle-
ſiæ epiſcopus in ipſa occubuerit, & Alexãder
Babylaſq;



ὥστε ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γρά-
ψαι. Πρὸ τοῦ δὲ μετελθεῖν εἰς Καισάρειαν τὴν Ῥώμην
κατείληφεν ἐπὶ Ζεφυρίνου ἐπισκόπου, εὐθύς τε εἰς
Ἀλεξάνδρειαν ἀναζεύξας, Ἡρακλᾶν τὸν πρεσβύτερον
τὸν ἐν σχήματι φιλοσόφου διατελοῦντα, βοηθὸν συ-
νελάβετο κατηχήσεως, ὅς τις καὶ μετὰ Δημήτριον
τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκυβέρνησεν ἐκκλησίαν, ὅσης δὲ δό-
ξης ἐγένετο, ἐκ τούτου δηλοῦται. Φιρμιλλιανὸς γὰρ
Καισαρείας ἐπίσκοπος μετὰ πάσης τῆς Καππαδοκίας
καὶ προέπεμψεν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πολὺ κατέσχε, καὶ
ὕστερον προφάσει τῶν ἁγίων τόπων εἰς Παλαιστίνην
ἐλθὼν, ἐν τῇ Καισαρέων παρ' αὐτοῦ τὰς θείας ἐπαι-
δεύθη γραφάς. Κἀκεῖνο δὲ οὐδεὶς ἀγνοεῖ, ὅτι περὶ πρὸς
Μαμέαν τὴν μητέρα Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, εὐλα-
βεστάτην γυναῖκα παρακληθεὶς, ἦλθεν εἰς Ἀντιο-
χείαν, καὶ ἐν μεγίστῃ γέγονε τιμῇ, καὶ πρὸς Φίλιπ-
πον τὸν βασιλέα, τὸν πρῶτον ἐκ τῶν Ῥωμαίων βασι-
λέων Χριστιανὸν γενόμενον, καὶ πρὸς τὴν τούτου μη-
τέρα γράμματα ἀπέστειλεν, ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχά-
νοντα. Καὶ ὅτι τοσαύτην ἔσχε σπουδὴν περὶ τὰς θείας
γραφὰς, ὥστε καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεξιν ἐναντιουμέ-
νην τῇ τε ἡλικίᾳ, καὶ τῇ οἰκείᾳ φύσει, ἐκμαθεῖν. Καὶ
δίχα τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν, ἄλλας ἐκδόσεις
εἰς ἓν συναγαγεῖν. Ἀκύλα λέγω Ποντικοῦ προσηλύ-
του, καὶ Θεοδοτίωνος Ἠβίωνος, καὶ Συμμάχου τοῦ
αὐτοῦ δόγματος, ὃς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον
ὑπεμνημάτισε, δι' οὗ καὶ τὸ ἴδιον δόγμα βεβαιῶσαι
σπεύδει. Ὁμοίως δὲ πέμπτε καὶ ἓξ καὶ ἑπτὰ τὰς ἐκδό-
σεις ἅς τινας καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς αὐτοῦ βιβλιοθήκης ἔχο-
μεν, πολλῷ πόνῳ εὑρὼν, μετὰ ἑτέρων ἐκδόσεων
ὠνήσατο. Καὶ ἐπειδὴ τὸν ἔλεγχον τῶν αὐτοῦ συνταγ-
μάτων ἐν τῷ τεύχει τῶν ἐπιστολῶν τῶν πρὸς Παῦ-
λαν παρ' ἡμῶν γραφεισῶν, ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ συγκρί-
νων τοῖς Βάῤῥωνος ἔργοις τέθεικα, νῦν παραλιμπά-
νω, ἐκεῖνο περὶ τῆς αὐτοῦ ἀθανάτου εὐφυΐας μὴ σιω-
πῶν, ὅτι περὶ Διαλεκτικὴν, καὶ Γεωμετρικὴν, Ἀριθμη-
τικὴν, Μουσικὴν, Γραμματικὴν, καὶ Ῥητορικὴν, καὶ
πάντων τῶν φιλοσόφων τὰ δόγματα, οὕτως ἐξέ-
μαθεν, ὥστε σπουδαστὰς τῶν κοσμικῶν γραμμάτων
ἀκροατὰς ἐσχηκέναι, καὶ ἐξηγεῖσθαι αὐτοῖς ἑκάστοτε,
συνδρομάς τε πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι, ἃς διὰ
τοῦτο ἐδέχετο, ἐφ' ᾧγε προφάσει τῆς διδασκαλίας, εἰς
τὴν τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ πίστιν ἀνάγειν πάντας. Περὶ γὰρ
τῆς ὠμότητος τοῦ διωγμοῦ, τοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν
ἐπὶ Δεκίου κινηθέντος, ἐλύσσα γὰρ εἰς τὴν Φιλίπ-
που εὐλάβειαν, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν, εἰπεῖν ἡγοῦμαι
περιττὸν, ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ διωγμῷ, καὶ Φλαβιανὸς
ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐτελεύτησεν, καὶ Ἀλέξανδρος
καὶ Βαβύλας

A Babylaſq; Hieroſolymorum & Antiochenæ eccleſiæ pōtifices in carcere pro cōfeſſione dormierint. Et ſuper Origenis ſtatu, ſi quis ſcire uelit, quid actum ſit, primū quidē de epiſtolis eius, quæ poſt perſecutionē ad diuerſos miſſæ ſunt: deinde & de ſexto Euſebij Cæſarienſis eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro, & pro eodē Origene in ſex uoluminibus poſſit liquidò cognoſcere. Vixit uſq; ad Gallum & Voluſianum, id eſt, uſq; ad lxix. ætatis ſuæ annum, & mortuus eſt Tyri, in qua urbe & ſepultus eſt.

AMmonius uir diſertus & eruditus in philoſophia, eodem tēpore Alexandriæ clarus habitus eſt: qui inter multa ingenij ſui & præclara monumenta, etiam de conſonantia Moyſi & Ieſu elegans opus compoſuit, & euāgelicos canones excogitauit, quos poſtea ſequutus eſt Euſebius Cæſarienſis. Hunc falſò accuſat Porphyrius, quod ex Chriſtiano ethnicus fuerit, cum conſtet eum uſque ad extremam uitam Chriſtianum perſeueraſſe.

AMbroſius primū Marcionites, deinde ab Origene correctus, eccleſiæ diaconus, & confeſſionis dominicæ gloria inſignis
B fuit, cui pro Theoctiſto presbytero liber Origenis de martyrio ſcribitur. Huius induſtria & ſumptu & inſtantia, ad hunc infinita Origenes dictauit uolumina. Sed & ipſe quippe ut uir nobilis, non inelegātis ingenij fuit, ſicut eius ad Origenē epiſtolæ indicio ſunt. Obijt ante mortē Origenis: & in hoc à pleriſque reprehēditur, quod uir locuples, amici ſui egeni ſenis & pauperis, moriēs non recordatus ſit.

TRyphon Origenis auditor, ad quem nōnullæ eius extant epiſtolæ, in ſcripturis eruditiſſimus fuit, quod quidē & multa eius ſparſim oſtendunt opuſcula: ſed præcipue liber quem compoſuit de uacca ruffa in Deuteronomio, & de dichotomematibus, quæ cum columba & turture Abraam ponuntur in Geneſi.

MInutius Felix, Romæ inſignis cauſidicus, ſcripſit dialogum Chriſtiani & ethnici diſputantium, qui Octauius inſcribitur: ſed & alius ſub nomine eius fertur de fato, uel contra Mathematicos, qui cum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi uidetur cum ſuperioris libri ſtilo conuenire. Meminit huius

καὶ Βαβύλας Ἱεροσολύμων καὶ Ἀντιοχείας ἐπίσκοποι, ἐν τῇ φυλακῇ ὁμολογηταὶ ἐκοιμήθησαν. Εἴ τις γὰρ περὶ Ὠριγένους μαθεῖν ἐθελήσῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, τῶν μετὰ τὸν διωγμὸν πρὸς διαφόρους ἀποσταλεισῶν, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἕκτου λόγου τῆς Εὐσεβίου Καισαρείας ἐπισκόπου ἱστορίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ Ὠριγένους βιβλίων ἓξ τηλαυγῶς μαθεῖν δυνήσεται, ἔζησεν ἕως Γάλλου καὶ Βολυσιανοῦ, τουτέστιν, ἕως ἐννάτου καὶ ἑξηκοστοῦ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἔτους, καὶ ἐκοιμήθη ἐν Τύρῳ, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη.

ΑΜμώνιος ὁ ἐλλογιμώτατος καὶ φιλοσοφίας πεπαιδευμένος, ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λαμπρὸς φανείς, μεταξὺ τῶν συνταγέντων παρ᾽ αὐτοῦ περιφανῶν λόγων, καὶ περὶ τῆς συμφωνίας Μωϋσέως καὶ ΙΗΣΟΥ βίβλον θαυμαστὴν συνέθηκε, καὶ εὐαγγελικοὺς κανόνας ἐφεῦρεν, οἷς μετὰ ταῦτα ἐξηκολούθησεν Εὐσέβιος ὁ Καισαρεύς. Τούτου πλαστῶς κατηγορεῖ ὁ Πορφύριος, φάσκων ἀπὸ Χριστιανῶν ἐθνικὸν γεγενῆσθαι, ὅς τις ἄχρι τῆς τελευταίας Χριστιανὸς διετέλεσεν.

ΑΜβρόσιος πρῶτον Μαρκιωνιστής, ὕστερον παρὰ Ὠριγένους διορθωθείς, ἐκκλησίας διάκονος, καὶ θείας ἐξομολογήσεως ἐπίσημος ἐγένετο, τούτῳ ὑπὲρ Θεοκτίστου πρεσβυτέρου βίβλος Ὠριγένους περὶ τοῦ μαρτυρίου γράφεται, τῇ σπουδῇ τούτου καὶ ἀναλώμασι καὶ ἐπείξει, πρὸς τοῦτον πάμπολλα Ὠριγένης ἐπέστειλε συντάγματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀνὴρ εὐγενέστατος ὤν, οὐκ ἄκομψος ἐν τῇ εὐφυΐᾳ ἐγένετο, καθὰ αἱ πρὸς Ὠριγένην τούτου δηλοῦσιν ἐπιστολαί, ἐτελεύτησε δὲ πρὸ Ὠριγένους, καὶ ἐν τούτῳ παρὰ πολλῶν καταγινώσκεται, ὅτι περιπλούσιος ὤν, τοῦ οἰκείου φίλου γέροντος καὶ πένητος τελευτῶν οὐκ ἐμνήσθη.

ΤΡύφων Ὠριγένους ἀκροατής, πρὸς ὃν πολλαί εἰσιν ἐπιστολαί, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς πεπαιδευμένος, καθὰ σποράδην δείκνυσι συντάγματα, καὶ ἐξαιρέτως ἡ βίβλος ἡ περὶ βουθηλείας τῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, καὶ περὶ τῶν διχοτομούντων, ἅτινα μετὰ τῆς περιστερᾶς καὶ τρυγόνος τοῦ Ἀβραὰμ ἐν τῇ Γενέσει ἀναγινώσκομεν.

ΜΙνούκιος Φῆλιξ, ἐν Ῥώμῃ ἐπίσημος δικολόγος ὤν, συνέγραψε διαλόγους Χριστιανοῦ καὶ ἐθνικοῦ, ὃν ἐπέγραψε Ὀκτάβιον, καὶ ἕτερος δὲ λόγος ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ φέρεται, περὶ μοίρας, ἤτοι κατὰ τῶν Μαθηματικῶν, ὅς τις λόγος εἰ καὶ ἐλλογίμου ἀνδρὸς φαίνεται, ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ συνᾴδειν τῷ χαρακτῆρι τοῦ προειρημένου λόγου. Μέμνηται

C huius Minutij & Lactantius in libris ſuis.

GAius ſub Zephyrino Romanæ urbis epiſcopo, id eſt, ſub Antonino Seueri filio, diſputationē aduerſum Proculum, Montani ſectatorē, ualde inſignem habuit, arguēs eum temeritatis, ſuper nouā prophetiā defendendam: & in eodem uolumine epiſtolas quoq; Pauli, tredecim tantum enumerās, decimamquartā, quæ fertur ad Hebræos, dicit non eius eſſe, ſed & apud Romanos uſq; hodie quaſi Pauli apoſtoli non habetur.

BEryllus Arabiæ Boſtrenus epiſcopus, cum aliquanto tempore glorioſe rexiſſet eccleſiam, ad extremū lapſus in hæreſim, quæ Chriſtum ante incarnationem negat, ab Origene correctus, ſcripſit uaria opuſcula: & maxime epiſtolas, in qbus Origeni gratias agit, ſed & Origenis ad eum literæ ſunt. Extat dialogus Origenis & Berylli, in quo hæreſeos coarguitur. Claruit autem ſub Alexandro Mameæ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in imperium ſucceſſerunt.

D HIppolytus cuiuſdam eccleſiæ epiſcopus (nomen quippe urbis ſcire non potui) rationem paſchæ, tēporumq; canones ſcripſit uſq; ad primum annum Alexādri imperatoris, & ſedecim annorū circulum, quem Græci ἑξκαιδεκαετηρίδα uocant, reperit: & Euſebio, qui ſuper eodem paſcha canonem, decem & nouem annorū circulum, id eſt, ἐννεακαιδεκαετηρίδα cōpoſuit, occaſionē dedit. Scripſit nonnullos in ſcripturas cōmentarios, è quibus hos reperi, in ἑξαήμερον, & in Exodū, & in Canticum canticorum, in Geneſim, & in Zachariā: de pſalmis, in Eſaiam, de Daniele, de Apocalypſi, de Prouerbijs, de Eccleſiaſte, de Saul, & Phytoniſſa, de Antichriſto, de reſurrectione, contra Marcionem, de paſcha, aduerſum omnes hæreſes, & πρὸς ὁμιλιῶν: de laude domini ſaluatoris, in qua præſente Origene, ſe loqui in eccleſia ſignificat, in huius æmulationem. Ambroſius, quem de Marcionis hæreſi ad ueram fidem correctū diximus, cohortatus eſt Origenem in ſcripturas cōmentarios ſcribere, præbens ei ſeptē & eo amplius notarios, eorumq; expenſas, & librariorum parem numerum: quodq; his maius eſt, incredibili ſtudio quotidie ab eo opus exigens. Vnde in quadam epiſtola

*Pro incredibili, Græcus legiſſe uidetur, intolerabili.*



τούτου τοῦ Μινουκίου καὶ Λακτάντιος ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασιν.

ΓΑΙΟΣ ἐπὶ Ζεφυρίνου Ῥώμης ἐπισκόπου, τουτέστιν, ἐπὶ Ἀντωνίνου υἱοῦ Σεβήρου, διάλεξιν κατὰ Προκόλου σπουδαστοῦ Μοντανοῦ, σφόδρα μεγίστην ἔσχεν, εὐθύνων αὐτὸν προπετείας, τῆς καινῆς προφητείας, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τεύχει τρισκαίδεκα ἐπιστολὰς μόνας Παύλου ἀπαριθμούμενος, τὴν γὰρ πρὸς Ἑβραίους, λέγει μὴ εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄχρι τοῦ παρόντος Παύλου τοῦ ἀποστόλου νομίζεται μὴ εἶναι.

ΒΗΡΥΛΛΟΣ Ἀραβίας τῆς Βοστρίνων ἐπίσκοπος, ἐπί τινα χρόνον ἐνδόξως κυβερνήσας τὴν ἐκκλησίαν, τελευταῖον εἰς τὴν αἵρεσιν, τὴν ἀρνουμένην τὸν ΧΡΙΣΤΟΝ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὀλισθήσας, παρὰ Ὠριγένους ἐπιστραφεὶς, συνέγραψε ποικίλα πράγματα, καὶ μάλιστα ἐπιστολὰς, ἐν αἷς δὲ Ὠριγένει εὐχαριστεῖ, ἀλλὰ καὶ Ὠριγένους πρὸς αὐτὸν εἰσὶν ἐπιστολαὶ, ἔστι διάλογος Ὠριγένους καὶ Βηρύλλου, ἐν ᾧ αἱρέσεως εὐθύνεται, διέπρεψε δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμέας υἱοῦ, καὶ Μαξιμίνου καὶ Γορδιανοῦ τῶν διαδεξαμένων τὴν ἐκείνου βασιλείαν.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ οὐκ οἶδα ποίας ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθην, συνέγραψε λόγον τοῦ πάσχα, καὶ τοὺς χρονικοὺς κανόνας ἕως τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, δεκαὲξ λέγω δὴ ἐνιαυτῶν κύκλον, ὃν οἱ λεγόμενοι Γραικοὶ, ἑξκαιδεκαετηρίδα καλοῦσιν, Εὐσεβίῳ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ πάσχα ἐννεακαιδεκαετηρίδα συντάξαντι πρόφασιν παρεσχηκὼς, ἔγραψεν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνήματα, ἀφ᾽ ὧν τάδε εὗρον, εἰς τὴν ἑξαήμερον, εἰς τὴν ἔξοδον, εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, εἰς τὴν γένεσιν, εἰς Ζαχαρίαν, περὶ ψαλμῶν, εἰς Ἡσαΐαν, περὶ Δανιὴλ, περὶ Ἀποκαλύψεως, περὶ Παροιμιῶν, περὶ Ἐκκλησιαστοῦ, περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος, περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, περὶ ἀναστάσεως, κατὰ Μαρκίωνος, περὶ τοῦ πάσχα, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, πρὸς ὁμιλιῶν, περὶ τῶν ἐπαίνων τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δηλοῖ. Ἀμβρόσιος, ὅν τινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένει τὰς θείας ὑπομνηματίσαι γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ δὲ ἑπτὰ ἢ καὶ πλείους νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, ἀνυποίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον παρ᾽ αὐτοῦ ἀπαιτῶν, διὸ ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ

A epiſtola ἐγχειδιώκτην eum Origenes uocat.

ALexander epiſcopus Cappadociæ, cum deſiderio ſanctorum locorum Hieroſolymā pergeret, & Narciſſus epiſcopus eiuſdē urbis, iam ſenex regeret eccleſiā, & Narciſſo, & multis clericis eius reuelatum eſt, altera die mane intrare epiſcopum, qui adiutor ſacerdotalis cathedræ eſſe deberet. Itaq; re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæſtina epiſcopis in unum congregatis, adnitente quoq; ipſo, uel maxime Narciſſo, Hieroſolymitanæ eccleſiæ cum eo gubernaculum ſuſcepit. Hic in fine cuiuſdā epiſtolæ, quam ſcribit ad Antinoitas ſuper pace eccleſiæ, ait: Salutat uos Narciſſus, qui ante me hic tenuit epiſcopalem locum, & nunc mecum eundem orationibus regit, annos natus circiter centum ſedecim, & uos mecū precatur, ut unum idemq; ſapiatis. Scripſit & aliam ad Antiochēſes per Clementem presbyterum Alexandriæ, de quo ſupra diximus: necnon ad Origenem, & pro Origene cōtra Demetrium, eo quod iuxta teſtimonium Demetrij, eum presbyterū cōſtituerit. Sed & aliæ eius ad diuerſos ferūtur epiſtolæ.

B Septima autem perſecutione ſub Decio, quo tempore Babylas Antiochiæ paſſus eſt, ductus Cæſaream, & clauſus in carcere, ob confeſſionem Chriſti martyrio coronatur.

IVlius Africanus, cuius quinq; de temporibus extant uolumina, ſub imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino ſucceſſerat, legationem pro inſtauratione urbis Emmaus ſuſcepit, quæ poſtea Nicopolis appellata eſt: huius eſt epiſtola ad Origenem ſuper quæſtione Suſannæ, eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi, nec cōuenire cum Hebraica etymologia, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, cōtra quem doctam epiſtolam ſcribit Origenes. Extat eius ad Ariſtidem altera epiſtola, in qua ſuper diaphonia, quæ uidetur eſſe in genealogia ſaluatoris apud Matthæū & Lucam, pleniſſime diſputat.

GEminus Antiochenæ eccleſiæ presbyter pauca ingenij ſui monumenta compoſuit, florens ſub Alexandro principe & epiſcopo urbis ſuæ Zebenno, eo uel maxime tempore, quo Heraclas, Alexandrinæ eccleſiæ pontifex ordinatus eſt.

Theodorus



ἐπιστολῇ, ἐγχειδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ.

ΑΛέξανδρος ἐπίσκοπος Καππαδοκίας, πόθῳ τῶν ἁγίων τόπων ἐπιστὰς τῇ Ἱεροσολύμων, τοῦ ἐπισκόπου Ναρκίσσου τῆς αὐτῆς πόλεως ἤδη γεγηρακότος, καὶ τὴν ἐκκλησίαν κυβερνῶντος, αὐτῷ τε τῷ Ναρκίσσῳ καὶ πολλοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ ἀπεκαλύφθη μέλλειν τῇ ἑξῆς ἕωθεν εἰσιέναι ἐπίσκοπον, τὸν ὀφείλοντα βοηθὸν γενέσθαι τῆς ἱερατικῆς καθέδρας, τοῦ πράγματος τοίνυν καθὼς προεμηνύθη πληρωθέντος, πάντων τῶν ἐν Παλαιστίνῃ ἐπισκόπων ἐπιτοαυτὸ συναχθέντων, συνεπινεύοντος αὐτοῖς Ναρκίσσου, τὴν κυβέρνησιν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας σὺν αὐτῷ ἀνεδέξατο. Οὗτος ἐν τῷ τέλει μιᾶς ἐπιστολῆς γραφείσης παρ᾽ αὐτοῦ πρὸς Ἀντινοΐτας, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ἔφη. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὃς πρὸ ἐμοῦ εἴχετο τῆς ἐνταῦθα ἐπισκοπῆς, καὶ νῦν τὸν αὐτὸν ἰθύνων μετ᾽ ἐμοῦ εὐχόμενος ἐπέχει, ἐνιαυτὸν ἄγων ἑκατοστοεξηκαιδέκατον, δεόμενος ὑμῶν ἅμα ἐμοί, ἵνα τὸ αὐτὸ καὶ ἐν φρονήσητε, ἔγραψε καὶ ἄλλην πρὸς Ἀντιοχεῖς διὰ Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, περὶ οὗ προεῖπον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Ὠριγένην, καὶ ὑπὲρ Ὠριγένους κατὰ Δημητρίου, καὶ ὅτι προσμαρτυροῦντος Δημητρίου πρεσβύτερον αὐτὸν ἐχειροτόνησε, καὶ ἄλλαι δὲ αὐτοῦ πρὸς διαφόρους φέρονται ἐπιστολαί, τῷ δὲ ἑβδόμῳ διωγμῷ ἐπὶ Δεκίου, ἡνίκα καὶ Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔπαθεν, ἀχθεὶς εἰς Καισάρειαν, καὶ εἰς φυλακὴν ἐγκλησθεὶς, διὰ τὴν τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐξομολόγησιν ἐμαρτύρησεν.

ΙΟύλιος Ἀφρικανὸς, οὗ πέντε περὶ χρόνων τυγχάνει λόγοι ἐπὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνίνου τοῦ διαδεξαμένου Μακρῖνον, πρεσβείαν ἀνεδέξατο περὶ ἀναστάσεως Ἐμμαοῦς τῆς πόλεως τῆς μετακληθείσης Νικοπόλεως, ἔστι καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Ὠριγένην, ἕνεκεν τῆς κατὰ Σωσάνναν ζητήσεως, λέγει γὰρ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τοῦτον μὴ εἶναι τὸν μῦθον, μηδὲ συνᾴδειν τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, πρὸς ὃν δεδοκιμασμένην ἐπιστολὴν γράφει Ὠριγένης, ἔστιν αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἀριστείδην ἄλλη ἐπιστολή, ἐν ᾗ περὶ τῆς διαφωνίας τῆς δοκούσης εἶναι ἐν τῇ γενεαλογίᾳ τοῦ σωτῆρος παρὰ Ματθαίου καὶ Λουκᾶ, ἀρκούντως διαλέγεται.

ΓΕμῖνος τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὀλίγα τῆς οἰκείας εὐφυΐας βιβλία συνέταξεν, ἀνθήσας ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως καὶ ἐπὶ Ζεβέννου ἐπισκόπου τῆς ἰδίας πόλεως, ἐν ἐκείνῳ μάλιστα τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ Ἡρακλᾶς τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας πρεσβύτερος κατέστη.

 Θεόδωρος

C THeodorus,qui poſtea Gregorius appellatus eſt,Neocæſareæ Ponti epiſcopus, admodum adoleſcens, ob ſtudia Græcarum & Latinarum literarum, de Cappadocia Berytum,& inde Cæſareā Palæſtinæ tranſijt,iuncto ſibi fratre Athenodoro. Quorū cum egregiam indolem uidiſſet Origenes, hortatus eſt eos ad philoſophiam, in qua paulatim Chriſti fidem ſubintroducens,ſui quoque ſectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo, remittuntur ad matrem, è quibus Theodorus proficiſcens, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας ſcripſit Origeni:& conuocata grandi frequētia, ipſo quoqꝫ Origene præſente recitauit, qui uſque hodie extat. Scripſit & μετάφρασιν in Eccleſiaſten,breuem quidem,ſed ualde utilem.Et aliæ huius uulgò feruntur epiſtolæ: ſed præcipue ſigna atqꝫ miracula, quæ iam epiſcopus cum multa eccleſiarum gloria perpetrauit.

*ἔκφρασιν habet Græca.*

COrnelius Romanæ urbis epiſcopus, ad quem octo Cypriani extant epiſtolæ,ſcripſit epiſtolam ad Flauianum, Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum,de Synodo Romana,Itaʒ
D lica,Aphricana:& aliam de Nouatiano,& de his qui lapſi ſunt: tertiam de geſtis ſynodi: quartam ad eundem Flauianum ualde prolixam,& Nouatianæ hæreſeos cauſas & anathema continentem.Rexit eccleſiā annis duobus ſub Gallo & Voluſiano, cui ob Chriſtū martyrio coronato,ſucceſſit Lucius.

CYprianus Afer, primum glorioſe Rhetoricam docuit: exinde ſuadēte presbytero Cecilio, à quo & cognomentum ſortitus eſt, Chriſtianus factus, omnem ſubſtantiā ſuam pauperibus erogauit,ac poſt non multū tēporis electus in presbyterū, etiā epiſcopus Carthaginēſis cōſtitutus eſt.Huius ingenij ſuperfluū eſt indicē texere, cū ſole clariora ſint eius opera. Paſſus eſt ſub Valeriano & Galieno principibus,perſecutione octaua, eodem die, quo Romæ Cornelius,ſed non eodem anno.

POntius diaconus Cypriani,uſqꝫ ad diem paſſionis eius cum ipſo exilium ſuſtinēs, egregium uolumen uitæ & paſſionis Cypriani reliquit.

*Græcus legit adiutor, pro auditor.*

DIonyſius Alexādrinæ urbis eps,ſub Heracla ſcholam κατηχήσεων presbyter tenuit, & Origenis ualde inſignis auditor fuit. Hic



ΘΕόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, νέος κομιδῆ, διὰ τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισαρείαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ, ὧν τινων τὴν ἐξαίρετον εὐφυΐαν ἑωρακὼς Ὠριγένης, τούτους εἰς φιλοσοφίαν προετρέψατο, καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ πίστιν εἰσάγων, ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν, ἐπὶ πέντε τοίνυν παρ᾽ αὐτοῦ παιδευθέντες ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀποπέμπονται, ἀφ᾽ ὧν ὁ Θεόδωρος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ὠριγένει ἔγραψε, καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἐπιχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ὠριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὃς τις ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει, ἔγραψε δὲ καὶ ἔκφρασιν εἰς Ἐκκλησιαστὴν, ἐλάχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον, καὶ ἄλλας πολλὰς ἐπιστολὰς, ποιήσας σημεῖά τε καὶ θαύματα, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν.

ΚΟρνήλιος Ῥώμης ἐπίσκοπος, πρὸς ὃν ὀκτὼ Κυπριανοῦ ἐπιστολαὶ τυγχάνουσιν, ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Φλαβιανὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον περὶ τῆς συνόδου Ῥώμης, Ἰταλίας, καὶ Ἀφρικῆς, καὶ ἑτέραν περὶ Νωβατιανοῦ, καὶ τῶν ὀλισθησάντων, τρίτην περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντων, τετάρτην πρὸς τὸν αὐτὸν Φλαβιανὸν, πάνυ μεγάλην, καὶ τὰς αἰτίας τῆς Νωβατιανοῦ αἱρέσεως, καὶ ἀναθέματα περιέχουσαν, ἐκυβέρνησε τὴν ἐκκλησίαν ἔτη δύο, Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ βασιλευόντων, ὅν τινα μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ, διεδέξατο Λούκιος.

ΚΥπριανὸς Ἄφρος, πρῶτον ἐνδόξως τὴν ῥητορικὴν διδάξας, πεισθεὶς παρὰ Κεκιλίου πρεσβυτέρου, οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκληρώσατο, χριστιανὸς γενόμενος, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν τοῖς πτωχοῖς δέδωκε, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ καταταγεὶς εἰς πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπος ἐγένετο Καρθαγένης, τούτου τὸν τῆς εὐφυΐας κατάλογον ὑφαίνειν, περιττὸν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ λαμπρότερα εἶναι τοῦ ἡλίου τὰ τούτου συντάγματα, ἔπαθεν ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλιήνου βασιλέων, διωγμῷ ὀγδόῳ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐν τῇ Ῥώμῃ Κορνήλιος, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.

ΠΟντιος διάκονος Κυπριανοῦ, ἕως τῆς ἡμέρας τοῦ πάθους αὐτοῦ, ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξορίαν ὑπομείνας, ἐξαίρετον τεῦχος βίου τε καὶ πάθους τοῦ αὐτοῦ Κυπριανοῦ καταλέλοιπεν.

ΔΙονύσιος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἡρακλᾶ, σχολὴν κατηχήσεων πρεσβυτέριου κατέσχε, καὶ Ὠριγένους ἐπίσημος βοηθὸς ἐγένετο. Οὗτος

A Hic in Cypriani & Africanæ ſynodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diuerſos plurimas miſit epiſtolas, quæ uſque hodie extant: & ad Flauianum Antiochenæ urbis epiſcopum ſcripſit de pœnitentia, & ad Romanos per Hippolytum alteram: ad Xyſtum, qui Stephano ſucceſſerat, duas epiſtolas: & ad Philemonem & ad Dionyſium Romanæ eccleſiæ presbyteros duas epiſtolas: & ad eundem Dionyſium poſtea Romæ epiſcopum, & ad Nouatianum cauſantem, quod inuitus Romæ epiſcopus ordinatus eſſet: cuius epiſtolæ hoc exordium eſt: Dionyſius Nouatiano fratri ſalutem. Si inuitus, ut dicis, ordinatus es, probabis, cum uolens ſeceſſeris. Eſt eius ad Dionyſium & ad Didymum altera epiſtola: & ἑορτασικαὶ de paſcha plurimæ declamatorio ſermone conſcriptæ, & ad Alexandrinam eccleſiam de exilio: & ad Hieraclam in Aegypto epiſcopum: & alia de mortalitate, & de ſabbato, & περὶ γυμνασίου, & ad Hermammonem, & alia de perſecutione Decij: & duo libri ad-

B uerſum Nepotem epiſcopum, qui mille annorum corporale regnum ſuis ſcriptis aſſeuerat: in quibus & de Apocalypſi Ioannis diligentiſſime diſputat. Et aduerſum Sabellium, & ad Ammonem Beronices epiſcopum, & ad Telephorum, & ad Euphran, & quatuor libri ad Dionyſium Romanæ urbis epiſcopum, & ad Laodicenſes de pœnitentia. Item ad Cononem de pœnitentia, & ad Origenem de martyrio. Ad Armenios de pœnitentia, & de ordine delictorum, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Euphranorem. Ad Baſilidem quoque multæ epiſtolæ, in quarum una ſe aſſerit, etiam in Eccleſiaſten cœpiſſe ſcribere commentarios. Sed aduerſus Paulum Samoſatenum, ante paucos dies quàm moreretur, inſignis eius fertur epiſtola. Moritur duodecimo Galieni anno.

NOuatianus Romanæ urbis presbyter, aduerſus Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus inuadere, Nouatianorum, quod Græce dicitur καθαρῶν, dogma conſtituit, nolens



οὗτος εἰς τὸ δόγμα τοῦ Κυπριανοῦ, καὶ τῆς Ἀφρικῆς συνόδου συναινῶν, περὶ αἱρετικῶν ἀναβαπτισθησομένων πολλὰς πρὸς διαφόρους ἀπέστειλεν ἐπιστολάς, τὰς καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχανούσας, καὶ πρὸς Φλαβιανὸν τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον γράφει περὶ μετανοίας, καὶ πρὸς Ῥωμαίους διὰ Ἱππολύτου ἑτέραν, καὶ πρὸς Ξύστον διαδεξάμενον Στέφανον ἐπιστολὰς δύο, πρὸς Φιλήμονα καὶ Διονύσιον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας πρεσβυτέρους ἐπιστολὰς δύο, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν Διονύσιον ὕστερον Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Νοβατιανὸν αἰτιώμενον, ὡς ἄκων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπος, ἧς τινος ἐπιστολῆς τὸ προοίμιον ἔχει οὕτως. Διονύσιος Ἀλεξανδρείας Νοβάτῳ. Εἰ ἄκων ὡς φῂς ἤχθης, δείξεις ἀναχωρήσας ἑκών, ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης, ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ᾽ ἐμὲ δὲ καὶ μείζων, ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας, καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαις, καὶ εἰ βιάσαις τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος, τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν, οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται, εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατεῖς, σώζων σῶζε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ἔστιν αὐτοῦ πρὸς Διονύσιον καὶ Δίδυμον ἄλλη ἐπιστολή, καὶ ἑορτασικαὶ περὶ τοῦ πάσχα πολλαί, λόγων κράτος ἔχουσαι, καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν περὶ ἐξορίας, καὶ πρὸς Ἱέρακα Αἰγύπτου ἐπίσκοπον, καὶ ἄλλη περὶ θνήσεως καὶ σαββάτου, καὶ περὶ γυμνασίου, καὶ πρὸς Ἑρμάμμωνα, καὶ ἄλλη περὶ διωγμοῦ Δεκίου, καὶ δύο λόγοι κατὰ Νέπωτος ἐπισκόπου τοῦ συγγραψαμένου, χιλίων ἐνιαυτῶν σωματικὴν βασιλείαν, ἐν οἷς περὶ τῆς Ἰωάννου ἀποκαλύψεως ἐπιμελῶς διήλεκται, καὶ κατὰ Σαβελλίου, καὶ πρὸς Ἄμμωνα Βερωνίκης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Τελέφορον καὶ Εὔφραν, καὶ τέσσαρες λόγοι πρὸς Διονύσιον Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Λαοδικεῖς περὶ μετανοίας, ὁμοίως πρὸς Κόνωνα περὶ μετανοίας, πρὸς Ὠριγένην περὶ μαρτυρίου, πρὸς Ἀρμενίους περὶ μετανοίας, καὶ κανόνας ἁμαρτιῶν, περὶ φύσεως πρὸς Τιμόθεον, περὶ πειρασμῶν πρὸς Εὐφράνορα, καὶ πρὸς Βασιλείδην πολλὰς ἐπιστολάς, ἀφ᾽ ὧν ἐν τῇ μιᾷ λέγει, ὡς ἤρξατο καὶ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν συντάττειν ὑπομνήματα, καὶ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐπίσημος αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολή. Τελευτᾷ τῷ δεκάτῳ ἔτει Γαλιήνου βασιλέως.

Νωβατιανὸς τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας πρεσβύτερος, κατὰ Κορνηλίου τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς ὑπεισελθεῖν ἐπιχειρήσας, τὸ Νωβατιανῶν, ὅπερ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ καθαρῶν λέγουσι, συνεστήσατο δόγμα,

C nolens apoſtatas ſuſcipere pœnitentes, huius author Nouatus Cypriani presbyter fuit. Scripſit autem de paſcha, de ſabbato, de circunciſione, de ſacerdote, de oratione, de cibis Iudaicis, de inſtantia, de Attalo, multaq́ alia: & de trinitate grande uolumen, quaſi ἐπιτομὴν operis Tertulliani faciens, quod plerique neſcientes, Cypriani exiſtimant.

MAlchion diſertiſſimus Antiochenæ eccleſiæ presbyter, quippe qui in eadem urbe Rhetoricam florentiſſime docuerat, aduerſum Paulum Samoſateum, qui Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus dogma Artemonis inſtaurarat, excipientibus notarijs diſputauit, qui dialogus uſque hodie extat. Sed & alia grandis epiſtola ex perſona ſynodi ab eo ſcripta ad Dionyſium & Maximum Rhomanæ & Alexandriæ eccleſiæ epiſcopos dirigitur. Floruit ſub Claudio & Aureliano.

ARchelaus epiſcopus Meſopotamiæ, librum diſputationis ſuæ, quam habuit aduerſum Manichæum, exeuntem de Perſide, Syro ſermone compoſuit, qui tranſlatus
D in Græcum habetur à multis. Claruit ſub imperatore Probo, qui Aureliano & Tacito ſucceſſerat.

ANatolius Alexandrinus, Laodiciæ Syriæ epiſcopus, ſub Probo & Caro imperatoribus floruit, miræ doctrinæ uir fuit in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica: Cuius ingenij magnitudinem de uolumine, quod ſuper paſcha compoſuit, & decem libris de Arithmeticæ inſtitutionibus intelligere poſſumus.

VIctorinus Pitabionenſis epiſcopus, non æque Latine ut Græce nouerat. Vnde opera eius grandia ſenſibus, uiliora uidentur cōpoſitione uerborum. Sunt autē hæc: Commētarij in Geneſim, in Exodū, in Leuiticum, in Eſaiā, in Hiezekiel, in Habacuc, in Eccleſiaſten, in Cantica canticorum, in Apocalypſim Ioannis, aduerſum omnes hæreſes, & multa alia. Ad extremum martyrio coronatus eſt.

PAmphilus presbyter, Euſebij Cæſarienſis epiſcopi neceſſarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, ut maximam partē Origenis uoluminum ſua manu deſcripſerit, quæ uſq́ hodie in Cæſarienſi bibliotheca habentur,



μὴ βουλόμενος τοὺς ἀποστάντας δέξασθαι μετανοοῦντας. τούτου διδάσκαλος ἤτοι ἀρχηγὸς Νωβάτος, Κυπριανοῦ πρεσβύτερος γέγονε, καὶ συνεγράψατο περὶ τοῦ πάσχα, περὶ σαββάτου, περὶ περιτομῆς, περὶ ἱερέως, περὶ εὐχῆς, περὶ βρωμάτων Ἰουδαϊκῶν, περὶ τῶν ἐνεστώτων, περὶ Ἀττάλου, καὶ ἕτερα πολλά, καὶ περὶ τῆς τριάδος μέγα τεῦχος, ὥσπερ ἐπιτομὴν τοῦ Τερτυλλιανοῦ συγγράμματος ποιῶν, ὅπερ πολλοὶ ἀγνοοῦντες, νομίζουσιν εἶναι Κυπριανοῦ.

ΜΑλχίων ἐλλογιμώτατος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας πρεσβύτερος, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν ῥητορικὴν ἐπισήμως διδάξας, κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, τοῦ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας τὸ δόγμα Ἀρτέμωνος ἀνανεώσαντος, ἐκλαμβανόντων νοταρίων διελέχθη, ὅς τις διάλογος ἄχρι τοῦ δεῦρο ὑπάρχει, καὶ ἄλλη ἐπιστολὴ ἐκ προσώπου τῆς συνόδου παρ' αὐτοῦ γραφεῖσα, πρὸς Διονύσιον καὶ Μάξιμον Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπους, πέμπεται, ἤνθησεν ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Αὐρηλιανοῦ.

ΑΡχέλαος ἐπίσκοπος Μεσοποταμίας, λόγον οἰκείας διαλέξεως, κατὰ Μανιχαίου, ἀπὸ Περσίδος ἐξελθόντος, τῇ τῶν Σύρων διαλέκτῳ συνέθηκεν, ὃς μεταφρασθεὶς εἰς Ἑλληνικόν, ἐστὶ παρὰ πολλοῖς. Διέπρεψε βασιλεύοντος Πρόβου τοῦ διαδεξαμένου Αὐρηλιανὸν καὶ Τάκιτον.

ΑΝατόλιος Ἀλεξανδρεύς, Λαοδικείας τῆς Συρίας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Πρόβου καὶ Κάρου βασιλέων ἤνθησεν, θαυμαστῆς παιδεύσεως ἀνήρ, ἐν τῇ Ἀριθμητικῇ, Γεωμετρικῇ, Ἀστρονομικῇ, Γραμματικῇ, Ῥητορικῇ, Διαλεκτικῇ. οὗ τινος τῆς εὐφυΐας τὸ μέγεθος, ἀπὸ τοῦ τεύχους τοῦ περὶ πάσχα συντεθειμένου, καὶ ἀπὸ τῶν δέκα λόγων τῆς Ἀριθμητικῆς συντάξεως νοεῖν δυνησόμεθα.

ΒΙκτωρῖνος Πιταβίωνος ἐπίσκοπος, οὐχ ὁμοίως Ῥωμαϊστί, ὡς Ἑλληνιστὶ ἠπίστατο, διὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ πάνυ μεγάλα ὄντα τοῖς νοήμασιν, δοκεῖ εἶναι εὐτελῆ διὰ τὴν τῶν λόγων σύνθεσιν, ἐστὶ δὲ ταῦτα ὑπομνήματα εἰς τὴν Γένεσιν, εἰς τὴν Ἔξοδον, εἰς Λευιτικόν, εἰς Ἡσαΐαν, εἰς Ἰεζεκιήλ, εἰς Ἀββακούμ, εἰς Ἐκκλησιαστήν, εἰς Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων, εἰς Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, καὶ ἕτερα πάμπολλα, εἶτα τελευταῖον μαρτυρήσας ἐστέφθη.

ΠΑμφιλος πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Καισαρείας ἐπισκόπου ἀναγκαῖος φίλος, οὕτω κατεσχέθη φίλτρῳ τῆς θείας βιβλιοθήκης, ὥστε αὐτὸν μέγιστον μέρος τῶν Ὠριγένους συνταγμάτων ἰδίᾳ χειρὶ καταγράψαι, ἅπερ ἄχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ Καισαρείας βιβλιοθήκῃ τυγχάνει

A habentur,ſed & in duodecim prophetas uiginti quinq; ἐξηγήσεων. Origenis uolumina, manu eius exarata reperi,quæ tanto amplector & ſeruo gaudio,ut Crœſi opes habere me credam. Si enim lætitia eſt,unã epiſtolam habere martyris,quanto magis tot milia uerſuũ,per quæ mihi uidet̃ ſui ſanguinis ſignaſſe ueſtigia? Scripſit anteq̃ Euſebius ſcriberet apologeticũ pro Origene,& paſſus eſt Cæſareæ Palæſtinæ ſub perſecutione Maximini.

Pierius Alexandrinæ eccleſiæ præsbyter, ſub Caro & Diocletiano principibus,eo tẽpore,quo eandẽ eccleſiam Theonas epiſcopus regebat,florentiſſime docuit populos,& in tantã ſermonis,diuerſorumq; tractatuum, qui uſq; hodie extant,uenit elegantiã,ut Origenes iunior uocaret̃. Cõſtat hunc miræ ἀσκήσεως, & appetitorẽ uoluntariæ paup̃tatis,ſcientiſſimumq; Dialecticæ & Rhetoricæ artis,& poſt p̃ſecutionẽ omne uitæ ſuæ tempus Romæ fuiſſe uerſatũ. Huius eſt longiſſimus tractatus de propheta Oſee,quem in peruigilio paſchæ habitum,ipſe ſermo demonſtrat.

B Lucianus uir diſertiſſimus, Antiochenæ eccleſiæ presbyter,tantum in ſcripturarũ ſtudio laborauit,ut uſq; nunc quædam exemplaria ſcripturarum,Lucianea nuncupentur. Feruntur eius de fide libelli,& breues ad nõnullos epiſtolæ. Paſſus eſt Nicomediæ ob cõfeſſionem Chriſti,ſub perſecutione Maximini,ſepultusq; Helenopoli Bithyniæ.

Phileas de urbe Aegypti, quæ uocatur Thmuis,nobili genere,& non paruis opibus,ſuſcepto epiſcopatu,elegantiſſimũ librũ de martyrũ laude compoſuit,& diſputatione actorum habita aduerſum iudicem,qui eum ſacrificare cogebat, pro Chriſto capite truncatur,eodẽ in Aegypto perſecutionis authore,quo Lucianus Nicomediæ.

Arnobius ſub Diocletiano principe Siccæ apud Aphricam, florentiſſime Rhetoricam docuit, ſcripſitq; aduerſum gentes, quæ uulgo extant uolumina.

Firmianus,qui & Lactantius, Arnobij diſcipulus,ſub Diocletiano principe accitus cum Flauio Grãmatico,cuius de medicinalibus uerſu compoſiti extant libri. Nicomediæ rhetoricã docuit,ac penuria diſcipulorum ob Græcam

τυγχάνει, καὶ εἰς τοὺς δώδεκα προφήτας καὶ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐξηγήσεων. Ὠριγένους τεύχη, τῇ χειρὶ αὐτοῦ εὗρον γραφέντα, ἅτινα τοσαύτῃ περιπτύσσομαι καὶ φυλάττω χαρᾷ, ὡς τὸν Κροίσου πλοῦτον ἔχειν με πιστεύειν. Εἰ γὰρ μεγίστης ἐστὶ χαρμοσύνης μίαν ἐπιστολὴν μάρτυρος ἔχειν, πόσῳ μᾶλλον τοσαύτας χιλιάδας στίχων, δι᾽ ὧν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ ἴχνη τοῦ οἰκείου καταλέλοιπε πάθους; ἔγραψε δὲ πρὸ τοῦ Εὐσέβιον συγγράψαι ἀπολογητικὸν ὑπὲρ Ὠριγένους, καὶ ἔπαθεν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐν τῷ Μαξιμίνου διωγμῷ.

Πιέριος τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ἐπὶ Κάρου καὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέων, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν Θεωνᾶς ἐπίσκοπος ἐκυβέρνα, ἀνθηρῶς τὸν λαὸν ἐδίδαξε, καὶ εἰς τοσαύτην τῶν τε λόγων καὶ διαφόρων ὁμιλιῶν, τῶν ἄχρι τήμερον τυγχανουσῶν, ἦλθεν εὐφυΐαν, ὥστε αὐτὸν νέον κληθῆναι Ὠριγένην. ὡμολόγηται δὲ τοῦτον τῆς τε ἀσκήσεως καὶ ἑκουσίου πτωχείας γεγενῆσθαι ἐραστὴν, ἔμπειρον ὄντα Διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἐπιστήμης, καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν πάντα τὸν βίον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατετελεκέναι. ἔστι τούτου μακροτάτη ὁμιλία περὶ Ὠσηὲ τοῦ προφήτου, ἥν τινα τῇ παννυχίδι τοῦ πάσχα ἁρμόττειν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, αὐτὸς ὁ λόγος δηλοῖ.

Λουκιανὸς ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, τοσοῦτον ἐν τῇ ἀσκήσει τῶν γραφῶν κέκμηκεν, ὥστε ἄχρι τοῦ παρόντος τινὰ τῶν ἀντιγράφων κληθῆναι Λουκιάνεια. φέρονται αὐτοῦ περὶ πίστεως λόγοι, καὶ βραχύταται πρός τινας ἐπιστολαί. ἀπέθανεν ἐν Νικομηδίᾳ ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ ἐξομολογήσεως, ἐν τῷ διωγμῷ Μαξιμίνου, καὶ ἐτάφη ἐν Ἑλενοπόλει τῆς Βιθυνίας.

Φιλέας ἀπὸ πόλεως Θμούεως τῆς Αἰγύπτου, περιφανὴς τῷ γένει, καὶ οὐ μικρᾶς περιουσίας, τὴν ἐπισκοπὴν δεξάμενος, εὐφυέστατον λόγον περὶ τῶν ἐπαίνων τῶν μαρτύρων συνεγράψατο, καὶ διάλογον τῆς γενομένης πράξεως ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος τοῦ καταναγκάζοντος αὐτὸν ἐπιθύειν. οὗτος ὑπὲρ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ἀποτέμνεται, διωγμοῦ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὄντος, κἀκείνου αὐθεντοῦντος τοῦ καὶ ἐπὶ Λουκιανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ.

Ἀρνόβιος ἐπὶ Διοκλητιανοῦ ἐν Σίκκῃ τῇ πόλει τῆς Ἀφρικῆς, ἀνθηρῶς τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε. καὶ συνεγράψατο κατὰ τῶν ἐθνῶν τεύχη, ἅπερ τυγχάνει παρὰ πολλοῖς.

Φιρμιλιανὸς, ὁ καὶ Λακτάντιος, Ἀρνοβίου μαθητὴς, ἐπὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέως μεταςαλεὶς μετὰ Φλαβίου γραμματικοῦ, οὗ τινος περὶ ἰατρικῶν εἰσὶ δι᾽ ἐπῶν συγγραφαί, ἐν Νικομηδείᾳ τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ τῇ πενίᾳ τῶν μαθητῶν, μάλιστα διὰ τὴν

C Græcam uidelicet ciuitatē,ad ſcribendum ſe cōtulit. Habemus eius ſympoſium,quod adu leſcentulus ſcripſit, ὁδοιπορικὸν de Africa uſq; ad Nicomediā, hexametris ſcriptū uerſibus: & aliū librū,qui inſcribit̄ Grāmaticus,& pulcherrimū de ira dei,& inſtitutionū diuinarū aduerſum gentes libros ſeptē:& ἐπιτομὴν eiuſdē operis in libro uno acephalo,& ad Aſclepiadem libros duos. De perſecutione librum unum. Ad Probum epiſtolarum libros quatuor. Ad Seuerū, epiſtolarū libros duos. Ad Demetrianū auditorē ſuum,libros duos. Ad eundem de opificio dei,uel formatione hominis,librum unum. Hic extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpi,filij Conſtantini in Gallia fuit,qui poſtea à patre interfectus eſt.

EVſebius Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus, in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus,& bibliothecæ diuinæ cū Pamphilo martyre diligētiſſimus perueſtigator,ædidit infinita uolumina. De quibus hæc ſunt: εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως libri uiginti. εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς libri qndecim. θεοφανείας libri qnq;. Eccleſiaſticæ hi-
D ſtoriæ libri decē. Chronicorū canonū omnimodā hiſtoriā,& eorum ἐπιτομήν. Et de euangeliorū diaphonia. In Eſaiā libri decē,& contra Porphyriū,q eodē tpe ſcribebat in Sicilia,ut quidā putāt,libri triginta:de qbus ad me uiginti tantū puenerunt. τοπικῶν librū unū. ἀπολογίας pro Origene libros ſex. De uita Pamphili libros tres. De martyribus alia opuſcula. Et in cl. pſalmos eruditiſſimos cōmentarios: & multa alia. Floruit maxime ſub Conſtantino imperatore & Cōſtantio,& ob amicitiā Pamphili martyris ab eo cognomētū ſortitus eſt.

RHæticius Eduorū,id eſt,Auguſtudunenſis epiſcopus,ſub Conſtantino celeberrimæ famæ habitus eſt in Gallijs. Legunt̄ eius cōmētarij in Cantica canticorū:& aliud grande uolumen aduerſus Nouatianū,nec præter hoc quicquam eius operum reperi.

MEthodius Olympi Lyciæ,& poſtea Tyri epiſcopus,nitidi cōpoſitiq; ſermōis, aduerſum Porphyriū confecit libros,& ſympoſium decē uirginū,de reſurrectione opus egregiū:contra Origenem,& aduerſus eundē de Pythoniſſa,& de autexuſio. In Geneſim quoq; & in Cantica canticorū cōmentarios:

&



ἑλληνικὴν πόλιν, εἰς συγγράμματα ἑαυτὸν μετέθηκεν. ἔχομεν τούτου συμπόσιον,ὅπερ νέος ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνέταξε, καὶ ὁδοιπορικὸν ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς ἕως Νικομηδείας διὰ ἑξαμέτρων συντεθὲν, καὶ ἄλλην βίβλον, ἣ ὡς ἐπιγράφεται γραμματικὸς, καὶ ὡραῖον περὶ ὀργῆς θεοῦ,καὶ θείων εἰσαγωγῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγους ἑπτὰ, καὶ ἐπιτομὴν τοῦ αὐτοῦ συντάγματος ἀκεφάλου,καὶ πρὸς Ἀσκληπιάδην λόγους δύο, περὶ διωγμοῦ λόγος εἷς, πρὸς Πρόβον ἐπιστολῶν λόγους τέσσαρας,πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ δημιουργίας θεοῦ λόγον ἕνα,οὗτος ἐν τῷ ἐσχάτῳ γήρᾳ διδάσκαλος κατέστη καίσαρος Κρίσπου τοῦ υἱὸς Κωνσταντίνου ἐν Γαλλίαις, ὃς ὕστερον παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνῃρέθη.

Ευσέβιος Καισαρείας Παλαιστίνης ἐπίσκοπος, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σπουδαῖος. καὶ τῆς θείας βιβλιοθήκης ἅμα Παμφίλῳ τῷ μάρτυρι, ἐπιμελέστατος ἀνιχνευτής. ἐξέδωκε πολλὰ τεύχη, ὧν εἰσι τάδε, Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως λόγοι εἴκοσι. Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς λόγοι δέκα καὶ πέντε, Θεοφανείας λόγοι πέντε. Εκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγοι δέκα. Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή. περὶ τῆς τῶν εὐαγγελίων διαφωνίας. εἰς Ησαΐαν λόγοι δέκα. κατὰ Πορφυρίου,τοῦτό τε συγγράφοντος ἐν Σικελίᾳ. ὥς τινες οἴονται λόγοι τριάκοντα, ἀφ᾽ ὧν εἰς ἐμὲ λόγοι εἴκοσι μόνον περιῆλθον. Τοπικῶν λόγος εἷς. ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους λόγοι ἕξ. περὶ τοῦ βίου Παμφίλου λόγοι τρεῖς. περὶ μαρτύρων ἕτερα συγγράμματα. καὶ εἰς τοὺς ρν. ψαλμοὺς δεδοκιμασμένα ὑπομνήματα,καὶ ἕτερα πολλά. ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ Κωνσταντίου. καὶ διὰ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Πάμφιλον τὸν μάρτυρα, τῇ ἐπωνυμίᾳ αὐτοῦ ἐκλήθη.

Ραιτίκιος Ἰδουάρων, τουτέστιν Αὐγουστοδούνας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίνου ἀπολήψεως χρηστῆς ἐγένετο ἐν τῇ Γαλλίᾳ. ἀναγινώσκονται τούτου ὑπομνήματα εἰς ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, καὶ μέγα τεῦχος κατὰ Νωβατιανοῦ, οὐδὲν δὲ ἕτερον πλὴν τούτων, ἐκ τῶν αὐτοῦ εὗρον συγγραμμάτων.

Μεθόδιος Ὀλύμπου Λυκίας,καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος,λαμπροῦ καὶ συγκειμένου λόγου, κατὰ Πορφυρίου συνέταξε τεύχη, καὶ συμπόσιον δέκα παρθένων, περὶ ἀναστάσεως λόγον ἄριστον, κατὰ Ὠριγένους, κατὰ τοῦ αὐτοῦ περὶ Πυθωνίσσης,καὶ περὶ αὐτεξουσίου,εἰς τὴν γένεσίν τε,καὶ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων ὑπομνήματα,

καὶ

A & multa alia quæ uulgò lectitant,& ad extremum nouiſſimæ perſecutionis, ſiue ut alij affirmant,ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ,martyrio coronatus eſt.

IVuencus nobiliſſimi generis, Hiſpanus, presbyter, quatuor euangelia hexametris uerſibus penè ad uerbū transferens,quatuor libros compoſuit,& nonnulla eodem metro ad ſacramentorū ordinem pertinētia. Floruit ſub Conſtantino principe.

EVſtathius genere Pamphylius Sidites, primū Berœæ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit eccleſiam,& aduerſum Arianorum dogma componens multa: ſub Cōſtantio principe pulſus eſt in exiliū Traianopolim Thraciarum,ubi uſq; hodie cōditus eſt. Extāt eius uolumina de anima,de engaſtrimytho aduerſum Origenē,& infinitæ epiſtolæ,quas enumerare longum eſt.

MArcellus Ancyranus epiſcopus,ſub Cōſtante & Conſtantino principibus floruit,multaq; diuerſarū ὑποθέσεων ſcripſit uolu-
B mina,& maxime aduerſum Arianos. Ferunt̄ contra hunc Aſterij & Apollinarij libri, Sabellianæ eū hæreſis arguentes: ſed & Hilarius in ſeptimo aduerſum Arianos libro,nominis eius quaſi hæretici meminit. Porrò ille defendit ſe non eſſe dogmatis,cuius accuſatur,ſed cōmunione Iulij & Athanaſij, Romanæ & Alexādrinæ urbis pontificū,ſe eſſe munitū.

AThanaſius Alexandrinæ urbis epiſcopus,multas Arianorum perpeſſus inſidias,ad Cōſtantem Galliarū principē fugit, unde reuerſus cū literis:& rurſum poſt mortem eius fugatus,uſq; ad Iouiani imperiū latuit,à quo recepta eccleſia,ſub Valēte morit̄. Feruntur eius aduerſum gentes duo libri,& cōtra Valentē & Vrſatiū unus,& de uirginitate,& de perſecutionibus Arianorum plurimi,& de pſalmorū titulis,& hiſtoria,Antonij monachi uitā continens,& ἑορταστικαὶ epiſtolæ: & multa alia,quæ enumerare longum eſt.

ANtonius monachus,cuius uitam Athanaſius, Alexandrinæ urbis epiſcopus, inſigni uolumine ꝓſequutus eſt,miſit Aegyptiace ad diuerſa monaſteria apoſtolici ſenſus ſermoniſq; epiſtolas ſeptem,quæ in Græcā linguā trāſlatæ ſunt: quarū præcipua eſt ad Arſenoitas



καὶ ἕτερα πολλὰ χύδην ἀναγινωσκόμενα. ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ, καθὼς τινὲς διαβεβαιοῦνται, ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, ἐν Καλκίδι τῆς ἀνατολῆς μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

Ἰουβενκος περιφανοῦς γένους, Ἱσπανός, πρεσβύτερος, τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων δι' ἑξαμέτρων σχεδὸν κατὰ πόδας τέσσαρας συνέταξε βίβλους, καί τινα τῷ αὐτῷ μέτρῳ εἰς μυστικὴν προσήκοντα τάξιν. ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως.

Εὐστάθιος τῷ γένει Παμφύλιος, Σιδίτης, πρῶτον μὲν τὴν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας, ἔπειτα τὴν Ἀντιοχείαν ἐκυβέρνησεν ἐκκλησίαν, κατὰ τοῦ δόγματος τῶν Ἀρειανῶν πολλὰ συντάξας, ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως ἐξωστρακίσθη εἰς Τραϊανόπολιν τῆς Θράκης, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα περὶ ψυχῆς, περὶ ἐγγαστριμύθου κατὰ Ὠριγένους, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐπιστολαί, ἃ ἀπαριθμεῖσθαι περισσόν.

Μάρκελλος Ἀγκυρανὸς ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ Κώνσταντος ἤνθησε, πολλὰ διαφόρων ὑποθέσεων γράψας τεύχη, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν Ἀρειανῶν. φέρονται κατ' αὐτοῦ Ἀστερίου καὶ Ἀπολλιναρίου λόγοι, Σαβελλιανῆς τοῦτον αἱρέσεως εὐθύνοντες. καὶ Ἱλάριος δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ κατὰ τῶν Ἀρειανῶν λόγῳ, οἷα δὴ αἱρετικοῦ μέμνηται. ἀλλ' ἐκεῖνος ἀπολογεῖται, μὴ εἶναι οὗ κατηγορεῖται δόγματος, τῇ κοινωνίᾳ πεποιθὼς Ἰουλίου καὶ Ἀθανασίου Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπων.

Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πολλὰς παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ὑπομείνας ἐπιβουλάς, πρὸς Κώνσταντα τὸν Γαλλιῶν βασιλέα προσέφυγεν. ὅθεν ἀναζεύξας μετὰ γραμμάτων, καὶ αὖθις μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν διωχθείς, ἕως τῆς βασιλείας Ἰοβιανοῦ διέλαθε, καὶ ἀναλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, ἐπὶ Οὐάλεντος τελευτᾷ. φέρονται αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι δύο, κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου εἷς, περὶ παρθενίας, περὶ διωγμῶν Ἀρειανῶν πλεῖστοι, περὶ ἐπιγραφῆς ψαλμῶν, καὶ ἱστορία Ἀντωνίου ἀναχωρήτου τὸν βίον περιέχουσα, καὶ ἑορταστικαὶ ἐπιστολαί, καὶ πλεῖστα ἄλλα τινά, ἅπερ ἀπαριθμεῖσθαι ὀκνῶ.

Ἀντώνιος μοναχός, οὗ τὸν βίον Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἐπισήμῳ τεύχει διεξῆλθεν, ἔστειλε πρὸς διάφορα τῆς Αἰγύπτου μοναστήρια, ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος καὶ λόγου ἐπιστολὰς ἑπτὰ εἰς Ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφρασθείσας, ὧν ἐξαίρετός ἐστιν ἡ πρὸς τοὺς Ἀρσενοΐτας

C Arſenoitas. Floruit ſub Conſtantino & filijs eius regnantibus. Vixit annos centũ quinq;.

BAſilius Ancyranus epiſcopus, artis medicinæ, ſcripſit contra Marcellum de uirginitate librum, & nõnulla alia, & ſub rege Cõſtantio, Macedonianæ partis, cum Euſtathio Sebaſteno princeps fuit.

THeodorus Heracliæ Thraciarum epiſcopus, elegantis apertiq; ſermonis & magis hiſtoricæ intelligentiæ, ædidit ſub Conſtantio principe cõmentarios in Matthæum, & in Ioannem, & in Apoſtolum, & in Pſalterium.

EVſebius Emeſenus epiſcopus, elegantis & rhetorici ingenij, innumerabiles & qui ad plauſum populi pertinent, confecit libros: magiſq; hiſtoriam ſequutus, ab his qui declamare uolunt, ſtudioſiſſime legitur: è quibus uel præcipui ſunt aduerſum Iudæos & gentes & Nouatianos, & ad Galatas libri decẽ, & in euangelia homiliæ breues, ſed plurimæ. Floruit temporibus Conſtantij imperatoris, ſub quo & mortuus, Antiochiæ ſepultus eſt.

D TRiphyllius Cypri Ledrenſis, ſiue λευπῶνος epiſcopus, eloquentiſſimus ſuæ ætatis & ſub rege Conſtantio celeberrimus fuit. Legi eius in Cantica canticorum cõmentarios. Et multa alia cõpoſuiſſe refertur, quæ in noſtras manus minime peruenerunt.

*Græca uariant.* DOnatus, à quo Donatiani, per Aphricã ſub Conſtante Conſtantinoq; principibus, aſſerens à noſtris ſcripturas in perſecutione ethnicis traditas, totam penè Africam & maxime Numidiam ſua perſuaſione decepit. Extant eius multa ad ſuam hæreſim pertinentia, & de ſpiritu ſancto liber Ariano dogmati congruens.

ASterius Arianæ philoſophus factionis, ſcripſit, regnante Conſtantio, in epiſtolam ad Romanos, & in euangelia, & pſalmos commentarios, & multa alia, quæ à ſuæ partis hominibus ſtudioſiſſime leguntur.

LVcifer Caracalitanus epiſcopus, cum Pancratio & Hilario Romanæ eccleſiæ clericis, ad Conſtantium Imperatorem à Liberio epiſcopo, pro fide legatus miſſus, *Variat.* cum nollet ſub nomine Athanaſij Nicenam damnare fidem, in Palæſtinam relegatus, miræ



Ἀρσενοίτας. ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ τῶν τούτου παίδων βασιλευόντων.

ΒΑσίλειος Ἀγκυρανὸς ἐπίσκοπος ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλου, καὶ περὶ παρθενίας λόγον, καὶ οὐκ ὀλίγα ἄλλα, καὶ βασιλεύοντος Κωνσταντίου, Μακεδονιανῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ Σεβαστηνῷ ἦρξεν.

ΘΕόδωρος Ἡρακλείας τῆς Θρακῶν ἐπίσκοπος, εὐφυὴς καὶ ἀρίστου λόγου καὶ ἱστορικῆς διανοίας, ἐξέδωκεν ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην, καὶ εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰς τὸ ψαλτήριον.

ΕΥσέβιος Ἐμεσηνὸς, εὐφυῶς καὶ ῥητορικῶς, ἀναριθμήτους καὶ εἰς κρότον τοῦ λαοῦ συντείνοντας ἐποιήσατο λόγους, καὶ μᾶλλον ἀκολουθῶν ἱστορίᾳ, ὡς ὑπὸ σπουδαιότερον ἀναγινώσκεται, παρὰ τῶν κρότοις χαιρόντων, ἀφ᾽ ὧν εἰσὶν ἐξαίρετοι λόγοι δέκα· κατὰ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν καὶ Νωβατιανῶν, καὶ πρὸς Γαλάτας εἰς, εἰς εὐαγγέλια ὁμιλίαι βραχύταται μὲν, πολλαὶ δέ. ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως, καὶ τελευτήσας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐτάφη.

ΤΡιφύλλιος Κύπρου Λήδρου, ἤτοι λευπῶνος ἐπίσκοπος, εὐφραδὴς καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐπίσημος. ἀνέγνων τούτου εἰς ᾄσματα ᾀσμάτων ὑπομνήματα. ὅς τις πολλὰ λέγεται συγγεγραφέναι, ἃ ὕνα εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας οὐ περιῆλθον.

ΔΩνᾶτος, ἀφ᾽ οὗ οἱ Δωνατισταὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, φάσκων παρὰ τῶν ἡμετέρων τὰς θείας γραφὰς ἐν τῷ διωγμῷ τοῖς ἐθνικοῖς παραδεδόσθαι, πᾶσαν τὴν Ἀφρικὴν καὶ μάλιστα τὴν Νουμηδίαν, τῇ πειθοῖ ἠπάτησεν. Εἰσὶ τούτου πολλὰ, τῇ αὐτοῦ αἱρέσει ἀνήκοντα, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγος, τῷ Ἀρειανῶν δόγματι ἁρμόζων.

ΑΣτέριος Ἀρειανικῆς φιλόσοφος αἱρέσεως, ἔγραψε βασιλεύοντος Κωνσταντίου, εἰς τὴν ἐπιστολὴν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, καὶ εἰς εὐαγγέλια, καὶ ψαλμοὺς ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅ τινα παρὰ τῶν τῆς αὐτῆς αἱρέσεως σπουδαιότερον ἀναγινώσκεται.

ΛΟυκίφερ Καρακάλεως ἐπίσκοπος, ἅμα Παγκρατίῳ καὶ Ἱλαρίῳ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης κληρικοῖς, πρὸς Κωνστάντιον βασιλέα παρὰ Λιβερίου ἐπισκόπου, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς πρεσβείαν σταλείς. μὴ βουλόμενος ἐπ᾽ ὀνόματι Ἀθανασίου, τὴν Νικηνὴν σύνοδον καταλῦσαι, εἰς Παλαιστίνην ἐξοριστεὶς, θαυμαστῆς

A mirae conſtantiæ & præparati animi ad martyrium, contra Conſtantium imperatorē ſcripſit librum, eiq́; legendum miſit: ac non multo poſt, ſub Iuliano principe Caraclis reuerſus, Valentiniano regnante obijt.

EVſebius natione Sardus, & ex lectore urbis Romanæ, Vercellenſis epiſcopus, ob confeſſionē fidei à Conſtantio principe Scythopolim, & inde Cappadociā relegatus, ſub Iuliano imperatore ad eccleſiam reuerſus, ædidit in pſalmos commentarios Euſebij Cæſarieñſis, quos de Græco ī Latinū uerterat. Mortuus eſt Valentiniano & Valente regnātibus.

FOrtunatianus, natione Afer, Aquileienſis epiſcopus, imperante Conſtantino, in euāgelia titulis ordinatis, breui & ruſtico ſermone ſcripſit cōmentarios, & in hoc habetur deteſtabilis, quod Liberiū Romanæ Vrbis epiſcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus ſolicitauit, ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit.

ACacius, quem quia luſcus erat, μονόφθαλμον nuncupabant, Cæſarieñſis eccleſiæ in B Palæſtina epiſcopus, elaborauit in Eccleſiaſtē decem & ſeptem uolumina, & συμμίκτων ζητημάτων ſex, & multos præterea diuerſosq́; tractatus. Intantum autem ſub Conſtantio imperatore claruit, ut in Liberij locum, Romæ Felicem Arianum epiſcopum conſtitueret.

SArapion θμύεως, Aegypti urbis, epiſcopus, qui ob elegantiam ingenij, cognomē ſcholaſtici meruit, charus Antonij monachi, ædidit aduerſum Manichæum egregium librū, & de pſalmorum titulis alium, & ad diuerſos utiles epiſtolas. Et ſub Conſtantio principe etiam in confeſſione inclytus fuit.

HIlarius, urbis Pictauorū Aquitaniæ epiſcopus, factione Saturnini Arelatēſis epiſcopi, de ſynodo Piterenſi, Phrygiam relegatus, duodecim aduerſus Arianos confecit libros. Et alium librum de ſynodis, quē ad Galliarum epiſcopos ſcripſit. Et in pſalmos commentarios, primum uidelicet & ſecundum, & à quinquageſimoprimo uſq; ad ſexageſimūſecūdū, & à cēteſimo decimooctauo uſq; ad extremū, in quo ope imitatus Originē, nōnulla etiā de ſuo addidit. Eſt eius & ad Cōſtantium libellus, quē uiuēti Cōſtātinopoli porrexerat.

Et



θαυμαστῆς ἐγκρατείας καὶ εὐπρεπισμένου λογισμοῦ εἰς μαρτύριον, συνέταξε λόγον κατὰ Κωνσταντίου, τοῦτόν τε αὐτῷ ἀπέστειλεν ἀναγνωσθησόμενον, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ, εἰς τὴν Καραναλίνων ἀναζεύξας, ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

ΕΥσέβιος γένει Σάρδος, καὶ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, Βαρκελίνσης ἐπίσκοπος, διὰ τὴν τῆς πίστεως ἐξομολόγησιν παρὰ Κωνσταντίου βασιλέως εἰς Σκυθόπολιν, κἀκεῖθεν εἰς Καππαδοκίαν ἐξορισθεὶς, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναζεύξας, ἐξέδωκεν εἰς τοὺς ψαλμοὺς ὑπομνήματα Εὐσεβίου τοῦ Καισαρέως, ἅ τινα ἀπὸ Ἑλληνικοῦ εἰς Ῥωμαϊκὸν μετενήνοχε. καὶ ἐτελεύτησεν ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.

ΦΟυρτουνατιανὸς, γένει Ἄφρος, Ἀκυληΐας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Κωνσταντίνου, εἰς τὰ εὐαγγέλια κανόνας διατυπώσας, βραχύτατα ὑπομνήματα λόγῳ ἀγροικῷ συνέταξε. διὰ δὲ τοῦτο ἐστὶ ἀποτρόπαιος, ὅτι περὶ Λιβέριον Ῥώμης ἐπίσκοπον, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς ἐξορίαν ἀπιόντα, οὐ μόνον ὑπενόθευσεν, καὶ ὑπεσκέλισεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑπογραφὴν αἱρετικῶν κατηνάγκασεν.

ΑΚάκιος, ὅν τινα ἐπειδὴ ἑνὶ ὀφθαλμῷ πηρὸς ἦν, μονόφθαλμον ἐκάλεσαν, τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας ἐπίσκοπος, συνέταξε εἰς Ἐκκλησιαστὴν δέκα καὶ ἑπτὰ, καὶ συμμίκτων ζητημάτων ἕξ, καὶ πολλὰς διαφόρους ὁμιλίας. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως διέπρεψεν, ὥστε εἰς τόπον Λιβερίου Φήλικα ἐπίσκοπον Ῥώμης χειροτονῆσαι. *Græcus nō addit Arianum.*

ΣΑραπίων Θμούεως ἐπίσκοπος. ὁ διὰ τὴν εὐφυΐαν ἐπονομασθεὶς σχολαστικὸς, γνήσιος φίλος Ἀντωνίου μοναχοῦ, ἐξέδωκε κατὰ Μανιχαίου ἐξαίρετον βίβλον, καὶ περὶ ἐπιγραφῆς ψαλμῶν ἑτέραν, καὶ πρὸς διαφόρους ἀναγκαίας ἐπιστολάς. καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐν τῇ ἐξομολογήσει διέπρεψεν.

ΙΛάριος, Πικταβίων Ἀκοιτανίας ἐπίσκοπος, συσκευῇ Σατουρνίνου τῶν Ἀρελατῶν ἐπισκόπου, ἀπὸ τῆς συνόδου Βιτεριασίων, εἰς Φρυγίαν ἐξορισθεὶς, δέκα καὶ δύο κατὰ Ἀῤῥιανῶν συνέταξε λόγους, καὶ ἕτερον περὶ τῶν συνόδων, ὅν τινα πρὸς τοὺς Γαλλιῶν ἐπισκόπους ἔγραψε, καὶ εἰς ψαλμοὺς ὑπομνήματα, πρῶτον λέγω καὶ δεύτερον, καὶ ἀπὸ πεντηκοστοῦ πρώτου ἕως ἑξηκοστοῦ δευτέρου, καὶ ἀπὸ ἑκατοστοῦ ὀκτωκαιδεκάτου ἕως τοῦ ἐσχάτου, ἐν ᾗ συντάξει Ὠριγένην ἐμιμήσατο, τινὰ δὲ ἰδίων προσθείς. ἔστιν αὐτοῦ καὶ πρὸς Κωνστάντιον λίβελλος, ὅν τινα περιόντι ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπέδωκε.

καὶ

C Et alius in Conſtantiũ, quem poſt mortẽ eius ſcripſit. Et liber aduerſum Valentem & Vrſatium, hiſtoriam Arimynenſis & Seleucienſis ſynodi continens. Et aduerſus præfectum Saluſtium, ſiue cõtra Dioſcorum, & liber hymnorum, & myſteriorum alius. Et cõmentarij in Matthæũ: & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad ſenſum trãſtulit, & alius elegans libellus contra Auxentiũ: & nõnullæ ad diuerſos epiſtolæ. Aiunt quidã ſcripſiſſe eum & in Cantica canticorũ, ſed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus eſt Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus.

*Variant Græca non nihil.*

Victorinus natione Afer, Romæ ſub Conſtantio principe rhetoricã docuit: & in extrema ſenectute, Chriſti ſe tradẽs fidei, ſcripſit aduerſus Arrium libros more dialectico ualde obſcuros, qui ab eruditis modo intelliguntur: & cõmentarios in Apoſtolum.

Titus Boſtrinus epiſcopus, ſub Iuliano & Iouiano principibus, fortes aduerſum Manichæum ſcripſit libros, & nonnulla alia. Moritur autem ſub Valente.

D Damaſus Romanæ urbis epiſcopus, elegans in uerſibus cõponendis ingenium habuit, multaq; & breuia metro ædidit: & ꝓpe octogenarius ſub Theodoſio principe mortuus eſt.

Apollinarius Laodicenus Syriæ epiſcopus, patre presbytero, magis Grãmaticis in adoleſcentia operam dedit, & poſtea in ſanctas ſcripturas innumerabilia ſcribẽs, ſub Theodoſio imperatore obijt. Extant eius aduerſum Porphyrium triginta libri, qui inter cætera opera eius uel maxime probantur.

Gregorius Bæticus Iliberi epiſcopus, uſque ad extremam ſenectutem diuerſos mediocri ſermone tractatus compoſuit: & de fide elegantem librum, qui hodieq; ſupereſſe dicitur.

Pacianus in Pyrinæi iugis, Barcilonæ epiſcopus, caſtitate & eloquentia, & tam uita quàm ſermone clarus: ſcripſit uaria opuſcula, de quibus eſt κέρβος, & cõtra Nouatianos. Sub Theodoſio principe iam ultima ſenectute mortuus eſt.

Photinus de Gallogræcia, Marcelli diſcipulus, Sirmij epũs ordinatus, Hebio-

nis



καὶ ἕτερος εἰς Κωνστάντιον, ὅν τινα μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀποβίωσιν συνέταξε. καὶ βίβλοι κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, τὴν ἱστορίαν τῆς Ἀριμυσίνου καὶ Σελευκείας συνόδου περιέχουσαι. καὶ πρὸς Σαλούστιον ἔπαρχον, ἤτοι κατὰ Διοσκόρου, καὶ τῶν Λιβερτίνων, καὶ ἕτερος λόγος μυστηρίων, καὶ ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸν Ἰὼβ ὁμιλίας, ἃς ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ὠριγένους μετέφρασε. καὶ ἕτερος εὐφυέστατος λίβελλος, κατὰ Αὐξεντίου καὶ πολλαὶ πρὸς διαφόρους ἐπιστολαί. φασὶ δέ τινες γεγραφέναι αὐτὸν καὶ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, ἅπερ παρ᾽ ἡμῖν ἐστὶν ἄγνωστα. ἐτελεύτησεν ἐν Πικτάβῃ Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος βασιλευόντων.

Βικτωρῖνος γένει Ἄφρος, Κωνσταντίου βασιλεύοντος, ἐν τῇ Ῥώμῃ τὴν ῥητορικὴν διδάξας, ἐν τῷ ἐσχάτῳ γήρᾳ Χριστιανὸς γενόμενος, κατὰ Ἀρείου λόγους διαλεκτικοὺς πάνυ ἀμαυροὺς συνέγραψεν, οἵ τινες παρὰ τῶν πεπαιδευμένων μόνον νοοῦνται, καὶ ὑπομνήματα εἰς τὸν ἀπόστολον.

Τίτος Βοστρίνων ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ καὶ Ἰοβιανοῦ βασιλευόντων, ἰσχυροὺς κατὰ τῶν Μανιχαίων συντάξας λόγους, καὶ ἕτερα πολλά. ἐπὶ Οὐάλεντος ἐτελεύτησεν.

Δάμασος Ῥώμης ἐπίσκοπος, εἰς ἐποποιΐαν εὐφυής, πολλὰ καὶ σύντομα ἡρωϊκῷ μέτρῳ ἐξέδωκε, καὶ ὀγδοηκοντούτης ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐτελεύτησεν.

Ἀπολλινάριος Λαοδικείας τῆς Σύρων ἐπίσκοπος, πατρὸς πρεσβυτέρου, ἐν τῇ νεότητι μᾶλλον τὴν γραμματικὴν ἤσκησεν, ὕστερον δὲ εἰς τὰς θείας γραφὰς ἀναρίθμητα συντάξας τεύχη, Θεοδοσίου βασιλεύοντος ἐτελεύτησεν. εἰσὶν αὐτοῦ κατὰ Πορφυρίου τριάκοντα λόγοι, οἵ τινες μεταξὺ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων μᾶλλον ἐκρίθησαν.

Γρηγόριος Ἐλιβέρου τῆς Βαιτικῆς ἐπίσκοπος, ἕως τῆς ἐσχάτης ἡλικίας διαφόρους ὁμιλίας κοινῷ λόγῳ συνέταξε, καὶ περὶ πίστεως λόγον ἄριστον, ὅς τις ἄχρι τοῦ παρόντος λέγεται περιεῖναι.

Πακιανὸς ἐν τοῖς Πυῤῥηναίοις μέρεσι Βαρκίλωνος ἐπίσκοπος, σώφρονι βίῳ, εὐφραδείᾳ, καὶ λόγῳ λαμπρός, συνέταξε ποικίλα, ἀφ᾽ ὧν ἐστι κέρβος, καὶ κατὰ τῶν Νωβατιανῶν, ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ἐτελεύτησεν.

Φωτεινὸς ἀπὸ τῆς Γαλλογραικίας, Μαρκέλλου μαθητής, Σιρμίου ἐπίσκοπος, τὴν τῶν Ἐβιω-

νῦ

A nis hæreſim inſtaurare conatus eſt: poſtea à Valentiniano principe pulſus eccleſia, plura ſcripſit uolumina, in q̄bus uel præcipua ſunt contra gentes, & ad Valentinianum libri.

SOebadius Agenni Galliarum epiſcopus, edidit contra Arianos librū. Dicuntur & eius eſſe alia opuſcula, quæ necdū legi. Viuit uſq; hodie decrepita ſenectute.

DIdymus Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob id elementorū quoq; ignarus, tantū miraculum ſui omnibus præbuit, ut Dialecticā quoq; & Geometriā, quæ uel maxime uiſu indiget, uſq; ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia cōſcripſit: Cōmentarios in pſalmos omneis: commentarios in euangelium Matthæi & Ioannis: & de dogmatibus, & contra Arianos libros duos: & de ſpiritu ſancto librum unum, quem ego in Latinum uerti: in Eſaiam tomos decem & octo: in Oſee ad me ſcribens cōmentariorum libros tres: & in Zachariam, meo rogatu, libros quinq;: & infinita alia quæ digerere proprij indicis eſt: Viuit uſq; hodie, & octogeſimumtertium ætatis exceſſit annum.

B OPtatus Afer, epiſcopus Miliuitanus, ex parte catholica, ſcripſit Valentiniano & Valentino principibus aduerſum Donatianæ partis calumniam libros ſex: in quibus aſſerit, crimen Donatianorum in nos falſo retorqueri.

AQuilius Seuerus, in Hiſpania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epiſtolarum ſcribuntur libri: cōpoſuit uolumen, quaſi ὁδοιπορικὸν, totius ſuæ uitæ ſtatum continēs, tam proſa quàm uerſibus, quod uocauit καταστροφὴν, ſiue πεῖραν, & ſub Valentiniano principe obijt.

CYrillus Hieroſolymæ eps̄, ſæpe pulſus eccleſia & receptus, ad extremū ſub Theodoſio principe octo annis inconcuſſum epiſcopatum tenuit. Extant eius κατηχήσεις, quas in adoleſcentia compoſuit.

EVzoius apud Theſpeſium rhetorem cū Gregorio Nazianzeno epiſcopo aduleſcens Cæſareæ eruditus eſt, & eiuſdem urbis epiſcopus: plurimo labore, corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili, in mēbranis inſtaurare conatus eſt. Ad extremum

ſub



νιτῶν αἵρεσιν ἀνανεῶσαι ἐπεχείρηκεν. ὕστερον παρὰ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐξεώσθη τῆς ἐκκλησίας, πολλὰ συντάξας τεύχη, ἀφ᾽ ὧν εἰσὶν ἐξαίρετοι κατὰ τῶν ἐθνῶν. καὶ πρὸς Βαλεντινιανὸν λόγοι.

ΣΟιβάδιος Αγεννοῦ τῆς κατὰ Γαλλίας ἐπίσκοπος, ἐξέδωκε κατὰ Αρειανῶν τεῦχος. λέγονται αὐτοῦ καὶ ἕτερα εἶναι σπουδάσματα, οἷς οὔπω ἐνέτυχον. μέχρι νῦν ζῇ, ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ διάγων.

ΔΙδυμος Αλεξανδρεύς, ἐκ νέας ἡλικίας βλαβεὶς τὰς ὄψεις, καὶ διὰ τοῦτο ἄπειρος τῶν στοιχείων, τοσοῦτον θαῦμα πᾶσι παρέσχετο, ἕως τε τὴν διαλεκτικὴν, καὶ τὴν γεωμετρικὴν, ἣ τῆς μάλιστα ὁράσεως χρῄζει, εἰς ἄκρον ἐκμεμαθηκέναι, ὃς τὰ πολλὰ καὶ περιφανῆ συνέταξε. τουτέστιν, ὑπομνήματα εἰς πάντας τοὺς ψαλμοὺς, ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον καὶ Ιωάννην, καὶ περὶ δογμάτων, καὶ κατὰ Αρειανῶν λόγους δύο. καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου λόγον ἕνα, ὅν τινα ἐγὼ εἰς ῥωμαϊκὸν μετέφρασα. εἰς Ησαΐαν τόμους ὀκτωκαίδεκα. εἰς Ωσηὲ πρὸς ἐμὲ γράφων, ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς. εἰς Ζαχαρίαν ἐμοῦ παρακαλέσαντος λόγους πέντε. ὑπομνήματα εἰς τὸν Ιώβ. καὶ ἄλλα ἄπειρα, ἅ τινα διηγήσασθαι, ἰδίου ἐστὶ καταλόγου. περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ὀγδοηκοστὸν τρίτον ἐπλήρωσεν ἐνιαυτόν.

ΟΠτᾶτος ἐπίσκοπος τῆς Μιλιουϊτῶν, τοῦ μέρους τῆς καθολικῆς, ἔγραψε ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ καὶ Ουάλεντος κατὰ τῶν Δωνατιανῶν συκοφαντίας λόγους ἕξ, ἐν οἷς λέγει, τὸ ἔγκλημα παρὰ τῶν Δωνατιστῶν εἰς ἡμᾶς, ψευδῶς ἐπενέχθαι.

ΑΚύλιος σεβῆρος, ἐν ταῖς Ισπανίαις, ἀπόγονος σεβήρου, πρὸς ὃν δύο Λακταντίου ἐπιστολῶν φέρονται λόγοι, συνέταξε τεῦχος ἐν τάξει ὁδοιπορικοῦ, παντὸς τοῦ βίου αὐτοῦ περιέχον διήγημα, τοῦτο μὲν καταλογάδην, τοῦτο δὲ καὶ μέτρῳ ἡρωικῷ, ὅπερ ὠνόμασε καταστροφὴν, ἤτοι πεῖραν. καὶ ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

ΚΥριλλος ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, πολλάκις ἐξεωσθεὶς τῆς ἐκκλησίας, ὕστερον Θεοδοσίου βασιλεύοντος, ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ὀκτὼ ἀσάλευτον ἔσχε τὴν ἐπισκοπὴν, οὗ εἰσὶ κατηχήσεις, ἃς ἐν τῇ νεότητι συνέταξεν.

ΕΥζώιος παρὰ Θεσπεσίῳ ῥήτορι, ἅμα Γρηγορίῳ Ναζιανζοῦ ἐπισκόπῳ, νέος ἐν Καισαρείᾳ φοιτήσας. καὶ ὕστερον τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπος, πολλῷ πόνῳ, φθαρεῖσαν ἤδη τὴν Ωριγένους καὶ Παμφίλου βιβλιοθήκην, ἐν σωματίοις ἀνανεῶσαι ἐπεχείρηκεν. καὶ ὕστερον



ἐπὶ

C ſub Theodoſio principe eccleſia pulſus eſt. Feruntur eius uarij multiplicesq́; tractatus, quos noſſe perfacile eſt.

EPiphanius Cypri Salaminæ epiſcopus ſcripſit aduerſum omnes hæreſes libros, & multa alia, quæ ab eruditis propter res, à ſimplicioribus propter uerba lectitantur. Supereſt uſque hodie, & in extrema ſenectute uaria cudit opera.

EFræm Ediſſenæ eccleſiæ diaconus, multa Syro ſermone compoſuit: & ad tantam uenit claritudinem, ut poſt lectionem ſcripturarum publice in quibuſdã eccleſijs eius ſcripta recitẽtur. Legi eius de ſpiritu ſancto Græcum uolumen, quod quidam de Syriaca lingua uerterat: & acumẽ ſublimis ingenij etiam in tranſlatione cognoui. Deceſſit ſub Valente principe.

BAſilius Cæſareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca uocabatur, epiſcopus, egregios cõtra Eunomium elaborauit libros, & de ſpiritu ſancto uolumen, & in hexaëmeron homilias nouem: & ἀσκητικόν, & breues uariosq́; tra-
D ctatus: moritur imperante Gratiano.

GRegorius, primum Saſimorum, deinde Nazianzenus epiſcopus, uir eloquentiſſimus, præceptor meus, à quo ſcripturas explanãte didici: ad triginta milia uerſuum omnia opera ſua compoſuit, è quibus illa ſunt: De morte fratris Cæſarij: περὶ φιλοπτωχίας: laudes Machabæorũ: laudes Cypriani: laudes Athanaſij: laudes Maximi philoſophi, poſt exilium reuerſi, quem falſo nomine quidam Heronis ſuperſcripſerunt: quia eſt & alius liber, uituperationem eiuſdem Maximi continens: quaſi non licuerit eundem & laudare & uituperare pro tempore. Et liber hexametro uerſu, uirginitatis & nuptiarum contra ſe diſſentium. Aduerſum Eunomium liber unus. De ſpiritu ſancto liber unus. Contra Iulianum imperatorem liber unus. Sequutus eſt autem Polemonem dicẽdi charactere, uiuoq́; ſe, epiſcopum in loco ſuo ordinãs, ruri uitam monachi exercuit. Deceſſitq́; ante hoc fermè triennium ſub Theodoſio principe.

LVcius poſt Athanaſiũ Arianæ partis epiſcopus, uſq́; ad Theodoſium principẽ, à quo & pulſus eſt, Alexãdrinã eccleſiã tenuit.

Extant



ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως, τῆς ἐκκλησίας ἐξεώσθη. φέρονται τούτου πολλαὶ καὶ πλεῖσθαι ὁμιλίαι, αἷς ἐστι ῥᾴδιον ἐντυχεῖν.

ΕΠιφάνιος Κύπρου Σαλαμίνης ἐπίσκοπος, ἔγραψε κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅτινα παρὰ μὲν τῶν πεπαιδευμένων διὰ τὰ πράγματα, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ τὰ ῥήματα ἀναγινώσκεται. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ποικίλα συντάττει συγγράμματα.

ΕΦραὶμ ὁ ἐν Ἐδέσσῃ ἐκκλησίας διάκονος, πολλὰ τῇ τῶν Σύρων διαλέξει συντέθηκε, καὶ εἰς τοσαύτην ἦλθε λαμπρότητα, ὥστε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν, δημοσίᾳ ἔν τισι τῶν ἐκκλησιῶν ἀναγινώσκεται τὰ συγγράμματα, ἀνέγνων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑλληνικὸν τεῦχος, ὅπερ τινὲς ἀπὸ τῆς Σύρων γλώττης μετέφρασαν, καὶ τὸ ἄκρον τῆς ὑψηλοτάτης διανοίας, ἐκ τῆς μεταφράσεως ἔγνων, ἐτελεύτησε βασιλεύοντος Οὐάλεντος.

ΒΑσίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, ἣ τὸ πρῶτον Μάζακα ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου τεῦχος, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας θ, καὶ ἀσκητικὸν, καὶ βραχείας καὶ ποικίλας ὁμιλίας, τελευτᾷ βασιλεύοντος Γρατιανοῦ.

ΓΡηγόριος, Σασίμων πρότερον, εἶτα Ναζιανζοῦ ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος οὗ ἐξηγουμένου τὰς θείας ἔγνων γραφάς, εἰς τρεῖς μυριάδας στίχων πάντα τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν, ἀφ' ὧν εἰσι τάδε, περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρίου, περὶ φιλοπτωχίας, ἐπαίνους τῶν Μακκαβαίων, ἐπαίνους Κυπριανοῦ, ἐπαίνους Ἀθανασίου, ἐπαίνους Μαξίμου φιλοσόφου μετὰ τὴν ἐξορίαν ἀναζεύξαντος, ὅν τινα ψευδῶς τινὲς Ἥρωνος ἐπέγραψαν, ἔστι γὰρ καὶ ἄλλη βίβλος, κατάγνωσιν τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περιέχουσα, ὡς μὴ ἐξὸν εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ ἐπαινέσαι καὶ ψέξαι ἐν καιρῷ, καὶ βίβλος δι' ἑξαμέτρων, παρθενίας καὶ γάμου, καθ' ἑαυτῶν διαλεγομένων, κατὰ Εὐνομίου λόγος εἷς, περὶ πνεύματος ἁγίου λόγος εἷς, κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγος εἷς. Ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι, καὶ περιὼν εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον ἐπίσκοπον καταστήσας, ἐν ἀγρῷ βίον μοναδικὸν ἀπηνέγκατο, καὶ ἐτελεύτησε πρὸ τριετοῦς χρόνου βασιλεύοντος Θεοδοσίου.

ΛΟύκιος μετὰ Ἀθανάσιον Ἀρειανῆς θρησκείας ἐπίσκοπος, ἄχρι Θεοδοσίου βασιλεύοντος, παρ' οὗ καὶ ἐξεώσθη, τὴν Ἀλεξανδρειανὴν κατέχειν ἐκκλησίαν.

φέρονται

A Extant eius ſolennes de paſcha epiſtolæ, & pauci uariarum hypotheſeon libelli.

DIodorus Tarſenſis epiſcopus, dum Antiochiæ eſſet presbyter, magis claruit. Extant eius in Apoſtolũ cõmentarij, & multa alia, ad Euſebij magis Emiſeni characterẽ pertinentia, cuius cũ ſenſum ſequutus ſit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam ſecularium literarum.

EVnomius Arianæ partis, Cyzicenus epiſcopus, in apertam hæreſeos ſuæ prorumpẽs blaſphemiã: ut quod illi tegunt, iſte publice fateretur. Vſq; hodie uiuere dicitur in Cappadocia, & multa cõtra eccleſiã ſcribere. Reſponderunt ei Apollinarius, Didymus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyſenus.

PRiſcillianus Abilæ epiſcopus, qui factione Hylatij & Ithacij Treueris à Maximo tyranno cæſus eſt: ædidit multa opuſcula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt. Hic uſq; hodie à nonnullis Gnoſticæ, id eſt, Baſilidis & Marcionis, de quibus Irenæus ſcripſit, hæreſeos accuſatur, defendentibus alijs, non ita eum ſenſiſſe ut arguitur.

B MAtronianus ꝓuinciæ Hiſpaniæ, ualde eruditus, & in metrico opere ueteribus comparãdus: cæſus eſt & ipſe Treueris cum Priſcilliano, Feliciſſimo, Iuliano, Euchrotia, eiuſdem factionis autoribus. Extant eius ingenij opera, diuerſis metris ædita.

TIberianus Bæticus ſcripſit pro ſuſpicione, qua cum Priſcilliano accuſabatur hæreſeos, apologeticum tumenti compoſitoq; ſermone: poſtea poſt ſuorum cædẽ, tædio uictus exilij, mutauit propoſitum, & iuxta ſanctam ſcripturam: Canis reuerſus ad uomitũ ſuum: filiam deuotam Chriſto uirginem, matrimonio copulauit.

AMbroſius Mediolanenſis epiſcopus, uſq; in præſentem diem ſcribit: de quo quia ſupereſt, meum iudicium ſubtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut ueritas.

EVagrius Antiochiæ epiſcopus, acris & feruentis ingenij: cum adhuc eſſet presbyter, diuerſarum hypotheſeon tractatus mihi legit, quos necdũ ædidit: uitam quoq; beati





φέρονται τούτου περὶ τοῦ πάσχα ἐπιστολαί, καὶ ὀλίγοι ποικίλων ὑποτέσεων λόγοι.

Διόδωρος Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, ἡνίκα ἦν Αντιοχείας πρεσβύτερος, μᾶλλον λαμπρὸς ἦν. Εἰσὶ τούτου εἰς τὸν ἀπόστολον ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πλεῖστα εἰς τὸν Εὐσεβίου μᾶλλον τοῦ Εμεσηνοῦ χαρακτῆρα προσήκοντα, οὗ τινος τῇ γνώμῃ ἀκολουθήσας, τὸ ἐλλόγιμον οὐκ ἠδυνήθη μιμήσασθαι διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν κοσμικῶν γραμμάτων.

Εὐνόμιος Αρειανῆς θρησκείας, Κυζίκου ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εἰς βλασφημίαν ἦλθε τῆς οἰκείας αἱρέσεως, ὥστε ὅπερ ἐκεῖνοι κρύπτουσι, τοῦτο φανερῶς ὁμολογῆσαι, ἕως τοῦ νῦν λέγεται περιεῖναι ἐν Καππαδοκίᾳ. καὶ πολλὰ κατὰ τῆς ἐκκλησίας συγγράφειν, ᾧ τινι ἀντέγραψαν Απολλινάριος, Δίδυμος, Βασίλειος Καισαρείας, Γρηγόριος Ναζιανζηνός, καὶ Νυσσηνός.

Πρισκιλλιανὸς Αβίλης ἐπίσκοπος. ὃς τῇ συσκευῇ Ὑλατίου καὶ Ἰθακίου, εἰς Τρίβεριν παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου ἐσφάγη. ἐξέδωκε πολλὰ συντάγματα, ἀφ' ὧν τινὰ εἰς ἡμᾶς περιεληλύθασιν. οὗτος ἄχρι τήμερον παρά τινων τὴν γνωστικὴν αἵρεσιν, τουτέστιν Βασιλείδου καὶ Μαρκίωνος, περὶ ὧν Εἰρηναῖος συνέγραψεν, ὡς αἱρετικὸς κατηγορεῖται, ἐκδικούντων τινῶν, οὐχ οὕτως αὐτὸν νενοηκέναι ὡς εὐθύνεται.

Ματρωνιανὸς ἐπαρχίας Ισπανίας, σφόδρα πεπαιδευμένος, καὶ εἰς ἐποποιίαν τοῖς ἀρχαίοις συγκρινόμενος, ἐσφάγη καὶ αὐτὸς ἐν Τριβέρῳ ἅμα Πρισκιλλιανῷ, Φηλικισσίμῳ, Ἰουλιανῷ, καὶ Εὐχρωτίᾳ, τοῖς ἐξάρχοις τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα διαφόροις μέτροις ἐκδοθέντα.

Τιβεριανὸς Βαιτικὸς, συνέγραψε περὶ τῆς ὑπονοουμένης αἱρέσεως, εἰς ἣν ἅμα Πρισκιλλιανῷ κατηγορεῖτο, ἀπολογητικὸν, ὑψηλῷ καὶ ἐπηρμένῳ λόγῳ, ὅστις μετὰ τὴν τῶν ἰδίων σφαγὴν ἡττηθεὶς, ἀνιαρῶς διάγων ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ἐξέστη τῆς οἰκείας προθέσεως, καὶ κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, κύων εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἀναζεύξας, θυγατέρα καθιερωθεῖσαν θεῷ παρθένον, γαμηθῆναι κατηνάγκασεν.

Αμβρόσιος Μεδιολάνου ἐπίσκοπος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας συγγράφεται, καὶ ἐπείπερ περίεστι, τὴν ἐμὴν κρίσιν ἀναστέλλω, μήπως κολακείας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας εὐθύνομαι.

Εὐάγριος Αντιοχείας ἐπίσκοπος, εὐφυοῦς καὶ ἄκρας διανοίας, ἔτι πρεσβύτερος ὢν, διαφόρων ὑποθέσεων ὁμιλίας ἀνέγνω μοι, ἃς οὔπω ἐξέδωκε. καὶ τὸν βίον δὲ τοῦ μακαρίου

C Antonij de Græco Anthanaſij, in ſermonem noſtrum tranſtulit.

AMbroſius Alexandrinus, auditor Didymi, ſcripſit aduerſum Apollinarium uolumẽ multorum uerſuũ, de dogmatibus. & ut ad me nuper quodã narrãte perlatũ eſt, cõmentarios in Iob: qui uſq; hodie ſupereſt.

MAximus philoſophus, natus Alexandriæ, Conſtantinopoli epiſcopus ordinatus eſt & pulſus, inſignem de fide aduerſus Arianos ſcripſit librum, quẽ Mediolani Gratiano principi dedit.

GRegorius Nyſenus epiſcopus, frater Baſilij Cæſarienſis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros; qui & multa alia ſcripſiſſe & ſcribere dicitur.

IOannes Antiochenæ eccleſiæ presbyter, Euſebij Emiſeni Diodoriq; ſectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum legi.

GElaſius Cæſareæ Palæſtinæ, poſt Euzoium epiſcopus accurati limatiq; ſermonis, fertur quædam ſcribere, ſed cælare.

D THeotimus Scythiæ Tomorũ epiſcopus, in morem dialogorum & ueteris eloquẽtiæ breues cõmaticosq; tractatus ædidit: audio eum & alia ſcribere.

DExter Paciani, de quo ſupra dixi, filius, clarus apud ſeculum, & Chriſti fidei deditus, fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam necdum legi.

AMphilochius, Iconij epiſcopus, nuper mihi librũ legit de ſpiritusſancto, quod deus eſt, & quod adorandus, quodq; & omnipotens ſit.

SOphronius uir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & nuper de ſubuerſione Serapis, inſignẽ librum compoſuit, de uirginitate quoq; ad Euſtochium, & uitã Hilarionis monachi, opuſcula mea in Græcũ eleganti ſermone tranſtulit: pſalterium quoq; & prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum uertimus.

HIeronymus, patre Euſebio natus, oppido Stridonis, quod à Gotthis euerſum, Dalmatiæ quondam Pannoniæq; confinium fuit, uſq; in præſentem annum id eſt,



Ἀντωνίου, ἀπὸ ἑλληνικοῦ Ἀθανασίου, εἰς τὴν ἡμετέραν διάλεξιν μετήνεγκεν.

ΑΜβρόσιος Ἀλεξανδρεὺς, ἀκροατὴς Διδύμου, ἔγραψε κατὰ Ἀπολλινάριον τεῦχος πολλῶν στίχων, περὶ δογμάτων. καὶ καθὼς ὑπόγυον διηγουμένου τινὸς ἔγνων, ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἰὼβ, ὃς ἄχρι τοῦ παρόντος περίεστιν.

ΜΑξιμος φιλόσοφος, ὁρμώμενος ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων, Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος καταστὰς καὶ καθαιρεθεὶς, ἐπίσημον περὶ τῆς πίστεως κατὰ τῶν Ἀρειανῶν συνέταξε βίβλον, ἣν ἐνὶ ἐν Μεδιολάνῳ Γρατιανῷ ἐπέδωκε βασιλεύοντι.

ΓΡηγόριος Νύσσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλίου τοῦ Καισαρέως, πρὸ ὀλίγων ἐνιαυτῶν ἐμοὶ καὶ Γρηγορίῳ καὶ Ναζιανζηνῷ κατὰ Εὐνομίου ἀνέγνω λόγους, ὅς τις καὶ ἄλλα πολλὰ γεγραφέναι καὶ γράφειν λέγεται.

ΙΩάννης Ἀντιοχείας πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Ἐμεσηνοῦ, καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος, πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ᾽ ὧν περὶ ἱερωσύνης μόνον ἀνέγνων.

ΓΕλάσιος Καισαρείας Παλαιστίνης μετὰ Εὐζώιον ἐπίσκοπος, λαμπρῶς τινὰ συγγραφέναι λέγεται, ἀποκρύπτειν δέ.

ΘΕότιμος Σκυθίας Τομέων ἐπίσκοπος, ἐν τάξει διαλόγων καὶ ἀρχαίας φράσεως βραχείας ὁμιλίας ἐξέδωκεν. ἀκούω τοῦτον καὶ ἄλλα συγγράφειν.

ΔΕξτρος Πακιανοῦ, περὶ οὗ προείρηκα, υἱὸς, λαμπρὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῇ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ πίστει ἐκδεδομένος, λέγεται παντοδαπὴν πρός με συντεταχέναι ἱστορίαν, ἥν τινα οὔπω ἀνέγνων.

ΑΜφιλόχιος Ἰκονίου ἐπίσκοπος, ὑπόγυον μοι λόγον ἀνέγνω περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι θεὸς, καὶ προσκυνητόν ἐστιν, ὅτι τε δὴ παντοκράτωρ.

ΣΩφρόνιος ἀνὴρ εἰς ἄκρον πεπαιδευμένος, τοὺς ἐπαίνους Βηθλεὲμ, ἔτι νέος ὢν συνέθηκεν, ὑπόγυον δὲ περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σαραπείου ἐπίσημον συνέθηκε λόγον, καὶ περὶ παρθενίας πρὸς Εὐστόχιον, καὶ τὸν βίον Ἱλαρίωνος μοναχοῦ, τὰ συγγράμματατά μου εἰς ἑλληνικὸν λόγον εὐφυῶς μετέφρασε, καὶ τὸ ψαλτήριον δὲ, καὶ τοὺς προφήτας, οὓς ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἑβραίου εἰς Ῥωμαϊκὸν μετηνέγκαμεν.

ΙΕρώνυμος υἱὸς Εὐσεβίου, ἀπὸ πολίχνης Στρίδονος τῆς παρὰ τῶν Γότθων πορθηθείσης, ὅπερ Δαλματίας ἐστὶ καὶ Παννονίας ὅμορον, ἕως τοῦ παρόντος ἐνιαυτοῦ, τοῦτ᾽ ἔστι

A id eſt, Theodoſij principis decimumquartũ, hæc ſcripſi. Vitam Pauli monachi: epiſtolarum ad diuerſos librũ unum: ad Heliodorũ exhortatoriã. Altercationẽ Luciferiani & Orthodoxi. Chronicon omnimodæ hiſtoriæ. In Hieremiã & in Ezechiel homilias Origenis uiginti octo, quas de Græco in Latinũ uerti. De Seraphim & Oſanna: de frugi & luxurioſo filijs: de tribus quæſtionibus legis ueteris: homilias in Cantica canticorum duas: aduerſus Heluidiũ de uirginitate Mariæ perpetua: ad Euſtochium de uirginitate ſeruanda: ad Marcellam epiſtolarũ librũ unũ. Conſolatoriã de morte filiȩ ad Paulã. In epiſtolã Pauli ad Galatas cõmentariorũ libros treis: in epiſtolã ad Titũ librũ unũ: in epiſtolã ad Philemonẽ librũ unũ: in Eccleſiaſten cõmentarios. Quæſtionũ Hebraicarũ in Geneſim librum unũ: de locis librũ unũ: Hebraicorum nominum librum unum: de ſpiritu ſancto Didymi, quem in Latinũ tranſtuli, librum unum: in Lucam homilias trigintanouem: in pſalmos, à decimo uſq; ad decimumſextum, tractatus ſeptem. Captiui monachi uitã, & beati Hilarionis. Nouũ teſtamentum Græcæ fidei reddidi: uetus iuxta Hebraicam tranſtuli.
B Epiſtolarũ autẽ ad Paulã & Euſtochiũ, quia quotidie ſcribũtur, incertus eſt numerus. Scripſi præterea in Michæã explanationũ libros duos: in Sophoniã librũ unum: in Nahum librum unum: in Habacuc libros duos: in Aggæum librũ unũ: multaq; alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta ſunt. Aduerſum Iouinianum libros duos: & ad Pammachiũ apologeticum & epitaphium.

Catalogi illuſtrium uirorum finis.

τουτέστι, Θεοδοσίου τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου τάδε συνέταξα, τὸν βίον Παύλου μοναχοῦ· ἐπιστολὰς πρὸς διαφόρους ἐν ἑνὶ λόγῳ. πρὸς Ἡλιόδωρον προτρεπτικόν. Διάλεξιν Λουκιφεριανοῦ καὶ ὀρθοδόξου. χρονικὴν παντοδαπὴν ἱστορίαν. εἰς Ἱερεμίαν καὶ Ἰεζεκιὴλ ὁμιλίας εἰκοσιοκτώ, ἃς ἐγὼ τοῦ Ὠριγένους [illegible]ύσας εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα. περὶ Σεραφὶμ καὶ περὶ τοῦ ὡσαννά. περὶ φειδωλοῦ καὶ ἀσώτου υἱῶν. περὶ τριῶν ζητημάτων τοῦ παλαιοῦ νόμου. ὁμιλίας εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων δύο. κατ' Ἐλβιδίου περὶ τῆς διηνεκοῦς παρθενίας τῆς ἁγίας Μαρίας. πρὸς Εὐστόχιον περὶ παρθενίας διατηρήσεως. πρὸς Μαρκέλλαν ἐπιστολῶν λόγον ἕνα. παραμυθητικὸν περὶ τοῦ θανάτου τῆς θυγατρὸς πρὸς Παῦλαν. εἰς τὴν ἐπιστολὴν τὴν πρὸς Γαλάτας ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς. εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς. εἰς τὴν πρὸς Τίτον λόγον ἕνα. εἰς τὴν πρὸς Φιλήμονα λόγον ἕνα. εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν ὑπομνήματα. ζητημάτων Ἑβραϊκῶν εἰς τὴν Γένεσιν λόγον ἕνα. περὶ τόπων λόγον ἕνα. ὀνομάτων Ἑβραϊκῶν λόγον ἕνα. περὶ πνεύματος ἁγίου Διδύμου, ὃν εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέβαλον, λόγον ἕνα. εἰς τὸν Λουκᾶν ὁμιλίας εἰκοσιεννέα. εἰς τοὺς ψαλμοὺς ἀπὸ δεκάτου ἕως ἑξκαιδεκάτου ὁμιλίας ἑπτά. βίον αἰχμαλώτου μοναχοῦ. βίον τοῦ μακαρίου Ἱλαρίωνος. τὴν καινὴν διαθήκην τῇ Ἑλληνικῇ ἀκριβείᾳ ἀπεδοσάμην, τὴν παλαιὰν πρὸς τὸ Ἑβραϊκὸν μετέφρασα. ἐπιστολῶν δὲ τῶν πρὸς Παῦλαν καὶ Εὐστόχιον, ἐπειδὴ καθημέραν γράφονται, ἄδηλος καὶ ὁ ἀριθμός. ἔγραψα πρὸς τούτοις καὶ εἰς Μιχαίαν ἐξηγήσεων λόγους δύο. εἰς τὸν Ναούμ, λόγον ἕνα. εἰς τὸν Ἀββακοὺμ λόγους δύο. εἰς Σοφονίαν λόγον ἕνα. εἰς Αγγαῖον λόγον ἕνα. καὶ πολλὰ ἐκ τοῦ προφητικοῦ ἔργου, ἃ νῦν μετὰ χεῖρας ἔχω, καὶ οὐδέπω ἐπληρώθη. κατὰ Ἰουβινιανοῦ λόγους δύο. πρὸς Παμμάχιον ἀπολογητικὸν καὶ ἐπιτάφιον.

τέλος καταλόγου.

*Dißidet numerus à Latino.*

## ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI PIO S. D.

[redacted] Vertit hunc librum Græce Sophronius, cuius mentionem facit inter cæteros Hieronymus: nec id ſanè infeliciter. Ex quo permulta reſtituimus, exemplar emendatum ac uetuſtum nacti. Gennadij catalogum non omnino lectu indignum ob hiſtoriæ cognitionem, reperies in ſecunda parte ſecundi tomi. Eſt & alius libellus, de duodecim primatibus eccleſiæ: ſed autorem præ ſe ferens, non ſolum ineruditum & infantem, uerum etiam inſanum, motæq́ mentis: quem tamen ipſum in tertia parte ſecundi tomi reperies, ſi libebit bonas honoras male perdere. Ne quid autem fallat lectorem, illud nouerit, Andream, Iacobum Zebedæi filium, Philippum, Bartholomæum, Thomam, Simonem Cananæum, Matthiam, Timotheum, Titum, Creſcentem, non recenſeri ab Hieronymo, ſed additos à ſtudioſo quopiam ex alio catalogo. Nam pleraq́ conueniunt cum his, quæ retulit Theodorus, Tyri epiſcopus. Cæterum ab Hieronymo non commemorantur, niſi ſcriptores. Nos tamen in hoc uertimus, ne Latina Græcis non reſponderent. Bene uale.

## ERASMI ROTERODAMI IN CATALOGVM SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM SCHOLIA.

HOrtaris Dexter.) Sophronius, Hieronymi familiaris, qui librum hunc Græce uertit, indicat hunc Dextrum fuiſſe præfectum prætorio. Vt Tranquillum ſequens.) Extat libellus Suetoij Tranquilli de claris oratoribus & grammaticis: extat & alter de uiris illuſtribus, Plinij titulo, quē nōnulli malunt aſcribere Suetonio. Santra nepos.) Nōnulli codices ſcriptum habebant, Santhraprepus: uerum Sophronius legit, Σάντας νέπως, Santas, ſiue Santa nepos: ut nepos uel additum ſit diſcriminis gratia, uel cognomen ſit gentilicium: ut Plinius nepos, & Cornelius nepos. Quāquàm in Latinis uocabulis nō uſquequaq; fidēdum Græcis ſcriptoribus. Proinde Santra reliquimus. Peſſimum, ut dicitur, magiſtrum) Apparet uulgo iactatum fuiſſe prouerbium: Sibi quenq; peſſimum eſſe magiſtrum, quod unuſquiſq; ſibijpſi blanditur, & ſua cuiq; nimiū placent. Celſus, Porphyrius, Iulianus.) Hi pernicioſiſſimi hoſtes Chriſtianæ religionis, ut quam literis philoſophorum ac rhetorum præter impietatem ac tyrannidem aduerſum nos armati, libris æditis inſectati ſunt.

### Simon.

Idem aliquoties dictus eſt Simeon, & Bariona cognominatus à Chriſto, hoc eſt filius Ioannis. Quæ canonicæ nominantur.) Pro canonicæ legendum eſt catholicæ, id quod liquet ex conuerſione Sophronij. Dicuntur autem catholicæ, quod ex æquo ad omnes pertineant. Propter ſtili cum priore.) Vides lector, ut Hieronymus nullum aliud adducat argumentum, quam ſtili: nam cætera

facile eſt uitiare, ſtilum & qui conatur effingere, non ſtatim poteſt. Actorum eius ſcribitur.) Reſtiue inſcribitur; & Sophronius uertit, ἐπιγέγραπται.

## Iacobus.

Hoc loco Sophronius ſubnectit Andream, etiam ſi nihil ille ſcriptum reliquit. Cuius Ioannes in libro ſuo meminit.) In libro ſuo, non additur apud Sophronium, & adiectum uidetur ab interprete quopiam. Nec illa uerba, poſt reſurrectionem, adduntur apud Sophronium, & apparet adiecta.

Quæ de ſeptem canonicis eſt.) Catholicis pro canonicis legendum, teſte Sophronio. In ſeptimo hypotypoſeon, ὑποτυπώσεων. Hypotypoſis eſt, cum res expreſſa ſubijcitur oculis. Hic ſubnotationem poſſis uertere. Nã hoc titulo Clemẽs ſcripſit libros octo. Accepta occaſione.) Sophronius explicãs quæ fecerit occaſio: uertit, εἰληφὼς ἀφορμὴν ἀναρχίας, id eſt, accepta hac occaſione, quod prouincia careret præſide. Quo rudia ueſtimenta.) Rudia uocat ἄγναφα: ſic enim uertit in Euangelio, quiſquis is fuit. Apud Sophronium loco rudia, nihil habetur: & in emendatioribus codicibus hæc uox omnino abeſt. Extorqueri.) Sophronius uertit, ἐκπιάζειν, quod ſonat extundere. Euangelium quoque.) Id appellatur Nazarenorum, & ſubinde citatur ab Hieronymo.

## Matthæus.

Conſtanter affirmant hoc Euangelium Hebraice ſcriptum fuiſſe. At illud mirum, neminem unquam fuiſſe, qui teſtetur ſibi conſpectum fuiſſe. Chryſoſtomus non affirmat, ſed aiunt, inquit. Illud conſtat, primam autoritatem huic Euangelio ſemper fuiſſe. Qui in Berſabea Berœa.) Berſabea nec eſt apud Sophronium, nec in emendatioribus exemplaribus. Ex Aegypto uocaui filium meum.) De his copioſius Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi: & nos in annotationibus noui teſtamenti nonnihil attigimus.

## Clemens.

Hic codex Græcus cõmiſcet duos, Clementem & Eunuchum. Idem factum eſt in Latinis. Ea res nequem fallat, admonere uiſum eſt.

## Iudas.

Admiſcet & hic Sophronius nonnullos, hiſtoriæ ſeriem perſequens, cum Hieronymus ſcriptores tantum recenſeat: alioquin à Chriſto potiſſimum erat incipiendum. Quanquam ſuſpicor hæc magis ab alio quopiam ſtudioſo adiecta. Quæ de ſeptem canonicis eſt.) Rurſum pro catholicis eſt canonicis. De libro Enoch.) Citat enim illic prophetiam Enoch, quæ nuſquam extat. Citat & altercationẽ Michaëlis cum diabolo de corpore Moyſi. Quem aiunt ipſi adiunctum.) Ipſi adiunctum, non reperio apud Sophronium: uerum quia ſuſpicabar à librarijs omiſſa, nolui reſecare. Sed ab omnibus expellitur.) Pro expellitur legendum, exploditur. Eam tamen Faber Stapulenſis admiſcuit ſuis commentarijs, cum meo iudicio nihil ſit illic Paulo dignum.

## Barnabas.

Separatus à Paulo.) Legis in Actis capite decimoquinto, etiam ſi Latina [illegible] Græca, quod is locus calumniæ patuerit, uelut inter apoſtolos diſſidium interceſſerit. [illegible]

## Lucas.

Apoſtolicarum actionum.) In nonnullis exemplaribus habebatur, apoſtolicarum praxeon, id eſt, actuum ſiue actionum. Igitur uiſionem Pauli.) In nonnullis codicibus Græcæ uoci ſpacium erat relictum τὸ ὅραμα. At Sophronius periodi meminit, non uiſionis. Periodus autem Latinis circuitum ſonat. Id eſt amatorem Pauli.) σπουδαστὴν apoſtoli Pauli, id eſt, ſtudioſum apoſtoli Pauli. Paulo amore feciſſe.) Locum hunc partim ex emendatioribus libris, partim ex Græcis reſtituimus in hunc modum: Et confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob hoc, loco excidiſſe quidam ſuſpicãtur. Huc enim refert uerbum hoc Sophronius, non ad ſequentia. Qui à principio ipſi uiderunt.) Hinc liquet Lucam audita referre magis quàm uiſa. Vixit octogintaquatuor annos, uxorem habens, ſiue non habens.) Hæc uerba uidentur adiecta, quandoquidem nec adduntur apud Sophronium, nec in exemplaribus emendatioribus.

## Marcus.

Salutat uos eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta.) Coëlecta legendum, non collecta: quemadmodum admonuimus & in annotationibus in nouum æditis teſtamentum. Nam Græce eſt συνεκλεκτή.

Succedente ſibi Auiano.) Sophronius pro Auiano, habet Ananiam.

## Ioannes.

Quæ res etiam diaphoniam.) διαφωνίαν, id eſt, diſſonantiam, [illegible]

A ſenatu reciſis.) In alijs ſcriptum erat, ſciſſis: legendum eſt reſciſſis, hoc eſt, abrogatis & irritatis, à uerbo reſcindo. Sub Nerua principe.) Pro Nerua Sophronius habet Pertinacem, idque reperitur in nonnullis uetuſtis exemplaribus noſtris.

## Hermas.

Salutate Phlegontẽ, Herman, Patroban, Hermen.) Aſyncritus à librarijs eſt prætermiſſus, quẽ ex Paulo & Sophronio reſtituimus. Qui appellatur paſtor.) Græce ποιμὴν. Nam is Græce ſcripſit.

## Philo.

Matrimonia egentibus diuidantur.) Ex Sophronio liquet legendum, diuiduntur, indicandi modo: ac mox, uacatur, non uacetur. Non enim hic præcipit, quid oporteat à monachis fieri: ſed quid apud illos fieri ſoleat, oſtendit. De his quæ ſenſu.) κατὰ νοῦν, id eſt in animo ac mente, nimirum apud nos. De tribus uirtutibus liber unus.) Sophronius uertit δυνάμεων, ut intelligamus non uirtutes, quæ opponuntur uitijs, ſed potentias, quibus æduntur miracula. Quæ ſcripſit de uita contemplatiua.) In alijs extabant nonnulla ueſtigia Græcæ ſcripturæ, ſed deprauatiſſima, quam tamen procliue ſit ex Sophronio reſtituere, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, id eſt, de uita contemplatiua ſupplicum. Et ſicut de alijs iudicibus.) In nonnullis ſcriptum erat. & ſint ab alijs iudicibus iudices. Apud Sophronium nihil horum reperitur. Apud Græcos dicitur.) ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id eſt, aut Plato philoniſſat, aut Philo platoniſſat, ob ſtili congruentiam. Nam id dici ſolet de uehementer inter ſe ſimilibus.

## Seneca.

Sotionis Stoici.) Pro Sotione Sophronius habet σώζοντα, id eſt, Sozontem: an recte, addubito. Quem non ponerem in catalogo ſanctorum.) Nonnihil demiror, quid Hieronymus hic ſenſerit, cum Philonem ponere non ſit ueritus Iudæum non Chriſtianum, & item Ioſephum, & nonnullos hæreſiarchas. Cur uocat catalogum ſanctorum? aut cur his ueretur adiũgere Senecam, ethnicum quidẽ, ſed quod ad mores attinet, multis Chriſtianis ſanctiorem? Quæ leguntur à plurimis.) Tacite indicat erudito lectori quid ſentiat. Nempe eas epiſtolas falſò inſcribi Paulo & Senecæ, cum nihil illic ſit, neq; Paulo dignum, neq; Seneca. Quemadmodum admonuimus in Senecæ operibus, à nobis utcunque emendatis, quatenus exemplaribus adiuti uetuſtis, coniectura conſequi potuimus.

## Ioſephus.

Ioſephus Mattathiæ.) Matthiæ eſt apud Sophronium, ſuffragantibus & uetuſtis exemplaribus. Suidas habet, Matthæi. Quatuordecim antiquitatum libros.) In nonnullis erat uigintiquatuor, at Sophronius uiginti ponit, conſentientibus uetuſtis exemplaribus, atq; ipſo Suida. Græce περὶ τῆς ἀρχαιολογίας. Duos Archeotetos.) ἀρχαιότητος, id eſt, antiquitatis. Qui inſcribitur, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.) Id eſt, de imperatrice ſapientia, ſeu prudentia. Nam id interpretamentum, quod circunfertur in uulgatis exemplaribus, de potentia dicendi, neſcio quis adiecit. Cæterum Græcum titulum & ante nos reſtituit ex Sophronio & Suida, Cono Norimbergenſis uir in perueſtigandis ijs, quæ ad reſtituendos autores pertinent, iuxta fidelis ac diligens: & omnino dignus, qui diutius uixiſſet bonis literis, ac diutius uiuere poterat, niſi in hoc uitæ genus incidiſſet, in quo huic ſtudiorum generi non multum honoris haberi ſolet, quod haud magnopere faciat πρὸς τὰ ἄλφιτα.

## Clemens.

[redacted] Volumine coarguit.) Sophronius uertit, εὐθύνει, quod magis ſonat corrigit.

## Ignatius.

Quia non ſum dæmonium incorporale.) Corporale legit Sophronius, & ita ſcriptum habetur in emendatis exemplaribus. Plato dæmonibus corpora tribuit ſubtilia. Quod alicubi ſenſit & Auguſtinus. Ego me urgeam.) Hæc uerba nec habentur apud Sophronium, nec in uetuſtis exemplaribus emendatioribus.

## Polycarpus.

Regente Anacleto.) Sophronius pro Anacleto, legit Aniceto, ἀνικήτου, quod nobis inuictum ſonat. Meminit autem Aniceti in Egeſippo.

## Papias.

Explanatio ſermonum domini.) ἐκθέσεις τῶν λόγων κυρίου. Iudaicam ædidiſſe δευτερώσεις.) Sic enim reſtituimus ex Sophronio titulum in noſtris exemplaribus corruptum. Iudæi δευτερώσεις uocant, poſteriorum interpretationes: cuius generis apud nos ſunt Auguſtinus, Thomas & Scotus. Victorinus Pictauienſis.) Sophronius, πεταβίωνος. In nonnullis uetuſtis habebatur Petabionenſis.

## Quadratus.

Athenis exegiſſet hyemem.) hoc eſt, hybernaſſet.

## Ariſtides.

[redacted]t filogos. Ex Sophronio reſtituimus philologos, hoc eſt, eruditionis & eloquentiæ ſtudioſos.

## Agrippa.

Barthoban & Bachobeth.) Sophronius legit, Barchaban & Marcob: quanq; hic perparui refert, cũ ſint uocabula facticia. Huius ſunt & illa prodigioſa nomina, ἀβραξας, Barbelus, de quibus dictum eſt alias

[redacted] Qui quaſi annū cōtinens.) Nam Græcis literis,quibus conſtat hæc dictio,numerus confici-tur trecentorū & ſexagintaquinq;. A quo Gnoſtici.) A ſcientia dicti,quā ſibi uindicabāt huiuſmo-di pdigiorū fumis. Cochebas.) χώχεβ@ legit Sophronius. Ex quo primū errore creuiſſet.) Cre-uiſſent legēdum cenſeo,ut ſubaudias idola. Antinous.) Hic erat in delicijs Adriano.Ab eo nomen indidit ciuitati Aegypti,quæ eadem dicta eſt Adrianopolis.

## Iuſtinus.

Neapoli urbe Palæſtinæ.)Hic deerat in noſtris exemplaribus,patre Priſco Bacchio.Quæ uerba re-ſtituta ſunt ex Sophronio, apud quem legimus: ἀπὸ φλ Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας Παλαισίνης, ἐκ πατρὸς Πρίσκου Βακχίου. Cui titulum prænotauit ἔλεγχ@.) Sic enim reſtituimus,partim ex ueſtigijs exemplariū emen datiorum,ſed multo magis ex Sophronio. Eſt autem ἔλεγχ@ redargutio. De monarchia.) μοναρχία eſt principatus unius.Quem prænotauit pſalten. ψάλτην, ideſt,cantorem. Cum in urbe Roma habe ret διατριβάς.) Nam hanc uocem repoſuimus è ueſtigijs ueterū codicū, & extat eadem apud Sophro-niū.In nonnullis aſſcripta erat interpretatio Græcæ uocis,id eſt,ludos exercitatorios:in nōnullis deci ſiones.Vnde palàm eſt,hæc ab alio quopiā adiecta,non ab Hieronymo.Et rurſum omiſſis Græcis ex his additis,alius alia aliaq; diuinarat Græca.Cæterū diatribæ dicuntur cōflictationes philoſophorum.

## Melito.

Et eglogarum libros ſex.) ἐκλογῶν, eclogarum,hoc eſt, excerptionū,per κ, non per γ: quanquam in his titulis parum conuenit inter exemplaria Latina. Pro Montano dedit.) Pro dedit, in nonnullis habebatur,cauillatur.Apud Sophronium neutrum eſt,ſed tantum dicit.

[redacted]

## Apollinarius.

Aſiæ Hieroſolymitanus.) Hieropolitanus habetur tū in emēdatis codicibus,tū apud Sophronium. Addidit aūt Aſiæ,quod eiuſdē nominis ſit urbs in Syria,& itē in Creta. Et aduerſum Cataphrygas.) Hæretici ſunt,à regione dicti.Sophronius legit, κατὰ τῶν φρυγῶν, id eſt,aduerſum Phrygas.Verū noſtra [redacted] mihi magis probatur.Nā Græci κατὰ φρύγας hæreſim dicūt, quēadmodū κατὰ Ματθαῖον euange-liū,hoc eſt,iuxta Phrygas,ſecundū Matthæū. Inſaniebāt.) Alluſit ad uates Phanaticos & Lympha-tos.Et Priſcilla legit Sophronius, nō Priſca:quāq; Latina diſſidēt exēplaria.Emēdatiora ad hūc habe bāt modū:Aduerſus Cataphrygas tū primū,cū Priſca & Maximilla inſanis uatibus,incipiente Mon-tano.Quæ quidē lectio mihi magis probatur,niſi quod ſuſpicor ex Græcis unū deeſſe uerbū:Aduer-ſus Cataphrygas tūc primū exortos,Sophronius enim ita uertit, τότε πρῶτον ἀνακυψάντων.Et iiſdem fer mè uerbis uſus eſt Euſebius.

## Dionyſius.

Cum tot fuerint Dionyſij Græci, probabile eſt,libros de hierarchia cœleſti, & de diuinis nomini-bus ab horum aliquo fuiſſe ſcriptos,non ab Areopagita diſcipulo Pauli.

## Tatianus.

Eucraticarum.) Encratitarum legendum, ἐγκρατιτῶν, à continentia dicta uox, quod abſtinerent à ci-bis ac matrimonio.

## Philippus.

Hoc eſt urbis Gortynæ.)Hoc eſt,additum eſt,à neſcio quo:nec ad ſenſum faciens,nec repertū apud Sophronium,huius interpretem operis.

## [redacted] Modeſtus.

[redacted] falſo inſcripta.Quidā [redacted]

## Irenæus

Irenæus.) Εἰρηναῖ@ à pace nomē,Sophronio ſine aſpiratione ſcribitur. Et ad Blaſtum.) In nōnullis Baſilicū habebatur,ſed mēdoſe. De monarchia.) Nā Manichæi duo faciūt principia,alterū boni, alte rū mali. Et de octaua,id eſt,ogdoade.) Quid acciderat Hieronymo,ut Latinam uocē Græce uolue rit interpretari? Proinde quādo uel hinc conſtat uitiatū locū,ex Sophronio reſtituēdus eſt,qui legit: καὶ περὶ τῆ ὀγδοάδος.i.de octauis. Egregium σύνταγμα.) id eſt,cōmētarium,ſiue opus,à συντάττω,& hic audaculus quiſpiā adiecerat interpretans,id eſt,documentū. Adiuro te.)Quis neſcit hunc Irenæum nō eſſe cōferendū cū noſtro Hieronymo,cū quo neminē auſim cōferre Græcorū,præter unū Orige-nē.Et uides q ſancte ſit obteſtatus de ſeruāda integritate uoluminū ſuorum.Quid igitur ſupplicij di gnum eſſe poſſit impudētiſſimo nebulone,qui nō ueritus ſit,omnia fermè diui Hieronymi opera uel effingere,uel contaminare? Vnitatem collegij ſcindere.) Non temere hoc annotauit Hieronymus,

quod uideret, opinor, ſuis temporibus quoſdam nimium præcipites ad reſecandum ab eccleſia [redacted]

## Rhodon.

Et Apellem alium.) Vnde dicti Apellitæ apud diuum Auguſtinū. A ſe quondā fuiſſe conuictū.) ita quidā correxerat, hoc eſt, corruperat. Cæterū in emendatioribus codicibus ſcriptū habebatur, conuentum, nō cōuictum: & Sophronius ita legit, q uertit, σωπτυχηκέναι. In hexaēmeron.) id eſt, in creatione mundi, quæ ſex dierū opificio peracta eſt, iuxta Geneſim Moyſi. Et aduerſum Cataphrygas.) Sophronius & hoc loco legit Phrygas, non Cataphrygas: quanq; hoc ad ſenſum nihil refert.

## Clemens.

Catecheſeon.) κατηχήσεων, id eſt, inſtitutionū, nomē uerbale, ab eo profectū uerbo, unde dicti ſunt catechumeni. Stromatum, ςρωματέων, ςρώματα ſtragulæ dicuntur, quæ ſolent è uarijs coloribus cōtexi, unde ςρωματεὺς ad eum contextus modū dicit̃ liber. Hypotypoſeon.) ὑποτυπώσεων, i. ſubnotationum quū res paucis indicat̃. Ruffinus uertit, confirmationū. De ieiunio liber unus: de diſputatione liber unus.) Sic eñ in pleriſq; codicibus uitiauit ſcripturā, neſcio quis, ex unico libro duos faciens. In emendatioribus ita legitur: De ieiunio diſceptatio: & alius, qui inſcribitur. &c. Ad eūdem modum legit Sophronius. προσεφώνησεν.) id eſt, dedicauit, ſiue addixit, ut magis ad uerbum reddā. Vſus eſt hoc uerbo M. Tullius aliquoties in epiſtolis ad Atticum. Cuiuſda[redacted]aphias.) χρονογραφίας, id eſt, anna[redacted] uno modo deprauata. Cæterum ea ex emedati[redacted] ἀρχαιογονίας, quod fermè ſonat antiquas generationes, ſiue ortum primarum rerum.

## Miltiades.

Priſcam Maximillamq;.) Magno conſenſu noſtri codices habent, Priſcam: ſolus Sophronius legit, Priſcillam: idq; conſtanter in his, quæ ſequuntur. Apologeticum.) id eſt, defenſorium.

## Appollonius.

In nonnullis uoluminibus ex Appollonio fecerant Apollinarem. Et inſanas uates.) Priſcillam & Maximillam. Ex alijs fructibus.) Sophronius legiſſe uidetur, actibus, ἔργων uertens. Hæreſis Cataphrygarum.) Sophronius uertit, ἡ κατὰ φρύγας, hoc eſt, ſecta Phrygum. Quos de ecſtaſi.) περὶ ἐκστάσεως, id eſt, de raptu ſiue exceſſu mentis, ut nunc loquuntur.

## Serapion.

Græci Sarapion ſcribunt, aſtipulantibus & uetuſtiſſimis Latinorum exēplaribus. Ad domnium.) Nōnulli ſcriptū habebant dominū. In uetuſtiſſimis lego domnū, diſſyllabum, ſuffragante Sophronio. Autoris ſui acheſi.) Sic enim in pleriſq; legitur. Cæterum ex Sophronio legendū, ἀσκήσει, hoc eſt, ſtudio ſiue exercitio. Perperam autem adiecerat quiſpiam interpretamentū, id eſt, intelligentiæ.

## Apollonius.

Sub Cōmodo & Seuero principe proditus.) Partim ex uetuſtiſſimis codicibus, partim ex Sophronio liquet ita legendū eſſe. Apollonius Romanæ urbis ſenator, ſub Cōmodo principe à ſeruo proditus: ſub Seuero, quod Chriſtianus eſſet, imperato, ut rationem fidei ſuæ redderet, &c.

## Theophilus.

Hoc quoq; reſtabat, ut de die paſchæ quæreretur occaſio diſſidij. Hæ ſunt quæſtiones, ex qbus Paulus negat ullum fructum gigni, niſi contentionem & impietatem. [redacted]

## Heraclitus.

Heraclius abſq; t legimus, tum apud Græcos, tum in peruetuſtis Latinorum codicibus.

## Arabianus.

Hunc Sophronius Brabianum uocat, ſed refragantibus noſtris exemplaribus.

## Tertullianus.

Vt fauit Hieronymus ingenio Tertulliani, quem propemodū excuſat in Montani factionem prolapſum, culpam reijciens in inuidentiam & contumelias clericorum, Itidem & Arius iritatus, tantos rerum motus exciuit: nec Origenes inuidia caruit, & uix ſubſtitit Hieronymus.

## Origenes.

κατηχήσεων.) Catecheſeon, unde cathecumeni. Theoctiſto.) quod ſonat à deo condito ſiue poſ-

ſeſſo

ſeſſo. Pro nomine eius.) Vetuſtiſſimi ſcriptũ habebant, ſuper nomen eius: legendũ opinor, ſub nomine eius. Sophronius uertit, ἐπὶ ὀνόματι αὐτοῦ. Firmianus.) Firmilianus dicitur Sophronio, & in exemplari Maguntiæ primũ excuſo. In ſanctis ſcripturis uerſatus eſt.) In uetuſtiſſimo quodã exẽplari ſcriptũ erat, eruditus eſt, cõſentiente Sophronio, qui uertit, ἐπαιδεύθη. Et cum cæteris æditionibus cõparauit.) Cõparauit dixit, pro cõtulit. Id uerbi parũ uidetur intellexiſſe Sophronius, qui tranſtulerit, ὠνήσατο, id eſt, emit: cũ Hieronymus Ruffini taxarit acyrologiã, quod comparare pro mercari poſuerit. Et quia indicẽ operũ eius.) Hæc epiſtola prorſus intercidit unà cũ indice, quæ noſtro bono perijt. Nã ſi ſupeſſet, magis etiã diſcruciaremur, eius uiri tot egregia periſſe monumẽta. Nunc extant perpauca, tametſi nuper quidã multa cõgeſſit in nomẽ Origenicum, prorſus indigna, non dicam Origene, ſed prorſus homine mediocriter erudito: ac penè nihil nouimus Origenis, niſi quod in quibuſdã errauit. Cũ etiã Fabianus.) Sophronius legit Flauianus. In uno uetuſtiſſimo codice repi Fauianus.

## Tryphon.

Et de dichotomematibus.) Sic enim reſtituimus Græcam uocem ex Græcis cõmentarijs. Eſt autem διχοτόμημα ſectio in duas partes. Sophronius legit: περὶ τῶν διχοτομούντων, id eſt, de diſſecantibus. Cæterum interpretamentum quod aſſcripſit, haud ſcio quis, de qualibet ætate animaliũ, quæ offerebantur in lege, etiamſi diuerſum ferebatur & hoc: non uideo quid faciat ad Græcam uocem.

## Minutius.

Qui octauus inſcribitur.) Octauius legitur in peruetuſtis noſtris, aſtipulantibus & Græcis, in quibus eſt ὀκτάβιος. Qui cum ſit & ipſe diſerti hominis.) Cum uterq; liber fuerit hominis eloquentis, tamen Hieronymus ex orationis genere diſcernit: [redacted]

## Gaius.

Aduerſus Proculum.) Sophronius legit, Patroclum. Sed uſq; hodie.) Vides ætate Hieronymi epiſtolam ad Hebræos nondum fuiſſe receptam nomine Pauli.

## Hippolytus.

Temporum canonumq; ſcripſit.) Exemplariorũ inter ſe pugna declarat, ſcripturã non carere mendo. Ex Græcis ita reſtituimus, & nõnullis ueterum codicũ ueſtigijs. Rationẽ paſchæ, temporumq; canones ſcripſit. Circulum, quem Græci ἑξκαιδεκαετηρίδα.) Nam eam uocem partim ex Sophronio repoſuimus, partim ex ueſtigijs manifeſtiſſimis uetuſtiſſimi codicis, conſentiente æditione Maguntinenſi. Eſt autem Græca uox compoſita à ſedecim & anno. Nouem annorum circulum ἐννεακαιδεκαετηρίδα.) Conſentiunt & hic uetuſti codices cum Sophronio. In hexameron.) Hexaẽmeron legẽdum quinq; ſyllabis, ἑξαήμερον. De Apocalypſi.) Vidimus Baſileæ commentariolos quoſdam in Apocalypſim, Hippolyti titulo, ſed ieiunos & citantes Hippolytum, neſcio quem. Citatur autẽ Hippolytus epiſcopus Romanus in Græcis commentarijs. Et ſimilia.) Hic titulus erat deprauatus. Sophronius habet: πρὸς ὁμιλιῶν, id eſt, de colloquijs: & prope modum reſpondebant ueſtigia uetuſtiſſimi exemplaris.

In huius æmulationẽ.) Sophronius æmulationẽ ad ſuperiora refert, ad hunc modũ: In quibus præſente Origene ſe locutũ fuiſſe ad imitationem illius in eccleſia, declarat. Deinde ſequitur, ueluti nouæ periodi caput: Ambroſius quem &c. Vnde in quadam epiſtola: ἐργοδιώκτην.) Sic legit Sophronius, & conſentiunt exemplaria Latinorum emendatiora, ἔργον opus, & διώκειν impellere, quod inſtigaret & urgeret ad opus. In epitaphio Nepotiani nonnulli codices habebant διώκτην. Cæterum ex hoc loco nihil addubitem illic quoq; ſcriptum fuiſſe, ἐργοδιώκτην, uelut hoc Hieronymo fuiſſet Nepotianus, quod Ambroſius Origeni.

## Alexander.

Aronitas.) Antinoitas legendum, ex uetuſtis exemplaribus, & Sophronio. Notat eos, qui uita defunctis diuinos honores exhibebant. Hiſtoria eccleſiaſtica libro quarto docet, hos dictos Antinoios ab Antinoo, quem Cæſar Adrianus adamauit: & oppido ex huius nomine condito, pro deo coli iuſſit.

## Iulius.

Hanc fabulam.) Ea nunc in templis publice legitur. Tametſi poteſt hoc dictum ad Iulij perſonam torqueri, qui ſic in epiſtola ſcripſerit. At Hieronymus in præfatione Danielis ſentit eadem. Nec cõuenire cum Hebraica ueritate.) Ita ferè ſcriptum erat in omnibus uulgatis exemplaribus, ſed mendoſe. Id quod deprehendere licet cum ex ueſtigijs codicum uetuſtiſſimorum, tum uero palàm ex Sophronij tranſlatione. Nam pro ueritate legendum etymologia. Siquidem ex etymologia, quæ cum reſpondeat in Græcis uocibus, non item reſpondet in lingua Chaldaica, nec Hebraica, conuincitur is liber à Græco quopiã cõſcriptus. Apo tu.) Græca ſic habent: ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, id eſt, à lentiſco ſcindere, & ab ilice ſecare. Qua de re pluſculum diximus in præfationem Hieronymi præfixam Danieli prophetæ. Contra quem doctam epiſtolam.) Doctrinam laudat, quod non accedat ſententiæ, quo rem mitiget. Super diaphonia.) διαφωνία, id eſt, diſcordia, ſiue diſſonantia. Hac de re nonnihil attigimus in annotationibus, quas adiecimus nouo inſtrumento recognito.

Theodorus,

## Theodorus.

Proficiſcens.) Hoc eſt, ex itinere. Deinde ſequūtur Græcæ uoces duæ, πανηγυρικὸν εὐχαριςίας, id eſt, laudationem gratitudinis. Scripſit & μεταφράσιν.) id eſt, interpretationem, à uerbo μεταφράζω, commentor, quod addat aliquid alienis dictis, cum ipſe nihil dicat ſuum. Extat hic liber in bibliotheca prædicatorum apud Baſileam.

## Cornelius.

Scripſit epiſtolam ad Fabium.) Sophronius legit Flauianū, & in uetuſtiſſimo codice, quem in hunc uſum exibuit bibliotheca diuorū Petri & Pauli oppidi Vuiſſenburgenſis (ſi quis uolet experimentū fidei noſtræ capere) ſcriptum erat Fauianum.

## Dionyſius.

Sub Heracla κατηχήσεων.) id eſt, initiationum ſiue inſtitutionū. Scholā presbyter tenuit.) Sophronius pro presbyter legit presbyterij, ut intelligas inſtitutionē ad presbyteros ptinere. Origenis uel inſigniſſimus.) Vetuſtus codex habebat, ualde inſigniſſimus, ſed mendoſe. Sophronius tantum legit, inſignis: & ita ſcriptum apparet ab Hieronymo. Ad Sixtum.) Ad Xyſtum habetur, tum in uetuſtiſſimo codice, tum apud Sophronium Græcum. Dionyſius Nouatiano.) Certum eſt Hieronymum exordium epiſtolæ duntaxat poſuiſſe. Sophronius totam retulit in hanc ſententiam, nam ſenſum reddemus potius q̃ uerba, Dionyſius Alexandrinus epiſcopus Nouato. Nolens ne ad ſacerdotium fueris inductus: ita demum oſtendes, ſi uolens ceſſeris. Nam oportuit quiduis etiam hac gratia perpeti, ne diſcinderetur eccleſia dei. Neq; minus præclarum ex hoc contigiſſet teſtimoniū, quod noluiſſes diſſidiū inducere, q̃ proficiſci ſolet ex eo, ſi quis recuſet ſimulacris immolare: atq; adeo præclarius etiam, mea quidem ſententia. Siquidē illic uni propriæq; conſulitur animæ, hic totius eccleſiæ negocium agitur. Tamet ſi nunc quoq; ſi perſuaſeris, ſi compuleris fratres in concordiam redire, plus egeris officio, q̃ peccaris errato. Atq; hoc quidem haud imputabitur, illud uero laudibus feretur. Cæterū ſi non obtēperantibus illis minus aſſequeris quod uis, tamē fac modis omnibus, ut tuā ipſius ſerues animā. Et heortaſticæ.) ἑορταστικαὶ, id eſt, feſtiuales, ut ita loquar, nempe de feſtis diebus. Et ad Heraclam.) Vetuſtiſſimus codex habebat, Hieraclam. Sophronius legit ἱέρακα, Hieracem. Et περὶ γυμνασίας.) id eſt, de exercitatione. Sic enim reſtituimus Græcas uoces, partim ex ueſtigijs ueterum codicum, partim ex Sophronio. Et Hermammonem.) ἑρμάμμωνα Hermammonem legit Sophronius. Et ad Damonem.) Ad Ammonem legendum, ſuffragantibus & Latinis uetuſtis. Ad Theleſphorum.) In nonnullis erat Deliſporum. Sophronius legit Telephorum. Item Canononem.) In nonnullis erat, Canon. Ex Sophronio legendum eſt, Ad Cononem. Quod Græce dicitur Cherō.) Sic fermè eſt in uulgaribus codicibus. Cæterum ex Sophronio legendum eſt, καθαρὸν, id eſt, purum, quod non uideretur admittere peccatum in eccleſiam.

## Victorinus.

Viliora uidētur.) Vides lector eloquētia cōmēdari præclaras ſententias, & obſcurari ſermonis uitijs.

## Pamphilus.

Vigintiquinq;.) Quidam ex coniectura aſſcripſerant, ζητήσεων, id eſt, quæſtionum, cum in uetuſtiſſimis exemplaribus, & item in prima æditione Maguntinenſi, literis incorruptis habeatur, ἐξηγήσεων, id eſt, enarrationum, ſuffragante & Sophronio. [redacted]

## Pierius.

Miræ ἀσκήσεως.) id eſt, ſtudij, ſiue exercitationis. In uigilia paſchæ.) In peruigilio legēdum, tum ex uetuſtiſſimis exemplaribus, tum ex interpretatione Sophronij, qui uertit παννυχίδι.

## Lucianus.

Luciana nuncupentur.) Lucianea legendum, Λουκιάνεια. Sub perſecutione Maximi.) Maximini legendum ex Sophronio, & uetuſtiſſimo codice Latino.

## Phileas.

Aegypti quæ uocatur.) Nomen urbis, quoniam uarie deprauatum erat in exemplaribus, dicitur Thmuis, Θμοῦις, cuius meminit & alibi ſæpe Hieronymus & Stephanus.

## Firmianus.

Ob Græcam uidelicet urbem.) Ita Iuuenalis: Non poſſum ferre Quirities Græcam urbē: quod magna turba Græculorum illic profiteretur artes ſuas. Sympoſion.) συμπόσιον, id eſt, conuiuium. Et hodœporicon.) ὁδοιπορικὸν, quod Latine dicere poſſis itinerariū. Et ἐπιτομὴν.) id compendium. In libro uno acephalo.) ἀκεφάλῳ, id eſt, ſine capite quod initium detruncatum eſſet.

## Euſebius.

Euangelicæ ἀποδείξεως.) id eſt, euangelicæ demonſtrationis. Et euangelicæ προπαρασκευῆς.) id eſt, præparationis

præparationis. Sic enim reſtituimus ſcripturam ex Sophronio, conſentiente uetuſtiſſimo exemplari. Theophanias.) θεοφανείας, id eſt, apparitionis diuinæ. Et chronicorum canonum.) χρονικῶν κανόνων, id eſt, regularum de temporibus. De euãgeliorum διαφωνίας.) Id eſt, diſſonãtia. Topicon.) τοπικῶν, id eſt, de locis. Apologus pro Origene.) Id eſt defenſio.

Rheticius.

In canticum.) Hunc improbat in quarto Tomo, exponens quid ſit aurum Ophaz.

Methodius.

Et de autexuſio.) Sic ex Sophronio legendum, qui uertit, περὶ αὐτεξουσίου, id eſt de eo qui eſt ſui iuris, ſiue de libero arbitrio. In Chalcide Græciæ.) Quod plures ſint eiuſdem nominis. Sophronius pro Græciæ uertit τῆς ἀνατολῆς, id eſt, orientis, ſiue quæ eſt in oriente.

Euſtathius.

Genere Pamphylius, Sidetes.) Nam ita legendum, non ſolum ex Sophronio, uerumetiam ex uetuſtiſſimorũ codicum ueſtigijs. Nam Side Pamphiliæ oppidũ eſt. Primũ Berœæ, Syriæ.) Sic enim legendum teſtantur & Sophronius, & peruetuſti codices noſtri. Thraciarum.) Dixit, ut nos Galliarũ, pro Thraciæ. De engaſtrimytu.) Ex Sophronio legendum, περὶ ἐγγαστριμύθου, de uetricoſo ſermone.

Marcellus.

Sub Conſtantino & Conſtantio.) Sub Conſtantio & Conſtante, ex Sophronio. Diuerſarum hypotheſeon.) Id eſt, materiarum, ſiue argumentorum.

Athanaſius.

Vſque ad Iouiniani.) Iouiani legit Sophronius, ſuffragante uetuſtiſſimo exemplari. ἑορταστικαί.) Id eſt de feſtis diebus.

Antonius.

Ad Arſanatas.) Arſenoitas legendum. Eſt enim Arſenoẽ Libyæ ciuitas.

Theodorus.

Et magis hiſtoricæ intelligentiæ.) Magis, non addit Sophronius, nec uideo quid ad ſenſum faciat. Senſit autem illum ſimpliciter, & ad literam, ut uocant, interpretatum ſcripturam diuinam.

Triphyllius.

Cypri Ledrenſis, ſiue Leuteonis.) Sic enim legit Sophronius.

Lucifer.

Caralitanus.) Sophronius legit, καρακάλιτος, id eſt, Caracalitanus: ſed diſſentientibus Latinis codicibus omnibus, & Stephanus de nominibus urbium meminit Caralis, quæ ſit Aphricæ ciuitas.

Acacius.

μονοφθαλμόν.) Id eſt, unoculum, nam is proprie dicitur luſcus. συμμίκτων ζητημάτων.) Id eſt, commixtarum quæſtionum.

Sarapion.

Serapion.) Sarapio [illegible] uoluminibus, aſſentiente Sophronio.

Hilarius.

De ſynodo Pyterenſi.) Viterienſi legunt alij. Sophronius, Biterienſi.

Titus.

Boſtrenus.) A Boſtra ciuitate Arabiæ. Et Iouiniano.) Iouiano legit Sophronius, ſuffragante uetuſtiſſimo codice Latino.

Damaſus.

Mortuus eſt.) Vel hinc extra cõtrouerſiam eſt, Damaſum mortuum eſſe uiuo Hieronymo. Quod aut neſciens, aut certe nõ recordãs impoſtor ille, qui falſis titulis multa miſcuit operibus Hieronymi: ad Damaſum ſcribit de morte Hieronymi, ratus, opinor, librum in cœlum perferendum. Atqui hoc argumento certius reuinci poteſt, quàm duos ſeniores reuincit Daniel argumento lentiſci & ilicis.

Apollinarius.

Apollinarius.) Nam ita legit Sophronius, conſentiente uetuſtiſſimo codice ſcripto.

Pacianus.

Martianus.) Alij Datianus, ſed utrunq; mendoſe, cum legendum ſit Pacianus: cuius & poſtea meminit in Dextro filio. De quibus eſt Certus.) Cerbus legendum ex Sophronio, κέρβος. Apparet nomen eius eſſe aduerſum quem ſcripſit.

Photinus.

Syrmij epiſcopus.) Id eſt oppidum Peoniæ.

Sœbadius.

Sœbadius Agenni.) Addidit Galliarum, quod & alibi ſint eiuſdem nominis oppida.

Didymus

Didymus.

Proprij indicij eſt.) καταλόγου, uertit Sophronius, id eſt, indicis.

Aquilius.

Quaſi hodœporicum.) ὁδοιπορικόν, id eſt, itinerarium. Quod uocauit καταστροφήν, id eſt, cõuerſionem. Siue perã.) πεῖραν, id eſt, experiẽtiã. Iam hinc apparet interp̃tatiões ab alijs adiectas nihil ad rem facere.

Cyrillus.

Extant eius catacheſes.) κατηχήσεις, id eſt, inſtitutiones.

Euzoius.

Eſitius.) In alijs, Eozolus, utrunq; mendoſe: legendum enim Euzoius, Εὐζώιος. Nec eſt apud Epheſum, ſed apud Theſpeſium.

[redacted]

Baſilius.

Et Aſtericon.) Legendum ἀσκητικόν, id eſt, exercitatorium.

Gregorius Nazianzenus.

Sophronius addidit nonnihil, haud ſcio an de ſuo, legens in hunc modum: Gregorius primũ Saſimorum: deinde Nazianzenus epiſcopus. Fratris Cæſaris.) Cæſarij legendum. Atque hic Sophronius ſubijcit alium titulum, qui prætermiſſus eſt in noſtris codicibus: περὶ φιλοπτωχίας, id eſt, de paupertatis amore. Et ne quis putet ab ipſo additũ, extat idem in uetuſtiſſimo codice ſcriptum. Et alter item: Laudes Machabæorum. Quidam Herona.) Heronis legendum, ex Sophronio, ἥρωνος. Non enim agitur de titulo libri, ſed de autore.

Diodorus.

Ad Euſebij magis Emiſeni.) Vt rurſum ex characteris indicio notat librum falſò inſcriptum. Cuius ſenſum cum ſequutus ſit.) Vbi ſunt, qui ſolent reſpõdere, nõ eundẽ hominis eſſe ſtilum ubiq;?

Priſcillianus.

Abilæ epiſcopus.) Abila ciuitas eſt Phœnices in Syria. Factione Hylatij & Hithacij.) Sic enim reſtituimus uarie deprauata uocabula, partim ex Sophronio, partim ex notis uetuſtiſſimi codicis.

Matronianus.

Hunc uerterant in Latronianum. Cum Encrotia.) Cum Euchrotia legendum.

Tiberianus.

Matrimonio copulauit.) Id eſt, coëgit ut nuberet, ſic enim explicat Sophronius: ne quis accipiat, illum ſuam ipſius duxiſſe filiam.

Ambroſius Mediolanenſis.

Cum multos ſuperſtites honorifice receſuerit Hieronymus, mirũ cur in uno Ambroſio prætexat hanc cauſam, quod adhuc uiueret. Certe poterat illius opera recenſere. Verum non optime ſenſiſſe de literis Ambroſij Hieronymum, calumniatur & Ruffinus. Et conſentaneum eſt, illum non probaſſe hominis dictionem, cum fidem & ſanctimoniam approbaret.

Ioannes.

Hunc putãt eſſe Ioannem, quem uulgò Chryſoſtomum dicimus, poſt epiſcopum Conſtantinopolitanum. De quibus, περὶ ἱερωσύνης.) Id eſt, de ſacerdotio. Hactenus Hieronymus de Ioanne, nec plura Sophronius. Cæterum in uetuſtiſſimo codice hæc adiecerat, neſcio quis. De cõpunctione cordis. De lapſu animæ. De myſterio crucis. De fide aduerſum Arianos. Aduerſum Macedonianos. Aduerſum Anomoeos: & alia infinita, quæ nec inueniri apud aliquem, quamuis ſtudioſum, facile eſt: ſed per totum orbem ſcripta eius, tam Græco ſermone ædita, quàm Latina tranſlata, uelut fulgura diſcurrentia, micant. Claruit maxime ſub Arcadio principe, à quo & priuata Auguſtæ coniugis indignatione in exilium pulſus, obijt: & poſt multos annos corporis eius reliquiæ cum magna gloria à Theodoſio filio Conſtantinopolim deportatæ, inter apoſtolorum thecas conditæ iacent.

Gelaſius.

Poſt Eunomium.) εὐζώιον, conſentiente Sophronio, cum emendatiſſimis exemplaribus noſtris.

Theotimus.

Tomorum epiſcopus.) Naſo: Tomitanæ iam non nouus incola terræ. Breues cõmentarioſq;.) Commaticoſq;, legendum eſt ex uetuſtiſſimo codice, hoc eſt, breuibus clauſulis diſtinctos.

Sophronius.

De ſubuerſione Serapis.) Apis bos colebatur apud Aegyptios pro deo. Idem Serapis dictus eſt.

OPERVM DIVI HIERONYMI TOMVS PRI-
mus,ea complectens,quæ ad uitæ potiſſimum inſtitutio-
nem faciunt,adiecta Coronide ſcriptorum illuſtriū,
quanta potuit diligentia caſtigatus,& ſcholijs
Eraſmianis illuſtratus,feliciter abſolu-
tus eſt,apud Lugdunum Anno
ab orbe redempto Mille-
ſimo quingenteſi-
mo triceſi-
mo.
Fruere lector.
& memineris hæc
compluribus eruditis ui-
ris,uix æſtimandis ſudoribus cōſtitiſſe.

VIRTVTE DVCE,



Dux Virtus, Fortuna comes, quocunq; feraris,

Si fuerint: felix aſtra ferêre ſuper.

COMITE FORTVNA.

SEBASTIANVS GRYPHIVS
GERMANVS EXCVDE
BAT LVGDVNI
ANNO
M. D. XXX.